Debitor fugitiuus propria authoritate poteſt capi dummodo non detineatur: ſed ducatur ad iudicem quod intelligit Azo quando non eſſet iudicis copia & hæc captura non ſolum eſt permiſſa creditori; ſed eius procuratori,& prædicta habent locum etiam in debitore in diem & conditionali, & licet fuga ſit in promptu, & non in actu.pag.403.col.1.& 2.

Debitor fugitiuus in caſu in quo poteſt capi ſi telo ſe defenderit licet eum occidere.ibidem.col.2.in fine.

Debitor qui dederat pignus creditori licet ſit fugitiuus non poteſt ab eo capi, præter quàm ſi pignus non eſſet idoneum.pagin.eadem.col.1.b.

Debitor fugitiuus in ſequendo eum poteſt capi extra territorium iudicis cui ſubeſt quia propter continuationem fugæ videtur captus in loco vbi incepit fugere.pag.404.col.1.fina.verbis.

Debitorum fugitiuorum materia vulgaris eſt.ibidem.col.2.b.verſi.& quanquam.

Debitor fugitiuus licet Docto.dicant quòd non poteſt capi niſi iuſta cauſa ſuſpicionis poſt contractum de nouo ſuperuenerit dicit author, quòd eſt hoc ſibi nimis ſcrupuloſum & ſi iudex eſſet potius determinaret contrarium,quia ſi debitor non habet vnde ſoluat dãtur incarceratus creditori, vt ei ſeruiat quod maximè habet locum quando contractus celebratur gratia debitoris,vt in mutuo & ſimilibus, & quòd nunquam vidit in fauorem creditoris hoc oppoſitum neque allegatum.404.col.2.cum quinque ſequentibus.

Debitori incumbit probatio, quòd creditor ſciebat eius conditionem tempore contractus,ſcilicet eum eſſe inopem & ſuſpectũ de fuga.407.col.1.a.

Debitor decipiens creditorem committit delictum.379.col.2.b.

Debitor ſi in fuga eſt effectus clericus non poteſt capi authoritate propria neque per laicum, neque per clericum ſicut debitor qui militat in armata militia, quia non eſt licita in eo manus iniectio.pagin.404.colum.2.a.

Debitor fugitiuus poteſt capi etiam à iudice incompetenti niſi æquè poſsit haberi copia iudicis competentis.408. col.2.a.

Debitor qui non poteſt cōueniri vltra quàm facere poteſt non carcerabitur quod perpetuo tene menti. pagina. 417. columna prima.c.

Debita quæ ſint pro quibus non poſsit quis carcerari.409.col.2.c.

Per decretum primum non acquiritur vera poſſeſsio: ſed eſt quædam aſinina detentatio.360. col.1.a.

Ex decreto ſecundo miſſus in poſſeſsionem prior tempore erit potior iure, & alij creditores prætendentes paritatem cauſæ puta:quia omnes habent ſententiā pro ſe non poſſunt ſe iuuare ex dicta miſsione dubitabilis eſt quæſtio: quia multi tenent contra, & eſt articulus ſingularis. pagi.eadem. columna.1.& 2.

Quando defertur reo iuramentum deciſiuum: quia actor non vult litigare poteſt petere reus vt offeratur ſibi prius libellus ad deliberandum, vtrum expediat ei iurare vel referre quando iudex arbitretur quòd calumnioſe non petit.pagina.430. columna.1. & 2.

Defenſio ex cauſa tolli poteſt multo fortius temperari,modificari, aut ordinari. pagin. 313.colum.2.b.

Defenſionem poteſt tollere ſtatutum cum ſufficiat agēti iuſtitia naturalis.321. co.1.c.

Delinquens debet ſatiſdare in loco iudicij & non alibi.376.col.2.a.

Delictum in quo committitur pœna ipſo iure pœna tranſit contra hæredem. pagina 254.colum.1.

In delictis cogitur reus iurare & ſi recuſauerit habetur pro confeſſo licèt in delictis probationes accuſatoris debeant eſſe luce clariores.423. col.1.c.

In delictis vtrum accuſatus teneatur iurare vtrum commiſit delictum vel non eſt larga materia.423.col.2.c.

In delictis vtrum debeat quis ſe prodere per iuramentum, & poſsit puniri de periurio remittit ſe quia non habet tempus inueſtigandi.424.col.2. cum ſequent.

Ad deliberandum poteſt petere reus libellum.433.col.2.b.

Depoſitum habet executionem paratam ad quod ponderat.l.penulti.C depoſi. & allegat Innocent. etiam in confitente depoſitum.259.col.1.b.

Deſcriptio poteſt fieri licet ceſſet ſuſpicio.pagin.401.col.1.c.

Diaboli ſcribentes propter pronas opiniones quas fundant. 145.col.2.a.

Dictiones illico, modis omnibus, & celerrime, denotant executionem paratam.pagi. 259.col.2.b.

Diebus feriatis poteſt fieri executio quæ ſolum requirit merum factum, vt in rebus adiudicatis per ſententiam ſuper quibus ſpecifice pronuntiatum eſt & poteſt capi & carcerari debitor ſuſpectus de fuga, & poteſt fieri quandocunque quando eſt periculum in mora.pagina. 286. columna ſecunda, & tertia.

Dignitas eſt quid publicum proueniens ex liberalitate Regis.178.col.2.b.

Digeſtorum compoſitores non cognouerūt iura nouiſsima authenticorum, & noui iuris compoſitores non miſcuerunt iura noua veteribus.pag.5.col.1.b.

Diſpenſatio ſine cauſa vera, & iuſta in his quæ ſunt de iure diuino dicitur diſsipatio neque diſpenſatus eſt tutus in foro conſcientiæ.gloſſ.in capit. non eſt.de voto.pagin. 144. col.1.c.

Diuidi licet non poſsint bona poſſunt pertinere ad omnes hæredes. 187.col.1.b.

Quod non diuidantur bona & quòd omnes ſuccedant bene ſe compatiuntur.pag.176. colum.2.c.

In diuiſione hæreditatis paternæ ad quid teneantur fratres clerico præbendato fratri ſuo.vide in verbo, pater.

Doctores Itali maximè in concurſu lectionum parum curantes de veritate ſcrutanda audent nouas concluſiones affirmare, quod non eis accidiſſet ſi iudicando & cōſulendo ſcriberent maximè ſi eſſent timoratæ conſcientiæ.pag.175. columna ſecunda,in fina.verbis.

Doctori famoſo dicenti ſic practicari credendum eſt.329.col.2.c.

Domini non recognoſcentes ſuperiorem in terris dicuntur lex animata. 138. col. 1.c.

Domini terrarum vt poſsint exigere à ſubditis ſubſidium quando vadunt vltra mare,vel cum efficiuntur noui milites, aut cū maritant filias ſuas requiritur conſuetudo. & non præſcriptio. pagina. 58. columna ſecunda.c.

Dominium pleno iure dicitur habere qui poteſt rem alienare ſaltim quo ad extimationem & vtilitatem rei. 107.col. 1.c.







Dominium poteſt tolli ex iuſta cauſa à ſtatuto,Innocent. in capit. quæ in eccleſiarum. pag. 128.colum.2.c.

Donatarius Rex ad quid teneatur vide infra, in parte, Reges.

Donatio quando eſt inofficioſa licet filius accipiat hæreditatem paternam poteſt agere reuocatoria inofficioſæ donationis cum ſit actio propria filij tendens ad reuocandum fraudem. 44.col. 1.c.

Donationi perfectæ non poteſt imponi grauamen.pag.95.col.2.per totum.

Donatio inofficioſa nō tollitur ipſo iure, ſed per querelam.pagina. 122.columna ſecunda.per totum.

Donationis reciprocæ pactum bene valet neque indiget inſinuatione, & de facto fuit facta vt qui decederet ſine liberis ſuperſtes vel eius liberi haberent bona.pagina. 167. colum. 1.c.

Donationis exactio, quando differtur poſt mortem. 168.col.1.a.

Donatio propter nuptias quæ imputatur in legitima hodie dicuntur arrhæ quas tempore nuptiarum dat pater pro filio, vt in.l.14. parti.titulo. de las dotes. pagina. 205. columna.1.b.

Donatio reciproca valet inter virum & vxorem de iure communi. pag.168.col.1.c.

Quando donatur res duobus in defectum hæredum accreſcit conſorti.l. prima.C. ſi ſocius Impe.liber.libr.10. & donationes Regiæ in commodum donatariorum ſunt fauorabiles.l.cum multa. C. de bo.quæ liber. pag.185.col.2.c.

Si dono alicui fundum vſque ad certum tempus, vt poſt illud tempus perueniat ad alterum ſunt duæ donationes perfectæ & illi tertio acquiritur donatio irreuocabiliter etiam ſi non ſit tabellio, qui acceptet nomine tertij maximè attenta lege regni titulo de las excepciones in ordinamento; quia ſufficit quòd acceptet ille quo mediante alteri quæritur.pagina.217. columna ſecunda.& 218. col. 1.

Donatio ſi fiat abſente parte, cui donatur nō habet vim donationis.223. col.2.a.

Si dos exceſsit legitimam poteſt pater poſt eius mortem imponere grauamen in eo ꝙ exceſsit legitimā quod eſt mirabile.31.col. 2.c.ſed vide.219.col.1.c.vbi tenet cōtrariū niſi pater eſſet ſtipulat⁹ dotē ad ſe reuerti.

Dos tunc ſuccedit loco legitimæ, quando cauetur lege, quòd filia dotata non ſuccedat & ſit congrua dote contenta. 142. col.1.a.

Dos quam recepit mater & deceſsit viuo patre ſi nepotes volunt ſuccedere auo dos data matri videbatur deberi à nepotibus conferri, quia abuſiuum eſſet quòd habeant maiorem legitimam in bonis aui quā fuiſſet habitura mater in.l.in quartam. ff. ad legem Falcidiam.contra cuius opinionē dicit tenendum, quia non habent dotem illam immediatè ab auo de cuius ſucceſsione agitur:ſed habent à matre tanquam hæredes matris ideo non computatur in legitimam aui. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi.teſta. & ad contraria reſpondetur latè per moder. in.l. illam. C. de collationib. 157.col.1.c.vbi vide quando filia deceſsit poſt mortem patris.

Dos ſimpliciter promiſſa poteſt exequi arbitrio boni viri.303.col.2.b.

Dotata filia in minore parte quam legitima ſimplex approbatio teſtamenti, non præiudicat ad implementum legitimæ.50.col. 1.c.& in prin.ſequent.

Dotatam filiam excludens ſtatutum intelligitur de congruæ dotata.98.col.1.b.

In dotalibus inſtrumentis ferè in omnibus apponitur conditio, vt dos reuertatur ad patrē & eius hæredes & conſuluit ſuper hoc conſilio.5.inter Duces de Medina Cœli & de Medina Sidonia ſuper villa de Huelua & in cauſa cuiuſdam Martini de Arriaga. ibidem.col. 2.b.

Dotis legatum non debetur vſque ad tempus nuptiarum neque tranſmittitur ante, pagi. 121.col.2.b.

Dotata filia ſi fuit præterita poteſt dicere teſtamentum nullum & ſuccedere contra teſtamentum dummodo computet dotem in portionem legitimæ.l. ſi vero.§. ſi vero. ff. de bon.libert.153.col.2.c.

Dotalis fundi poſſeſsionem poteſt mulier ingredi propria authoritate quando in promiſsione reſtituendæ dotis fuit appoſitum precarium.445.col. 1.c.

Dotem cōfitens ſe recepiſſe eſt præſumptio certa quod promiſit reſtituere ſecundum Alexandrum contra Baldum.281.col.2.b.

Ad dotem promiſſam marito mulier non poteſt agere etiam ſi eius interſit tamen ſi dotem pater ſtipulatus eſt ſibi & ſuis hæredibus reddi, licet filia non ſit eius hæres iure conſolidationis competit ſibi actio ex dicto contractu quod eſt notandum.294.colum.2,& 295.col.1.

Propter dotem promiſſam ſuper matrimonio futuro nō poteſt exequi niſi probetur matrimoniū ſecus. ſi in inſtrumento ſit mentio de matrimonio contracto, ſic practicauit & obtinuit ſæpe author. pagin. 301. columna. 1. b.

De dote legata pro nupta, & diuerſimodè pro religioſa, vide infra, in parte, Monaſterium.

Dotis non numeratæ exceptionem non poteſt opponere qui renuntiauit huic exceptioni vel quādo tempora opponendi exceptionem ſunt tranſacta. 319. col. 1. c.

In dotis obligatione non inſpicitur locus contractus ſeu ſolutionis, ſed locus vbi vir habet domicilium. 356. colum. 2. c.

Dotalium rerum poſſeſsio & dominium eſt apud virum. 368. col. 1. a.

Dotalem fundum quando dicatur mulier poſſidere, ſcilicet, ad euitandum ſatiſdationem de iudicio ſiſti niſi fuerit extimatus. 371. col. 2. c.

Ad dotis reſtitutionem filius non tenetur matri niſi in quātum facere poteſt & ideo non poteſt carcerari. pagina. 417. columna. prima. c.

Dotalia bona quo ad munera quando maritus & vxor dicātur poſsidere. 372. col. 1. a.

## De litera E.

AD eccleſiam fugiens debitor quia non habet immobilia neque dat ſatiſdationem & præcipiatur à iudice carcerari remiſsiuè. 409. col. 2. b. c.

In eccleſiam non poteſt prohiberi à lege acquiſitio rerum priuatarum. l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. 128. col. 1. a.

Cum eccleſia poteſt contrahi ſine conſenſu propinquorum etiam ſi lege generali caueatur, quòd nō valeat contractus ſine conſenſu propinquorum Bald. in. l. generali. C. de ſacroſan. eccleſ. de quo vide vſque in finem. 128. col. 2. & 129.

In eccleſiæ vel piæ cauſæ fauore pactum ſucceſsionis interpretatur teſtamentum vt inter milites. 164. col. 1. b.

Ad eccleſiam fugientes debitores non ſunt inde extrahendi etiam ſi euaſerint ex familia poteſtatis quæ currebat contra eos & hoc caſu non conſideratur principium fugæ, ſed finis quia eſt alia ratio in fine quàm in principio & ſic practicatur neq; vidit aliter obtentum, & ad hoc allegatur lex partitæ. pagin. 416. columna ſecunda. cum ſequenti. de edicto ſucceſſorio in querela inofficioſi teſtamenti, multa ſingularia dicuntur. 75. & 76. & dicitur ſucceſſorium edictum quando primus eſt excluſus repudiatione vel morte: nam remediū competens illi defertur ſequenti in gradu & requiritur quòd illud remedium ſit delatum illi qui præcedit in gradu, à quo remedio eſt excluſus repudiatione vel tempore ideo ſequens in gradu admittitur ex propria perſona. pagina. 78. columna. ſecunda. in principio. & quando pater exhæredat iuſtè filium ſatisfecit ſolennitati iuris, ideo nepos non inſtitutus non poteſt conqueri de præteritione, vt poſsit dicere teſtamentum nullum vel contra tabulare, ſed non ſatisfecit debito naturali cum de iure naturæ delictum patris non debeat nocere filijs. Ideo attenta æquitate naturali ſi velit filius exhæredatus ſiue præteritus poteſt conqueri de teſtamento aui ex propria perſona, & hoc eſt, quod dicitur ſucceſſorium edictū habere locum in querela & laudat ſe & quod non reperietur ab alijs ita declaratum. pagina. 77. columna ſecunda. a. eſt communis concluſio, quòd virtute edicti ſucceſſorij nepos nullatenus admittitur ad dicendum teſtamentum nullum mortuo patre ſuo poſt mortem aui, quia ſolus ille habet ius dicēdi nullum qui tenet primum locum in ſuitate tempore mortis teſtatoris ideo & ſi pater fuerit excluſus filius non habebit ius dicendi nullum. pagina. 75. columna. 2. cum ſequenti. & hoc caſu datur ei querela ex edicto ſucceſſorio, quia eſt remedium ſubſidiarium, & non venit ad eum ex perſona patris vigore tranſmiſsionis: quia pater erat excluſus tempore vel ſententia, neque ſuccedet auo ab inteſtato vt ſuus niſi intētauerit querelam. 78. col. 1. tamen filius exhæredatus querelam non paratam tranſmittit ad eius filios & iſto caſu nepotes ex perſona ſui patris habent querelam contra teſtamentum aui. Supradicta intelliguntur, vt filius intentet querelam contra teſtamentum aui ex perſona ſua quando eius pater fuit excluſus ab ea, vt quia poſt mortem aui repudiauit vel quia fuit iuſtè exhæredatus, vel quia quinquennio tacuit poſt aditam hæreditatem. De hoc eſt caſus de vtroq; in. l. ſi quis filium. C. de inofficio. teſta. & in. l. pater filium. de inoffi. teſtam. pag. 76. col. 2. b. dicit magis communem opinionem ſecundum Alexandrum, quod edictum ſucceſſorium habeat locum in iure dicendi nullum & in bonorum poſſeſsione contra tabulas. & ſupra in. 76. columna. 1. c. dicit in contrarium communem opinionem & melius fundatam & ipſam tenendam. 76. col. 2. c. & vide in litera. P.

Edictum ſucceſſorium non habet locum in querela quando ſunt alij inſtituti pares in gradu. qui venient per ius accreſcendi, & excludent nepotes neque habet locū quando nunquam competijt patri, vt quia fuit mortuus viuo teſtatore, aut quia fuit ſibi relictum aliquid quia potuit agere ad ſupplementum. 82. col. 2. cum ſeq.

Edictum diui Adriani non competit meliorato & debet agere iure ordinario: quia ille qui habet quotam bonorum non eſt hæres: & inſtitutus in ſola legitima cum non ſit quota hæreditatis: ſed bonorum etiam non habet edictum. 215. col. 1.

Edictum diui Adriani habet executionem paratam antequam appareat legitimus contradictor. 259. col. 1. a.

Edictum diui Adriani habet Epiſcopus quando inſtituuntur pauperes quia virtualiter repræſentatur nomine pauperum. 282. columna. 2. a.

Edictum diui Adriani habet locum quando teſtator teſtatus eſt coram teſtibus ſi eius atteſtationes poſtea coram iudice competente fuerunt redactæ in ſcriptis tunc eſt tanquam ſi teſtamentum vere in ſcriptis præcederet. 299. col. 2. b.

Edictum diui Adriani non eſt neceſſarium fratri cohæredi quando eius frater eſt in poſſeſsione. 448. col. 1. c.

De emancipato filio cuius bona eius pater adminiſtrauit vide infra in litera, Pater.

Regula quem de euictione tenet actio. &c. pagina. 58. columna. 2. b. & ibi ſingulariter de euictione.

Quando euincitur res in qua filius eſt melioratus ſi omnes alij ſunt prælegatarij tunc agit de euictione ſecus ſi ipſe ſolus eſt melioratus & quando euincitur res diuiſa inter cohæredes ſi diuiſio eſt facta à partibus vel à iudice poteſt agi de euictione ſecus ſi eſſet facta à teſtatore. pagina. 200. colum. 1. c.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ obijciens poſt biennium poteſt probare eam non eſſe numeratam, & ſi debitor reperitur eodem etiam modo creditor debitoris quia repulſo debitore cenſetur repulſus eius creditor. 296. col. 2.

Exceptio omnis legitima non remouetur per legem regni: ſed ſolum ſtatuitur terminus decem dierum ad probandum, quod bene nota. pagina. 314. columna. 1. b. cum ſequenti.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contractui executiuo & eo ipſo quod opponitur probatur niſi inſtrumento ſit renuntiatum prædictæ exceptioni vt ſolet fieri. ibidem. cum ſequentibus. & quod poſsit opponi exceptio peremptoria vide in pagina. 354. colum.

Exceptiones quæ de ſui natura inſunt actioni, vt in pactis incontinenti appoſitis vel in his quæ tacitè intelliguntur, & inſunt ex natura contractus vt in venditione exceptio pretij non ſoluti vel quando in obligatione dies eſt appoſita licet non allegentur in termino legali poſſunt poſtea opponi quod nota ad legem regni aſsignantem viginti dies ad opponendum exceptiones peremptorias. pagina. 326. columna. 2. b.

Exceptio ne conueniatur vltra quam facere poteſt & exceptio Macedoniani & Velleiani poſſunt opponi contra contractum executiuum & omnis exceptio poteſt opponi & etiam poſt ſententiam vbicunque lex remouet potentiam à contrahente. pagina. 329. col. 1. b. & c.

Exceptio nullitatis quæ prouenit ratione incompetentiæ iuriſdictionis ſemper poteſt opponi contra ſententiam. pagina. 408. colum. 1. b.

Exceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ quando eſt irretractabilis. 116. columna. 1. a.

Excuſsio non eſt neceſſario facienda de bonis extra territorium quia non dicitur reus idoneus propter difficultatem conueniendi. 374. col. 2. c.

Excuſsionis exceptionem licet ſit renuntiatum beneficio de fideiuſſoribus poteſt opponere qui fideiuſsit pro alio in eo quod exigere non potuerit à debitore & à fideiuſſore indemnitatis & à fideiuſſore officialium publicorū quia in his caſibus obligatio eſt conditionalis & renuntiatio non tollit naturam obligationis. pagina. 397. colum. 1. & 2.

Excuſsionis beneficium poteſt opponi poſt ſenten-

ſententiam in ipſius executione à fideiuſſore de iudicato ſoluendo; quia non poterat opponere ante ſententiam cum non eſſet obligatus, & hoc caſu non opponitur ordini petitionis: ſed ordini executionis.398.col.1.c.

Super executione ſententia interlocutoria debet ſic formari, declaramus iudicatum ſiue iuratum & exequendo mãdamus exequi. 238.col.2.c.

De executione rei alienatæ lite pendente vide infrà in litera. T. contra tertium.

Executionem paratam haberet contractus ſi debitor deferret ſtipulanti vel creditori iuramentum & creditor, vel ſtipulator iuraret ſibi deberi illud, quod continetur in inſtrumento. pagina.240.columna prima.b.

Executio vt poſsit fieri requiritur, quòd debitum ſit liquidum, & quòd iudicis officium ad hoc ſe extendat. pag.244. columna.1.&.2.

Executionem paratam habet debitum non liquidum puta ex adminiſtratione, vel tutela & liquidabitur pendente executione, & tria ſunt quæ habent executionem paratam qnæ colliguntur ex.l.poſt rem iudicatam, ſcilicet ſententia, confeſsio ſolennis facta in iudicio, iuſiurandum voluntariũ, vel iudiciale.pag.258.col.2.a.&.b.

Executori teſtamentario ex tunc currit annus quando mandatur ei per iudicem, vt ſoluat & ſufficit monitio generalis quam facit Epiſcopus. pagina.260. columna ſecunda.c.

Executio contra hæredem defuncti & eius fideiuſſores cognatos, vel affines non poteſt fieri intra nouem dies à tempore mortis.pag.287.col.2.c.

Executiuum ius inſtrumenti neque actiuè, neque paſsiuè competit niſi inter eos in quibus inſtrumentum eſt confectum.pagi. 295.col.1.a.

Exequi quando mandatur inſtrumentum per legem attenditur, quòd non deficiat ſolennitas inſtrumentalis, & nihil poteſt opponi quod tangat ſubſtantiam debiti vel obligationis, tamen in regno noſtro non ſic diſponitur, ſed quod mandetur executioni contractus & propter contractum debet exequi.pag.307.columna prima.a.

Executorium præceptum, vt ſit ſeruandum oportet quòd neceſſaria adſint, & abſint obſtatiua. pagina.319. columna ſecunda.c.

In executiuis licèt poſt decem dies non poſſit impediri executio tamen poſtea non excluditur ab oppoſitione quarumcunque exceptionum.pag.333.colum. 2. cum ſequent.

Executione inſtrumenti executiui vt poſsit obligatus conueniri vbique locorum eſt aduertendum, quòd ſi renuntians ſuo proprio foro dat poteſtatem quibuſcunque iudicibus quorum iuriſdictioni ſe ſubmittit cum tale pactum apponatur ſuper iuriſdictione regulariter nihil operatur cum poſsit petere ante litis conteſtationem per l.conuenerit. & ideo hoc caſu non poteſt conueniri niſi in ſuo foro ratione originis vel in curia, quæ eſt patria communis vel in loco domicilij ſeu contractus ſecus tamen eſt ſi promiſit ſoluère vbicunque fuerit inuentus & tunc vbicunque inueniatur poteſt conueniri & eſt ſingularis differentia.pagina.354. columna prima & ſecunda, cum ſequent.

Executio poteſt fieri in noſtro regno etiam ſi inſtrumentum ſit factum extra regnum dummodo inſtrumentum ſit exequibile, quia quo ad executionem reſpicitur forus loci vbi petitur, & non vbi factum eſt inſtrumentum quia tractatur ſolum de ordine iudicij & executionis ſecus ſi tractaretur de eſſe contractus, & eius deciſione, & habuit in facto in cauſa ardua decem millium ducatorum & plus. 155.col. prima & ſecunda.

Pro executiuo remedio cum in omnibus inſtrumentis fere ſit hypothecaria habet locum regula qui prior eſt tempore: ſed aliud remedium eſt, vt pro executione loco pignoris res debitoris ſibi aſsignentur, & propter hanc aſsignationem etiam haberet locum prædicta regula quod practicauit author in quodam negotio arduo in ciuitate Toleti curia ibi exiſtente, vbi habuit honorem, & commodum ex eo & creditori non conueniebat aliter fieri aliud remedium eſt, quòd vendantur bona pro executione, & hoc eſt præcipuè in vſu.392.colum.1.b.& c.

Sed poterit eſſe quod creditori non conuenit quod fiat venditio propter aliquam cauſam & vult quod pro executione res debitoris ſibi aſsignentur.ibidem.

Executionem inſtrumenti petens non declarando



rando an in totum vel pro parte non eſt proceſſus nullus.364. col.2.

Executor cui iudex dedit mandatum ad capiendum debitorem etiam finito eius officio poteſt eum capere. pagina. 404. colum.1.

Executores teſtamenti quando hæredes ſunt abſentes in eorum abſentia poſſunt exequi teſtamentum ſecundum formam traditam in.l.ſi el ome. quæ eſt. l. vndecima. libro tertio. foro legum. titulo de las mandas. pagina vltima. columna finali. in final.verbis.

Exigi propriè ſignificat ab inuito.pagi.342. colum.2.a.

Exhæredari filius ſi petit cum pater vellet eũ inſtituere valet exhæredatio ſine aſsignatione cauſæ, & ita intelligitur.l. non putauit.§.ſi quis ſua manu.ff, de bono. poſ. contra tabu. qui non eſt correctus ſecus tamen ſi pater vult filium exhæredare & filius conſentit late de hoc.pag.63.col.1. & 2. & pag.64.col.1.& 2.

Exhæredatus habetur pro mortuo.pagin.75. col.2. & vide in verbo, Filius.

In exorbitantibus ſemper fit reſtrictio.pagi. 163.col.2.b.

Expromiſſor dicitur qui fideiubet pro non obligato & iſte non habet beneficium excuſsionis.397.col.1.

Extenſio in ſtatutis non fit de perſona ad perſonam quando non reputatur eadem. 277. col.2.a. & b.

Extenſio in materia exorbitante non fit & eſt materia larga. pagina.311. colum. prima.c.

De exhæredationis cauſis propter quas poteſt filius ingratus exhæredari loquitur authenti. cum de appellatione cognoſcitur non tamen de illis cauſis ex quibus poteſt exhæredari in eius fauorem.105.colum.1. per totum.

## De Litera F.

FAbula Promethei Iapetidis. pagina. 62. columna.2.a.

Familiæ relictum intelligitur proximiori.ibidem.col.1.b.

Felinus non fruſtra vixit.pagina. 132. columna.1.& 2.

Felinus inaduertenter dixit, quòd Bartolus tenebat tacitas ſtipulationes non mereri executionem.282.colum.2.c.

Felino nihil videtur abſconditum. pagi. 290. col.1.c.nu.3.verſi.ego vltra.

Feriæ donec tranſeant poteſt ſecreſtari res. 286.col.2.per totum.

Feriato tempore etiam in honorem Dei debitor ſuſpectus de fuga poteſt à iudice capi.408.col.2.b.

Feudorum materia habet ſuas leges ſpeciales valde diuiſas & diſtinctas à donationibus, quas faciunt tam Reges quam priuati. 179. colum.2.c.

Feudum eſt nomen conſuetudinarium, & vſuale & ſumpſit ſibi nomen ab vſu ſecundum omnes in procemio feudorum. 184. colum.2.b.

Feudi forma non eſt in vſu in noſtro regno. ibidem.

In feudis regalium dignitatum vſurpatum eſt per conſuetudinem, quòd ſit ſucceſsio in eis quæ conſuetudo videtur approbata. C.imperialium.§.prætерea ducatus.de prohibi.feud.aliena.per Federicum.pag. 179. columna.1.a.

Sunt feuda alicuius terræ habentia ſecum dignitatem annexam, vt in ducatu Calabriæ, & Mediolano; & in Marchionatu Ferrariæ quæ tranſmittuntur ad hæredem licèt non poſsint diuidi ſecus quando feudum eſt abſtractum à bonis & datur alicui tanquam dignitas, & adminiſtratio officij. ibidem.columna prima, ſecunda, & ſequen.

Feudum propriè conſiſtit in rebus immobilibus ſolo adhærentibus in capit.ſi. de feudi. controuer.ibidem. col.2.

Feudum non tranſit ad fœminas etiam ſi concedatur pro ſe & hæredibus ſuis.pag. 180. colum.1.c.

Feudorum materia ſeparata eſt à materia maioratus. 183. col.2. per totum.& exorbitat à iure communi.

In feudali cauſa licet dominus nihil probet & vaſſallus poſsideat poteſt exigi à vaſſallo iuramentum purgationis.423.columna prima.b.

In feudis quando non ſunt conceſſa à Rege vel virtute armorum acquiſita acquiritur vſusfructus patri.pagi. 433. columna prima.b.

Fideicommiſſum reciprocum etiam ſi filius inſtitutus ſperet commodum de eo; non ponitur in legitima. pagina. 33. columna ſecunda.b.

Fideicommiſsi grauamen omnino videtur relictum à venientibus ab inteſtato, vt actus valeat per gloſſ. ſingularem in l. qui duos. ff. de vulgari. & eſt communior, & verior opinio. pagina. 114. columna ſecunda. c.

Fideicommiſsi grauamen valet quando teſtator dixit ſi filius meus deceſſerit ſine filijs vel eorum filij ſine filijs, &c. quia in dubio videtur iniunctum illis qui de iure grauare poterant Bartol. in l. centurio. 113. colum. 2. a. in princip.

Fideicommiſsi grauamen poſitum per verba obliqua quando non diriguntur ad filium impuberem, vt puta ſi filius meus deceſſerit ſine liberis bona mea diſtribuantur inter pauperes ſuccedentes ab inteſtato ipſi impuberi retenta quarta reſtituent bona teſtatoris pauperibus licet Baldus, cum pluribus conſuluerunt non valere, & omnes Doctores Bononienſes decepti ſunt ex illo conſilio, & Ioannes de Imola, & Paulus de Caſtro. vt refert in d. l. ex tribus. C. de inofficioſo teſtamento. perpenderunt de iſto errore: & allegarunt conſilium Raphaelis in contrarium & omnes fatebantur ſe erraſſe, & fuit de facto en Medina de Rioſeco in fauorem eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & poſtea plures habuit de facto & ſic conſuluit. pagina. 115. columna ſecunda. a. cum principio columnæ ſequentis.

Fideiuſſor iudicio ſiſti an liberetur præſentando reum ante tempus, & quando non obligatur reſpectu alicuius litis, & an liberetur, ſi non fuerit requiſitus infra duos menſes, & ſi fuit obligatus ad pœnam liberatur, ſi non ſit petita infra annum. pagina.

Fideiuſſor iudicio ſiſti habet beneficium excuſsionis quando obligatus eſt pro eo, qui obligauerat ſe ad ſiſtendum in iudicio alias ſecus, quia tunc dicitur expromiſſor. pagina

Contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo ſententia lata contra principalem habet executionem paratam, & ipſe fideiuſſor habet etiam contra dominum. pagin. 263. columna. 1. a.

Contra fideiuſſorem iudicio ſiſti poteſt exequi, & liquidare intereſſe pendente executione. 303. col. 2. c.

De fideiuſſore indemnitatis, & officialium publicorum & de iudicato ſoluendo. vide ſupra in parte, excuſsionis.

De fideiuſſore notario cauilloſo rixoſo, & potente. vide infra in parte, notario.

Quaſi fideiuſſor dicitur pater ſi eo conſentiente eius filiusfamilias ſtetit in iudicio, & fuit condemnatus: nam contra patrem mandabitur ſententia executioni in peculio profectitio, & in vſufructu aduentitio. pagina. 334. columna ſecunda. c. & 335. colum. prima. a.

Contra fideiuſſorem contractus non poteſt mandari executioni ſententia lata contra principalem niſi fideiuſſor ſit obligatus, vt debitor principalis, & dederit iudicibus poteſtatem exequendi prout moris eſt, & dicit quòd vt poſsit fieri executio ſententiæ facias fideiuſſores promittere non ſolum reſpectu contractus, ſed reſpectu iudicij vt promittant debitum & ſoluere iudicatum, ſed hoc vltimum egeret longiore examinatione. pagina ibidem.

Fideiuſſor obligatus executiuè non poteſt petere quòd creditor oſtendat inſtrumentum celebratum inter eum & eius debitorem niſi ſoluendo petierit, quòd cedatur ſibi actio contra debitorem principalem. 335. col. 2. & ſequent.

Fideiuſſor poteſt obligari executiuè & ſic in duriorem cauſam licet principalis non ſit ſic obligatus. pagina. 336. columna prima. a. & b.

Fideiuſſor obligatus executiuè non ideo poteſt petere, quòd exiſtimatur ab obligatione niſi ſteterit diu in ea aut fuerit condemnatus. pagina. 335. columna ſecunda. & ſequent. niſi debitor obligetur fideiuſſori extrahere eum ab obligatione quandocunque velit, & ſi contra filiumfamilias non poſsint mandari executioni inſtrumenta confeſsionata coram iudice vel tabellione habente ex forma ſtatuti authoritatem faciendi præceptum guarentigiæ, niſi pater eſſet abſens extra prouinciam, vel niſi filius diceret ſe eſſe ſui iuris, vel eſſet in poſſeſsione ſui iuris fama publica accedente: tamen de iure noſtro indiſtinctè poteſt mandari executioni, quia ceſſat iſta ratio & etiam ſecundum prædicta ſtatuta illa confeſsio magis eſt contractus quàm iudicium. pagin. 348. columna ſecunda. cum ſeq.

Fideiubere ſi quis tenetur ſatisfacit dando pignora

pignora. 367. c.

Fideiuſſor conſanguineus etiam minus idoneus admittitur. pagina. 368. columna prima. b. & columna ſecunda. in fine. cum duabus ſequentibus. vbi dicit quòd eſt ſpeciale in fideiuſſore, de iudicio ſiſti, & quòd in alijs fideiuſſoribus eſt ſecus. & adhuc dubitat vtrum per legem Regiam in fideiuſſore, de iudicio ſiſti (que es de la haz) habeat locum, & ſi locum habet intelligitur etiam ſi alios fideiuſſores dare poſsit, & quando litigatur inter coniunctos fideiuſſor etiam non idoneus admittitur.

Fideiuſſor forenſis ſufficit ſi eſt idoneus etiam in delictis, & non dicitur ſatiſdatio voluntaria cum culpa non ſit ordinata ad præſtandam ſatiſdationem. pagina. 376. columna. 2. a.

Fideiuſſor (de la haz) datur, vt per hanc fideiuſsionem ſit cautum actori ad debiti ſecuritatem, & adimplet eam offerendo perſonam obligati, vt ſeruiat creditori, quia non tenebatur ad plus ipſe principalis, & ſecundùm hanc ſuam opinionem authoris audiuit ſic eſſe pronuntiatum. pagina. 378. columna ſecunda. cum ſequentibus.

Fideiuſſorem non ſufficit dare de iudicato ſoluendo confeſſus debitum ſi exceptionem non allegaſſet tamen ſi allegauerit exceptionem legitimam interim, quòd examinatur per decem dies ſufficit dare fideiuſſorem (de la haz.) pagina. 380. columna ſecunda. a.

Fideiuſſor (de la haz) cautius accipitur in hunc modum, ſcilicet, ſoluere iudicatum ſi eum non præſentauerit: nam tunc tenebitur ad contenta in ſententia diffinitiua. pag. 387. col. 1. c.

Fideiuſſores accipiuntur, vt diligentius ſit cautum creditoribus. pagina. 383. columna prima. b.

Fideiuſſor non eſt idoneus ſi habeat priuilegium fori. pag. ibidem.

Fideiuſſor minus idoneus etiam ſi ſit multum fidelis & conſuetus ſeruare promiſſa non admittitur, quòd eſt contra opinionem Pauli de Caſtro. pagina. 385. columna. 1. cum ſequent.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti quando fideiuſsit incertam quantitatem quando non ſiſteret reum ad illam tantum tenetur alias tenebitur ad quantum eſt debitum non ad quantum eſt petitum & remittit ſe ad Bartolum quando actio creuit per inficiationem, vel per iuramentum in litem. pagina 387. col. 1. per totum.

Contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo ad euitandas omnes opiniones dicit author, quòd petebat tam ſententiam quàm promiſsionem de iudicato ſoluendo vtrunque, & quòdlibet eorum executioni mandari, & tamen executabitur ſine nouo proceſſu, Bartoli opinio fuit quòd illa ſtipulatio de iudicato ſoluendo declarata per ſententiam eſt illa quæ meretur executionem. opinio Baldi, & Angeli fuit quòd illa non eſt ſufficiens, ſed ſententia condemnatoria contra principalem & licet diuerſitas horum doctorum ſit in verbis & in effectu ſunt concordes quòd ſententia executabitur ſine nouo proceſſu cõtra fideiuſſorem poſt longam diſputationem. pagina 388. columna prima. b. reſidet in hoc. 390. columna quarta. numero decimo. in princip.

Si fideiuſſor de iudicato ſoluendo habet aliquas exceptiones quas non habet principalis durante executione contra eum examinabuntur ſummariè. pagina. 389. columna. 2. b.

Fideiuſſor quicunque poteſt ſatisfacere creditori de bonis debitoris, & ea vendere ſi ipſe fideiuſſor non ſit ſoluendo. pag. 393. colum. 1. c.

Fideiuſsio iudicio ſiſti expirat lata ſententia non ſic in fideiuſsione de iudicato ſoluendo. pagina ibidem. columna ſecunda. a.

Vt fideiuſsio iudicio ſiſti non expiret lata prima ſententia debet promittere iudicio ſiſtere reum quotieſcunque ſibi fuerit petitum per illum iudicem vel per alium donec lis finiatur per ſententiam tranſactam in rem iudicatam quæ practica eſt vtilis & neceſſaria. pagina ibidem. columna ſecunda. & ſequent.

Fideiuſſor iudicio ſiſti non obligatus in ſcriptis ſi defertur cauſa quando eſt cauſa priuata liberatur per curſum menſium duorum tamen, ſi tamen eſt publica durat fideiuſsio vſq; ad ſententiam, & idem quando fideiuſsit in ſcriptis etiam ſi cauſa ſit priuata. ibidem.

Si quis fideiuſsit dominum rem ratam habiturum, an hæc ſtipulatio habeat executionem paratam. pagina. 389. colum. prima. c.

Fideiuſſor iudicio ſiſti obligatus repręſentare reum quandocunque iudici placuerit licet iſta verba ſint generalia non extenduntur vltra ſententiam : quia iſta ſtipulatio eſt prętoria, & ideo debet interpretari ſecundum mentem pretoris ſecus tamen eſt ſi promiſerit toties quoties iudici placuerit & hoc caſu præſentando eum bis non liberatur vt infinitas euitetur ibidem cum tribus ſequentibus, vbi omnino vide.

Filij clericorum petunt legitimam conditione ex lege non tamen querelant teſtamentum pag.7.col.2.b.

Filius acceptans legatum ſibi factum nō propterea conſentit in grauamine ſibi appoſito in legitima nec tollitur ei ius agendi ad ſupplementum.36.col.1.c.

Filius etſi non ſit inſtitutus niſi in legitima, & fecerit inuentarium adhuc conuenietur à creditoribus ſecus ſi eſſet inſtitutus in re certa pro ſua legitima quia tunc non deſcendit obligatio defuncti in eum. pag. 41.col.2. & ſeq.

Filius acceptans ſimpliciter relictum à patre & generaliter liberans hæredem ſibi non præiudicat vt poſsit agere ad ſupplementum.49.col.1.a. & ibi quid ſi promiſit amplius non petere etiam ſi teſtator dicat, ꝙ filius cadat à relicto ſi amplı' petierit, quia requiritur ſpecialis remiſsio ſupplementi legitimæ.pag.50.col.1.b.

Filius melioratus & grauatus ne bona alienet vt præiudicet ſibi in alienatione legitimæ ſi tacuit toto tempore vitæ ſuæ, & poſt eius mortem filij huius meliorati tacuerunt triginta annis perdiderunt ius agendi ne legitima patris eſſet vinculata & diuideretur inter eos & eſt quæſtio non tacta ſed elicitur ex principijs iuris. pag.61. colum.2.c.

Filius & ſi poſt conditum teſtamentum patris approbet eum in vita non nocet ei ſecus ſi approbat poſt mortem patris quod Iaſo. non ſenſit. 69. columna prima per totum. & vide ſupra in verbo edictum.

Filia excluſa vigore ſtatuti ſtante filio ſi filius fuit exhæredatus & ipſa fuit præterita nō poteſt dicere teſtamentum patris nullum, & venire, vt ſua tamen poſſet querelare virtute edicti ſucceſſorij.76.col.prima. vide in verbo, Edicto.

Filius dicitur creditor in legitima. 85. col.1.c.

Filiorum cauſa quo ad legitimam fauorabilior eſt quam cauſa pia.pag.17.quæ.4.c.fi. & pag.128.col.2.c.

Filiatio quod debebat probare, vide infra in parte, probatio.

De filio vel filia renuntiante legitimæ, vide infra in verbo, renuntiare.

Filius ſi bona ſua in fraudem & emptor participat de fraude habet reuocatoriam & querelam inofficio. venditionis ſicut filius quādo pater alienat.101.col.2.c.

Filiorum æqualitatem in bonis parentum.l. ſemper amauit.& l.illud.§.fi.C.de collatio. 181.col.2.a.

Si filius habet feudum & habitat ſimul cum patre fructus ſunt communes. 433.col.1.c.

Filius excluſus ex vno capite deſcendentium poteſt adire ex alio capite, ſcilicet, vnde agnati & vnde cognati quod eſt peregrinū. pag.vltim.col.fina.

Filius ſi fuit in iudicio patre conſentiente ſententia mandabitur executioni contra patrem in peculio profectitio & in aduentitio.264.col.1.a.

Filiusfa. cōtrahens qui ſolum tenebatur tunc per titulum quod cum eo ſi quando factus ſit ſui iuris petitur executio contra eum poteſt opponere beneficiū illius tituli, quod non eſt impugnare inſtrumentum ſed modificare.329.col.1.a.

Finis præſupponit principium & medium. 393.col.2.b.

Fiſcus ſi condemnauerit fideiuſſorem, vt ille ſoluat poterit fiſcus coram eodem iudice conueniri vt det pignora principalis debitoris ſi habuerit ea.392.col.2.b.

Fiſci debitor quando debitum eſt certum poteſt compelli executiuè ita intelligenda eſt. l. niſi opinatores. C.de exacto. tribut.lib.vndecimo.alias audiendus eſt.261. columna.2.

Quia fiſcus ſemper eſt in ſumptu præſumitur neceſsitatem habere & ideo eius debitor non ſolum quando debitum procedit ex cauſa primipillari, ſed ex quacunque alia poteſt exigi ante diem dimiſſo ei medio temporis interuſurio & miratur, quod Baldus hoc non dixerit in.l.prima.C.de hæredita.vel actio.vendi.vbi per modum cuiuſdam ſumulæ enumerat omnia priuilegia fiſci & eſt caſus ſingularis & quotidianus.288. col.1.c.

Fiſcus ſemper eſt ſoluendo, & ideo fideiubens pro fiſco videtur renuntiaſſe beneficium excuſsionis, quod dicit Alexander non legiſſe alibi, & dicit author quod pro nunc non examinat. pagina. 372. columna.2.b.

Index Alphabeticus.

Iuxta flumen periculoſum eſt habere bona.pag.401.col.2.b.

Foro juzgo cauebatur quòd pro anima poſſit relinqui tertium bonorum. pag.127.colum.2.b.

Forus quis attendatur in exequendo. vide ſupra in parte, Executio.

Frater cui aliquid relinquitur & ſi inſtituatur turpis perſona agit ad ſupplementum tantum, & ſi nihil relinquitur eſt dubitabile vtrum querelet in totum, an pro quarta ſibi debita.pag. 8. col.2.c.

Frater inſtituta turpi perſona non poteſt grauari in legitima quæ ei debetur. pagina 99.col.1.a.

Frater ſubſtitutus pupillo non eſt de venientibus ab inteſtato, & quis ſit effectus, vide 116.col.2.c.

Frater tenetur dotare ſororem ſi non habet vnde ſe dotet text.in.l. non omnis. & ibi glo.C.de adminiſtratio.tuto.pag. 142.colum. 1.a.

Fructus computantur parentibus in legitima filiorum debita eis ſecus è contra pag. 100. colum.ſecunda.a. De quo exclamat Alexander & ſequitur in.l. fideicommiſſum octaua colum.ff.ad Trebel.dicens, non meminiſſe per alium. ibidem.

Fructus quantitas ſemiplene probatur per quantitatem redditus anni præteriti. pagi. 425.col.2.b.

Fugæ præſumptio ceſſat per poſſeſsionem immobilium.pagina.367.columna ſecunda.c.

Fugæ præſumptio ceſſat in habente multa bona mobilia, & de facili occultari non poſſunt, vt magnæ vegetes & magna apotheca, & qui habet magnos debitores qui de facili poſſunt ſoluere, vt boni campſores.384.col.1.a.

De fure diurno, vel nocturno occidendo remiſsiuè. pagina. 403. columna ſecunda.c.

Fugæ præſumptio ceſſat etiam in eo qui non habeat immobilia tanta quæ æquiualeant quantitati petitæ. Ceſſat etiam in coniunctis perſonis, vt dicit Bart.in.l.ſciendum. in final. verbis. ff. qui ſatiſda.cogant. quod ſic debes intelligere quod ſi reus dat fideiuſſorem aliquem coniunctum ſuum licet non poſsideat immobilia non poteſt repelli. pagina 384.col.1.b.

## De litera G.

GAbella ſi debetur ex ſententia cōdemnatoria debebitur etiam ex confeſſione debiti non ſolum ſi emanet cōfeſsio per modum contentioſæ iuriſdictionis factæ in iudicio: ſed etiam per modum iuriſdictionis voluntariæ, verbi gratia : ſi ego mutuauero tibi decem & ambo vadimus coram iudice & tu confiteris eſſe tibi mutuata tamen ſi confeſsio fiat poſt porrectum libellum non habet executionem paratam donec feratur ſententia.pag.251. columna ſecunda.c.

Gabellarum conductores non tenentur ad promiſſa quando aufertur eis gabella, & eſt valde notabile, quia quotidie occurrit. 319.col.1.c.

Grauare poterat pater de foro legum in quarta poſthumum quando alium filium non habebat.l.3.lib.3.pag. 169. columna ſecunda.b. & c.

Grauamen, quod maior ſuccedat eſt paruum & multoties vertitur in eius commodum & domus conſeruationem.pagin.70. colum.1.a.

Grauatus filius de reſtituendo extra cauſas authenticæ res quæ. C. commu. deleg. poteſt alienare res ſubiectas reſtitutioni quo ad legitimam ſuam.pagina.87. columna ſecunda.b.

Grauari non poteſt quis in plus quam ſit honoratus à teſtatore, qui eum grauauit etiam ſi agnoſcat legatum quantitatis pecuniæ ſibi factum, quia ſi grauatur in ſpecie aliena redimenda non tenetur expendere vltra quàm ſibi fuit legatum : tamen ſi fuit grauatus in ſpecie ſua propria danda tunc ſibi imputet, quia tenetur eam dare cum videatur rem ſuam extimaſſe quanti ſibi in quantitate legatum fuit : ſed ſi legatur ei ſpecies non poteſt in plus grauari quàm pretium illius ſpeciei cum fructibus, & quid quando legatur ſpecies alternatiuè. pagina.58. col.1. per totum.

Guelphi & Gebellini poſſunt facere ſtatuta de per ſe.pag.60.col.2.a.

Guarentigiata inſtrumenta in Tutia vocantur confeſsionata coram tabellione, & per ſtatutum habent executionem paratam. pagina. 251. columna ſecunda. per totum. & in pagina.258.columna.1. & 2. & pag.

& pag. 285. colum. 2. cum ſequent. vbi dicit quòd idem ſunt inſtrumenta guarentigia & confeſsionata niſi quod vocabula ſunt diuerſa ſecundum diuerſitatem locorum, & vide pagi. 290. colum. ſecunda. nu. 3. in principio.

Guarentigiæ præceptum habet vim ſententiæ ſecundum ſtatuta terrarum quæ dant authoritatem notario tanquàm iudici ad hoc quæ omnia ſunt diuerſa. legi noſtræ & ſtylo inſtrumentorum noſtri regni quia notarij nullam iuriſdictionem habent. pagi. 318. col. 1. & 2.

Guarentigia per ſtatutum exequibile ſi fit mentio debiti vel obligationis intelligitur de debito & obligatione efficace & hoc caſu admittitur exceptio non numeratæ dotis vel pecuniæ, vbi admittitur exceptio pacti nudi. pagina. 322. columna. 1. per totum.

Guarentigiæ præceptum eſt acceſſorium & contractus eſt principalis. pagina. 321. columna. 1. c.

Inter guarētigiæ ſtatutum & diſpoſitionem legis noſtræ eſt magna differentia. pagina 327. colum. 2. c.

Guarentigiæ ſtatutum ſecundum Bartolum iſti diaboli interpretantur ſuo modo. 327. colum. 2. a.

Per guarentigium inſtrumētum more Tuſcorum fit executio & more Peruſinorum per inſtrumentum confeſsionatum. pagi. 338. columna. 1. b.

## De litera H.

HÆres ſuccedens venditori non poteſt venire contra venditionem ab eo factam, & repellitur pro ea parte pro qua eſt hæres remedio. l. vendicantem. & l. cum à matre. & l. ex qua perſona. pag. 39. col. 1. c.

Hæres hypothecaria: conuentus non poteſt opponere de excuſsione prius fienda contra alios cohæredes. ibidem. columna ſecunda. b.

Hæredis cōductio debet eſſe eadem quæ fuit teſtatoris, & quando non datur actio vel exceptio contra patrem non dabitur contra filium hæredem. ibidem. columna ſecunda. cum ſequent.

An hæreditas poſsit dari directo in codicillis in teſtamento condito inter filios Bartolus. in l. hac conſultiſsima. §. fina. C. de teſtament. vbi per Modernos. pag. 116. columna. 1. c.

Hæreditas quomodo diuidatur, & ibi de aſſe. 124. colum. 1. b.

Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolenni quando in foro conſcientiæ retinere poterit hæreditatem. pagina. 131. columna ſecunda. c.

Hæreditatem alicui delatam ex teſtamento non poteſt auferre princeps ex quo videtur quòd hæreditatis acquiſitio non ſit de iure ciui. text. in. l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen. 136. col. 2. a.

Hæreditas non poteſt deberi ex promiſsione, aut obligatione, ſed ex teſtamento aut ab inteſtato. 167. col. 2. c.

Hæreditas non eſt ſi nō poteſt augeri ex nouiter quærendis, vt in. l. ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ. 168. col. 1. a. b.

In hæredem defuncti quando tranſit actio facta eſt tranſitoria in omnem hæredem licèt contra defunctum illius hæredis nunquam actum fuerit ſingularis. l. videamus. ff. quod met. cauſa. pagina. 154. columna prima. b.

Hæres in criminalibus poteſt reuocare confeſsionem defuncti & probare eius innocentiam. ibidem. c.

Hæreditatis inſtitutionem nō ſignificat hoc verbum relinquo adiectum certæ rei, vel quantitati, quia eſt verbum commune præterquam ſi teſtator per hoc verbum diuiſiſſet totum ſuum patrimonium in teſtamento ſolenni, quia cum nihil interſit, quòd filij ſuccedant ex teſtamento vel ab inteſtato interpretamur in honorabiliorem titulum ſecus in codicillis, quia tunc erit fideicommiſſum relictum à venientibus ab inteſtato tantum de æquitate canonica verbum relinquo relatum ad perſonam filij inducit inſtitutionem & de iure ciuili etiam inducitur inſtitutio quando pater dicit quòd relinquit pro ſua legitima, vel pro ſua parte tantum, hoc eſt in conflictu opinionum, & etiam inducit inſtitutionem quando adijcitur vniuerſitati bonorum, vt ſi dicit relinquo bona mea, & nullus alius eſt vniuerſaliter inſtitutus: nam ſi alius inſtituitur hæres importat fideicommiſſum: tamen ſi relinquetur quota ſeu pars eſt legatum quando inſtituitur alius vniuerſaliter hæres alias trahitur ad inſtitutionem, & etiam trahitur ad inſtitutionem quando poſtquam teſtator relinquit certam rem dixit, cætera bona relinquo Seio: quod erit verum etiam ſi teſtator inſtituiſſet aliquem in re certa & Seio reliquiſſet cætera bona. pag. 209. colum. 1. & 2. cum ſequen.

Hæres non eſt noua perſona, ſed vna & eadem cum defuncto, & ideo eo citato, & liquidato quòd ſit hæres poteſt agi via executiua ſicut contra defunctum, & ne fieret diuerſus proceſſus practicabat author petendo executionem contra hæredem & ſi negabat hæres iſta exceptio cum alijs per eum oppoſitis liquidabatur coniunctim. 278. col. 1. & 2.

Hæres poteſt carcerari ſi ſtatuto cauetur, ꝙ debitor carceretur, quia virtualiter continetur in inſtrumento. pagi. 277. columna primera. a.

Hæredis perſona priuilegiata in pupilli vel clerici, vel eccleſiæ ſuccedentis laico inſpicitur ſiue quo ad forum ſiue quo ad executionem, quia executio eſt actus de futuro id eſt, poſt mortem authoris ideo non conſideramus cauſam de præterito: ſed locum & tempus quando & vbi fiet. pagina 278. colum. 2. per totum.

Hæres ſuus ſi ſe abſtinuit poteſt infrà triennium pœnitere, & ſi erat emancipatus infrà annum. 100. col. 2. c.

Hæres vniuerſalis propria authoritate poteſt occupare poſſeſsionem nemine poſſidente. pagina. 450. columna prima. numero 25. & 26.

In hæredem etiam ſuum non transfertur poſſeſsio ſine apprehenſione: ſed ipſe & quilibet alius hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato habet remedium poſſeſſorium, vt per officium iudicis mittatur in poſſeſsionem bonorum ſecundum conditionem legis de Soria quam cauti aduocati ſemper intentant contra quemcunque detentatorem non tamen eis competit interdictum, vnde vi. pagina. 447. colum. 1. b.

Hæres ſuus ſecundum veram opinionem amittit ius immiſcendi ſe hæreditati paternæ per lapſum quadraginta annorum licet ſuitatis exiſtentia nunquam præſcribatur quod late diſputat. pag. 453. colum. 1. cum duabus ſequen.

Hæredes ſui & neceſſarij, & inuiti erant de iure ciuili, & ideo dum viuerent poterant ſe immiſcere. ibidem. col. 2. c.

Hæres excluſus ex teſtamento per triginta annos poteſt ſuccedere ab inteſtato intra alios triginta annos quod eſt mirabile & peregrina deciſio. ibidem.

Hominis diſpoſitio ceſſat vbi lex ipſo iure diſponit. l. hæredis mei. §. peto. ff. ad Trebellia. pag. 170. col. 2. b.

Ad hoſpitale fugiens eſt tutus ſicut in eccleſia. pag. 417. col. 1. b.

Horatianum illud allegatur, ſcribimus indocti. &c. 421. col. 1. b.

Hypothecariam non habet filius pro legitima in bonis patris cum habeat legitimam inſolidum in qualibet re. pag. 89. colum. ſecunda. b.

Hypothecata re ſicut poteſt agi hypothecaria contra principalem debitorem ita contra vnum ex ſuis hæredibus poſsidentem eam nulla facta excuſsione ſic obtinuit in cauſa ſatis ardua contra Admiraldum Caſtellæ, & ſic etiam vidit obtentum in alia cauſa ardua contra Comitem de Alua de Liſte. pagina. 293. columna ſecunda. c.

Hypothecaria poteſt agi contra vnum ex correis debendi nulla facta excuſsione, & idem dicit quando extraneus poſſeſſor retinet vocem debitoris, vt in. l. ſecunda. C. vbi in rem actio. & in. l. officium. ff. de rei vendic. quæ omnia dicit menti tenenda, quia in tempus attrahunt pecunias & honorem. pagina eadem. cum princip. ſequent.

Hypothecaria pendente conditione, vel dilatione propter ſuſpicionem debitoris poteſt competere allegatur l. 17. titulo. 13. partita quinta. pagina. 308. columna prima. c.

Hypothecaria prior licet dies ſolutionis non venerit præfertur poſterioribus creditoribus. pagina. eadem. quod late proſequitur.

Hiſpali & in prouincia Betica ponitur nouus modus contrahendi. pagi. 286. columna ſecunda. c.

## De litera I.

IAſo gloriatur in. l. ſi arrogator. ff. de adoptionib. ſuper intellectu. l. cum patronus. de legatis ſecundo. & fuit prædictum ab alijs doctoribus & miratur de viro docto qui ſic publice nouiter dixit ponderaſſe

deraſſe illum textum.pagina.114.columna prima.c.

Hieronymus allegatur in prologo Bibliæ.6. epiſtola contra deprauantes intellectum ſcripturæ.pag.421.col.1.a.

Imola tacet Salycetum. pagina. 16. columna quarta.b.

Imperator vocatur Rex. pagina. 438. columna prima.c.

De Imperatoris gubernatione, quòd differatur à rege. *vide* in verbo, Regis.

Impeditur facilius fiendum quàm toleratur iam factum.66.col.2.c.

Super incidenti non eſt pronuntiandum. pagina.303.col.2.a.

De infinitate vitanda remiſsiuè. pagina 395. colum. 1.c.

Iniuria non fit volenti & inuito non confertur beneficium.pagina.64. columna ſecunda.per totum.

In venditione rei non traditæ exceptio impedit executionem, & ſufficit opponere etiam ſi non probetur præterquam ſi emptor non dicit in inſtrumento ſe contentum, & ſibi rem traditam eſſe.pag.326.colum.1.& 2.

Si contra venditorem emptor agat actione ex empto poteſt iudex ex officio ſuo ei mandare, quod pretium ſoluat licet per venditorem non opponatur exceptio pretij non ſoluti.pagina.327.columna prima. in princip.

In venditione conſiderantur expenſæ executionis & ſubhaſtationum quæ diminuunt pretium rei venditæ.pagi. 369. col. ſecunda.b.

Contra venditorem poteſt mandari executioni ſententia lata contra emptorem ad fructus damna vel intereſſe, & iſte venditor dicitur defenſor neceſſarius, & in prædictis poteſt exemplificari executio, & nõ in re petita: quia eum poſsidebat emptor. pag.392.col.1.b.

Vendere, vel alienare bona immobilia poteſt prohiberi à iudice propter ſuſpicionem.pag.401.col.1.b.

Verba generalia debent intelligi in pactioni

bus licitis, & non in ijs quæ à iure reprobantur.73.col.2.a.

In verbis diuerſitas quomodò non ſit ponenda quod ſemper abhorruit author quando ſunt æquipollentia. pag.79.columna prima.c.

Verba ambigua interpretanda ſunt, vt actus valeat.per.l.quoties. ff. de reb. dub. pagina 115.col.1.a.

Verba ſtatuti debent intelligi prout iacent & in potiore ſignificato Baldus in.l. maximum vitium C.de liber.præterit.pag. 225. colum.1.& 2.

Verba ſeruire debent naturæ contractus non natura verbis. l. inſulam. ff. de præſcript. verb.184.col.1.c.

Verba in contractibus interpretanda ſunt: vt aliquid operentur & propter hoc improprianda ſunt verba teſtatoris ne diſpoſitio reddatur inutilis, vt in.l. fundus, qui locatus cum lege ſequenti.ff.de feud.inſtru. l.ſi quando.de legat.primo. & idem in actionibus & exceptionibus, vt magis valeat quā pereat, & idem in priuilegijs & reſcriptis etiam ſi per ea auferatur lucrum quærendum tertio.pagi.226.columna prima.cum duabus ſequent.

Verba obſcura debent interpretari cōtra proferentem, quia apertius potuiſſet loqui per l.veteribus.ff.de pactis.& ſemper eſt inſpiciendum quis proferet ea vtrum tabellio vel pars.pagin. 228.colum.ſecunda.c.cum duabus col.ſeq.

Virgilij carmina applicata regibus catholicis. vide in verbo, reges.

Verba generalia non extenduntur ad id quod eſt iniuſtum.pagina. 394. colum.ſecunda.c.

Virgilius circa mortem. vide ſupra in parte, morte.

Vincentius Arias Epiſcopus Palentinus fecit apoſtillas ad leges fori.369. col.1.c.

Quando veriſimile aliquid non eſt imponitur maius onus probandi.pag.429. columna.2.cum ſequen.

Vinculare ſi vult pater bona quæ relinquit filio ſuo, vt in eis ſemper ſuccedat maior natu iure maioriæ, & quod talia bona ſemper ſint vnita, nec aliquo titulo ſeu quauis cauſa poſsint diuidi, nec alienari: & vt omnis ſcrupulus ceſſet, faciat quod filius in ipſa confectione teſtamenti conſentiat & approbet teſtamentū & ſupradictum vinculum & onus ſibi appoſitum in legitima promittens, iurans non contrauenire teſtamento & conditionibus in eo appoſitis occaſione legitimæ, vel eius ſupplementi, vel alterius cuiuſlibet grauaminis: & in hoc conſentiant omnes alij ſi ſunt & approbent teſtamentum cum dicto iuramento, quòd erit vtile, ſi fortè dicto filio maiori relinquitur plus legitima ſua, & renuntient omnes iuri legitimæ & ſupplementi, & omnes alij iuri occaſione legitimæ ſibi competenti, & cum iuramento concordantes ſic, & paciſcentes omnes fratres ſuper hæreditate patris diuidenda, & vinculanda de conſenſu patris, in quo perſeueret vſque ad mortem. Nam per hoc videtur manere firmum vinculum filio appoſitum. pagina 74. columna ſecunda. b. c. & valebit tale vinculum etiam ſi viuente patre ſuo filius approbet cum non grauamen in quantitate legitimæ.pagina.72.colum.2.c.

Virgini Mariæ ſeruiuit author à iuuentute ſua.115.col.2.c.

Vltima voluntas ſi eſt igitur irreuocabilis, pa. 164.colum.1.a.

Vſusfructus non poteſt relinqui alij quam filio neque compenſatio proprietatis poteſt fieri cum fructibus legitimæ & legatarius habebit valorem quintæ partis bonorum, & hoc legatum vſusfructus reducitur ad extimationem quintæ, & ſi minus valet quàm quinta reſiduum remanet filio, & computatur ſecundum legem hæreditatum.ff.ad legem Falcid. late de hoc. pagi. 21.col.2.cum ſeq.

Vſusfructus legitimæ filij ſui non poteſt mater priuare patrem tamen in bonis vltra legitimam bene poterit, ſed dicit autor quod audiuit pronuntiatum eſſe contrarium in Cancellaria, quia hoc onus non imponitur legitimæ ſoli patri eius cui ab vxore non debetur legitima: imo conditio filij efficitur melior ſecundum Baldū, & Salycetum tamen propter iuſtam cauſam ſuſpicionis quam mater haberet de moribus mariti, ꝙ bona filiorum diſsipauit poſſet priuare patrem vſufructu & adminiſtratione & ſic fuit obtentum in Cancellaria apud prouinciam de Vizcaya, in quadam Maria Sanchez de Gorgollon. pagina 109. colum. 2. cum tribus ſeq.

Vſufructuarius, niſi vſusfructus ſit pinguis non dicitur poſsidere bona immobilia ad euitandum ſatiſdationem.pagina.372. columna.1.c.

In vſu



In vſufructu relicto filiofamilias pater habet commoditatem niſi expreſsè ſit prohibitus habere eam neque perditur morte vel emancipatione filij, neque etiam magna capitis diminutione: in hoc reſidet poſt longam diſputationem.433. cum quatuor columnis ſequent.

Vſusfructus non acquiritur patri in militia filij, quia cohæret eius perſonæ ex qualitate perſonæ cohærente. & idem ſi cohæret perſonæ ex natura rei & conſiſtunt in faciendo, & an acquiratur in relictis pro indigentia eius perſonæ remiſsinè. pagina 433. columna ſecunda. b. & pagina. 435. columna.2.a.

In vſufructu bene eſt dare dominium, quia vſufructuarius habet dominium illius fructus, & ideo datur reuendicatio pro eo.pagina.434.col.2.c.

Vſumfructum bonorum filij non perdit pater licet eius filius efficiatur religioſus. pagina.441.col.2.a.

Vſusfructus rationem tenetur reddere pater, quando filius eſt extra patriam poteſtatem, vt quia eſt emancipatus à patre, vel alias exiuiſſet, nam tunc licèt filius non adminiſtraſſet bona ſua per ſe, ſed eius pater pro eo, hoc non officeret filio, nec patrem excuſaret ad rationem reddendam. text. ad hoc ſingularis in.l.litis.§.pater. ff. de negot. geſtis. vbi eſt caſus, quod actio negotiorum geſtorum datur inter patrem & filium: quem Bartol. dicit ibi valde notabilem ad hoc: quia ſæpe pater emancipat filium, & retinet eum in domo, & adminiſtrat illud quod ſibi donauit: quod non quæritur vſusfructus ipſi filio. Idem eadem ratione in omnibus his quæ quæruntur filio, quorum patri non acquiritur vſusfructus. Vnde ſi pater adminiſtrat bona præbendæ filij: tenetur ei reddere rationem adminiſtrationis actione negotiorum geſtorum. Dicit author ſe ſic vidiſſe de facto, quia præbendæ habentur loco caſtrenſis peculij. Vnde dicit ſe multoties vidiſſe patres emancipatis filijs multa donaſſe, & nihilominus patres manſiſſe in poſſeſsione, & talia bona adminiſtraſſe, quod poſt mortem patris talis filius emancipatus in diuiſione quàm facit cum fratribus de bonis paternis poterit imputare omnia bona, & fructus ad manus patris peruenta, & illa fratribus imputare, ideo ſint ſolliciti fratres, quia de facili poterunt periclitari: vnde propter ea euitanda pater multoties in inſtrumentis reſeruat ſibi vſumfructum.pagina.442. colum.1.& 2.

Vſusfructus rerum ex linea materna filio obuenientium pertinet ad patrem, & dicit Author ſe habuiſſe de facto in cauſa ardua inter Illuſtrem virum Dominum Franciſcum Enriquez, Adelantatum prouinciæ Beticæ, & patrem ſuum dum viueret.pagin.431. columna ſecunda.c. cum ſequent.

Vſusfructus feudorum per regem filiofamilias datorum ſi ſunt quaternata, & nobilia, non acquiritur patri, etiam ſi filius ſit in poteſtate.l.cum multa. C. de bonis quæ liber. Et hoc non videtur dubium. Sed ſi filiusfamilias habeat huiuſmodi feudum quaternatum ex Regia diſpoſitione, non tamen acquiſiuit ipſe à re: ſed habuit ex ſucceſsione materna an tunc pater habebit vſumfructum in tali feudo? dicit hanc quæſtionem fuiſſe de facto: nam dicta.l. cum multa, loquitur quando princeps dediſſet ipſi filio. Sed quando ex ſucceſsione ad eum peruenit, talia bona deſinunt eſſe caſtrenſia mutatione perſonæ.l. Paulus.de acquirend.hæredi.cum ratione perſonæ militantis bona ſortiantur hanc conditionem: vt dict.l.forte, poſſet dici quod non quæritur vſusfructus patri illa ratione, quia licet caſtrenſe non eſt apud illum qui non militat tamen feudum eſt apud hæredem: ſicut apud primum conceſſarium, quia tenetur ad ſeruitium militare filius, vel nepos: ſicut aſcendentes quibus ſucceſsit: vnde non deſinunt eſſe feudalia ſicut illa caſtrenſia. Hæc ſunt verba ſingularia Andreæ de Iſernia propter quæ author dicit quod ſibi placuit emiſſe eum librum ex quibus videtur deciſum, quod pater non gaudeat vſufructu. pag.432.columna ſecunda.a.

Vſumfructum prouenientem filio ex feudo, quem mater habuerat à Rege, non acquiritur patri.ibidem.c.

Vxoris inſtrumentum celebratum ſine licentia mariti non habet executionem, & tenementi quando fueris iudex.pagina.322.columna.1.a.

Vxor ſi in promiſsione reſtituendæ dotis apponeretur precarium, poſſet propria authoritate ingredi poſſeſsionem fundi dotalis. l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. pagina 445.

445. colum.prima.c.
Vxor pro dote ſua propria authoritate poteſt remanere in detentione domus in qua cum marito habitabat ipſo viuente. quia detentatio peruenit ad eam ſine vitio. pagi. 445 colum.2.a.b.
Iſta verò intelliguntur, vbi nemo poſsidet, ſinautem alius tenet, & contradicit, iudex debet vetare ne accedat hæres ad poſſeſſionem ſine illius licentia.l.fina.ff. de offi. procon. Si verò alius tenet: ſed non contra dicit, quia ignorat de acceſſu, vel ſcit poſſeſsionem ſuam vbique durare, & tunc acceſſus non punitur, niſi probetur hunc ingredientem ſcire alium eſſe in illa poſſeſſione: tamen cum primum ſcit, debet à poſſeſsione diſcedere ſine ſui præiudicio, alias remanendo in poſſeſsione facit vim. ibidem.
Vxor ſi habuit comitatum à rege, & ea mortua ſuccedat filius, pater non acquirit vſumfructum comitatus Andreas de Iſernia, dicit ſic fuiſſe iudicatum. pagina.432. columna ſecunda.c.

FINIS.

## ALPHONSI SOLISIJ Tetraſtichon.

Qui bonus immenſis errorum ambagibus Author,
Implicitus nulli peruius antè fuit,
Nunc tandem terſus claro ſe lumine profert,
Atque iterum vitæ redditur ipſe ſuæ.
Ergo iure nouum credas opus, & modò natum,
Aut aliud verè (nomina tolle) putes.

# Summarium eorum quæ in hoc opere continentur·

REpetitio. l. Quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtamento. Pagina. 1. Vbi inſeritur. Lectura. l. fori. libro. 3. titul. 5. l. 9. & incipit, Ningun ome, quæ eſt materia dependens & contigua ad dictam legem. pag. 123. col. 2.

Lectura. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudicata. pagin. 236. colum. 1. vbi inſeritur Lectura. l. Toleti, circa executionem contrarium diſponentem: iuxta quam, pulchra & notabilia cumulat & digerit. 266. col. 2.

Lectura. l. 2. fori. ll. titul. De los emplazamientos: vbi ſingulariter dicta. l. per particulas declaratur. pag. 365. col. 1.

Lectura. l. 2. titul. De los gouiernos. foro. ll. libro. 3. vbi materia circa ceſsionem bonorum tractatur. pag. 410. col. 1.

Lectura. l. 4. titul. De las juras. foro. ll. lib. 2. vbi materia iuramenti notabiliter examinatur. pag. 420. col. 1.

Diſputatio quæſtionis: vtrum in bonis maioricatus pater habeat vſumfructum in. §. vtrum in bonis. colum. prima. pagi. 431. colum. 2.

Lectura. l. 8. titul. De las herencias. libro. 3. foro. ll. pagin. 443. colum. prima.



# PROLOGVS REPETItionis legis, Quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamento.

*SVMMARIVM.*

*Oſtendit author virorum & rerum illuſtrium tempore memoriam periiſſe, & pariter ſeculi vanitatem in maioriis & vinculis bonorum.*

HAEc lex, Quoniam in prioribus ſituata eſt in titulo. C. de inoff. teſta. Et vt magiſtri noſtri referũt eſt valde vtilis: quotidie verſatur in practica: expertus loquor: profecto nimis famoſa lex eſt & eius materia. A cuius principiis deriuantur quæſtiones quotidianæ, & arduiſsimæ in materia ſucceſsionũ, tam in maioriis, quam in aliis bonis, quæ vinculantur in teſtamentis illuſtrium virorum, & nobilium, & hodie etiam aliorum: cum omnes fere ſtudeant ad domus, generis, nominiſque conſeruationem: vt illud quodãmodo in poſteris quadam (vt ita dixerim) immortalitatis cupiditate perpetuent, quod credunt poſſe fieri, ſi bona ſic vinculata relinquant: vt ad maiorem natum generis ſui ſine diminutione, atque diuiſione peruenire poſſent. Horum tamen inanis labor, & afflictio ſpiritus, cum iam præceſſerunt in ſeculis qui fuerũt ante nos, nec eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidem quæ poſtea futura ſunt erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſsimo: cuncta enim obliuione operientur, iuxta ſapientis ſententiam Ecclesiaſtes. 1. Recolant iſti domos illuſtrium antiquorum: vbi nunc domus, nominis, generiſque Xerxis Regis Perſarum memoria: qui vt Iuſtinus lib. 2. refert: ſeptingenta millia de regno proprio armauerat, & trecenta millia de auxiliis: vt nõ immerito proditũ ſit, flumina ab exercitu eius ſiccata: qui fiducia virorum ante belli experimẽtum veluti naturæ ipſius dominus: & mõtes in planum deducebat: & cõuexa vallium æquabat: qui quatuor millia armatorũ Delphos ad templum Apollinis diripiendum miſerat, quaſi non cum gentibus tantum, ſed cum diis immortalibus bellũ gereret: & paulo poſt (ſpectes) a Spartanis victus fugiens: cum paucis Abydon contendit: vbi cum ſolutum pontem hybernis tempeſtatibus offendiſſet: piſcatoria ſcapha traiecit trepidus, erat res ſpectaculo digna, & ad æſtimationem rerum humanæ ſortis varietate miranda in exiguo latẽtem videre nauigio: quem paulo ante vix æquor omne capiebat: carentem etiam omni ſeruorum miniſterio: cuius exercitus propter multitudinem, terræ graues erant. Vbi domus Alexandri Magni: eiuſq; progenies? cui mundus ſic paruus arctuſque videbatur, vt eum in mundo æſtuaſſe tanquam in aëre clauſum Iuuenalis referat. Et quemadmodũ nec mundum poſſe duobus ſolibus Regi: ſic nec orbem ſumma duorum regna ſaluo ſtatu terrarum habere reſpondiſſe Dario ab eo pacem exigenti, hiſtoriographi affirmant: qui tãtam perpetuitatis gloriam ſibi adquirere cupiens diuinitatis originem procurauit. Vnde ingrediens templum Ammonis antiſtites ab eo prius ſubornati, vt Ammonis filium ſalutant: & ille lætus Dei adoptione: hoc ſe pariter cenſeri iubet. Cuius tanta fuit opinio, vt Iuſtinus. 12. lib. ait. Quod dũ poſt mortem eius ſui de diuidendo regno tractarent: hoc agebant poſito in medio corpore Alexãdri, vt maieſtas eius teſtis decretorum eſſet. Quid de domibus Scæuolarum, Scipionum, Fabriciorum, Regulorum: aliorumque illius temporis pene innumerabilium virorum illuſtrium: O ſi ad noſtram deueniamus Hiſpaniam! Quantam in antiquorum nobilium aliorumq; domibus in-

uenicmus mutationem: ita vt nullam fere eodem ſucceſſu illuſtrem domum: ignobilẽ ve diu continuatam cernas: imo tela truncata ad alios ex diuerſis caſibus bona ſic vinculata quotidie tranſlata videamus: vnde non immerito de hac vanitate plauſibiliter Satyrus ille tractans ait:

*Stemata quid faciunt: quid prodeſt Pontice longo*
*Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus,*
*Maiorum: & ſtantes in curribus Emilianos.*
*Et Curios iam dimidios: Naſumque minorem:*
*Coruini, & Galbam auriculis naſoque carentem.*

Theophraſtus philoſophus quidam Ariſtotelis diſcipulus, & ſucceſſor in libro quodã de Nuptijs. Porro inquit liberorum cauſa, vt nomen noſtrum non pereat, vxorem ducere ſtolidiſsimum eſt: quid enim ad nos recedentes a mundo pertinet: ſi noſtro alius non vocetur: cum & filius non ſtatim patris vocabulum referat. Et innumerabiles ſint qui eodem nomine appellantur. De hac vanitate propheta loquens Pſalmo. xxxviij. Ecce (inquit) mẽſurabiles poſuiſti dies meos & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te: veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens: quia in imagine pertranſijt homo: ſed & fruſtra conturbatur: theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea: ac ſi diceret ꝙ fruſtra homines conturbantur in actionibus, & deſiderijs rerum mundanarum: cum omnia in morte relinquere debeant: & quia forte quis diceret non ex hoc fruſtrari: quia licet homo per ſeipſum non poſſet diu bona poſsidere: poſſet tamen per filium, vel heredem qui eadem perſona reputatur cum patre: hunc errorem excludens (inquit) theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea: quia neſcit, ſcilicet, an filius ſuus in eis ſibi ſuccedat: an inimicus, & ſic turbatio humana circa talia acquirenda, vel conſeruanda omnino fruſtrabilis eſt. Ideo de his ſuperbis reprobis memoriam nominis ſui poſt mortẽ volentibus acquirere præ multitudine diuitiarum quas poſteris relinquere intendunt, qui damnabuntur in inferno ex præſentis proſperitatis inordinato appetitu, & ex futuræ felicitatis contemptu: dicitur Pſal. xlviij. Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Frater non redimit, ſcilicet, cum de pena, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem, ſcilicet, in pena inferni. Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum, tabernacula eorum in progenie: & progenie: vocauerunt nomina ſua in terris hoc eſt quæſierunt vocari nomina ſua poſt mortem per famam remanentem, & ad hoc fecerunt tabernacula, & ædificia magna quæ durant in progenie ſua. Subditur iſtorum finis, & præmium: & homo cũ in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc via illorum ſcandalum ipſis: & in ore ſuo complacebũt. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos, ſcilicet, mors gehẽnæ quæ ſemper affliget eos. Ideo pulchre Chriſoſtomus: O ſtulte quid tibi prodeſt poſt mortem iſta memoria, ſi vbi es torqueris: & vbi non eſt laudaris? Et ſic concluditur contra eos in dicto Pſal. Et auxiliũ eorum veteraſcet in inferno a gloria eorũ. Hoc eſt iſtud auxilium, in quo iſti poſuerũt ſpem, ſcilicet, in magnis ædificijs, in amplis patrimonijs, poſteris relictis, veteraſcet, & ad nihilum redigetur eis in inferno, & etiã veteraſcet illa eorum memoria: donec in totũ deleatur: quia licet maneãt, & ſepulchra ad vanam gloriam facta: tamen propter antiquitatẽ nomina fabricantium ignorantur, & ſic veteraſcũt a gloria eorũ, propter quã ipſi ea ædificauerunt. O mirabile ſaluatoris noſtri conſilium & exemplum, ad hanc ſuperfluam, & vanam ſolicitudinem vitãdam de illo diuite: de quo fit mentio Lucæ. xij. Qui promittebat ſibi plures annos in diuitijs, dicens: Anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos requieſce: comede bibe, epulare: dixit autẽ illi Deus. Stulte hac nocte animam tuã repetent a te: quæ autem paraſti cuius erunt? ſic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues: vnde Chryſoſtomus ſuper dictis verbis quæ autem paraſti cuius erunt? ſic ait. Hic enim ea deſeres, non ſolum nullum inde percipiens commodum, ſed & ſarcinam peccatorum portans ſuper humeros proprios, & quę quidem a te congeſta ſunt plerũq; in manus peruenient inimicorum: a te vero ſuper ijs ratio requiretur. Et Ambro. ſuper Lucã. Fruſtra enim congregat opes qui ſe ijs neſcit vſurum: nec enim noſtre ſunt quæ non poſſumus auferre nobiſcum: ſola virtus comes eſt defunctorum: ſola nos ſequitur miſericordia: quæ tabernacula defunctis acquiret æterna. Nec tamen improbatũ eſt moderate parentes theſaurizare filijs ſuis: & ſic eis aliquid reſeruare in quo filij ſuccedãt eis morientibus iuxta Apoſtoli ſententiam. ij. Corinth. xij. Hoc ta-





men debet habere debitam in acquirendo, & conſeruando menſuram: quam non ſeruant iſti qui propter nominis ac generis ſui memoriam conſeruandam: quibuſcunque vijs magna ſtudent poſteris relinquere patrimonia: de quibus dicitur Iob. 12. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocãt Deum cum ipſe dederit omnia in manus eorum: hoc eſt quia iſti bona aliorũ per fas & nefas indifferenter ſibi acquirunt, vt poſteris magnas relinquant domos: & ſic audacter, & ſine timore prouocant, & contemnunt Deum, cum ipſe dederit ad votum omnia in manibus eorum quibus ipſi vtuntur tanquam Deo ingrati, & ſic cadũt in perpetuam ſui damnationem. Itaque cum bonum conſiſtat in debita menſura: neceſſe eſt, quod per exceſſum illius menſuræ malum perueniat: ideo horum domus & memoria contra votum ſuum plerumque citius periere ſecundum illud Pſal. 36. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani: tranſiui & ecce non erat quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et iterum verte: & non erit impius: eſt enim horum ædificiũ ædificatum ſuper fęnum, & ſtipulam, & Apoſtolus inquit. 1. Corinth. 3. Super hoc enim ſecundum glo. ædificare dicuntur, qui cogitant quæ mundi ſunt, & ea quę pertinent ad diſpoſitionem rerum mundanarum, & ad onera carnis, & exteriorem gloriam ordinãtes ſtudium vitę ſuæ in temporalibus acquirendis & conſeruandis. Theſaurizãdum eſt, ergo iuxta ſaluatoris noſtri conſilium. Matthęi. 6. dicentis. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furãtur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cęlo, vbi non erugo non tinea demolitur, vbi fures non effodiunt, nec furantur: vnde pulchre Chryſoſto. ſuper Matthæum. Quid ergo melius eſt an in terra reponere, vbi incertus eſt conſeruationis euentus: an in cælo, vbi eſt certa cuſtodia? Quæ autem ſtultitia eſt illic relinquere, vnde exiturus es, & illic non pręmittere quo iturus es? illic ergo ſubſtantiam tuam colloca vbi patriam habes perpetuam. Et ſic poſtquã illud theſaurizandi conſilium & alia ad noſtram ſalutem pertinentia dominus noſter poſuit, ſubdit. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſupra petram: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti & irruerunt in domum illam & non cecidit. fundatu enim erat ſupra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto qui ędificauit domum ſuam ſuper arenam & deſcendit pluuia & venerunt flumina, & flauerũt venti & irruerunt in domum illam & cecidit & fuit ruina eius magna. Sic igitur quia reproborũ domus ſunt ſuper arenam ædificatę ruũt & eorum memoria quam tantis vijs conſeruandam curauerunt: & ipſi viuẽt ſine fine apud inferos in tanti laboris pręmium: vnde eorum peribit memoria quæ non conſeruabitur in filijs ſuis nec eorum proſperitas aliquid mortuo patri ſolacium afferet cũ illud ignorant. Hoc eſt quod amicis ſuis Iob reſpondit. 14. cap. Omnium labilitatem a memoria oſtendens, mons cadens defluit, ſcilicet, a memoria hominum & ſaxum transfertur de loco ſuo: hoc eſt de lapidicina, nec ibi remanet eius memoria: lapides excauãt aquæ: & alluuione paulatim terra conſumitur, ſcilicet quamuis ſit ſtabilis, & ſic omnia iſta pereunt de hominum memoria. Sic erit de eorum memoria: quia peribit, cum ſit minus ſtabilis. hoc eſt ꝙ ſubdit, dicens. Et homines ergo ſimiliter perdes, ſcilicet, a memoria hominum: roboraſti eum paululum, vt in perpetuum tranſiret: hoc eſt roboraſti eũ fortitudine & diuitijs paululum: in hac vita quæ breuis eſt, vt tranſiret a vita præſenti abſque reditu. Nec ad horum ſolatium aliquid poſt mortem pertinere poteſt quod filij eorum ſint in potentia & honore cum ipſi hoc neſciant vt eodem capit. concludit Iob dicens. Siue nobiles fuerint filij eius ſiue ignobiles non intelliget. Eſt alia horum vanitas propter quam ſapiens omnem laboris ſui induſtriam deteſtabatur, Eccleſiaſtes ſecũdo. Rurſus inquiens deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub Sole ſtudioſiſsime laboraui habiturus hæredem poſt me, quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit. Et dominabitur in laboribus meis quibus deſudaui & ſolicitus fui: & eſt quid quam tam vanum? Vnde ceſſaui: renũciauitque cor meum vltra laborare ſub Sole. Nam cum alius laboret in ſapientia & doctrina & ſolicitudine homini ocioſo quæſita dimittit, & hoc quoque vanitas, & magnum malum. Sed quia ſuper huiuſcemodi vanitate, & bonis vinculatis varia & ardua, tam in conſulendo quam in iudicando mihi occurrerunt negotia dubitatiſsima reipu

blicę, vtile mihi fuit viſum huius legis com
mentum humeris licet impar meis non re-
cuſare.

## SVMMARIVM.

1 *Præmittit iura quæ emanarunt ante & poſt hanc legem & numero.16.*
2 *Ius agendi ad ſupplementum quo iure fuit introductum.*
3 *Intellectus.l. Si non mortis.ff.de inofficio. teſtamento.*
4 *Donatio facta a parente filiofamilias: vt imputet in legitimam an valeat & numero.7.*
5 *Aſsignatio legitimæ facta filiofamilias valet & eſt irreuocabilis.*
6 *Inſinuatio an requiratur in aſsignatione legitimæ facta filiofamilias. & nume.8.*
9 *Filia dotata cum parua dote an excludatur propter ſtatutum excludēs dotatam arbitrio boni viri.*
10 *Ius agendi ad ſupplementum cuius fauore ſit introductum.*
11 *Petitio legitimæ an ſit impugnatio teſtamenti.*
12 *Lex omnimodo an habeat locum in patre & fratribus.*
13 *Frater non poteſt in legitima grauari inſtituta turpi perſona.*
14 *Lex omnimodo habet locum in filio: cui minus debito pro legitima relinquitur & prohibetur plus petere.*
15 *Si pater minus legitima filio relinquat inſtituta turpi perſona, an poſsit filius impugnare totum teſtamentum.*
16 *Titulus. C. de inofficio. donatio. quid inducat de nouo.*
17 *Onus & grauamen quod tollitur hodie de legitima an etiam tollebatur de iure Digeſtorum.*
18 *Hæc lex quantum differat a lege cum patronus.ff.de lega. 2.*
19 *Grauamen iniunctum filio in legitima: in euentum quod aſsequatur redditus vel beneficium non valet.*
20 *Filius an poſsit grauari: in implemento voti paterni & ſingulariter de intellectu cap. licet de voto.*

AD rem
deueniēs
ſecūdum
verum in
tellectū,
ſic ſūma-
tur hec
lex. De legitima ſubduci- *¶Ita ſummat Bart.*
tur omne grauamen cōdi
tionis, vel tēporis, ſeu alte
riuſcuiuſcūque oneris, &
valet relictū legitime tan
quam ſi tale grauamē ſcri
ptum, nec appoſitū eſſet.

AD euidētiam pręmitte, φ iura ſaltē no-
uiſsima in quantū potuerūt voluerūt 1
prouidere filijs in legitima ſibi quodā *Euidentialia huius legis ſatis ſingularia.*
modo a iure naturę debita; & eodem mo-
do laborauerunt excuſare, ſeu obuiare ne
teſtamenta parentū ſubuerterentur per que
relam inofficioſi teſtamenti, ſeu alio modo.
¶Vnde ad prouidendum contra grauamē
appoſitum filijs in legitima, primo emana-
uit.l.omnimodo.C.de inoffi.teſtamen.quæ
venit ad prouidendū contra grauamen quā
titatis. Nā olim ſi filio minus legitima erat
relictum in teſtamēto competebat filio que-
rela inofficioſi teſtamēti.*l.parētibus verſi. *a
qui autem.C.de inoffi.teſtamē. l. cum quæ-
ritur.C.eodem titulo.hodie inducitur con-
trarium per.d.l.omnimodo.* Imo quod nō *b
propter hoc irritetur teſtamentum nec filio
competat querela inofficioſi teſtamēti. Sed
competat ſibi ius agendi ad ſupplementum
ita vt teſtamentum maneat firmum; & ſine
vlla mora & grauamine ſuppleatur filio in
tegra legitima; caſus eſt in d. l. omnimodo.
¶Et tene menti quod diſpoſitio. d. l. omni-
modo. videtur habere fundamētum etiam
de iure digeſtorū ex quadā.l. ſingulari quæ
incipit ſi non mortis.ff.de inoffi.teſtam.vbi
tex.dicit: quod ſi filius excluditur a quere-
la inoffi.teſtamen.ſi quartā ſuam habeat ex
donatione inter viuos a patre ſibi facta. Sub

dit Vlpianus, & in hoc facit, aut ſi minus ha
beat quod deeſt boni viri arbitratu replea-
tur. ¶Et in tantum iſte tex. fuit viſus aliqui-
bus concordare cum d.l.omnimodo, quod
fatentur φ compoſitores noui iuris ſumpſe
runt dicta verba de repletione ſupplemen-
ti ex.d. l. omnimodo. & illa addiderunt in
d.l.ſi nō mortis, quaſi vellent φ ſemper fuit
*c prius diſpoſitio. * d. l.omnimodo & in hac
opinione fuit Accurſius in d. l. omnimodo
& in d.l.ſi non mortis, quē aliqui ſequuntur
ne alias dicamus Iuſtinianum fuiſſe menda-
cē, qui in d.l.omnimodo hoc ius agendi ad
ſupplementum tāquam ius nouum ante nō
diſpoſitum induxiſſe fateatur, quod nō eſſet
ſi de iure ff. fuiſſet prouiſum. ¶Sed aliqui-
*d bus * moderniorībus veriſimilius videtur
φ Imperator acceperit diſpoſitionē.d.l. om
nimodo.ex ſimilitudine.d. l. ſi non mortis.
Non tamen eſt credendum φ compoſitores
noui iuris miſcuerunt iura noua veteribus:
φ mihi plus placet: maxime quia glo. in d.
l.ſi non mortis trāſiuit ad aliā ſolutionem.
Et in quantū ibi Accurſius dixit φ diſpoſitū
ibi de collatione fuit additū per cōpoſitores
noui iuris reprehenditur per Barto. Ange.
Pau.de Caſt.& alios; quia cōpoſitores.ff.nō
cognouerunt iura nouiſsima authenticorū
per quę ex teſtamento fuit inducta collatio.
Idem Accurſ.in collatione, mutauit illā ſo-
lutionem. ſ. quia ibi loquitur ab inteſtato.
2 ¶Ad inconueniens adductum.ſ. quia ſi hoc
eſt verū φ ius ſupplementi fuit inductū de
illo iure. ff. ergo non eſt ius nouū diſpoſitū
in d.l.oīmodo.cuius cōtrariū firmat ibi Im
perator, dicens. Voluntatibus teſtatorū pro
ſpicientes magnā & innumerabilē occaſio-
nē: ſubuertēdę eorū diſpoſitionis amputare
cēſemus: & ibi in certis caſibus in quibus de
inofficioſis defunctorū teſtamentis vel alio
modo ſubuertendis moueri ſolebat actio.
¶Reſpondeo ego multipliciter, imo dico φ
ſemper manet ius nouū atq; ampliſsimum
3 diſpoſitū in d.l.omnimodo. ¶Primo, * quia
*e tex. in d.l.ſi nō mortis loquitur in eo φ filio
erat donatū inter viuos per donationem in
qua filius ſemel cōſenſerat; ideo excludebat
a querela, ſed agebat ad ſupplementū arg.
l.parentibus.verſ.qui autē.C.de inof. teſta.
ſed in eo φ relinquitur ex teſtamento filius
nō cōſentit a principio: ideo cōpetebat ſibi
querela ſi minus legitima relinquebatur, vt
d.l.cū quęritur & l.parentibus. φ tollitur per
d.l.omnimodo. nec hoc erat prouiſum in d.
l.ſi nō mortis. Et hæc ſolutio cōſtat ex litera
ibi. Hac tū contēplatione, vt in quartā impu
taretur; & hoc moderniorībus placet & Pau.
in d.l.omnimodo. & habuit a Sal. ibi quam
uis illū taceat. qui dicit φ d.l.ſi no mortis.nō
loquitur qū inter viuos fuit donatū pacto
appoſito: vt cōputaretur in quartā. d. l.om
nimodo. qū in vltima voluntate. ¶Secūdo
pōt aſsignari alia diſsimilitudo quia in d.l.
ſi nō. loquitur tex. ab inteſtato ſolū in ſecun
do reſpō. in quantū loquitur de collatione
ibi, aut cōferri. &c. Quod cōſtat; quia de iu-
re antiquo ex teſtamento non habebat locū
collatio, vt in l. j. C. de collat. & ita firmat
glo. ſecūda in d.l.ſi non mortis. quæ appro-
batur.l.omnimodo. ex teſtamēto. Et adhuc
ibi voluit fieri ſuppletio, vt apparet ex
illa diſiūctiua ibi, aut cōferri: vt voluit Sal.
in d.l.omnimodo. ex neceſsitate; prima reſ-
ponſio melior. Cū ergo ſit diſsimilitudo ali-
qua inter caſum dictarū legū, non videtur
mihi inconueniēs excuſare illā ſuppletionē
dicendi eſſe additū a cōpoſitoribus noui iu-
ris. Sed φ vtraq; l. diſponat in ſuo caſu: & φ
ex ſimilitudine aliqua Imperator ſumpſit di
ſponendi cām ex d. l. ſi non mortis. quæ ni-
mis ampliatur per d.l.oīmodo. ¶Ad vnum 4
tū notabis illā.l.ſi nō mortis. in quantū tex.
ibi facit mentionē de donatione facta inter
patrē & filiū ea contēplatione: vt in quartā
imputaretur: neſcit enim Ang. ibi quomo-
do valuit donatio inter viuos inter patrē &
filiū, * niſi ex eo φ fuit facta ad hoc, vt filius *f
imputaret eā in legitima, quæ ideo valet ſe-
cundū eū, &c. patre viuente; quia nō eſt do-
natio mera; ſed potius ob cauſam, φ nota. * *Vi. ſingu. Phil. Deciū in cōſi 86. viſo pūcto col. pe. verſi. vlterius quæro.*
Et refert ibi Ang. ſe conſuluiſſe per d.l. φ pa
ter qui filiū nolebat emācipare; ſed ſolūmo-
do aſsignare ſibi legitimā in vita ad hoc vt
aſsignatā non poſſet ſibi auferri per fratrem
& fructus pertinerent ad filiū & omnia me-
lioramēta: φ pater non emāciparet filiū: ſed
faceret ſibi donationē hoc expreſſo φ illud
ſibi donabat pro ſua legitima portione. Nā
valida eſſet talis donatio inter patrē & filiū
& irreuocabilis * φ no. facit. l. ſi quādo. in. §. *g
& generaliter. C. de inof. teſta. & in. §. igitur.
Inſti. eo. tit. ibi vel inter viuos. ¶Et licet iſta
doctrina non probetur concludēter ex illa
lege quia ibi ſolūmodo dicit text. φ fuit fa-
cta donatio inter viuos filio hac contēpla-
tione, vt in legitima imputaretur: tū nihil
ibi diſponitur ſuper validitate donationis:
nec ad hoc diſponēdū vel determinandū ve

nit ille tex. tñ corroboratur ex hoc ꝙ filius
*h in legitima cẽſetur quaſi creditor: * vt dicit
illa gl.ſingu.in l.3.C.de iuris & facti igno.
cui eſt ſimilis in l.ſi duo.ff.de acquiren.here.
eſt caſus ſingu.in l.& quia.ff.pro ſocio.vbi
Pau.inquit,plerunq; a parente quaſi debita
nobis hereditas obuenit:& in l.fin.§.ſin aũt.
verſi.quaſi debita.C.de cura.furio. & ſic nõ
cenſetur mera donatio.¶Per prędicta elegã
ter ampliabis doctrinam poſitam a Bartol.
in l.4.colum.penul.ff.ad legem Falci.qui ar
gumento.l.cum quo.§.fina.ff.eo.tit. tenuit,
quod pater poteſt ſi vult præuenire vltimũ
iudicium & aſsignare filio legitimam in vi-
ta quam ſequuntur alij,vt infra dicam: &
probatur in §.igitur.& in dicta l.ſi non mor
tis.vt illud obtineat in tãtum quod non poſ
ſit reuocare etiam ſi per modum donationis
inter viuos aſsignaſſet filio exiſtenti in po-
teſtate legitimam ſuam: de quo latius infra
*i in * 4.limitatione.¶Sed licet per Ang.nihil
allegetur allego contra eum textũ in l.data
C.de dona.vbi eſt caſus ꝙ ſolẽnitas inſinua
tionis quæ a iure requiritur in donationi-
bus excedentibus ſummam debet interue-
nire,* vbi fit donatio inter coniunctas per-
*k ſonas,vt coniunctarum perſonarum fraus,
& calliditas euitetur.¶Et dixit Bald.ibi ele-
ganter ad propoſitum: ꝙ etiam ſi pater do-
naret filio in premium emancipationis legi
timam ſuam tantummodo quidam dicebãt
*l ꝙ nõ eſſet inſinuatio neceſſaria dato quod *
excederet donatio ad mille millia floreno-
rum per l.1.C.de impo.lucra.deſ.lib.10. ip
ſe dicit contrariũ eſſe verũ ex eo ꝙ viuo pa
tre non debetur legitima filio.l.fin.ff. de li-
be.agnoſcẽ. Ideo ſi donatur legitima eſt iſta
mera liberalitas in vita patris, & per conſe
quens requiritur inſinuatio. Pro quo opti-
mus tex.in d.l.ſi quando.§.generaliter vbi
tex.hanc aſsignationem factã filio de legiti
ma vocat donationem inter viuos facit.d.l.
ſi non mortis.& d.§.igitur.¶Præterea facit
etiam contra hanc doctrinam Ange.text.&
ibi glo. notabi. & Barto.in d.l.3.C.de iuris
& facti ignorantia. vbi ponitur pro regula
ꝙ licet hæreditas ſit fi lio quaſi debita: tamẽ
iudicatur de ea vt de ſimplici lucro in diſpo
ſitione.l.de lucro loquentis: nã ibi nocet er-
ror iuris ſicut in lucris qui non nocet in dã-
no. ¶Item facit id quod dixit Bal. in l.poſt
mortem.C.de fideicõ.vbi dicit ꝙ ſi rogatus
reſtituere poſt mortem ſuam aliquam rem
illam reſtituat in vita: iſta eſt donatio non
reſtitutio ex fideicõmiſſo ſecũdum commu-
nem opinionem:de qua Bart.& Moderni in
l.ſed ſi ante.ff.ad trebellia.Ideo infertur ſin-
gulariter,ꝙ cum ſit donatio: indigeret inſi-
nuatione ſi excederet quingentos aureos,er
go idem dicendum in legitima quæ fi lio ve
re non debetur in vita patris. ¶Bene poteſt 7
ſuſtineri opinio Ange. pro qua in terminis
allego elegantem concluſionem Bald.idem
tenentis in l.cum oportet.§.nõ autem. C.de
bonis liber.vbi expreſſe dicit,quod ſicut fi-
lius eſt capax dotis etiam ſi ſit in poteſtate.
l.Pomponius Philadel.ff.familiæ herciſcun
dæ.ita eodem modo eſt capax legitimę.Vn
de concludit,quod valet donatio, ſeu aſsi-
gnatio legitimæ facta filio in poteſtate cum
in eius aſsignatione pater poſsit præuenire
mortem ſuam filio conſentiente.l.cum quo
de peculio.ff.ad legem Falcidiam.& l.finali
ff.de decu.& ita affirmat eſſe verum. ¶Alle
go etiam text.ſingula.in lege ſi vir.§.quod
vir.ff.de donationibus inter vir. & vxo.v-
bi caſus quod ſi maritus ſoluit vxori debi-
tum in diem ante quam veniat dies iſta non
eſt donatio. ideo non cenſetur inter virum
& vxorem prohibita:ſed cum legitima ſit fi
lio debita,vel quaſi debita vt eſt caſus in l.
ſi quis legatum.ff.de falſis.& in l.fina. ff.de
libe.agnoſcen.& ibi Bart. ergo non eſt pro-
hibita donatio ratione legitimę. ¶Nec ob- 8
ſtat contrarium de inſinuatione: quia nõ eſt
verum imo ipſe Bald. tenuit contrarium in
lege illud.3.quæſtione. C.de ſacroſanct.ec-
cleſijs.ſequutus Speculator.qui idem tenuit
in titulo de donatio.verſic.quid ſi pater. di-
cunt enim iſti quod donatio facta per patrẽ
filio in premiũ emancipationis vſq; ad legi
timam nõ indiget inſinuatione: cum hoc ſit
potius ſoluere naturale debitum quam do-
nare.l.1.C.de impo.lucra.deſcri.libro.10.
Ideo pater qui aſsignat filio legitimam, vi-
detur cum eo diuidere. hanc dicit Bald. eſſe
ſummam veritatem: quia licet filius nõ poſ
ſit viuo patre legitimã petere: tamen poteſt
pater in ſoluendo pręuenire ſi vult: vt in d.
l.cum quo.l.quoniam nouella.C. de inoffi-
cioſo teſtamento. idem Bald. in l.& ſi mor-
tis.C.ad legem Falcidiam.loquitur in filio
in poteſtate.Quæ omnia nota ad defenſan-
dam opinionem Ang. ſatis ſine fundamen-
to poſitam, Et ad practicam iſta nõ ſunt par
uę importantiæ quæ multum limitant iura
prohibentia donationem inter patrem & fi
liũ.¶Et per d.l.ſi non mortis.dicebat Bal.ſe 9
conſul-



cõſuluiſſe vt refert ibi Pau. ꝙ ſi teſtamẽtũ di
ceret,ꝙ filia dotata arbitrio boni viri nõ ſuc
cedat cũ maſculo, ꝙ ſi filia eſſet dotata non
tñ arbitrio boni viri: quia forte paruã dotẽ
habuit ꝙ nihilominus erit excluſa a ſucceſ-
*m ſione,ſed * cõpetit ſibi ius agendi ad ſupple
mentũ dotis cõgruę arbitrio boni viri.¶Cõ
trariũ ſentit Bal.in authẽtica res quæ. C.cõ-
mu.de lega.& hoc clarius ſequitur Paul. de
Ca.in d.l.ſi non. & hoc placet:nã dictũ teſta
mentũ erat odioſum.Excludebat filiã a ſuc-
ceſsione, ſolũmodo in caſu in quo eſſet do-
tata arbitrio boni viri. ergo illo ſolo caſu
eſt excluſa. ſ. qñ tẽpore mortis nõ reperitur
ſic dotata prout teſtamentũ diſponebat,ceſ-
ſat ſtatuti diſpoſitio,& per cõſequens ſucce-
det ab inteſtato in integrũ tanquã in nihilũ
10 ſibi obſtet ſtatutũ. * ¶ Aduerte etiã hoc ius
agẽdi ad ſupplementũ per d.l.oĩmodo. fuit
inductũ in fauorẽ teſtatorũ. * Secũdario
in fauorẽ legitimę filiorũ.clare hoc diſponit
tex.ibi in parte dũ dicit.Magnã & innumera
bilẽ occaſionẽ ſubuertẽdę diſpoſitionis. &c.
& totũ probatur ibi: tã mortuis cõſuluiſſe q̃
liberis eorũ.Idẽ Bal.in l.1.in prin.C.de col
latio.licet aliqui dicant non eſſe in fauorẽ fi
liorũ:cũ vtilius eis fuiſſet teſtamentũ ſubuer
tere.Ad iſtũ tex.rñdent ꝙ cõſeruat eos indẽ
nes,ne perdãt legitimã ſibi a iure naturæ de
bitã: non tñ fauet eis in extorquẽdo plus:&
hoc videtur Paulo placere.¶Et ſic licet filij
agat ad ſupplemẽtũ legitimæ nihilominus
*n manet firmũ teſtamentũ. caſus eſt ibi firmũ.
&c.* ¶Maxime;quia petitio legitimæ nõ eſt
11 proprie impugnatio teſtamẽti vt ꝓbat tex.
ſing.in l.cũ lege.C.de epiſ.& cleri.iuncta au
thentica presbyteros.C.eod.vbi ꝓbatur ex
preſſe ꝙ licet teſtamentũ nõ poſsit per filiũ
impugnari: filius tñ hoc non obſtãte põt pe
tere legitimã ſuã * & ad hoc extolluntur illa
*o iura per Bal.in d.l.cũ lege.3.nota.Cũ hac cõ
cluſione tranſiuit Io.de Ana. conſulendo &
etiã quidã modernior Mediolanẽ.in d.l.oĩ
modo.& Pau.de Caſt.in d.l.cũ.l.¶Sed quę-
rant iſti alia fundamenta: quia mihi nõ ſuffi
ciũt illa quæ Bal.allegat. Nã verũ eſt ꝙ tex.
in d.l.cũ lege.expreſſe dicit ꝙ clerici de pe-
culijs quaſi caſtrenſibus pñt teſtari & nõ ſo-
lũ teſtari,imo libere teſtari ita vt eorũ teſta-
menta minime ſubiaceant querelæ inofficio
ſi teſtamenti: ſed poſtea ſuperuenit tex.in d.
authẽtica presbyteros & dicit: ꝙ ita pñt te-
ſtari dũ tamen relinquant filijs legitimam &
hoc per cõdictionem ex l.vt glo.ibi, neſcio

*¶ *Adde. Bal.in.l.illud in prin. C.de colla. qđ actio ad ſupplemen. legitimæ fuit introducta duplici fauore.ſ.teſtatoris per prius:& liberorũ per poſterius.*

*¶ *Vi. Iaſ. l.omnimodo. 2.notabi.C.iſto titulo.*

ego quo modo ex illis iuribus probetur ꝙ
licet per filiũ non poſsit teſtamẽtũ impugna
ri,per querelam nihilominus poſsit petere
legitimã; & ꝙ petitio legitimæ nõ ſit impu-
gnatio teſtamenti. Nã ideo in illis legibus
hoc permittitur: quia expreſſe hoc diſpoſi-
tũ eſt in d.authẽtica presbyteros.quæ venit
correctiue ſecũdũ aliquos ad l. Codicis, vel
ſecundũ alios limitatiue,ſeu declaratiue.Nã
licet in d.l.cum lege.diſponatur; ꝙ non ha-
beret locũ querela; tñ in dicta authentica,tã
quã ius nouum continẽs ſtatuitur ſecus eſſe
in legitima: vnde parũ dubitationis eſt tũc
ex quo a lege ſic exprimitur.¶Sed ſi ſolum-
modo ab aliqua lege fuerat prohibitũ filijs
querelare pro vt in d.l.cũ lege diſponeba-
tur,quod non obſtante ꝙ filius eſſet prohi-
bitus querelare teſtamentũ paternum:nihil-
ominus eſſet ſibi permiſſum petere legitimã
ſi ab alia lege hoc ſibi non cõcederetur, pro
vt conceſsit.d.authen.presbyteros. Non vi
deo fundamentum: ſed ſi expreſſe concede-
retur vt concedit.d.authentica presbyteros
de nullo dubio deſeruit: igitur iſtorum con
cluſio ex capite.¶Sed ad ſuſtentandam opi-
nionem Bal.ego allego glo.ſingu. ſecũdum
vnã ſolutionem in d.authenti.presbyteros.
vbi gl.mouet contrariũ de dicta l.cum lege.
quæ dicit ꝙ teſtamentum illorum non ſub-
iacet querelæ;cuius contrariũ videtur dice-
re tex.in d.authen.ex quo mandat filijs relin
qui legitimam de neceſſario. ergo ſi non re-
linquitur querelabitur. Reſpondet gl. ꝙ nõ
querelabitur.Reſpondet glo. ꝙ non quere-
labitur teſtamentum propter hoc: ſed filius
petet legitimam per condictionẽ ex l.quod
eſt nimis diuerſum.Nam querela rumpit,&
aduocat in totum, condictio ex l. ſolum le-
gitimam: & ſic dicit glo. ꝙ non eſt cõtraria 12
dicta authentica dictæ legi: ex quo apparet,
ꝙ ſi non eſt contraria dato quod filius petat
legitimam non impugnat teſtamentũ * ¶Et
diſpoſitio.d.l.omnimodo.non ſolum habet
locum in filijs;verum etiam in * parentibus,
& etiam in fratribus. vbi vocantur ad hære
ditatem fratris,puta turpi perſona inſtituta
tex.eſt in d.l.omnimodo.ibi, vel alijs perſo
nis quibus eadẽ actio cõpetere poterat. iun-
cta gl.quę exẽplificat in patre & fratre ꝙ no
tã cũ hodie per.ll.* fact.in curijs Thaur.aſcẽ
dentes ſint heredes neceſſarij deſcẽdentibus
ſuis.& allegat caſum expreſſum in §.ceterũ.
vt cũ de appe.cognoſ.colla.octa.quæ loqui
tur expreſſe in patre,&c. ¶ Sed Guilielmus *p
A 4 de Cug. *q

*Vi. Iaſ.in l.fratres C. iſto titu.ſi. col. qđ cõmunis opi. eſt qđ odio inſtituti frater rũpit in totũ teſt.patris & vi. eũdẽ Iaſ.l.omnimodo colũ.1.C.iſto tit.*

de Cug. in lege fratres. C. de inofficioſo te-
ſtamento. tenuit contrarium in fratre: imo
quod turpi perſona inſtituta in totum poſ-
ſit expugnare teſtamentum etiam ſi aliquid
eſſet ſibi pro legitima relictum. Et idē ſequi
*r tur * Paulus de Caſtro in dicta lege omni-
modo motus per legē Panthonius. ff. ſi quis
a parente fuerit manu. vbi pater turpi per-
ſona inſtituta a filio, poteſt totum teſtamen
tum impugnare & totam hæreditatem ad-
uocare: tamen ſi non eſſet turpis non poſſet
petere niſi ſolummodo legitimā. Idem Pau.
in d. l. fratres, dicēs ex hoc inferri ꝙ ſi frater
in teſtamento reliquiſſet fratri integram le-
gitimam & in reſiduo inſtituiſſet turpē per-
ſonam adhuc competeret fratri querela ad
obtinendum reſiduum, & fuit hoc origina-
le Guiliel. ex relatione ſcribētium. ¶Itaque
tenent iſti quod inſtituta turpi perſona, non
ſolum ſi frater aliquid in teſtamēto reliquiſ
ſet fratri ſuo: verum etiam ſi totam integrā
legitimam ei reliquiſſet, poſſet querelare te-
ſtamentum in totum & aduocare totam hæ
reditatem: fundantur in duobus. ¶Primo in
d. l. Panthonius. Secundo: quia dicit Guilie.
quod non meminit ſe legiſſe quanta ſit legi
tima fratris quaſi habeat totum pro legiti-
ma. ¶Salicetus in l. fratres. C. de inofficioſo
teſtamento. in tertia quæſtione ſequitur o-
pinionem iſtorum. Mouetur quia querela
datur principaliter in odiū inſtituti qui eſt
turpis perſona, & propter eius vilitatem &
infamiam: ſed querela quæ datur filijs con
tra teſtamentum paternum, datur principa
liter in odium patris filium exhæredantis &
illum ponentis extra hæreditatem & legiti
mam ſibi debitam. Vnde cum cauſæ ſint di
uerſæ non infertur argumentum vt ſtatu-
tum in filio habeat locum in fratre. l. natura
liter. §. nihil commune. ff. de acquirēda poſ-
ſeſsione. Item quia legitima regulariter &
indiſtincte eſt filio debita niſi ex cauſis aſsi-
gnatis in. §. cauſas. vt cū de appella. cognoſ.
fratri vero e contra. Imo regulariter non eſt
ſibi debita legitima niſi turpi perſona inſti-
tuta. Item legitima filij exigit titulum inſti
tutionis quod ſecus eſt in fratre. in authen-
tica de here. & fal. §. ſi vero. vnde cum nimis
diſtet de legitima filij ad legitimam fratris,
non eſt concludens argumentum de vna ad
aliam. Ex quibus concludit, quod ſiue nihil
fratri relictum ſit ſiue aliquid pro ſua legiti
ma ei a fratre ſit relictum, quod turpi perſo
na inſtituta fratri competat querela inoffi-
cioſi teſtamenti etiam hodie ſicut olim: quia
quod non mutatur ſtare non prohibetur: ꝙ
potiſsime operatur infamia inſtituti. pro
quo allegat etiam. d. l. Panthonius. ¶In vno
diſcrepat ab opinione iſtorum quod dicit
ſecus eſſe vbi frater quartam integram reli-
quiſſet fratri ſuo: quia tunc non competeret
ei querela turpi perſona inſtituta: quia nec
filius tunc querelam haberet, & ſic reſidet.
Et habuit a Bal. totum quod dicit in d. l. fra
tres vbi tenet: quod ſi integra legitima fra-
tri relicta eſſet, non haberet querelam alias
in totum, vt retulit Sali. & hoc videtur eſſe
de mente Barto. in d. l. fratres qui expreſſe te
net per d. l. Panthonius, quod teſtamentum
fratris per querelam turpi perſona inſtitu-
ta reuocetur in totum, & non ſolum vſque
ad legitimam cum iſta querela fuit inuenta
in odium inſtituti: tamen non loquitur Bar
to. vbi aliquid eſſet relictum fratri prout lo
quitur. d. l. omnimodo. ¶Contrariam opi- *Contra Accursium antiqu. opinion.*
nionem teneo quam tenuit Accurſius in d.
l. omnimodo. nam iſti aperte dicunt contra
tex. in d. l. omnimodo. vbi tex. diſponit non
ſolum in filijs: ſed etiā in omnibus alijs qui-
bus competit querela inofficioſi teſtamenti
ſed fratri turpi perſona inſtituta competit
querela, vt in d. l. fratres. Ergo vbi habe-
mus caſum legis expreſſum non expedit ſu-
per hoc diſputare, & ſic euaduntur argumē
ta debilia Sali. dicentis quod non mutatur
quare ſtare prohibetur: quia imo mutatum
eſt per d. l. omnimodo. ¶Neque obſtat argu
mentum Guiliel. dicentis ſe non meminiſſe
quod legerit de legitima fratris. nam con-
trarium ego reperi ſcriptū: imo ꝙ fratri de
betur legitima turpi perſona inſtituta quæ
eſt quarta, vt olim filijs, iſte eſt caſus ſingul.
in corpo. de hære. & fal. colla. 1. §. primū ita-
que ibi. Quia teſtantibus alijs quidem neceſ
ſitatem imponit. l. diſtribuere, & quandam
partem perſonis quibuſdam tanquam hæc
pars ſecundum ipſam naturam eis debetur
quale eſt filijs & nepotibus patribus ac ma-
tribus: interdum vero & fratribus iūcto ſi.
§. ibi quartam. ab inteſtato partem cōcedit.
Et quod legitima debeatur fratri tenuit gl.
in authentica nouiſsima. C. de inoffic. teſta-
men. quæ dicit, ꝙ quarta debita fratri pro le
gitima inſtituta turpi perſona nō eſt aucta.
Idem ſentit glo. in d. l. omnimodo. ſequitur
& Bal. in d. l. fratres. licet Ange. dicat auct.
in l. prima. de inoffic. teſtamen. vulgaris eſt
quæſtio. ſufficit quod omnes tenent quod
fratri



fratri eſt debita legitima: & per conſequens
13 ceſſat fundamentum Guiliel. de Cug. ¶In tā
tum quod gl. ſingul. in. §. ſi vero expreſsim
in d. authen. de hære. & falci. tenuit ꝙ quem
admodum filio non poteſt apponi grauā-
men in legitima: ita etiam nec fratri turpi
perſona inſtituta, nec alij cuicunq; cui de ne-
ceſſario debeatur. ¶Per quæ videtur vera
concluſio ꝙ d. l. omnimodo. habeat locum
in fratre vt non poſsit querelare turpi per-
ſona inſtituta ſi aliquid ſibi eſſet relictū. Sed
debet agere ad ſupplementum: quā conclu-
ſionem tenuit Angel. in d. l. fratres, & in d. l.
omnimodo. & multi moderniorum. Ange.
notabiliter in l. 1. ff. de inoffi. teſtamē. ¶Lex
Panthonius non obſtat: quia ibi pater om-
nino fuit præteritus, vt idē Sali. expreſſe di-
cit dans hanc reſponſionem in d. l. fratres.
14 ¶Habet etiam locum diſpoſitio. d. l. omni-
modo. dato quod pater reliquiſſet filio pro
legitima aliquid non ſufficiens ad legitimā
& prohibuiſſet eū ne plus poſſet petere, vel
habere in bonis ſuis, quod non propter hoc
*5 cōpeteret filio querela: ſed talis clauſula * ni-
hil operatur nec quo ad impediendum legi
15 timæ ſupplementum nec quo ad teſtamen-
ti impugnationem. ˁ Iſte eſt caſus ſingu. in
authenti. vt cum de appella. cogno. in. §. cæ
terum ibi. Etiam ſi certis rebus iuſsi fuerunt
eſſe contenti ob hoc teſtamentum quidē nul
latenus ſolui permittimus: quē ad hoc om-
nes extollunt. ¶Nec eſt omittendum vnum
verbum elegans poſitū per Pau. in d. l. om-
nimodo. ad illius. l. intellectū. dicit enim ꝙ
ſi pater inſtituiſſet hæredem turpem perſo-
nam & filio aliquid relinqueret pro ſua le-
gitima: quod tunc filius poſſet totum teſta-
mentum expugnare per querelam: & per cō
ſequens aduocare totam hæreditatem ſine
eo quod haberet neceſſe agere ad ſupplemē
tum: fundamentum facit in l. Panthonius.
ff. ſi quis a paren. fue. manu. vbi eſt caſus ꝙ
pater turpi perſona per filium inſtituta po-
teſt totum teſtamentum impugnare per bo
norum poſſeſsionem contra tabulas & to-
tam hæreditatem aduocare: dicit enim Cō-
ſultus ſi turpes perſonas veluti meretricem
hæredem feciſſet emancipatus totorum bo
norum contra tabulas poſſeſsio parenti da-
tur: ſed certū eſt quod ſi non inſtituiſſet tur-
pem perſonam, ſolum peteret legitimam,
vt textus dicit ibi, aut conſtitutæ partis ſi
non turpis hæres eſſet inſtitutus. Et ſi dica-
tur quod non reperitur ſcriptum quod tur-

*ˁ, quē tex. ſingu. amplia ex verbis Bal. in l. hac edicta. li. 4. co. verſcul. iuxta hoc quæro. C. de ſecū. nupt. quem etiā. vide in l. ſi quando. §. Et generaliter C. iſto. titu. vide Phili. Deci. conſ. 89. ſi. co.*

pi perſona inſtituta a patre ſi filio aliquid ſit
relictum non agat ad ſupplementū ſed que-
rela. Nam hoc probatur ſecūdum eum per
reductionem ad inconueniens: quia non de
bet eſſe deterioris conditionis filius contra
teſtamentum patris quam e cōuerſo. Refert
hoc eſſe menti tenendum: quia eſt vtilis val
de & magna limitatio ad dictam. l. omnimo
do: & idem tenet ipſe in d. l. fratres. * ¶Mi- *t
rabilis profecto limitatio ad dictam l. om-
nimodo. quæ ſatis poteſt corroborari ex o-
pinione tenentium, quod frater turpi perſo
na inſtituta querelat in totum: de quo ante
dictum eſt: ſed non caret ſcrupulo. ¶Primo,
quia dicta. l. Panthonius. loquitur in caſu ni
mis diuerſo tam quia loquitur in patre filij
emancipati: quam etiam, quia ibi loquitur
textus in caſu in quo pater erat in totū præ
teritus, vt voluit quidam Modernior Me-
diolanenſis legens Paduæ in dicta lege om-
nimodo. & habuit illam reſponſionem a Sa
licet. in dicta lege fratres. tertia quæſtione.
Sed dicta. l. omnimodo. loquitur in caſu in
quo filio aliquid eſſet relictum, & ſic caſus
diuerſus ideo non eſt licitum argumentum:
ideo dictus Mediolanenſis reprobat Paulū
ibi. ¶Et mihi videtur recte dictum: ꝙ cum
dicta l. Panthonius. loquatur in ſuo ſpeciali
& ſpecifico caſu abſtinere debemus ab extē
ſione dimittentes vnam quanque legem in
ſuis terminis. Sed cum dicta l. loquatur in
patre omnino præterito & filio emancipato
inſtituta turpi perſona ſeruetur vt iacet.
Sed dicta. l. omnimodo. loquitur in filio cui
per patrem aliquid relictum eſt licet minus
legitima. non diſtinguit quis inſtituatur, ſci
licet, perſona turpis; vel ne. Igitur vt diſpo-
nit ſeruanda eſt: & ſic ſentit glo. recte ponde
rata in d. l. Panthonius. in parte conſtitutæ.
¶Et ſic expreſſe firmat Bal. in l. fratres. C. de
inofficio. teſtamen. dicens quod non eſt. l. de
mundo quæ dicat: quod ſi pater inſtituiſſet
turpem perſonam hæredē filius cui minus
legitima relictum eſſet, poſſet per querelam
expugnare totum teſtamentum paternum
atque totam patris hæreditatem aduocare.
Et idem tenuit Paul. de Caſt. ſibi contrarius
in conſulendo conſilio. 59. ſecundum nume
rum meum: & incipit quo ad præſens vide
tur dictas ſorores. vltima colum. circa me-
dium & ita teneo quod not. & hoc circa pri
mam prouiſionem inductam per l. omnimo
do. circa grauamen quantitatis. * ¶Super- *u
uenit ſecundo. l. quæ nuper. C. de inoffic. te- 16


ſtamento

ſtame ıto.quæ venit declaratiue, ſeu ſupple
tiue ad legem omnimodo. quæ prouidebat
ſolummodo vbi teſtamentum erat in ſcrip-
tis.declarat d.l,quæ nuper:vt etiam habeat
locum in teſtamento nuncupatiuo, & ſine
ſcriptis.¶Superuenit tertio hæc lex quę pro
uidet quando integra legitima filio relicta
eſt: tamen in ea apponiturgrauamē aliquod
ſeu onus vt illud remoueatur ac ſi appoſitū
non eſſet. & ſic cōſequitur filius legitimam
ſine aliquo onere & grauamine. ¶Quarto
eman uit.l ſcimus.§.cum autem.C.iſto titu
lo.quæ prouidet, vt non ſolum grau men
reijciatur de legitima ſi ſolūmodo legitima
ei relicta eſt;verum etiam ſi vltra legitimā
filio ſit relictum ; nihilominus in legitima
amouetur onus & grauamen , & in reſiduo
vltra legitimam obtemperatur onus. ¶Sed
adhuc per omnia hę iura nō erat plene pro
uiſum filijs.Nam cum pater teneretur relin-
quere legitimam de bonis quæ habebat tē-
poris mortis,in vita ſua donabat maiorem
partem bonorum cauſa fraudandi filios in
legitima,vt tēpore mortis pauca bona repe
rirentur, & de illis relinquebatur quarta.l.
Papinianus.§.quartam de inoff.teſt. .ff. ſed
hoc prouiſum eſt per titulū.C.de inoffi.do-
na per quam conſideratur legitima retro re
ſpectu oīm bonorū,tā donatorū quā nō do-
natorum: ita vt per querelā inofficioſæ do-
nationis filius conſequatur vſq; ad legitimā
integrā & tale grauamen inductū per immē
ſam donationē non tollitur ipſo iure:ſed o-
pus eſt ꝙ filius agat querela & infra tempus
limitatum per illū tex.vt ibi vult glo.in l.1
C de inoffic.donati.clarius Bal.ibi in tertia
17 ſolutio primæ oppoſitionis. His præmiſsis
deueniendū eſt ad propriā.l.materiā. ¶No-
ta primo iſtum tex.ꝙ omnis cōditio & gra-
uamen ſeu onus filio appoſitum in legitima
ipſo iure ſubducitur & tollitur de medio,&
habetur tanquam ſi appoſitum non eſſet: &
in hoc continetur tota virtus huius.l. dicen
tis.Ipſa conditio vel dilatio:vel alia diſpo-
ſitio morā vel quodcunq; onus introducēs
tollatur ita res procedat quaſi nihil eorum
teſtamento additum eſſet. Concordat.l.ſci-
mus.§.cū autē.huius tituli ibi. Quia noſtra
conſtitutio,quæ antea cōpoſita eſt omnē di-
lationem omnemque moram cēſuit eſſe ſub
trahendam ; & in §.ſancimus eiuſdem.l.ibi
qualiſcūque cauſa interueniēs aliquod gra-
uamen imponat,vel in quantitate,vel in tē-
pore &c.Et etiam ante hanc.l,erat hoc pro-

*¶Vid.Phil. Decīū cōſi. 495. colū. pe. nu. 22. vi.Phi.Corneum. cōſi. 265. circa primum,et ſecūdū volu. pri. & pro rōne decidendi. vide Doct. de Segu.in repetitione.l. cum patronus. ff. de*

uiſum.Ad quod pondero textum in d.l.om
nimodo.ibi ſine vlla mora vel grauamine
exigere.¶Sed reperio quendam tex. ſingul.
probantem quod etiam de iure digeſtorum
non tenebat grauamen appoſitum in legiti-
ma.& eſt caſus in l.cū patronus.ff. de legat.
ſecundo. Vbi textus, dicit quod ſi patronus
in parte legitima ſibi debita inſtitutus eſt nō
poteſt in ea grauari onere fideicommiſsi. Et
dicebat ibi Pau.de Ca.in illa.l.ecce.argumē
tum imo caſum quod ſi filius fuit inſtitutus
in legitima: & in ea vel eius parte erat gra-
uatus etiam de iure. ff. non tenebat graua-
men:quia ſi non tenebat in legitima patro-
ni; multo minus in legitima filij quæ eſt ma-
gis debita: vt l.ſi quis legatū ff.de fal. ¶Vn 18
de propter hoc quęrebat ipſe Paulus in d. l.
cum patronus.quid noui induxerit Iuſtinia
nus in hac l quoniam in prioribus: in gra-
uamine reijciendo cum hoc de iure digeſto-
rum eſſet prouiſum. Reſpondet quod licet
non teneret grauamen de iure digeſtorum
tamen cauſabat filio querelam per quam to
tum teſtamentū impugnabat. Hoc dicit tol
lere Iuſtinianum per hāc legem, vt ſufficiat
remouere grauamen & ceſſet querela fauo-
re teſtamenti. ¶Miror de docto.Pau.qui nō
cum deliberatione in hoc eſt locutus. Nam
multo plus inductum eſt de nouo per hanc
l.quam ipſe dicat.*Ad quod pondera;quia
per d.l.cum patronus. ſolum remouebatur
de legitima patroni onus ſeu grauamen fi-
deicōmiſsi: & ſic non omne aliud,nec de iu-
re ffſorum.erat concludens argumētatio de
legitima patrono debita ad legitimam filio
debitam. Quia in legitima patroni bene to
lerabatur aliquod grauamen etiam fideicō-
miſsi relicti.liberis & parētibus ipſius liber
ti.ff.de con.& demonſt.l.ſi ancillæ, licet ho-
die patronus debet habere legitimam ſine
onere in.§.ſed noſtra Iuſti.de ſucce.liberto.
¶Sed per hanc.l.additur multū ad iura di-
geſtorū: nā illo iure filius in legitima pote-
rat inſtitui ſub cōditione poteſtatiua nec re-
ijciebatur tale grauamen ; ſed ipſum adim-
plere tenebatur.l.ſi.ff.de cō.inſti.l.ſuus quo
que.ff.de hære.inſtituē. nō tñ ſub cōditione
caſuali,vel mixta vt dictis legibus:ſed ſi ſub
tali cōditione filius eſſet inſtitutus:nec in de
fectū eius exhæredatus teſtamentū erat nul
lū.l.ſi pater.C de inſti.ſub cōdi fac. Ho*die *x
illa iura digeſtorū corriguntur & ſic nō tantū
q̄rela: vt dicebat Pau.ſed grauamē cōditio-
nis de quo in d.l.ſi.& l.ſuus:ꝙ ibi toleraba-
tur

*leg.ij.in pe. char. verſi. reuertendo igitur.*

**Cū inter legitimam patroni & legitimā filij ſint nonnullæ differentiæ: de quibus per Iaſ.in l. cū qui. C. iſto titu. per eūdē in l.2.C de bono. poſſeſ.cōtra tabu.liber.*



tur remouetur per hanc legem.Et etiam ſta-
tutum in.d. l. ſi pater.Item quia in.d.l.cum
patronus ſolum diſponebatur de grauami-
ne fideicommiſsi,hæc lex de omni grauami
ne,conditione & quocunq; onere:& ſic plus
noui inducit quam Paul.dicat niſi ſaluetur
Pau.quod forte loquatur ſolum modo cir-
ca grauamen commiſsi. ¶Ideo hic ipſe Pau.
in pręſenti melius eſt locutus : mouet enim
ipſe hoc dubium de dicta.l.cum patronus&
reſpondet, quod illa.l.loquitur in legitima
patroni : ſed in legitima filij hoc non repe-
riebatur niſi per hanc.l.fuerat prouiſum.Itē
quia inter patronum & filium erat diuerſa
ratio.Nam filio potius expediebat quod nō
reijceretur cōditio vt poſsit querelare teſta-
mentum & totam hæreditatem aduocare.
Sed in legitima patroni potius intererat e-
ius ꝙ grauamen reijceretur ipſo iure quam
quod haberet cōtra tabulas. Cum per eam
non plus conſequeretur quā legitimam ſine
onere;& ſic intererat ſua:potius ꝙ onus tol
leretur ipſo iure quam quod haberet litiga-
re & facere ipſum tolli per iudicem,ideo ne
ceſſaria fuit huius.l.prouiſio. ¶Et ex huius
19 *y l.generalitate reperio cōſuluiſſe*Pet.de An
chara.conſi. 128.incipienti.In Chriſti nomi
ne ſi hanc Franciſco filij domini Sibendi. ꝙ
cum cuidam Franciſco per patrē ſuum fuiſ-
ſent relicti fructus certorum bonorum pro
legitima ſua donec fuiſſet aſſecutus benefi-
cia ducentorum ducatorum valoris, ꝙ tale
onus & grauamen nihil valet.Imo filius nō
ſolum vſum fructum,verum etiam proprie
tatem legitimæ æquiualentem debet habe-
re & ſine onere etiam poſtquā aſſecutus fue-
rit beneficium dicti valoris. ¶Et dum eſſem
aduocatus illuſtriſsimi Admiraldi Caſtellę
fuit mihi per eum oſtenſum teſtamentū ma
gnifici genitoris ſui quo ſimilis conditio ap
poſita erat dño Ferdinando Henriquez fra-
tri ſuo nunc abbati huius villæ Valliſoleti.
Reliquerat enim ſibi in dicto teſtamēto cer-
ta bona magni valoris cum hac conditione
vt ſtatim quod aſſecutus eſſet beneficia eccle
ſiaſtica cuius reditus aſcenderent quolibet
anno ad ſexcenta millia morapetinorum ꝙ
omnia dicta bona ſibi relicta redirent ad fi-
lium ſuum maiorem qui ſucceſsiſſet in ma-
ioria & domo ſua; quæ conditio non vale-
ret niſi qui a ad hoc habuit regiam facultatē
20 vt mihi affirmatum fuit. ¶Per hanc l.deter-
minatur etiam hęc quæſtio Bart. Brixien.q.
112.incipienti. quia ſi pater votum fecit pe

regrinationis vt refert Alberi.hic in prin.ꝙ
ſi pater feciſſet votū peregrinationis deinde
inſtituit filium in debita iure naturæ ſub cō-
ditione quod votum peregrinationis adim
pleat: ꝙ tale onus non tenet per hāc.l. & ſic
reſidet.*¶Contra eos allego caſum expreſ-
ſum in c.licet.de voto. vbi rex Vngarię fe-
cerat votū Ieroſolimitanam prouinciam in
forti manu viſitare corde tñ humili, qui a-
gens in extremis Andreę duci filio ſuo præ-
cepit ſub interminatione maledictionis exe
quendū:mandat papa dicto duci vt vſq; ad
feſtū exaltationis ſanctæ crucis impleat vo
tū paternū ne reddat ſe ſucceſsione indignū
ſi nō impleuerit & hereditatis emolumento
priuetur:ꝙ ſi non fecerit dicit ibi papa,ſciat
anathematis vinculo ſubiacere & ordine ge
nituræ priuādum quod ſibi cōpeteb it ſi rex
Vngariæ frater ſuus maior ſine prole dece-
deret & regnum ipſum ad minorē fratrem
appellatione poſtpoſita deuoluendum.glo.
elegans in d.c.licet.in parte priuandum ſen
tit hanc difficultatem & dat tres ſolutiones,
Prima eſt quod licet iura priuent hæredem
hæreditate, ſi non adimplet volūtatē defun
cti.l.fin cū authen..C de fideicō. 11. quęſt. 1.
c.legi.& in d.c.licet : tamen ſecus ſit quo ad
legitimam vt in d.authen.hoc amplius:nec
mirum ſi l.in hoc caſu pręiudicet canoni ra-
tione æquitatis: & ſic vult illa ſolutio quod
d.c.nō haberet locum in legitima & hæc ſo-
lutio concordat cum opinione Alberici &
Bart.Brixien. ¶Alia ſecunda ſolutio datur
ibi per glo. quod decretalis ſupradicta au-
xit pœnā ob fauorē terræ ſanctę, vt Io.An.
quem ſequitur Henricus in d.c.licet ad finē
dicit ꝙ pater poteſt inſtituere ſub conditio
ne ſi adimpleat vota ſua ſi votorum execu-
tio ſit poteſtatiua: ſecus ſi caſualis vel mix-
ta.Idem ibi Gofredus per l.ſi pater. C.de in
ſti.ſub.condi fac.ſed iſtorū differentia aper-
te confunditur hodie per iſtum tex. vbi om
nis conditio etiam poteſtatiua reijcitur de
medio.¶Poſſet reſponderi ad.d.ca.licet.qui
vellet tenere opinionem Bart.Brixien.quia
ibi filius in legitima non fuit obligatus ex
voto paterno:quia illud eſſet aperte contra
iſtum tex.ſed ex eo quod ille dux filius dicti
regis expreſſe poſt mortem patris promiſit
ſe impleturum votum paternum,quod cla-
re conſtat ex litera ibi. (Et tu aſſumpto cru-
cis ſignaculo te illud impleturum ſine dila-
tione qualibet promiſiſti)& certe ſic intelle-
ctus ille text. concordaret cum iure ciuili

*¶ De qui vid. Hoſti. & Io. An. in c.ſi heredes de teſtamen.& ſingu.per Ioā. Pariſien.in tract.de impu. genit. lib.3.q.6.*

nec eſſet neceſſe quærere alias ſolutiones:& miror de Bernardo gloſatore illius cap.qui non ponderauit literam ad hoc: ſed Henricus illam ponderauit dicens ſic poſſe intelligi.dicta.cap. ¶Tamen aperte reperio Innocen.non admittere hanc expoſitionem & intellectum. nam apoſtillans illam partem (promiſſt)dicit idẽ eſt & ſi non promiſiſſet vel etiam ſi crucem nõ aſſumpſit quantũ ad hoc vt hęreditate priuetur. Sed pręciſe vltra mare ire non cogitur : niſi voluerit vel ſignũ crucis acceperit : & ſic aperte firmat Innocen.militare diſpoſitionẽ illius capituli quo ad priuationem hęreditatis etiã non promiſiſſet hęres, ſe obligari ex promiſſione defuncti. *¶Magis communis intellectus

*3 eſt ꝙ filius ibi priuetur etiã legitima ſi non impleuit conditionẽ ſibi a patre poſitam ſuper impletione illius voti. Et hoc eſt ideo: quia hæreditas filio relicta erat quid indiuiſibile,puta,regnũ,ducatus, vel comitatus, quo caſu etiã legitimam amittit,ſi nõ adimplet dictam conditionem de qua ibi. Iſtam ſolutionem tenet ibi gloſa ad finem. dicens ꝙ illud quod.l. dicit de legitima relinquenda non poteſt habere locum in huiuſmodi dignitatibus quæ diuidi non poſſunt cum regnũ vnicũ debet eſſe:& ſi diuideretur cito deſtrueretur : ideo ibi dicitur quod ſi votũ non impleſſet totum regnum deuolueretur ad patrem.¶Hoc aperte tenet Innocẽ. ibi in parte(ſucceſsionem)dicens ꝙ ſi eſſet alia hæreditas præter regnum filius haberet legitimam: ſed in regno ſecus,quia ſectionem nõ patitur. & ſic aperte ſentit quod filius ibi ideo priuatur legitima : quia erat ſibi relicta res indiuiſibilis.Abb. ibi idem dicens dictam vltimam ſolutionem gloſ. eſſe menti tenendam & alijs notabiliorẽ:& licet loquatur de regno tamen idẽ ſecundum eũ in comitatibus & alijs dignitatibus ſecularibus, vt probatur ibi, cum ille ſecundo genitus erat dux & priuatur ducatu abſque eo ꝙ ſibi relinquatur legitima. ¶Ex quibus infero elegantem limitationem ad concluſionẽ poſitam per Alberi.& Bar.Brixien. vt non habeat locum in ducatibus regnis,comitatibus & alijs dignitatibus ſeu bonis indiuiſibilibus : quia in eis ſi filius fuit inſtitutus ſub cõditione implendi votum paternum, ſi nõ implet priuatur etiam legitima: nec talis conditio tollitur per hanc legem.Quod v. Ide nota ad huius l.limitationẽ. ¶Id etiã fuit de mente Bal i.. Decreta.proe. colum.3 vbi firmat expreſſe quod rex qui nõ ſeruat teſtamentum patris,vel quicũque alius dominus temporalis : poterit regno priuari, autoritate d. cap. licet. Et idem firmat ipſe Bald.in authen. hoc amplius. C. de fideico. col.2.dicens,quod in d.c.licet filius propter inobedientiam priuatur regno. Et dicit Bal. quod illud eſt quia corona non poteſt diuidi.caue tamen quia licet Bal.in d.proœ. loquitur generaliter : tamẽ dic quod in dicto capit.licet.eſt ſpeciale in voto nõ impleto. Nec debet trahi ad conſequentiam alterius pręcepti: vnde dicit Bal.in d.authen. col.2. ſe non putare quod ſi Rex in teſtamẽto ſuo relinqueret legata vel fideicommiſſa: quod filius ei inobediens priuaretur ob hoc ſua Baronia,cũ ſpeciale ſit in voto.Quod nota & ſic nouiter limitabis hanc.l.remouentem omne onus appoſitum in legitima : vt non procedat in onere voti paterni implẽdi per filium: vbi hæreditas eſſet indiuiſibilis : vt in his comitatibus,ducatibus, & in regnis. Quod perpetuo tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſi pater. C. de inſti, & ſubſti. an corrigatur per hanc legem : doctores tenentes quod non ſit correcta referuntur. numero.2.*

3 *Opinio noua Alberi.de Roſat.*

4 *Imo quod prædicta.l.ſi pater: ſit correcta quæ opinio defenditur nu.6. & 7.*

5 *Intellectus.l.ſcimus.§.cum autem iſto ti.*

8 *Quando intellectus Bar. circa.l.ſi pater. procedat etiam tenendo contra eum, & numero.9.*

10 *Intellectus prædicti Bartol. approbatur per leges regni.*

11 *An omnis conditio poteſtatiua caſualis vel mixta tollatur de legitima, & de intellectu.l.commodiſſime.*

12 *Opinio Pauli de Caſtro reprehenditur: deciſio quæſtionis Barto.in lege commodiſſime.approbatur.*

Sed ad pleniorem intellectum huius legis,primo ſubijcio quæſtionẽ valde quotidianam,ſcilicet. Si habebit lo- | 2 *Prima ampliatio.*



*Hec tertia repetitio legis Quoniam in prioribus decem & ſex ampliationibus conſtat & decem & octo limitationibus.*

bit locum huius legis diſpoſitio : ſi filius ſit inſtitutus a patre ſub cõditione caſuali, vel mixta: nec in defectum eius eſſet exhæredatus: quo caſu teſta.eſt nullũ ſecundũ. l. ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.ſub con.fac.Itaque ſi erit correcta.d.l.& per hãc legẽ reijciatur talis cõditio & teſta.maneat firmũ. ¶Et vt intelligas quæſtionẽ a radice præſuppone ꝙ olim filius in poteſtate poterat inſtitui ſub cõditione poteſtatiua.ff.de hęre.inſti. l.ſuus in principio.§.puto.& l.iam dubitari. ff. de conditio.inſtitutio.l.finali de conditioni: & demõſt.l.Lucius.ff.de bonis liber.l. ſi libertus.§.exiſtimo.Sed ſi filius inſtitueretur ſub conditione caſuali, vel mixta teſtamentum non valeret niſi haberet cohæredem & in defectum conditionis fuiſſet exhæredatus: quia ſi exhęredatus non fuiſſet teſtamẽtum eſſet nullum: & excluderetur cohæres ex. in l.* ſi pater.C.de inſtitu. ſub conditione fac. ¶Ratio quare teſtamentum eſt nullum per d.l.ſi pater.erat quia filius reperiebat ſe pręteritum duobus tẽporibus, ſcilicet, interim pendente conditione : & poſt defectum conditionis. Cum ergo pręteritus, ſcilicet,quia nec inſtitutus,nec exheredatus: igitur teſtamen.nullum: cum inter cętera quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſario deſiderantur: principale ius eſt de liberis hęredibus inſtituendis & exhęredãdis,ne pręteritis iſtis rũpatur teſtamentum, vt Caius cõſultus ait in l.inter cętera.ff.de libe.& poſth. ideo in d.l. ſi pater.lex requiſiuit dictum conſiliũ, vt filius taliter inſtitutus in defectum conditionis exhęredatus eſſet:hęc fuit ratio glo.in d. l.ſi pater.quæ communiter approbatur. licet quidam moderni quęrant aliam cauſam ſubtilizandi. Sed per alios moderniores & omnes antiquos ſuſtinetur dicta ratio. Et quia iſta nõ afferunt vtilitatẽ omittuntur. ¶Hoc pręſuppoſito ſuccedit quęſtio dicta quę ſingularis eſt,ſcilicet,ſi ſit correcta.d.l. ſi pater. vt cõditio caſualis vel mixta tollatur p hãc legẽ & teſtamentum maneat firmam vel teſtamentũ ſit nullum manente in ſuo robore d.l.ſi pater.Effectus eſt magnus ad extraneũ cohęredem excludendũ: ſi teſtamentum eſt nullum: & alij quam plures effectus ſequũtur, quos operatur nullitas vel validitas teſtamenti. ¶Et in hac quęſtione anteceſſores noſtri non tranſierunt ſine diſcordia,tamen vt breuius potero eorũ intẽtiones recitabo. ¶Fere enim omnes antiqui vſq; ad tẽpora Bart.tenuerunt quod, d. l. ſi pater.non eſſet correcta per hanc legem. Imo quod ſi filius inſtitueretur ſub cõditione caſuali vel mixta:non reijceretur conditio, ſed teſtamentũ eſſet nullum,tanquam filij pręteritione ſi in defectum conditionis non fuiſſet exhęredatus prout.d.l.ſi pater.diſponit.& ſic illa maneret in ſuo robore hac.l. nõ obſtãte. huius opinionis fuit Guille.de Cug.hic.Iacob.de Raue.Ray.& Cynus in d.l.ſi pater.ad finem & Franc.de Rampo.ibi ſequuntur eos Bal. hic & in l. ſuus quoque. ff.de hære.inſti. in prin.Ange.in l.filius a patre.ff.de libe.& poſthu.& in d.l.ſuus quoque. Ang. & Fulgo. in d.l.ſi pater.Bal.in repetiti.l.in ſuis.ii.col. ff.de libe.& poſthu.Ang.in l.maximũ vitiũ in fine.C.de libe.pręte.in lectura Florẽtina: quam ibi ſequitur Fulgo. in conſulendo ſecuti ſunt hanc opinionẽ Ang.conſi.117. Incipit domina Catharina quondam Blaſij. & Antoni.de Butrio conſilio.57. incipienti.viſis actis & iuribus.referẽs ꝙ ſemper placuit ſibi opinio Ray.contra Bart. & quod ſic vidit pluries diſputari & repetendo teneri. * | *b
¶Inter alia quę iſti adduxerũt ad fundamẽtum ſuæ opinionis fuerunt hęc potiſsima. Primo textus in dicta. l. maximum vitium in verſiculo & ſi ſecundum noſtrę conſtitutionis tenorem.Iuncta gloſa. in parte ſentiret,quæ dicit quod pręterito nõ datur ſupplementũ.& ſic ſentit ibi textus iuncta glo. quod in præterito non habet locum hæc. l. ſed cum inſtitutus ſub cõditione caſuali vel mixta interim eſt pręteritus vt in d. l. ſi pater.ergo in eo non habet locum hæc.l.& exclamat Angelus dicens illum eſſe fortiſſimum tex. Contra Barr. fatetur non eſſe recordatum de eo dũ legeret dicta. l. ſi pater. & ſic reſidet Angelus in dicta. l. maximum vitium.C.de libe.præte. ¶Secũdo adducũt tex.*in l.etiam.§.ſi patronus.ff. de bonis liber.ibi.quid ergo.inducẽdo illum ſic.Sicut | *6
hodie de legitima ſubducitur omne grauamen vt hic ita de iure ffforũ de legitima patroni detrahebatur atq; ſubducebatur omne grauamen.caſus eſt in l.cum patronus.ff. de lega.2.melior in §.ſed noſtra. Inſtitu. de ſucce.liber.ibi.(ita & ſine onere) in authen. de hære.& falci.§.non autem.colla.prima. Sed in dicta. l. etiam expreſſe continetur quod ſi patronus inſtitutus ſit a liberto ſub conditione quę a poteſtate eius non dependet: dicitur pręteritus, nec cõditio habetur pro non appoſita:ideo datur ſibi bonorum poſſeſsio contra tabulas ; ergo ſic in filio.

*¶An in legitima poſſet apponi conditio caſualis, vel mixta, vel poteſtatiua* *a

¶Tertio

¶Tertio allegant verba poſita in hac lege quæ ſonāt quod in his ſolummodo caſibus hæc lex venit ad prouidendum, vbi competebat filio querela inofficioſi teſtamenti & ſic teſtamentum erat validum: tamen quia licet filio relinquebatur legitima, relinquebatur cum aliquo onere, ſeu grauamine: ita quod non videbatur relinqui legitima integra. & per cōſequens competeret filio querela. ex quo teſtamentum reſcindebatur: ꝙ prouidetur per hanc legem, vt quemadmodū ſi minus te relinquebatur ceſſabat querela per l. omnimodo. ita ſi minus ratione grauaminis, vel conditionis: & tollatur grauamen de medio atque maneat firmum teſtamentum: & ſic nec loquitur, nec diſponit quando teſtamentum erat nullum quaſi ex filij præteritione. Hoc probatur hic dum dicit text. (Quoniam in prioribus ſanctionibus. &c.) & ibi. (Quæ ex antiquis legibus de inofficioſo teſtamento actionem mouere poterant.) & ibi. (Ne occaſione minoris quātitatis teſtamentum reſcindatur.) & ibi. (Ne eorum iura qui ad memoratam actionem vocabantur.) Cum ergo hæc lex loquitur ſignanter, vbi teſtamētum valebat: ſed poterat querelari propter legitimam diminutam ex grauamine & onere nō poteſt dici quod per eā corrigatur. d. l. ſi pater. quæ loquitur quando teſtamentum eſt nullum cum filius inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta reperiatur præteritus, vt ante dictum eſt. ¶Et hoc probatur in d. l. omnimodo. C. iſto titu. in. §. ſi vero. ibi, (prӕterierint) & ibi, (tunc vetera iura locum habere ſancimus,) vbi tex. clare aperit quod illius. l. diſpoſitio quæ prouidet teſtamentū non querelari ſi minus legitima relictum ſit. Sed id grauamen quantitatis reparari per actionē ad ſupplementum, habeat locum ſolummodo vbi teſtamentum eſſet aliquod; ſecus ſi nullum, puta, filij præteritione. Sed hæc lex tantummodo venit ad prouidendum in caſu in quo loquitur. d. l. omnimodo, & ad ſupplendum in alijs grauaminibus quod in grauamine quantitatis ibi erat prouiſum: vt conſtat ex litera ibi. (Quoniā in prioribus ſanctionibus.) ergo debet intelligi, vt d. l. omnimodo, ſcilicet, niſi teſtamentū eſſet nullū ex cauſa præteritionis: vt & tunc iura antiqua maneant incorrecta: quia cum hæc lex ſit facta ad ſupplemētū d. l. omnimodo. ergo in caſu illius legis intelligēda eſt in authen. de ſi. ante dota. inſtru. na. §. fina. ¶Præterea hęc lex inducta eſt in fauorem filiorū, ſed ſi filius præteritus repelleretur a iure dicendi nullum, ita quod conditio rejceretur & per conſequens maneret firmum teſtamētum: retorqueretur huius legis priuilegiū in damnum filiorum contra. l. quod fauore de legi. cum interſit filij facere patrem inteſtatum. Item quia hæc lex ſolum remouet grauamen; ſed conditio caſualis, vel mixta non inducit grauamen, cum teſtamentum ſit nullum, & ſic potius inducit fauorē, quia teſtamento exiſtente nullo, filius excludet cohæredem extraneum: & per conſequens ab inteſtato occupabit totam hęreditatem. Iſta ſunt quæ magis pungunt in fauorem ſuſtinentium ſupradictā opinionem: & hanc opinionem tenent Odofre. & Alberi. hic. ¶Sed reperio Alberi. de Roſa. hic qui ex quibuſdam verbis iſtius tex. dicit quandam 3 nouam opinionem; dicit enim quod ratio *Noua opinio Alber. de Roſa.* quare non valet grauamen appoſitum in legitima eſt: quia legitima debetur filio vt æs alienum. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inofficio. teſtamen. ergo non recipit grauamē, argu. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi ff. de adopt. ex quo infert quod quando integra legitima, vel plus filio relinquitur ſub conditione caſuali mixta, vel poteſtatiua: & tunc quia conditio vel grauamē ſunt cauſa minuendę legitimæ, & ſic ſe habent ꝙ eis habitis pro non appoſitis legitima remanet integra filio, tunc quælibet conditio habetur pro non appoſita, & tollatur & militet indiſtincte huius legis diſpoſitio & corrigatur dicta. l. ſi pater. Sed ſi minus legitima filio eſſet relictū, & etiā in eo ꝙ relinquitur filio apponeretur grauamen conditionis. Itaque etiam ſublata conditione nō eſt filio plene conſultum: cum ei non remanet integra legitima: imo eget ſupplemento: & tūc non habeat locum hæc, ſed dicta. l. ſi pater. & alia antiqua iura maneant in ſuo robore, & incorrecta, & hoc in odium teſtatorū minus legitima relinquentium. Mouetur quia tunc concurrerent duæ ſpecialitates: vna in amotione conditionis: alia in petitione ſupplementi contra. l. 1. C. de dotis promiſsio. Pro ſecundo mouetur per hanc legē in quātum dicit eorum iura qui ad memoratam actionem vocabantur minuta eſſe videantur vt ſic per. l. omnimodo. ſit ſuccurſum diminutioni legitimę quæ cōſiſtit in quantitate. Sed per hāc legem ſuccurratur diminutioni contin-



contingenti in cōditione, vel quolibet alio grauamine, ſi vero in vtroque diminutio facta ſit. ſ. in quātitate & cōditione vt in exemplo ante poſito iura antiqua maneant incorrecta quod eſt valde notandum, ſi verum & poſſet eſſe elegans concordia ad ſedādas va-
4 rietates ſcribentium. ¶Contrariam opinionem indiſtincte tenuit Accurſi. Imo quod d. l. ſi pater. ſit correcta & quod huius. l. diſpoſitio vendicet ſibi locum in quacunque conditione poteſtatiua caſuali vel mixta. hoc tenet glo. in d. l. ſi pater. & in l. ſuus quoque in prin. in parte conſtat. ff. de hęre. inſtituen. eſt verum quod quidam doctor moder. nomine Rapha. in d. l. ſi pater. dicit ꝙ iſtæ gloſ. non dicunt hoc ad quod communiter allegantur, cum non referuntur ad caſum legis, qui loquitur de cōditione caſuali vel mixta ſed ad principium glo. quæ loquitur de poteſtatiua: ideo ſecundum eum merito reprehendebantur per antiquos: Sed hoc non eſt nouum: refert enim Pau. de Caſ. in d. l. ſi pater quod iſta fuit ponderatio quorūdam antiquorum qui fuerunt antequam. d. Rapha. naſceretur in hoc mundo quos refert Paul. habere in ſuo libro. non eſt vis in hoc vt infra dicetur; ſufficit quod ſic eas intellexit antiquitas.

** Et eſt opinio communis et in ea reſidēt Alex. & moderni licet ſecundum Philip. Decīū in eadē l. ſi pater. pe. col. contraria opinio ſit verior. Vide Iā. ibidem per Iaſ. pe. charta. nume. 18.*

* d

¶Et ante tempora Bar. dictæ gl. fuerunt ſine defenſore reprobatæ ab omnibus & dicit ipſe Bar. in. d. l. ſi pater, quod in concurſu lectionum proceſsit ſecundū opinionē antiquorum ante recitatam. Sed cum poſtea occurriſſet ſibi quæſtio de facto volens melius & ſubtilius videre: adhęſit opinioni dictarum gloſarū: quas approbat idē ipſe in d. l. ſuus quoq;, dicens pluries tenuiſſe opinionem glo. in conſulendo: & ante eum fuit opinio cuiuſdā antiqui nomine Rizar. Mal. hāc opinionē fundat & approbat Ioan. de Imo. in d. l. ſuus quoq;. & in l. fi. ff. de conditio. inſtitutio. vbi notabiliter loquitur Salicetus hic idem, & in. l. ſcimus. §. cum aūt. iſto titu. Pau. de Caſ. hic clarius. in. d. l. ſi pater. & in d. l. ſuus quoque. Alexand. in d. l. ſi pater. colū. 11. verſi. ſed cōtraria opinio & loquitur no-
5 tanter more ſuo. ¶Probatio huius cōcluſionis ſtat principaliter in caſu valde ſingul. q eſt in l. ſcimus. §. cum autem. iſto titu. vbi eſt *Probatio concluſionis.* caſus quod teſtator inſtituit hæredem & illum rogauit, vt hæreditatem cum moreretur filio ſuo reſtitueret. dicit ibi Imperator ꝙ cum legitima debeatur omni grauamine, conditione atque ſub mora, quod vſque ad legitimam ſtatim reſtituenda eſt filio: non expectata conditione atque dilatione mortis hęredis: ſed clare conſtat quod ibi fuit legitima filio relicta ſub conditione caſuali quæ non dependebat a voluntate filij. ſcilicet, cū moreretur hęres: l. hæres meus. ij. reſpon. ff. de cōditio. & demonſt. & poterat etiā filius ante inſtituti mortem decedere. & ſic dies fideicommiſsi nō cederet, vt dixit tex. not. in l. cum hæres. ff. quando dies leg. ce. & ſic filius dicebatur pręteritus. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebellianū. tamen aperte dicit text. quod remouetur & tollitur de medio dicta cōditio, per hanc. l. iſte text. fuit allegatus per Bart. & aliqui dicūt antiquos prius allegaſſe a quibus Barto. habuit. ſufficit quod omnes faciunt fundamētum in d. §. cum autem. ideo tenentes opinionem contrariam moleſte ferunt opinionem Barto. & eius fundamentum. Nam cum Raynerius legeret in ciuitate Paduæ: & audiſſet Bart. ſuſtinentē dictas glo. per d. §. cum autem. miſit Peruſij vbi legebat Bart. ſcripſit ſibi multū mordaciter, dicens quod nō intelligebat. d. §. cum ibi filius non erat inſtitutus. & ſic nō loquitur in inſtitutione quę debet eſſe pura ſed in fideicommiſſo vniuerſali. & do. Bart. reſpōdit venuſte Ray. dicens quod ſecundū tempora. d. l. ſcimus. §. cum autem. quoquo relicti titulo filius haberet legitimā, excludebatur a rumpendo. l. omnimodo. in princi. C. eodem titulo & in. §. 1. in authentico de triē. & ſemi. ideo nihil ad propoſitum filius fuiſſet inſtitū. vel non. per quam reſponſi. ſatis confundit motiuū Ray. nam de iure Codicis non requirebatur titulus inſtitutionis: ſed poterat filio relinqui legitima iure legati vel fideicommiſsi. vt d. l. omnimodo. & ſic titulus relicti fuit loco inſtitutionis ſubrogatus: vnde ſicut ante illā legē inſtitutio vſque ad legitimā debebat eſſe pura ad hoc vt valeret teſtamentum: Ita & poſt illam. l. legatum, vel fideicommiſſum debebat eſſe purum ad hoc vt valeret: & debebat ſapere naturam inſtitutionis in cuius locum titulus relicti fuit ſubrogatus. l. ſi cū. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Ergo ſicut filius inſtitutus ſub cōditione non poteſtatiua cenſebatur pręteritus; ſi in eius defectum non erat exhæredatus & reddebatur teſtamentum nullum, vt dicta lege ſi pater. ſic debebat eſſe quando ſecundum ius Codicis titulo fideicommiſsi, vel alio relinquebatur filio legitima ſub conditione non poteſtatiua, vnde ſi non fuiſſet factus ille. §. cum autem

aūt.ſi filio.fuiſſet legitima relicta iure legati,
vel fideicōmiſsi:ſub cōditiōe caſuali,vel mix
ta,nō valuiſſet teſtamētum : nec per.l.omni-
modo nec per hāc.l.hoc erat prouiſum:quia
loquuntur in grauamine quod cadit ſub cō
ditione poteſtatiua:ſed per.d.§.cum autem.
prouidetur etiam in cōditione caſuali vt re-
ijciatur vſque ad legitimam ; ſicut ergo reij-
citur de fideicommiſſo vniuerſali ſubroga-
to in locum inſtitutionis ; ita & hodie cū re-
deamus ad iura vetera,vt filius debeat habe
re legitimam iure inſtitutionis ; debet reijci
de inſtitutione Per quæ repellitur reſponſio
data per plures ſcribentium dicentes : quod
ille.§.loquebatur in fideicōmiſſo : quia non
obſtat,vt dictum eſt. Nec etiam obſtat dum
dicebat Rayne.dictum.§.eſſe correctum per
authen. ex cauſa. C. de libe. prete.nā poſito
quod hoc eſſet verum quia glo.nō admittit,
tamen ſolū in hoc corrigitur ꝙ filius debet
habere iure inſtitutiōis,nec ſufficeret aliquo
relinqui titulo.Sed in quantum remouet cō
ditionem caſualem remouendā ab eo quod
relinquitur filio.nullam mutationē patitur
ſecundum Bar.Alia ſolutio datur per Ang.
dicentē ꝙ nunquā placuit ſibi opinio Bar.&
ꝙ in.d.§.cū autē.filius fuerat exhæredatus
quę ſolutio tāquā diuinatoria reprehēditur
& Bal.loquitur inter dētes, nec patitur ſe in-
telligi: vt dicūt moderni,& bene dicūt.Ideo
tene intellectum Bar.ad.d.§.cū autem.cui re
uera hucuſque per neminem ſcribentem da-
ta fuit congrua reſponſio:ſecundum Paul.in
d.l.ſi pater.dicens quod totus mūdus ſequi-
tur opinionem Bar. ſecundum quam refert
ſe pluries conſuluiſſe.¶Secundum fundamē
tum iſtorum eſt.d.l. omnimodo.iuncta hac
l.inducendo ſic. Iſta.l. venit ad ſuppletionē
& ampliationē.d.l.omnimodo. & ad diſpo-
nendum in caſu in quo illa loquebatur , vt
dictum eſt:& patet hic in litera: dū dicit tex.
(quoniam in prioribus ſanctionibus)& con
ſtitutio ſeu lex interpretans debet intelligi
ſecundum terminos interpretatę:vt in d.au-
thē.de filijs.an.dota.inſtru.na.ſed.d.l. omni
modo,nō ſolum loquitur vbi teſtamentum
poterat querelari,ſed etiam vbi poterat im-
pugnari ratione pręteritionis per cōtra tabu
las.Iſte eſt caſus in d.l.omnimodo. ibi: ( vel
alio modo ſubuertendis.) iuncta glo. quę di
cit:puta cōtra tabulas.& ibi.(liceat vero his
perſonis quæ teſtamentum quaſi inofficio-
ſum vel alio modo ſubuertēdum quæri po
terant.) Nam filius in poteſtate cui aliquid
eſt relictū ſub cōditione caſuali,& ſic pręteri
tus interim.(vt ante dictū eſt)habet poteſtatē
ſubuertendi & impugnādi teſtamentū du pli
ci via.vna per cōtra tabulas:alia per ius dicē
di nullū vt l.maximū vitium.C.de li.præte.
Item quia etiā ſi de filio eſſet facta mentio in
teſtamento non tamen eū inſtituendo vel ex
hæredādo dicitur præteritus;& habet bono
rū poſſeſsionē cōtra tabulas.l.2.ff. de leg. 3.
l.penult.de fideicō.in tantū quod etiā ſi eſſet
ſibi aliquid relictū alio titulo quam iure in-
ſtitutionis; tanquam præteritus cōtra tabu-
laret.nota.tex.in l.ita tamen.§.qui rogatus.
ff.ad trebel.l.ſi filius.ff.de iniuſt.teſt.attento
præſertim quod hodie debet filio relinqui
iure inſtitutionis in. §. aliud quoq; in authē.
vt cū de appe.cognoſ.& quēadmodū datur
cōtra tabulas filio emancipato ; eodē modo
datur filio in poteſtate.l.ſi.de lib.pręte.& in
§.eadē.Inſti.de hęre.quæ ab inteſta.de fe. cū
hęc.l.oīmodo.diſponit in huiuſmodi pręte-
ritis ergo & hæc.l.cū ad eius ſuppletionē &
interpretationem facta eſt,Et hęc fuerunt de
mente Imol.in.d.l.fin. & prius Sali. hic quē
Imo.tacet. ¶Pręterea vt inquit Pau. in.d.l.
ſuus quoq; & in.d.l.ſi pater. per opinionem
Bart.ſuſtentantur teſtamenta & prouidetur
filijs; per contrariam opinionem ſubuertun
tur teſtamenta: ſed in re dubia potius adhæ
rendū eſt opinioni quę fauet teſtamentis.l.ſi.
pars.ff.de inof.teſt.& in.c.ſi.de re.iud.& hāc
opinionem teneo,tā quia melioribus funda
mentis vtitur quam etiam quia illam tenet
Bar.¶Ad argumenta tenentium aliam opi-
nionem,ſic reſpondetur , ad primum argu- 6
mentum de patrono ſumptū ex.d.l. etiā. de
bo.lib.& ex.l.cum patronus.ff.de lega.2.reſ
pōdetur,quod licet eſſet prouiſum ꝙ graua
men reijceretur de legitima patroni per.d.l.
cum patronus: tamen non erat diſpoſitum
quod reijceretur conditio.vt patet in.§.ſi pa
tronus eiuſdem.l.etiam.quia.d.l. cum patro
nus.ſolū loquitur in onere fideicōmiſsi ; ſed
in legitima filij:hoc eſt diſpoſitum per hanc
l.& per.d.§.cum autem. & quia magis eſt de
bita filio legitima quam patrono. l. ſi quis
legatum.§.ſi patronus.ff. de fal. iuncta.l. 1.
eo.titu.C.Inſtit.de ſucce.liber.§.ſin vero. ff.
de lega.pręſtan.l. 1. ¶Ad ſecundum inquan
tum ponderatur hęc.l.quę ſolum videtur lo
qui in his quibus inofficioſi remedium com
petebat quod ceſſat in pręteritis cū teſtamē-
tum ſit nullum.Reſpondetur quod illud ver
bum ( de inofficioſo ) hic poſitum poteſt ſu-
mi late,

Ad argumenta contraria opinionis.



mi late vt comprehendat remedium cōtra
tabulandi datum pręterito : vt ante dictum
eſt:patet hoc ex.l.omnimodo. iuncto princi
pio huius.l.ad illam ſe referētis. & quod d.
l.omnimodo. prouideat etiam in remedio
ſubuertendi teſtamentū;dato pręterito per
contra tabulas patet ex d. l.omnimodo.vt
proxime dixi.¶Ad tertiū dum dicebatur ꝙ
d.l.omnimodo.non obtinet in pręterito,vt
conſtat ex.§.ſin vero.eiuſdem.l. ibi pręterie
rint.vbi vetera iura ſeruat illæſa in caſu prę-
teritionis.ergo idem in hac.l.ad eius ſupple
mentum facta.Fateor quādo filius erat præ-
*e teritus,ea pręteritione,*qua mētio de eo fa
cta non erat , nec ſibi aliquid erat relictum:
ſed vbi aliquid eſſet filio relictū : ſed minus
legitima , vel legitima integra: ſed ſub ali-
qua cōditione caſuali vel mixta, nec in eius
defectū exhęredatus tunc non loquitur d. §.
ſi vero imo habet locum hæc.l. & d.l.omni
modo.in primo reſpōſo.& d.§. cum autem.
& per hoc repelles aliud argumētum de d.
l.maximum vitium.quod Angel. & Fulgo.
videbatur fortiſsimum , quia ſi aduertatur
illa lex loquitur in filio qui eſt omnino præ
teritus,vt ibi dicit tex.iuncta.gl.quam ſic re
pellunt moderni quidā in d. l.ſi pater.& be
ne.¶Ad quartum dum dicebatur quod hæc
l.fuit facta in fauorem filiorū ad grauamen
tollendum;ſed vbi inſtituuntur ſub tali cō-
ditione caſuali,vel mixta, nō eſt ſuus fauor
quod reijciatur conditio ; immo damnum
cum teſtamento nullo pronūtiato,occupaſ-
ſent totum ab inteſtato,quod ſecus eſt ſi cō-
ditio reijciatur: Reſpōdetur quod hęc.l.nō
*f ſolum*fuit inducta in fauorem filiorum:ſed
etiam in fauorem teſtatorum; ne eorum te-
ſtamenta ſubuerterentur,vt patet hic de v-
troque.In fauorem filiorum ibi. (Ne eorum
iura qui ad memoratam actionem vocabā-
tur minuta eſſe videantur.) de fauore teſta-
mentorum ibi.(Ne occaſione minoris quā-
titatis teſtamentum reſcindatur. ) quæ om-
nia referuntur etiam in d. l. omnimodo. ad
quam iſta ſe refert.Præterea vbi pater inſti-
tuit filium ſub conditione caſuali,vel mixta
teſtamentū,licet ſit nullum;vt dictū eſt;tamē
ſaltē de facto ipſe pater agit grauare ; ad ꝙ
grauamē etiam hæc.l. ſe refert ex quo com-
prehendit caſum in quo ratione præteritio
nis teſtamentum in quo poterat cōtra tabu-
lari prout ſe refert ad.d.l.omnimodo. quæ
hoc diſponit vt dicebat Imol. in d.l.fina.&
quia pręteritus ſatis dicitur grauatus;cum ſi
bi per pręteritionem dicatur fieri iniuria.l.
penul.C.de fideicō.& cum tex.ibi dicat ꝙ a-
liud eſt pręterire & aliud grauare, loquitur
quando filius eſt omnino pręteritus,ita ꝙ ſi
bi nihil relinquitur;in propoſito ſecus,quia
bene relinquitur filio, ſed ſub tali cōditione
quod dicitur pręteritus interim vt dictū eſt.
Nec obſtat ſi dicatur quod d.§.cum autē lo
quitur in conditione quæ eſt certa, an, quia
hæres neceſſario debet mori licet ſit incerta
reſpectu temporis,ſcilicet,quando;quia hęc
conditio cum morietur hæres:cum apponi-
tur in perſonam tertij per omnia eundē effe
ctum operatur quod conditio caſualis. Ca-
ſus eſt in l.hęres meus.ff. de conditio. & de-
monſt.quæ iura non faciunt differētiam de
illa conditione ad alias. ¶Per quę manet o-
pinio Bart.veriſsima & iuridicis fundamē-
tis defenſata & optime probatur ex verbis
generalibus huius.l.diſponentibus indiſtin
cte in conditionibus & alijs grauaminibus
ibi (vt ſi conditionibus quibuſdam vel dila
tionibus aut aliqua diſpoſitione moram,vel
modum,vel aliud grauamen introducente
&c.)Et hanc opinionem firmiter teneas:quā
etiam ex fundamentis vulgaribus ſequitur
quidam modernior Mediolanenſis nunc vi-
uens in d.l.ſi pater.¶Ad intellectum Alber. 7
poſitum hic in quantū dixit hanc.l.non pro
cedere vbi minus legitima relictum eſſet: &
etiam ſub conditione , ne duæ ſpecialitates
concurrant,ſtat facilis reſponſio. Nam quā
do minus legitima relinquitur , prouidetur
per l. omnimodo. quo ad conditionem vel
grauamen prouidetur per hanc.l. Ideo non
eſt incōueniens ꝙ duę ſpecialitates cōcurrāt
ex diuerſis legibus & ex diuerſis cauſis ;vt la
te hic traduntur in plurimis fallētijs quę dā
tur ad l.1.de dotis promi.in l. ſi cū dotē. §.ſi
pater.ff.ſol.ma.per Bal.in l. 1.ad ſi.qn.li.ab
emp.diſce.l.ſi ita facta.de iniuſt.teſta.ideo il
le intellectus reprehenditur hic per Paul.de
Caſt.& dictū Mediolanenſem. ¶Aduerte tn̄ 8
ꝙ etiā ſi pertinaciter quis vellet inſiſtere cō-
tra Bar propter opiniones antiquorum &
modernorum ante relatas: tamē in duobus
caſibus procedit ſecure,etiam ſecundum cō-
tradictores ſuos. Primus eſt ſi ſtatutum per
mitteret quod ſufficeret relinquere filijs legi
timam quoquo relicti titulo;nam quia tunc
non curatur pręteritio:ſed capiendi effectus
& per conſequens valet teſtamentum, quaſi
ſtatutum permittat pręteritionem, ſi appo-
neretur conditio caſualis vel mixta in tali

relicto ſeu inſtitutione reijceretur vſque ad
legitimam portionem: & per cōſequens ma
neret correcta.d.l. ſi pater. hoc probatur in
d.§.cum autem. l. ſcimus attenta ſolutione,
quam quidam docto.poſuerunt ad illū tex.
in ſupra dicta.q.& per illū text.hoc firmauit
Bal.in l.ſuus quoꝗ.2.col.ver.ideo ſi per ſta
tutū.ff.de hęre.inſt. Quod tene mēti ad quā
*g dam. *l.huius regni quæ eſt in ordinatione
l.Regni. de Alcala titulo delos teſtamentos: quæ diſ
ponit hodie valere teſtamentum, & in eo re
9 licta dato, ꝙ deficiat heredis inſtitutio. ¶Se-
cundus eſt in teſtamēto a matre facto: vnde
ſi mater inſtituit filium ſuū ſub conditione
caſuali, vel mixta reijcitur talis cōditio, nec
*h teſtamentum *eſſet nullum per d. l. ſi pater.
Imo in hoc erit correcta. hanc concluſionem
firmauit Bal.in l.ſi mater.ff.de vulg.vbi di-
cit ꝙ hæc l.habet locum in inſtitutione fa-
cta a matre ſub conditione caſuali, vel mix-
ta. Mouetur, quia olim præteritio facta a ma
*i tre habebatur pro exhęredatione: * & ſic in
ducebat querelā inofficioſi teſtamenti, vt ex
hęredatio paterna. ſed cū hæc lex prouidet
filio reijciendo conditionem vbi ei cōpete-
bat querela inofficioſi teſtamenti. ergo. & re-
fert hoc eſſe nouum dictum in hac materia.
Reperio ꝙ Ang.in d.l.ſi mater & ibi Ioā.de
Imo.& idem Ange.in l.reprehēdenda.C.de
inſti.& ſubſtit.ſub con.fac.impugnat hoc di
ctū Bal.licet Imo. aliqualiter titubās (vt mo
ris ſui eſt) mouetur hoc fundamento, quia li-
cet olim pręteritio matris haberetur pro ex
hęredatione. tamen hæc pręteritio matris fa
cta ſine cauſa non habetur pro exhęredatio
ne, imo pro pręteritione: & ita reddit teſta-
mentum nullum. glo. in.§.exhæredatos: &
ibi probatur in authen.de hære. & falci no-
tatur in authen.ex cauſa.C.de libe.pręte.vn
de correcta ratione.l. videtur correcta lex.
iuxta id ꝙ glo.& Barto.notant in lege.1.in
principio.ff.de legi.tute.per Doct.in l.ſi ve-
ro.§.de viro.ff.ſolu.matrimo. Sed ratio hu-
ius legis erat, quia teſtamētum poterat que
relari: quæ ratio hodie ceſſat in matre, licet
tunc temporis militaret, ergo.&c. Conclu-
dunt ꝙ in caſu in quo d.l. ſi pater. non eſſet
correcta per hanc. l. idem eſſe iudicādum in
inſtitutione facta a matre ſub conditione ca
ſuali vel mixta, ſicut ſi eſſet facta a patre ni-
hilominus tenebis menti dictum Bal.poſitū
in d.l.ſi mater, quod fuit nouum ſecundum
eum & idem tenuit ipſe in d.l.ſi pater.C.de
inſti.& ſubſti.ſub.con.fac.5.col. & in repeti.
l.in ſuis.pen.colu.ff.de libe.& poſthu & illū
ſequitur in d.l.ſi mater.Do.Alexan.Rapha.
Pau.de Ca.Alexand.in d.l.ſi pater.quaſi ad
finem & Paul.de Caſt.in l.1.de inſti.& ſub-
ſti. Ad argumentum tenentium contrariam
opinionem, reſpondetur: quod verum eſt ꝙ
vbicunque filius non eſt pręteritus a matre,
& ſine cauſa: ita quod nullo modo eſt inſti-
tutus, tunc obtinent iura quæ dicunt, quod
hodie etiā pręteritus a matre dicit teſtamen
tum nullum: ſed quando filius eſſet inſtitu-
tus a matre ſub conditione caſuali vel mix-
ta: non eſt omnino præteritus: & hoc caſu
per hanc.l.reijciatur cōditio, haberetur pro
pure inſtituto: & per conſequens dicta iura
non corrigunt hanc legē vt latius dixit Ale
xan. ſatisfaciens huic argumēto in d. l.ſi ma
ter & in d.l.ſi pater Paul. in d.l.1.de inſti.&
ſubſti.& hoc tene menti ad caſum vbi iudex
nollet ſequi opinionem Bart. de qua antea. 10 *Opinio Bar. approbata per ll. regni.*
quia illa opinione habita pro vera, iſta quę
ſtio eſſet ſine dubio. ¶Quæſiui *quid.ll.no-
ſtri regni ſuper hoc diſponant: & reperi opi
nionem domini Bart.approbatā vt, ſcilicet,
ſi filius inſtituatur ſub cōditione caſuali, vel
mixta maneat firmum teſtamentum, & reij-
ciatur conditio per hanc legem. Ad hoc pō
dero duas.ll.ſingulares in vj. part.vnam in
titu.1.delos teſtamētos.l.17.incipit (religio
ſa vida) vbi tex.loquendo de legitima filijs
debita.dicit hæc verba. (Y deuenla auer li-
bre y quita ſin embargo, y ſin agrauiamien-
to, y ſin ninguna condicion.) Et ſic loquitur
tex.per verbum vniuerſale, ſcilicet ninguna
condicion nullam admittendo. Allego etiā
tex.in l.11.quæ incipit (libremente) tit.4.ea
dem part.delas conditiones que pueden va
ler, o no ſer pueſtas. vbi tex. literaliter deter
minat, quaſi ad nihil aliud facta ſit dicta lex.
dicit enim tex.hæc verba in princi. (Libre-
mente y ſin ningun agrauiamiento, y ſin nin *Vide Greg. Lopez in d. l.11. elegātiſsime hūc locū citantem & decidentem.*
guna condicion deue auer el hijo ſu legiti-
ma parte dellos bienes de ſu padre y de ſu
madre.) Sequitur tex.& facit (Pero ſi el pa-
dre.&c.) vbi text.dicit. quod ſi vltra legiti-
mā aliquid pater relinquat filio in eo ꝙ vl-
tra relinquat, poteſt ſibi apponere conditio
nem poteſtatiuam: ſed nō caſualem vel mix
tam. Et quo clare datur intelligi quod pri-
mum reſponſum.d.l.vetantis conditionem
apponi imo ſi apponatur in legitima habea
tur pro non appoſita. vt in d.l.religioſa (de
qua in d.l.fit mētio) debeat intelligi in vtra
que conditione poteſtatiua, ſcilicet & caſua
li, vel



11 li vel mixta. ¶Ex pręd ictis aliquantulum di
latatis ſume ſingularem extentionē ad hanc
legem quę diſponit conditionem reijciendā
de legitima vt habeat locū in omni cōditio
ne poteſtatiua vel caſuali, vel mixta: quam
ampliationē intellige: vbi inſtitutio condi-
tionalis fuit appoſita filio certo & ſic perſo-
na filij inſtituta. Secus ſi certificāda ex futu-
ro euētu, quia filius eſſet incertus. Iſte eſt ca-
*l ſus famoſus in l.cōmodiſsime. *ff.de libe.&
poſthu.in fine.ibi. (Quia hic filius nec ſub
cōditione quidē ſcriptus hæres intelligitur
qui in hunc caſum naſcitur, qui non eſt teſta
mento cōprehenſus.) vbi eſt caſus ſingu.ꝙ
teſtator dixit inſtituo poſthumum: ſi me vi-
uo naſcetur; quia ſi mortuo teſtatore naſca-
tur, tanquam pręteritus rumpit teſtamentū:
quia ex quo teſtator prouidit ſolum in vno
caſu, ſcilicet, inſtituendo eum, ſcilicet, ſi ſe vi
uo naſceretur: videtur in alio omittere &
pręterire, ſcilicet, ſi naſcatur eo mortuo. &
Bart.eleganter in d.l. cōmodiſsime. fuit in-
uentor huius concluſionis; opponens enim
de hac.l.vbi grauamen & omnis cōditio re
ijcitur, ſoluit, ꝙ quędam eſt conditio quę ap
ponitur inſtitutioni de perſona certa & reij
ciatur: & obtinet hæc lex. Sed ſi eſſet condi-
tio quæ apponitur inſtitutioni factæ de per
ſona incerta, quę non ſolum habet vim con
ditionis, ſed demoſtrationis: & tūc non reij-
citur deficiente conditione: cum dicta perſo
na non videatur inſtituta in caſu dictæ con
12 ditionis deficiente. quod eſt ſingulare. ¶Et
*m Pau.de Ca.in d.l. *cōmodiſsime. limitauit &
intellexit illum text. ſingulariter vt loqua-
tur: quando teſtator non habuit reſpectum
ad certum & determinatum poſthumum: vt
quia vxor non erat pręgnans tempore teſta
menti, vel quia ſi erat, teſtator dubitabat ſi
eſſet vel ne; quod colligit ex litera in quātū
tex.dicit: ꝙ ideo rūpit teſtamentū ille poſt-
humus natus poſt mortem: quia nullo mo-
do fuit inſtitutus; ſed ſi habuiſſet reſpectum
ad certum poſthumum qui erat in vtero: vt
quia vxor erat pręgnans, & hoc ſciebat te-
ſtator: tunc dicit quod bene cenſetur inſtitu
tus poſthumus: tamen ſub conditione, ſi eo
viuo naſcatur, & ſic ſi naſcitur poſt mortē,
cū illa ſit conditio non poteſtatiua: quæ per
hanc legem reijcitur ſecundum opinionem
glo.& Bart.de qua ſuper non rumpet hodie
teſtamentum. Sed conditio illa tolletur de
medio: cum iſto caſu, licet.d.l.dicat ꝙ rum-
peret teſtamentum, tamen non rumpebat eo
quia non erat inſtitutus: ſed eo quod erat in
ſtitutus ſub conditione non poteſtatiua; ſed
cum illa hodie reijciatur ſecundum dictam
opinionem glo. ergo.&c. ita reſidet. * Mira- **Dicit etiā Franc. Areti. in ea. l. commodiſsime in 2. et 3. col. quod opinio Pau. ibide eſt falſa: et quod ſine dubio eſt tenenda opi. contra illum.*
bilis profecto limitatio & noua ponderatio
ad l.ſi non caruiſſet fundamento: ideo tene
intellectū Bart.& eius limitationē ſine dict.
reſtrictione Paul.quam reprobat Alexand.
& bene licet non fundamento vrgenti. dicit
enim quod ex quo non probat ceſſat queſt.
20.& quia ſecundum eum quomodo poteſt
dici ſimplicem inſtitutionem poſthumi con-
cernere perſonam certā; antequā naſceretur
cum naſci poſſet abortiuus, vel mōſtruoſus
nec conſtet an fœmina, vel maſculus, & an
vnus vel plures. ¶In fundamēto nihil dicit:
quia ſecūdū hoc nec ſi naſceretur in vita vi-
deretur inſtitutus: cuius cōtrarium dicit Cō
ſultus in d. l. cōmodiſsime. vbi Papinianus
ait ꝙ (commodiſsime is qui nondum natus
eſt, ita hæres inſtituitur, ſiue viuo me, ſiue
mortuo natus ſit hęres eſto, aut pure nuetriꝯ
temporis habita mentione) Sed ego dico, ꝙ
conſideratio Pauli non probatur lege: & cō
funditur aperte per d.l.commodiſsime & ra
tionem decidendi ibi poſitam in quantum
text.dicit: quia hic filius &c. nam ratio deci-
dendi fuit ibi, quia teſtator inſtituit poſthu-
mum ſolummodo in vno caſu, ſcilicet, ſi eo
viuo naſcatur. ergo ſi eo mortuo naſcatur
certum eſt ꝙ naſcitur in caſu in teſtamento
non comprehenſo: & ſic aperte dicit text.ꝙ
nec ſub conditione cenſetur inſtitutus; quaſi
aperte dicat tex. quod nullo modo cenſetur
inſtitutus. Si ergo ille poſthumus qui naſci-
tur mortuo teſtatore nullo modo dicitur in
ſtitutus: nec ſub cōditione inſtitutus; vt ſunt
verba text. impoſsibile eſt vt dicamus cōdi
tionē reijci de inſtitutione: quia nō reijcitur
conditio de inſtitutione quę facta non cēſe-
tur,) quę ratio decidendi, ita ſtat quando te-
ſtator ſciebat vxorem pręgnātem: ſicut quā
do dubitat: cum non ſe fundet tex. niſi ex eo
quod ſolūmodo inſtituit eum in vno caſu.
¶Præterea ille ſolus cenſetur inſtitutus in
quo conditio verificatur. vt colligitur ex l.
nuper.ff.de lega.3. ſed cum ſolummodo in-
ſtituit illum qui ſe viuo naſceretur; non po-
teſt conditio verificari in eo qui naſcitur eo
mortuo. ergo nullo modo poteſt dici inſti-
tutus, & per conſequens non habet locum
hęc.l. ideo teneo intellectum & limitationē
Bart. indiſtincte quam etiam ſequuntur ibi
Bald.& Ang. per quod elegāter limitabitur

hæc.l.opinio cõmunis quæ habet vt l.ſi pater.corrigatur per iſtum tex.vt.ſ.filius ſi eſt inſtitutus ſub conditione caſuali, vel mixta teſtamentum non ſit nullum: ſed reijciatur conditio per hanc legem, quia hoc obtineat niſi perſona inſtituti eſſet certificanda ex futuro euentu: vt in exẽplo ante poſito.* ¶Ex prædicta.l.cõmodiſsime.infert Bar.ad quæſtionem de facto, in qua dicit ſe obtinuiſſe. teſtator inſtituit filiam ſuam naſcituram in mille ſi matrimonium contraheret: & ſi monaſterium intrauerit in quingentis: contigit quod* nec matrimonium contraxit nec ingreſſa eſt monaſterium, ſed ſeruauit continẽtiam in domo, vel ingreſſa eſt religionẽ tertij ordinis ſancti Franciſci, quæ non dicitur religio* cum non profiteantur ſubſtantialia regulæ, concludit ꝙ ipſa cenſetur pręterita: & per conſequens teſtamentum eſt ruptum: quia non poteſt dici ſub conditione inſtituta: imo nullo modo fuit inſtituta: vt de poſthumo dictum eſt: eũ ſequũtur ibi Bal. Ang. Imol.& Alexan. licet Pau. vadat per ſemitã primi intellectus dati ad illam legẽ. ſ. ignoraſſet teſtator vxorem pręgnantẽ, vel ne: vt proxime dixi: & dicit ꝙ Bar. nimis audacter & indiſtincte cõſuluit in l.ſi pater. vadit per aliã viam, cuius motiuis ante ſatisfactũ eſt: & ſatisfacit Alex. tam in d.l. cõmodiſsime: quam in d.l.ſi pater. & forte latius infra dicetur. ¶Hæc circa huius legis primã ampliationem ſufficiant, & in alijs extenſionibus & limitationibus examinabitur tota huius legis materia, maxime quia dulcius & clarius in hunc modum guſtabitur tota huius legis ſubſtantia, ideo circa alia ſubſtantialia per hanc viam deueniendum cenſui.

13 *Et ita apparet Bart. conſuluiſſe in cõſi.28. incipien. in quæſt. prædicta.

*n

*o

*SVMMARIVM.*

1 *Quæ conditiones poſſunt apponi filio in eo quod relinquitur vltra legitimam iure communi & regio.*

1 *Secũda ampliatio.*

## Secũdo põt mirabiliter ampliari huius legis diſpoſitio: etiã in eo ꝙ filio relinqueretur vltra legitimam ſub conditione caſuali, vel mixta: vt nõ noceat filio dictam conditionem non eſſe impletam. Iſta eſt quædam lex valde famoſa in 6.part.tit.4.de las condiciones que pueden ſer pueſtas,l.11.incipit libremente, vbi text.in princidio dicit.(Libremẽte y ſin ningun agrauiamiento, y ſin ninguna condiciõ deue auer el hijo ſu legitima parte delos bienes de ſu padre y de ſu madre.&c.)Sequitur tex.& facit.(Pero ſi el padre quiſiere eſtablecer ſu hijo por heredero en mas de ſu parte legitima en aquella que le dexa de mas, biẽ puede el padre poner aquella condicion q̃ es en poder del hijo dela cũplir, mas ninguna de las otras cõdiciones aſsi como las que acaeſcieren por ventura, o las que ſon meſcladas no las puede poner: y ſi las pone no empecen al hijo heredero maguer no ſe cũplan.) Mihi hæc lex videtur terribilis & aperte contra tex.in d.l.ſcimus.in.§.cum autem. vbi eſt caſus ꝙ * ſi filius inſtituatur vltra legitimã ſub conditione caſuali, vel mixta: quo ad legitimam reijciatur cõditio: ſed in reſiduo bene expectatur cõditio.d.l.part. diſponit contrariũ imo ꝙ etiam in eo ꝙ relinquitur filio vltra legitimã non poſſet inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta, nec noceat filio, dato ꝙ dicta conditio non impleatur. Et certe quotidie mirabat de d.l. part.cũ fere oẽs.ll.parti.concordent cũ iure cõmuni: neſcio qua de cauſa ita voluit. d.l. part.corrigere.d.§. cum autẽ. maxime cum videatur iuſtum quãcunq; conditionẽ poſſe apponi in relicto vltra legitimã, cum adhoc cenſeatur extraneus filius. Niſi forte dicas ꝙ d.l.in ſui principio diſponit, prout loquitur hæc lex quoniam.ſ.ꝙ legitima debet relinqui filio ſine aliquo onere: in ſecundo reſpõſo loquatur prout diſponit.d.l.ſuus quoque.ff.de hęre.inſti.& l.iam dubitari.ff.eod. titu.l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi. fac.quæ permittunt: vt filius poſſet inſtitui ſub conditione poteſtatiua: ſed non ſub caſuali, vel mixta: cum interim cenſeatur præteritus & quod inquãtũ.d.l.part.dicit quod non noceat ſibi ſi conditio non impleatur: eſt propterea quia teſtamẽtũ rũpitur quaſi præteritione filij, vt d.l.ſi pater. Itaque hoc modo intelligatur d.l.parti.ſ. in filio hærede inſtituto vltra legitimã prout loquuntur dicta iura. Sed hoc nõ poteſt ſtare quia text. in d.§.cum autem.vult quod in reſiduo vltra legitimã attendatur conditio ex eo quia quo ad legitimam inſtitutio remanet firma & pura & ſine grauamine: nam ſi filius fuit inſtitutus in dimidia, ſub conditione caſuali, vel mixta cenſetur inſtitutus pure vſque ad legitimam, & hoc ſufficit ad hoc vt valeat teſtamentum; nec curatur quod in reſiduo pen-

*De qua.l. meminit autor ſupr. in §. præcedẽ. nu.10.quæ lex aperte videtur corrigere tex. in §.cũ autem.hic allegas.

*a



duo pendeat conditio, cũ teſtator relinquẽdo legitimam pure poteſt reliquum cuicunque relinquere, multo magis eidẽ filio licet ſub conditione: vt in d.§.cum autem.cuius contrarium ſentit.d.l.parti. Ideo cogitabis: vel poſſet etiam intelligi quando ipſe ſolus eſt hæres inſtitutus nullo dato cohęrede: nã cum conditio reijciatur de legitima: reſiduũ habebit per ius accreſcendi, non expectato conditionis euentu: ne teſtator decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, in conſequentiam reijcitur de toto. vt in l. ſi te ſolũ.de hære.inſtituen.C.& ſic limitauit Imo. d.§.cum autem.in d.l.iam dubitari.11.col. dicam latius in 6.ampliatione, ideo ſemper teneas menti.d.l.partitę.ne cures eam extrahere de proprijs terminis, quia errabis forte, ſed ſemper ſuper hoc cogitandum relinquo quid vellet ſentire.d.l.partitæ: & tenebis mentis laborem meum in ſolutionibus & intellectu a me ſupra excogitatis: non vt determinem: ſed vt peritiori dem occaſionem aut approbandi, aut corrigẽdi, nam in practica eſt magnæ importantiæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Grauamen reijcitur etiam de vſufructu legitimæ.*

2 *Bona relicta vltra legitimam filio non cõpenſantur cum vſufructu legitimæ contra opinionem Ange.*

3 *Filius non poteſt inſtitui in ſolo vſufructu bonorum pro legitima.*

4 *Pater ſi inſtituit filium in vſufructu debet intelligi vſusfructus coniunctus cũ proprietate.*

5 *Filius vniuerſaliter inſtitutus relicto alteri vſufructu bonorum, poteſt omnia bona paterna quo ad proprietatẽ & vſumfructum excepta quinta retinere pro legitima.*

6 *Quid interſit filij non admitti compenſationem de nuda proprietate legitimam excedente ad fructus legitimæ.*

7 *Legatum vſusfructus bonorum factum vxori qualiter extimabitur.*

8 *Intellectus.l.hæreditatũ.ff.ad l. Falci. & an generaliter procedat.nume.9.*

10 *Limitatur dupliciter. l. hæreditatum. & numero.11.*

12 *Si legatarius vſusfructus ſit iam ſexagenarius qualiter extimabitur vſusfructus.*

13 *Pubertas in legato alimentorum quando terminetur.*

1 *Ampliatio tertia.*

## Amplia tertio quod non ſolum in proprietate legitimæ reijcitur grauamen per hanc legem: verum etiam in vſufructu, ita ꝙ nec in ꝓprietate nec in vſufructu legitimę filius poteſt grauari: ſed integra proprietas cũ vſufructu filio relinquẽda eſt pro legitima. Iſte eſt caſus notabilis licet vulgaris in authen.nouiſsima.* C.de inof.teſta.ibi.(Cuius portionis, nec in vſufructu defraudari pñt liberi quidem a parente) Melior in §.prohibemus. in authen. de triẽ. & ſemiſſe colla.3.ibi.(Sed modis omnibus eis huiuſmodi legitimę partis, quam nũc deputauimus & vſufructũ inſuper & proprietatem relinquat) & reprobat ibi Imperator conſuetudinem quorundam maritorum: & nimis inuehit contra maritos molles & quaſi effœminatos: qui filijs fame peremptis vſumfructum vxoribus relinquebant: eis autem nuda mproprietatem, nec mirum: ſunt enim quidam maritelli obedientię vxori deditiː iuxta illud Iuuenalis ſexta ſatyra. Si tibi ſimplicitas vxoria deditus vni Eſt animus, ſubmittit caput ceruice parata Ferre iugum. Aufert enim viro liberam teſtandi poteſtatem: vt ibidẽ ſubdit poeta.ſ. Hęc dabit affectus teſtandi cum ſit lenonibus atque laniſtis libertas. Imperat ergo viro: ſed mox hęc regna relinquit, permutatq; domos.&c. Obſtat huic concluſioni tex.in l.vxori.* ff. de vſu.lega. vbi quidã in teſtamento ita cauit. vxori meę vſumfructũ lego bonorum meorũ vſq; dum filia mea annos impleat decem & octo. dicit Conſultus ꝙ ad vxorem pertinebit vſusfructus pędiorum ruſticorũ & vrbanorũ mancipiorum, & ſuppellectilis, & omnium aliorum bonorũ ipſius teſtatoris: & ſic eſt ibi expreſſum ꝙ in pręiudiciũ filiæ valuit legatum: vſusfructus factũ vxori. Cõmunis ſolutio eſt ꝙ illa lex corrigatur per d.authen.glo.in d.authen. nouiſsima.& in d.§.prohibemus. & in d.l.vxori meæ: & in l.omnium bonorum.ff.de vſuru.has gl. ſequuntur omnes ſcribentes in dictis locis. & Ioan.And.in additio.ad Specu.in titu.de pigno.

*Vide Dec. de Seg. in repeti.l. vnũ ex familia.§.ſed ſi fundum. ff.de leg.2. char.fin.in verſi.6.infertur.

*a

*b

pigno.§. 2. in additione ſuper parte.durat.
in fine,& eſt iuſtū ne interim fame periret fi-
lius.Superuenit*Ang.Peruſi. & conatus eſt
2 limitare hoc niſi pater vltra legitimam reli
quiſſet in proprietate tanta bona: quæ ſuffi
ciunt & valent tantum ſicut vſusfructus le-
gitime qui alteri legatur: nam tunc valebit
legatum vſusfructus ex eo, quia illud quod
plus ſibi relinquitur in proprietate vltra le-
gitimam cōpenſatur cum vſufructu qui ſibi
aufertur & alteri legatur* & per cōſequens
ceſſat grauamē: ita dicit ipſe in d.§.prohibe
mus & reuera illa fuit vna de ſolutionibus
per Accur. datis, ad d.l.vxori meæ in d.§.
prohibemus. & in d.authenti. nouiſſima &
in d.l.vxori meę:ſed non perſiſtit in ea:imo
tenet ſuperiorē.ſ.vt corrigatur, ſed Ang.pla
cet dicta ſolutio cōpenſationis quam extol-
lit in d.§.prohibemus, dicens illam ſingula
riter notandam Adhoc ꝙ cū pater vult pri
uare filium vſufructu omniū bonorum ſuo
rū non habet aliud facere: niſi inſtituere ip-
ſum hęredem vniuerſaliter in omnibus ſuis
bonis & alteri relinquere vſumfructum om
nium bonorum:nam valebit relictum vſuſ
fructus & filius non poteſt dicere ſe grauatū
in legitima,quādo nuda proprietas quæ ei
relinquitur vltra legitimam valet tātum ſi-
cut vſusfructus ſuæ legitimæ, & ſic reſidet.
¶Teneas contrarium imo ſequere primum.
ſ.vt d.l.vxori corrigatur,nec poſſet fieri di-
cta cōpenſatio proprietatis cū fructibus le-
gitimæ & contra* Ang.ſunt omnes prædi-
ctæ quatuor glo.quæ licet ponāt dictam ſo
lutionem quam Ang.ſequitur de dicta com
penſatione: tamen non ſtant in ea: imo ex-
preſſe Accurſi.illam reijcit dicēs veram eſſe
ſolutionem vt corrigatur prout dictum eſt.
Contra eum etiam ſunt omnes ſcribētes in
dictis locis & idem ipſe Ang.ſibi contrarius
in d.authē.nouiſsima.& ibi Bald.& Salicet.
hoc firmant etiam ſi filius eſſet heres vniuer
ſalis omniū bonorum.¶Itē ſi opinio Ange.
eſſet vera induceretur maximum grauamē
filio,& aut fame periret, aut oporteret eum
mendicare:quod abſurdum viſum fuit Im-
peratori in d.§.prohibemus ibi. (In duram
tamen incidens crudelitatem & amaritudi-
nem filijs forte fame peremptis : vnde enim
in medio gubernabuntur,& quotidianū ha
beant cibum. &c.) Et quia dicta authen.no-
uiſsima loquitur generaliter & indiſtincte
ꝙ in vſufructu legitime non poſsit grauari,
igitur nō eſt fienda dicta diſtinctio cum per

*Hanc cō-
cluſio An-
ge.ſequitur
& Bar. Ce
po.in caute
la 21.inci-
pi.pater vo
lis,quos an
te autorem
reprobat Ia
ſo.in auth.
nouiſsima.
C.de inoff.
teſta.penu.
char.n.44
verſi.cōclu
dit ergo gl.
*c

hanc legem omne grauamē reijciatur & ſpe-
ciale grauamē vſusfructus tollatur per d.au
then.nouiſsima.¶Teneo ergo Ang.inconſi-
derate & ex opinione locutum eſſe & male:
nā vltra prędicta cōtra eum eſt caſus rotun-
dus in l.ſcimus.§.cum autē.iſto tit.vbi etiā ſi
filio ſit relictū magis quā legitima:nihilomi-
nus habet legitimā ſine onere & in reſiduo
expectatur cōditio.Et ad hoc fundamentum
non aduerterunt multi ſcribentium in hoc
paſſu.Et cōtra eum etiā pōdero caſum aper-
tum in d.§.prohibemus.vbi loquēdo de le-
gitima dicit tex.(vſumfructū inſuper & pro
prietatem relinquat.)facit etiam text. in d.l.
ſcimus.§.repletionem.ibi.(Repletionem au
tē fieri ex propria ſubſtantia patris.) l.iube-
mus.C.ad Trebel. ¶Per prædicta teneo idē 3
in caſu contrario,vt.ſ.nec in ſolo vſufructu
bonorum poſſet hæres inſtitui filius pro ſua
legitima: dato ꝙ talis vſusfructus aſcende-
ret ad tantam quantitatē, quæ æquiualeret
quantitati quę filio poſſet deberi pro legiti-
ma ſua: eſt caſus apertus in d.§.prohibemꝰ
ibi.(vſumfructū inſuper & proprietatem re
linquat)& in d.§.repletionem.ibi.(ex ſubſtā
tia teſtatoris)vbi iura diſponunt legitimam
eſſe filio relinquendam in proprietate & v-
ſufructu,ergo non in altero eorum ſed in v-
troque inſimul. hoc idem reperio firmaſſe
Andr.Sicu.in c.cum conſtet.de pigno.2.co.
referens ſe vidiſſe de facto:& pro tunc vidiſ
ſe allegationes cuiuſdam , qui ſatis verboſe
allegauit contrarium,& ꝙ ipſe cōſultus reſ-
pondet illū male allegaſſe: & ipſe non alle-
gat d.§.prohibemꝰ.ſed aſſerit vidiſſe elegā
cōſiliū Petri.de Ancha.cōſi.117.& licet nō al-
legauerit hęc fundamēta: reperio idē firmaſ
ſe quēdā Modernorē Mediolanēſem legen
tē*Paduę in d.auth.nouiſsima.& ſecundum
eū:ſi filius vellet eſſe contentus ſolo vſufru
ctu ſibi relicto fiet computatio extimationis
vſusfructus ſecundum cōputationē.l.heredi
tatū.ff.ad l.Falci.ita ꝙ ſi non aſcēdat ad quā
titatem legitimę ſuppleatur ꝙ deeſt de pro-
prietate:& hoc eſt clarum iuxta tenorem.d.
§.repletionem. ¶In terminis reperio idem
conſuluiſſe Pet.de Ancha.in conſi.128.ſecū
dum numerum meum.incipit.Si huic Fran-
ciſco filij domini Sibendi. vbi conſuluit, ꝙ
licet pater inſtituit filium in vſufructu certo
rum bonorum:ꝙ non valuit tale grauamē:
imo debet cōſequi legitimam ſuam in dictis
bonis pleno iure.ſ.tā in proprietate quā vſu
fructu per d.l.ſcimus.& l.iubemus.Imo plus
firmat,

*Videlicet
Iaſo.in au-
then. nouiſ
ſima.penul
ti.char.nu.
45.



firmat,ꝙ ſi pater inſtitueret filium in vſufru
ctu teſtamentū eſſet nullū; ex eo quia tunc fi
lius reperiretur inſtitutus, reſpectu legitimę
in eo quod eſt teſtatori prohibitum.ſ. in fru
ctibus vt d.l.ſcimus.& l.iubemus melius al
legaret.d.§.prohibemus & ſic eſſet inſtitu-
tio prorſus nulla;quia in nihilo ex ſubſtātia
teſtatoris,nec caderet ſupplementum nihilo
pręſuppoſito.argu.l.ſed ſi manēte.ff.de prę.
&.ca.hi qui authoritate.de pręb.lib. 6.& ſic
cenſetur pręteritus tanquā in nihilo ex ſub-
ſtātia teſtatoris inſtitutus, & per cōſequēs te
ſtamentū nullū.l.filio pręterito. ff. de iniuſt.
teſta.l.ſuum quoque.de hære.inſti. ꝙ eſt mē
ti tenendū:& mirabilis limitatio ad hāc legē
4 & ad l.omnimodo.C.iſto.tit.¶Infert & in d.
conſi.vnū ſingulare cauſa vitandi hoc incō-
ueniens,ꝙ etiā ſi pater inſtitueret filiū in vſu
fructu,debet intelligi vſusfructus cōiunctus
cum dn̄io & proprietate rerū : in quibus re-
peritur relictus vſq; ad legitimā vt ſic ſecū-
dū mentē.d.l.ſcimus,& l.iubemus.& nō cō-
tra earū mentem videatur facta inſtitutio in
bonis ipſis hęreditatis,non in fructibus tm̄,.
cum ad mentē iuris verba diſpoſitionū redi
genda ſunt:etiā contra propriā diſpoſitionē
verborū:vt diſpoſitio valeat, & nō pereat.
c.intelligentia.de verb.ſigni.l.quotiēs de re
bus dub.mouetur,etiā quia hæc videtur be
nigna interpretatione filius videatur pręte-
ritus,tanquā in nihilo inſtitutus ex ſubſtan-
tia teſtatoris.vt requirit.d.l.ſcimus.&per cō
ſequēs teſtamētū reddatur nullū,& ſic vt te-
ſtamentū valeat,& nō pereat, debet fieri di-
cta interpretatio,vt d.l.quotiēs. & maxime
hoc eſt,abſq; dubio ſecundū eū,ſi teſtator iu
re inſtitutionis relinquit omnia & ſingula
quæ ipſe habet,percipit, & percipere cōſue-
uit:nā etiā ſi poſtea ſubijciat & in vſufructu
intelligitur inſtitutus in proprietate plena,
vt ſic mentio in fructibus nō minuat relictū
& inſtitutionē proprietatis. l. donationis.§.
ſpecies.ff.de don.& l.4.de annuis.lega.alias
de ali.& ciba.leg.& hoc nota.¶Ex prędictis
5 pono vnā notabilē concluſionē,ꝙ cū hodie
de iure regni noſtri;omnia bona paterna di
cuntur legitima,*excepta quinta, vt in hac
lege(ningun ome)cuius cōmentum eſt in ma
nibus,ꝙ etiā ſi pater inſtituat filiū hæredem
vniuerſalē in omnibus ſuis bonis,& vſum-
fructū omniū relinquat vxori vel alteri ꝙ ſi
filius vult habere pro ſua legitima omnia
bona paterna:excepta quinta, quā vult da-
re vſufructuario,indubitatū eſt,ꝙ hoc pōt fa

Singularis
concluſio.
*e

cere per dictas gloſas;& per d.§.cū autē.nec
ad plus tenetur, etiā ſi vſusfructus multum
plus valeret:cum excepta quinta totū ſit le-
gitima,quā debet habere,ſine onere & gra-
uamine vſusfructus,vt hic & in.d.auth.no-
uiſsima.& in dictis glo. ¶Imo dico ꝙ ſi totā
hęreditatē acceptaſſet;non excipiendo quin
tā obtinebit idē, ita ꝙ habebit libere & ſine
onere & grauamine,quo ad proprietatem&
vſumfructum omnia bona paterna. Sed de
quinta vſq; ad cōcurrentē quantitatē ſolū
extimatur vſusfructus , vt probatur in d.l.
omniū.cū glo.& in d.auth.nouiſsima: & in
§.prohibemus.& in alijs gl.nunc recitatis in
quantū tenui cōtra Ange.ꝙ etiā ſi filius eſſet
vniuerſaliter inſtitutus in nuda proprietate
quæ proprietas in eo ꝙ excedit legitimā,va
let tātum ſicut vſufructus legitimæ alteri re
lictus:non debet admitti cōpenſatio de pro
prietate legitimā excedente, cū vſufructu le
gitimæ,imo integrā legitimā in proprieta-
te & vſufructu filius debet habere. ¶Dices 6
tu quid vtilitatis hoc poteſt afferre filio ſic
vniuerſaliter inſtituto : vt non admittatur
hæc cōpenſatio de nuda proprietate legiti-
mā excedēte ad fructus legitimæ:magis quā
ſi non eſſe vniuerſaliter inſtitutus:ſed ſolum
modo in legitima : cū quinta debeat deduci
ad ſoluēdū extimationē vſusfructus: Reſpō
deo quia forte legatū vſusfructus vxori fa-
ctū non valet tantū ſicut quinta pars bono-
rū ipſius teſtatoris:nā id ꝙ ſupereſt de quin-
ta remanebit dicto filio vniuerſaliter inſtitu
to.¶Hæc notabis ad practicam cum multo
tiens mariti in teſtamentis relinquunt vxo-
ribus ſuis vſumfructū bonorum filio vniuer
ſaliter inſtituto hærede:nā quo ad legitimā
filij nihil valet: ſed bene vſque ad extima-
tionē quintæ partis bonorū teſtatoris*,quę *f
non eſt legitima,vt in d.l.omniū.cū gl.& in
d.l.vxori cū ante allegatis , & in hoc multi
decipiuntur: credētes dictū legatū eſſe vali-
dū: ex maximo amore quē habent ad vxo-
res:& iſte vſus relinquēdi inoleuit ex diſpo
ſitione.d.l.vxori meę. ¶Sed circa hoc eſt ad
uertendū ad extimationē vſusfructus.Pone 7
enim ꝙ filio vniuerſaliter inſtituto:pater re
linquit vxori vſumfructū omniū bonorum
vel certorū, dixi nunc ꝙ hoc legatū vſusfru
ctus:reducitur ad extimationē quintę: ſed ſi
minus valet quā quinta, reſiduū remanet fi-
lio.itaq; nūquā pōt tale legatū excedere extī
mationē quintę partis bonorū ipſius teſtato
ris. Supereſt igitur videre: quomodo exti-

mabitur hoc legatũ vſusfructus factũ vxori:
dico ꝙ extimabitur hoc modo.ſ.cõſideratis
bonis in quibus relinquitur vſusfructus: tã
in quãtitate quã in qualitate: * vt quia eſt
*g res parui redditus: licet magni valoris, puta
turris. Itẽ cõſiderata ætate eius cui relinqui-
tur; ita ꝙ ex qualitate rerũ & perſonarũ: va
ria fit extimatio. De hoc ſunt duę gl. notãdę:
vna in l. omniũ bonorũ. ff. de vſufruct. & a-
lia in l. 1. §. ſi vſusfructus. ff. ad l. Falci. quas
tene mẽti: & dicit Ang. in d. l. omniũ, hoc eſſe
valde vtile Peruſij vbi debetur gabella de
legatis: ad rationẽ ſex denariorũ pro libra
extimationis legati. cõtingit enim plerũque
vxoribus & pediſſequis legari vſumfructũ:
nã qualiter ſit tũc extimãdus vſusfructus: de
8 claratur per dictas gl. ¶Ego addo famoſum
tex. in l. hęreditatũ. ff. ad l. Falc. qui nõ habet
parẽ; circa formã quę debet teneri in extima
tione vſusfructus reſpectu vitę vſusfructua
rij. ſ. vſq; ad quot annos pręſumetur viuere
vſufructuarius: vt ſic extimetur vſusfructus
per tẽpus limitatũ. & determinatur ibi circa
duo. ſ. circa legatũ alimentorũ alicui factũ:
vſq; ad quot annos alimẽtandi eſt fiẽda ex-
timatio: & circa hoc diuerſę computationes
fiũt ibi per Iuriſcõſultũ: quas vide, quia vltra
ꝓpoſitũ. Sed circa legatũ vſusfructus Vlpia
nus erat in opinione, ꝙ fieret extimatio pro
ut in legato alimentorũ. Quæ opinio repro
batur ibi per Iuriſcõſultũ: imo ꝙ cõputatio
*h ſic fianda ſit: vt a prima ætate * vſufructuarij
vſq; ad annũ. 30. cõputationẽ. 30. annorum
fieri: ab alijs vero. 30. tot annorũ cõputatio
nẽ inire: ꝙ ad annũ. 60. deeſſe videtur, ver-
ba ſunt cõſulti: & quãquã litera aliquid ha-
bet obſcuritatis: verus eſt ſenſus ꝙ in hoc le
gato vſusfructus ſolũmodo per cõſultũ fue-
rũt duo tẽpora cõſiderata, primũ vſq; ad ęta
tẽ. 30. annorũ ibi (vt prima ætate vſq; ad an
nũ. 30.) hoc eſt ꝙ in quocũq; anno intra di-
ctã ętatẽ ſit legatarius, qñ cedit dies legati pręſumitur viuere, & durare. 30. annis. Aliud
tẽpus cõſiderauit: poſtq̃ legatarius exceſsit
tẽpus. 30. annorũ ibi: ab annis vero. 30. tot
annorũ cõputatione. &c. hoc eſt, ꝙ in quocũ
que anno ſit legatarius poſt ætatẽ. 30. anno-
rũ impletã puta quia habet. 31. vel 32. & ſic
vltra nõ pręſumitur viuere niſi vſq; ad 60.
annos & per cõſequẽs ſi eſſet ętatis quinqua
ginta & octo: ſolũ pręſumitur viuere duobus
annis hoc fuit mirabile cõpotũ. d. l. cuius de
ciſionis rationẽ reddere difficile eſſet: ſufficit
Difficile. 1 ꝙ ſic ſcriptũ eſt & mirabile profecto, omni-
bus viſum. * ¶Et quia pulchra eſt lex duę dif 9
ficultates oriũtur circa eã ad propoſitũ. ſ. ꝙ
attinet ad extimationẽ vſusfructus. Prima
vtrũ cõputatio. d. l. facta in legato vſusfru-
ctus circa vitã vſufructuarij vẽdicet ſibi lo-
cũ in omnibus caſibus, in quibus veniret fiẽ
da extimatio vſusfructus quo ad alios effe-
ctus vltra caſum. l. Falcidiæ in quo loquitur
d. l. & Ioan. de Imo. in d. l. hęreditatũ quẽ ibi
ſequitur Pau. de Ca. in lectura Bononienſi:
dicunt ꝙ cõputatio illius. l. ſolũmodo habet
locũ quo ad rationẽ. l. Falcidiæ in qua illa l.
diſponit non in alijs caſibus, quos ibi ſequi-
tur do Alex. vnde ſecũdum Alex. firmãt ibi
Ang. Imo. & Paul. ꝙ licet quo ad imponẽdã
Falcidiã pręſumatur, ꝙ ciuitas debeat capi-
te minui infra. 30. annos, vt ibi dicit text. tñ
ſecus dicunt eſſe quo ad alia: argumẽto ſum
pto a. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. de verbo. o-
blig. hoc in ea lectura nõ dicũt Paul. nec An-
ge. ſed dico ex relatione Ale. quos ipſe vidit
in diuerſa lectura. ¶Vnde infert Alex. in d. l.
hęreditatũ; ꝙ iudex interponens decretũ ſu
per contractu tranſactionis alimentorũ: ſi ta
xaret alimẽta ſcdm cõputationẽ & metã po
ſitã in d. l. hæreditatũ. vltra hoc debet decer
nere & pręcipere, ꝙ pręſtarentur cautiones
hinc inde de reſtituendo, vel ſoluendo, qua-
tenus appareret legatariũ plus, vel minus vi
uere. Quod refert notandũ. ¶Mihi videtur
contrariũ, imo ꝙ cõputatio. d. l. circa vſum
fructũ, licet loquatur in Falcidia habeat lo-
cũ in alijs caſibus, vbi tractatur de fiẽda vſuſ
fructus extimatiõe. Nã cũ illa extimatio, ſeu
verius vitę cõputatio præſumptiue legiſla-
tori iuſta fuit viſa; rectũ exẽplũ eſt ad alios
caſus, cũ contrariũ nõ reperiamus, & hoc ſen
tit Bar. in d. l. hæreditatũ. in finalibus verbis
adducẽs no. iſtã. l. qualiter fit extimatio vſuſ
fructus. ex quo infert vnico verbo, ꝙ ſi ven
datur vſusfructus, & debeat ſolui gabella
ex forma ſtatuti, ꝙ debet extimari vſusfru-
ctus ſecundũ cõputationem factã in d. l. & ſic
Bar. generaliter intelligit eã vltra caſum Fal
cidię in quo loquitur; hoc eſt, ꝙ etiã voluit
Ang. in d. l. omniũ dũ firmat hoc de gabella
prout Bart. dixit licet nullã de eo mentionẽ
fecerit. ¶Pro hac opinione cõtra aſſerẽtes cõ
trariũ allego. glo. ſingu. in d. l. omniũ. ff. de
vſufru. quæ relata ad tex. extẽdit cõputatio
nẽ. d. l. hęreditatũ. etiã ad alios caſus quã ad
hoc propoſitũ non reperio põderatã per aliq
quẽ, quẽ pro nunc viderim, quã tene menti.
¶Allego etiã ad hoc gl. valde ſing. iunctam
textui

* ¶ *Poſſet circa eandẽ l. ſub oriri. 3. difficultas ſi legatur vſusfructus duobus quorum alter eſt ſenex alter vero Iuuenis.*

*Qualiter fiet cõputatio: de quo vide And. alciatũ in tracta. præſumpſit regu. 1. præſumptione. 43.*



textui in l. cũ hi. §. modus. in parte cũ iuuene
ff. de trãſac. ibi dicit, tex. ꝙ qñ fit trãſactio ſu
per legato alimẽtorũ; in quo requiritur de-
cretũ iudicis, modus adhibẽdus eſt pro æta-
te eius qui tranſigit, ita vt aliter cũ ſene, ali-
ter cũ iuuene. Subdit gl. ibi ad propoſitũ, &
ſic extimabitur forte ætas ſingulorũ vt in l.
hæreditatũ. ad l. Falcid. Itaq; aperte ſentit ꝙ
iudex in tali trãſactione & decreto: extima-
bit vitã legatarij ſcdm formã cõputationis
d. l. hæreditatũ. & per d. gl. infert Bal. ibi ꝙ
vbi gabella eſſet ſoluenda de alimẽtis: exti-
mãda eſt quãtitas ſecũdũ ætates, vt in d. l. hę
reditatũ. idẽ Ang. ibi notãs valde illũ tex. in
quantũ dicit: nã aliter cũ puero, dicẽs. Nota
diligẽter tu Peruſine, ꝙ ſi de legato alimẽto
rũ debet ſolui certa gabella, quia quantũ va
leat dictũ legatũ extimari debet ſcdm ætatẽ
legatarij. ad ꝙ extollit illũ text. ſed quomo-
do debeat ętas cõputari dicit ad hoc facere
d. l. hęreditatũ. ¶Et hãc opinionẽ apertius re
perio firmaſſe eundẽ Bal. in d. l. cũ hi. §. nihil
aũt. ad finẽ. vbi per d. gl. dicit ꝙ d. l. hęredita
tũ debeat gñaliter interpretari, nõ ſolũ in ra
tione. l. Falcidię: ſed eſt gñaliter in omnibus
actibus hominũ. Quod eſt valde notandũ. ¶Et
licet Alex. allegat. Pau. in oppoſitũ tñ repe-
rio, ꝙ in lectura quę ad iſtas partes venit im
preſſa, tenuit idẽ; nã in d. l. hęreditatũ. in prin.
decidit illud de gabella, vt ſi ſtatutũ vult,
ꝙ de legatis ſoluatur gabella ad rationẽ tot
denariorũ pro libra: & alicui legata eſſent a
limẽta, vel vſusfructus & ſic oportet videre
quæ quãtitas dicatur legata vt debeat recur
10 ri ad deciſionẽ. d. l. hęreditatũ. ¶Hanc partẽ
tene vt diſpoſitio. d. l. hęreditatũ. habeat lo
cũ gñaliter in alijs caſibus vltra Falcidiam.
Quod intelligo & limito dupliciter. Primo ꝙ
hoc eſt verũ, Cõputatio vitę vſufructuarij,
ſeu alimẽtãdi debet fieri ſcdm illius legis cõ
putationẽ pręſumptiue, vt. ſ. tñ pręſumatur
viuere ad extimationẽ vſusfructus, ſeu ali-
mẽtorũ ſtatim fiẽdã: ne alias ſit in pendẽti le
gatũ vſusfructus, ſeu alimẽtorũ, ſeu extima-
tio fiẽda illorũ ꝓpter aliquã cãm ꝓpter q̃ de
beat ſolui extimatio vſusfructus, ſeu alimẽ-
torũ; ſi tñ in futurũ euentũ plus, vel minus
viueret vſufructuarius, q̃. d. l. pręſumpſit, nõ
eſſet pręiudiciũ vſufructuario, ſeu hęredi ex
dicta extimatione iã facta: ſed regularetur
ſcdm eius verã vitã. Ad hoc põdera tres. gl.
in d. l. Vnã in prin. in parte hęreditatũ. vbi
gl. figurat caſum legis. Aliã in parte. 30. an-
norũ vbi gl. loquit̃ clarius, Aliã in parte cõ-
putatio vbi glo. intelligẽs. d. l. dicit qđ licet
pręſumatur tñ viuere alimẽtarius, vel vſu-
fructuarius. vt d. l. cõputat; tñ ſi plus, vel mi
nus viuat hoc reputabitur tã ad cõmodũ q̃
ad dãnũ ipſius legatarij, qa ſi minus vixit le
gatarius repetetur ab eo id qđ habuit vltra
vitã, & hoc proficiet alijs legatarijs; ſi vixit
plus ſupplebitur ipſi legatario: vñ attendit̃
veritas q̃ ex poſt facto declarat̃, & dictæ gl.
approbant̃ per Bar. Imo. Pau. & alios. Ratio
eſt, vt ibi volũt Doct. qa d. l. ꝓcedit ſup præ
ſumptione q̃ facit; ideo ſi poſtea apparet de
veritate illi debet ſtari. Idẽ ibi Pau. dicit, ꝙ ſi
ſoluta eſſet gabella de legato vſusfructus,
vel alimẽtorũ ex forma ſtatuti, & ſoluta eſ-
ſet facta extimatione ſcdm d. l. qđ ſi ex poſt
facto appareret legatariũ plus, vel minus vi
uere, ſupplebit̃ gabella, vel reſtituet̃ prout 11
gl. dicit de falcidia. ¶Secũdo infert̃ ex hoc ſe
cũda limitatio & intellectus, qđ ſi eſſet talis
caſus vbi a principio facta extimatiõe ſcdm
cõputationẽ. d. l. hęreditatũ: nõ poſſet poſtea
reparari ex futuro euẽtu. * Si plus vel minus *i
viueret poſtea vſusfructuarius, vel alimẽta
rius, qđ in tali caſu in alijs actibus vltra fal-
cidiã nõ haberet locũ. d. l. Ita eleganter dicit
Alexã. in d. l. hęreditatũ finalibus verbis: &
ſic limitat Bal. in d. l. cũ hi. §. nihil in quantũ
dixit. d. l. habere locũ, in alijs actibus homi-
nũ, debere intelligi, qñ ille actus nõ eſſet pręiudicialis: quin poſsit reparari ex futuro e-
uentu, alias ſecus cũ quilibet pręſumatur vi
uere vſq; ad centũ annos. l. fi. de ſacr. ſan. ec-
cle. l. an vſusfructus. ff. de vſufr. gl. & Doct.
in l. 1. § ſi dubitetur. ff. quẽadmo. teſta. appe.
l. ſed ſi de ſua. ff. de acqui. hære. ex q̃ infert id
qđ ſupra dixi de iudice interponente Decre
tũ ſuper contractu tranſactionis alimento-
rũ, qđ non. ¶Si dicas: Quę ergo vtilitas ſeu
effectus. d. l. hęreditatũ. ad extimãdũ legatũ
vſusfructus, ſcdm eius computationẽ ſi ex fu
turo euentu debet augeri vel minui prout
vixerit legatarius? Reſpondeo quia ſi non
poſsit fieri computatio ſecundum. d. l. eſſet
in pendenti dictũ legatũ; & de pręſenti non
poſſet fieri extimatio ad tempus futurũ, vbi
extimatio vſusfructus ſeu alimentorũ ſoluẽ
da eſſet, ſeu ad aliquẽ effectũ fienda, niſi ętas
taxaretur; nec poſſet ſciri ſi Falcidia de alijs
legatis extrahenda eſſet & de illo legato ali
mentorũ niſi iũctim fieret extimatio, & hoc
de prima difficultate. ¶Secunda difficultas 12
eſt. Quod ſi iſte cui vſusfructus legatus eſt Difficile. 2
eſt iam ſexagenarius: ita quod ætatẽ. 60. an-

*Limitatio prima ad l. hæreditatũ. ff. ad legem Falcidiam.*

*Limitatio ſecunda.*

 norum

norū exceſsit, qualiter fiet tunc extimatio?
Certe hoc caſu videtur ius deficere, cum d.l.
hoc non determinet: niſi ſolum vſq; ad æta
tem. 60. annorum. Pau. de Caſt. in d.l. hære-
ditatum tangit hanc difficultatem, cōcludit
ꝙ iſte caſus decidatur eo modo quo tex. de-
cidit ibi. (cauſam alimentorum:) puta ꝙ pre
ſumatur viuere quinque annis, in quacunq;
ætate ſit vltra. 60. annos: vt in alimentis di-
cit Conſultus. ibi. (Ab annis. 60. cuiuſcunq;
ætatis ſit annorum quinque.) ¶Vnde illa. l.
adducit bonum nouum pro antiquis: vt nō
ſit aliquis ita ſenex: quin adhuc non poſsit
ſperare viuere quinque annis ſecundū Pau.
de Caſt. Sed vana ſpes cum ſubito rapiūtur:
& dum magis cogitamus de vita aduenit
mors. Pulchre Perſius in. 3. ſatyra.

*Diſciteque, o miſeri & cauſas cognoſcite rerum.*
*Quid ſumus aut quidnā victuri gignimur, ordo*
*Quis datus, aut metæ quā mollis flexus et vn̄. etc.*

Quaſi dicat cito & molliter, id eſt, ſine ſtre-
pitu, hec ætas noſtra decidat: quæ ex floreſ-
cente in ſenectutem quam mox declinat: vn
de iuuenalis.

*Obrepit non intellecta ſenectus.*

Et dominus & ſaluator noſter pijſsimus Ie-
ſus monet nos valde, ne ſub vitæ ſpe negli-
gentes ſimus. Marci. 13. Videte, vigilate, &
orate, neſcitis enim quando tempus ſit ſicut
homo qui peregre profectus reliquit domū
ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſque
operis, & ianitori precepit vt vigilet: vigila
te ergo neſcitis enim quando dominus do-
mus veniat: ſero, an media nocte, an galli
cantu, an mane: ne cum venerit repente, in-
ueniat vos dormientes: ꝙ autē vobis dico:
omnibus dico vigilate. & Matth. 24. ad finē.
Si aūt dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo,
moram facit dominus meus, venit & cepit
percutere conſeruos ſuos, manducet autem
& bibat cum ebrioſis, veniet dominus ſerui
illius in die qua nō ſperat, & hora qua igno
rat: & diuidet eum, partemq; eius ponet cum
hypocritis. illic erit fletus & ſtridor dētium.
& eodem. c. Vigilate ergo quia neſcitis qua
hora dominus veſter venturus ſit: illud au-
tē ſcitote, quoniā ſi ſciret pater familias qua
hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique &
non ſineret perfodi domum ſuam. Hoc eſt
ꝙ nos admonet ipſe Saluator noſter in euā-
gelio. Lucæ. 12. De illo diuite qui promitte-
bat ſibi multos annos, dicens. Anima habes
multa bona poſita in annos plurimos: re-
quieſce, comede, & bibe, epulare: dixi autē
illi Deus: ſtulte hac nocte animam tuam re-
petent a te: quæ autem paraſti cuius erunt?
Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deū
diues. &c. Pulchre ait Grego. Horā iſtam do
minus noſter idcirco voluit eſſe incognitam
vt ſemper poſſet eſſe ſuſpecta: vt dum illam
prouidere minime poſſumus, ad illā ſine in-
termiſsione preparemur. Et ad hūc recte vi
uendi finem non confidentes in tēpore hor
tantur alij: vnde Perſius in. 3. ſatyra.

*Eſt aliquid quo tendis, & in quo dirigis arcum,*
*An paſsim ſequeris coruos teſtaque lutoque,*
*Securus quo pes ferat atque ex tempore viuis.*

Et Horatius.

*Si veluti merulis intentus decidit auceps*
*In puteum foueamque.*

Et Vergilius.

*Breue & irreparabile tempus*
*Omnibus eſt vitæ, ſed famam extendere factis,*
*Hoc virtutis opus.*

Vnde Seneca. Veniet aliquis ad mortem ira
tus morti: venientē illam nemo hilaris exce
perit: niſi qui ſe ad illam diu cōpoſuerit. Ita-
que nō confidas de illa ſpe viuēdi: de qua in
d.l. de cuius deciſione nō pōt reddi ratio de-
monſtratiua cōcludens. ¶Reſidet ergo Pau.
in hac concluſione ꝙ iſte caſus. ſ. quādo vſu
fructuarius eſt ſexagenarius decidatur put
in alimētis: & ſi dicatur magnū incōueniens
ſurgere ex hoc. ſ. qa cū in vſufructu non fiat
cōſideratio, niſi vſq; ad etatē. 60. annorū erit
deterioris cōditionis ille qui habet. 58. annos
quā ille qui excedit. 60. cū ille qui habet. 58
ſolū preſumatur viuere per duos annos vl-
tra: & ille qui habet. 60. præſumatur viuere
quinque vltra. Reſpōdet Paul. ꝙ minus ma-
lū eſt vt ſequatur hoc incōueniēs quā ꝙ ma
neamus ſine prouiſione. *¶Hæc cōſideratio
Pau. nō placet Alex. ex eo quia lex ſic debet
interpretari, ꝙ nō cōtineat abſurditatem. l.
ſcire oportet. §. aliud. de execu. tuto. l. nā ab-
ſurdū. de bo. liber. ff. vnde videtur ſibi me-
lius dicendū, ꝙ poſt ſexageſimū annū legatū
vſusfructus cōputetur pro tūc ſolū pro vno
anno: & demū attendatur ſecundum ꝙ du-
rabit vſufructuarius, & preſtentur cautiones
per alios legatarios, ꝙ ſi ex perſeuerantia v-
ſusfructus apparebit eis plus ſolutū eſſe quā
per l. Falci. ſoluendum eſſet illud reſtituent
hæredi motus argument. l. 1. §. interdum. &
l. in quantitate. §. magna. ff. ad l. Falc. ¶Mihi
videtur quod vbi de neceſſario vſusfru-
ctus eſſet de præſenti extimandus pro futu-
ro tempore non prodeſſet hæc conſideratio
Alexā-

**¶Nec placuit Vincencio de Herculanis ibidem in antepe. col. dicenti dictū Pauli nō tenendum in hoc.*



Alexā. Ideo tutius videtur arguere a deciſio
ne poſita in alimētis: & abſurditas ſuper qua
ipſe ſe fundat; non pōt abſurditas vocari in
cōputatione facta per d.l. hereditatū. & ma-
xime toleratur hec opinio Pau. attentis glo.
illius. l. quas ſupra allegaui, quæ volūt ꝙ ex
futuro euentu vel ſupplebitur, vel diminue
tur extimatio: prout legatarius vixerit: & ꝑ
cōſequens futuro euentu cōſiderato, nō erit
dicta computatio preiudicialis: & ita teneo.
¶Qualiter autē legatū annuum ſit extiman
dum & cōputandū: & ſi erit differentia, tunc
quo ad cōputationē. prout in legato vſufru
ctus & alimentorū. vide tex. in l. cum titia. &
ibi Bart. Ang. & Alex. ff. ad l. Falci. & in l. cū
quo. eo. titu. & Barto. aliquid in d.l. heredita
tum. ¶Et adde ad propoſitū elegantē tex. cir
1 3 ca hanc extimationē & annorum cōputatio
nem in l. Mela. §. certe. ff. de aliment. & ciba.
lega. vbi eſt caſus: ꝙ ſi aliquis legat alicui a-
limēta vſq; ad pubertatē: ꝙ iſta pubertas in
maſculo intelligitur, & extēditur vſq; ad 18
annum, & in fœmina vſque ad 14. annū: ꝙ
eſt notandum, & hoc fuit inductū fauore ali
mentorum. In ſimili ſumitur plena pubertas
per. 18. annum in l. arrogato. §. non tantum
ff. de adop. vbi tex. dicit ꝙ arrogator debet
precedere arrogatum plene pubertatis, ideſt,
18. annis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vtrum hæc lex habeat locum in nepote obti nente primum locum.*

1 *Quarta ampliatio.*

# Quarta ampliatio

ad hāc legem ſit quæſtio notabilis. ſ. vtrum
diſpoſitio huius legis habeat locum in nepo
te? videtur ꝙ nō: quia nepotes ſub qualibet
conditione pñt inſtitui. l. ſed ſi in cōditione.
§. nepotes. & l. ſuus. in prin. ff. de hære. inſti-
tuen. l. 1. §. ſciendū. ff. de ſuis & leg. here. l. 3.
§. ſi ſub ea. ff. de cōtratabu. pro hoc facit que
ſtio mota per glo. in l. ſi pater. C. de inſtitut.
tu ſcis ꝙ filius non poteſt inſtitui ſub condi-
tione caſuali, vel mixta, & ſi inſtituatur teſta
mentum eſt nullum, niſi in defectum eius ex
* a heredetur: *vt ibi eſt caſus, & in l. ſuus quo
que. in prin. & in §. & puto. & in l. iam dubi
tari. ff. de here. inſti. l. fi. de cond. inſtitu. ff. de
condi. & demonſt. l. Lucius. eſt queſtio ſi idē
ſit in nepote & alijs inferioribus etiam ſi pri
mum locum obtineant gl. tenet ꝙ non in l.
1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legi. hære. imo ꝙ
ſub omni conditione poſſunt inſtitui. idem
ſentit glo. in l. 3. §. ſi ſub ea. ff. de bo. poſſ. cō.
ta. Quas ſequuntur Rapha. Fulg. & Chriſto
pho. de Caſtellio. in d.l. ſi pater. quos ibi ſe-
quitur do. Alex. dicens in puncto iuris hāc
eſſe veriorem opinionē: & loquitur notabi
liter. Sed re vera fuit relator Imo. a quo lite
raliter traduxit omnia, quæ ſcripſit nullo
quāt addito, ſed ex ꝓprijs verbis per Imol.
poſitis in l. fi. de cōdi. inſtit. idem Rapha. Cu.
in d. §. nepotes. dicit hoc eſſe verum de iure.
¶Habent iſti pro ſe fundamenta ſatis vrgen
tia. ſ. l. ſuus quoque. vbi conſultus ait. (Suus
quoque hæres ſub omni conditione hæres
poteſt inſtitui: ſed excipiēdus eſt filius.) Sed
exceptio debet eſſe de regula. l. quæſitum. §.
denique. ff. de fun. inſtruct. Sed cum filius ſo
lummodo excipiatur, ergo non alius. l. ſed ſi
in conditione in. §. nepotes. eo. tit. vbi text.
dicit quod nepotes & cæteri liberi, qui ex. l.
Velleya inſtitui non rumpunt teſtamētum
ſub omni conditione inſtitui poſſunt: & ſi re
digantur ad filij conditionem & l. 3. §. ſi ſub
ea. ff. de contra tabu. ibi. (Sed & ſi nepos ſub
huiuſmodi conditione ſcriptus ſit heres, idē
erit dicendū.) ibi eſt caſus ꝙ filius emancipa
tus ſub quacunq; conditione poteſt inſtitui:
& ſi conditio deficiat tuendus eſt a prætore
in tantum in quantum fieret ſi contra tabu.
bonorum poſſeſsionem accepiſſet. & de ne-
ceſſario debet intelligi de nepote tenēte pri
mum locum, quia alias non haberet contra
tabulas. l. illud. §. 1. eodem tit. l. 1. §. ſciendū
ff. de ſuis. & legiti. hære. vbi text. æquiparat
filium eſſe inſtitutum ſub conditione pote-
ſtatiua, & nepotem ſub omni conditione: &
dicit ibi tex. ꝙ ſi nepos decedat pendente cō
ditione deſtituitur teſtamentum ſolummo-
do per mortē nepotis, & ſuccedit ſequens ab
inteſtato, puta pronepos quod non contin-
geret ſi teſtamentum fuiſſet nullū a princi-
pio: ex quo nepos tenebat primū gradum:
& ſic excluſiſſet pronepotē, & ſucceſsiſſet ne
pos ab inteſtato. ¶Præterea iura quæ dicūt,
ꝙ nepos poſſet inſtitui ſub omni cōditione
non pñt intelligi de nepote non tenēte pri-
mū locū: nā de illo cui dubiū erat ꝙ poſſet
inſtitui ſub omni conditione, cum etiā poſ-
ſit preteriri l. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib.
& poſthu. vnde cum lex debeat intelligi in
caſu dubitabili. l. Quod Labeo. ff. ad Carb.
debet intelligi de nepote tenēte primū locū
& nimirum ꝙ aliud ſit in filio, aliud in ne-
potes

pote: quia hoc in ſimili videmus in l. iubemus. in princi. iuncto fine ad Trebel. & dicit glo. in d. §. nepotes: & hæc ſunt quę vrgent pro hac parte. b *¶Cōmunis *opinio eſt in cōtrarium: imo quod nepos obtinens primū locum non poſſet inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta, proūt in filio diſponūnt dicta iura, hoc firmauit clare glo. in d. §. nepotes. idem glo. in d. l. ſuus quoque. in prin. & in d. l. ſi pater. quas tāquam æquas ſequitur Barto. in d. §. nepotes: & ſequuntur alij multi & eſt cōmunis opinio; vt referunt Barto. Bal. & Ang. Imo. Et Paul. dicit in d. §. nepotes. quod hęc eſt opinio cōmunis: licet Doct. Papienſes ſecuti ſunt aliam: quia ipſi ſecundum Paul. ſemper conantur defendere opiniones reprobatas, & reprobare approbatas. ¶Pro hac opinione videtur caſus in l. poſthumorum. ff. de iniuſt. teſta. ibi. (Sicut ipſum filium vel hæredem inſtituere, vel exhæredare nominatim debeo: ne non iure faciam teſtamentū: ita nepotem neptemue ex eo neceſſe eſt mihi, vel hæredem inſtituere, vel exhęredare: ne forte me viuo filio mortuo ſuccedēdo in locum eius nepos rūpat teſtamentū.) vbi eſt caſus, quod eo modo quo filius inſtituendus eſt ad præteritionem excūſandam, eodem modo nepos. & hoc etiā lege Velleya prouiſum fuit. l. Gallus. §. nūc de lege in fine. §. ſi is qui. ff. de lib. & Poſthu. Cum ergo nepos ſuccedit loco patris ſui in ipſa ſuitate: ergo in ipſa nullitate. l. in ſuis ff. de libe. & poſthu. ¶Item probatur in §. aliud quoq; c. in authen. vt cū de appel. cog. noſ. vbi tex. mādat omnem ſuum inſtitui in quocunque ſit gradu. Sed ille qui eſt inſtitutus conditionaliter non eſt omnino inſtitutus, cum duobus temporibus reperiat ſe pręteritum, vt dictū eſt. Cum ergo ſi eſſet præteritus non valeret omnino teſtamentum: ergo idem eſt ſi eſt pręteritus pro parte temporis: vt quia inſtitutus ſub conditione caſuali, vel mixta: cum pręteritio in parte totum abrumpit, l. ſi ego. ff. de iniuſt. teſta. & quia ſecundum conſiliū Galli nulla conditio adijcitur nepoti niſi conditio naſcendi. ¶Præterea dicit Imol. in d. l. fi. ff. de condi. inſti. in finalibus verbis, quod licet opinio contraria poſſet ſuſtentari de iure digeſtorum, tamen cum hodie non videtur eſſe differentia inter nepotes obtinentes primum gradum: & filios cum æqua lāce debeant vocari, & ſimilibus verbis onerari. & ſimilibus exhæredari. l. fi. §. ſancimus. C. de libe. pręte. hodie erit vera hæc opinio. & gl. in d. l. ſi pater. quæ illam tenet & iſtam opinionem teneo: quia illam tenet Bart. & eſt communior. Ad argumenta contraria poteſt dici, quod loquuntur in nepote non obtinente primū locum, & alię reſponſiones dantur in proprijs locis quæ breuitatis cauſa omittuntur licet in veritate fortiora ſunt argumenta, quam eorū reſponſiones, ſeu ſolutiones: tamē quia opinio glo. eſt æquior, vt ait Bar illa eſt ſequenda. ¶Maxime procederet hæc concluſio; ſi nullo modo reperietur nepos inſtitutus, vt voluit Bal. eleganter in d. l. ſi pater. ſumens quoddam medium ad cōcordandas dictas opiniones, dicit enim quod ſi tempore teſtamenti nepos non teneat primum locum, & fuerit inſtitutus ſub conditione caſuali, vel mixta, & ſic teneat inſtitutio. dato ꝙ poſtea viuente teſtatore incipiat tenere primum locum: vt quia filius præmoriatur non rūpit teſtamentum ex quo reperit ſe inſtitutum, licet ſub conditione: ſed ſi nullo modo reperiat ſe inſtitutum rumperet per d. l. poſthu. & ſic erit differentia inter filium primi gradus & nepotem: quia filius quandocunque reperiret ſe inſtitutum ſub conditione caſuali, vel mixta, diceret teſtamentum nullum, nepos non ſemper: ſed ſolum quando tempore teſtamenti teneret primum locum, ſecus quando poſtea teſtatore viuente inciperet tenere: & eſt pulchra conſideratio ſecundum Pau. in d. l. ſi pater. quam dicit mēti tenendam, & cum ea tranſit. Cum ergo nepos eodem modo debet inſtitui: vt filius nec poſſit grauari in conditione caſuali, vel mixta prout filius. Idem in huius legis diſpoſitiōe videtur dicendum vt omne grauamen, & dilatio tollatur de legitima nepotis. ¶Sed ad propoſitū huius legis dico ꝙ quolibet dictarū opinionū ſit vera habet locū huius legis diſpoſitio in nepote primum locū obtinēte: nam ſi teneatur illa opinio ꝙ nepos nō poſſet inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta obtinet hæc l maxime ſecundum opinionē Bar. & ſequaciū qui idē tenuit in filio: vt corrigatur. d. l. ſi pater. per hanc legē prout ante dictū eſt. Si teneatur ꝙ poſſet inſtitui ſub d. conditione idē & adhuc fortius: quia etiā filius poterat inſtitui ſub cōditione poteſtatiua de iure digeſtorū, vt d. l. fi. tn̄ hodie per hāc legē talis cōditio habet pro nō appoſita Sic dicēdū in nepote inſtituto ſub cōditione caſuali, vel mixta. ¶Probatur vltra prędicta quia vbi filius moritur viuo patre: nepos ex

l. Velleya

*Et hāc cōmunē defendit late Philip. Decius in l. ſi pater C. de inſtit. & ſubſtit. antepe. col. cum ſeq.*



l. velleya. ſuccedit in locum ſui patris: & per conſequens cōpetit ei omne remediū patri competens. l. Gallus in prin. & §. nunc de lege. ff. de libe. & poſthu. & quia nepos ſuccedit loco patris ſui in ſuitate: ergo in alijs priuilegijs. l. in ſuis. de libe. & poſthu. quod ſatis perſuadetur ratione cum ſubrogatur loco filij & vi repræſentationis repręſentat patrē ſuum: & pleno iure loco patris ſui ſubrogatur, & debet cenſeri eadem perſona cū patre. ¶Et hoc in expreſſo firmat Bal. in d. l. ſi pater. in. 7. oppoſitione. vbi quærit vtrum omnis conditio remoueatur in nepote per hāc legem prout hæc lex diſponit in filio, cōcludis quod ſic: licet dicat hoc concedere ſub diſtinctione quā ſupra fecit in nepote. Itaq; ſi tēpore teſtamenti obtineret ſuitatē: quia pręmortuus eſt pater: habebit locum huius legis diſpoſitio dicit hæc eſſet valde vtilia pro his quę relinquuntur in teſtamētis auorum. ¶Et quod hæc lex habeat locum in nepote obtinente primum locū: dico eſſe hic caſum expreſſum in quātum loquitur generaliter, vt de legitima remoueatur omne grauamen his quibus cōpetebat querela in offi. teſta. Sed nepos obtinens primum gradum ita debet inſtitui, vel exhęredari ſicut filius in §. ne ergo. Inſtit. de exhę. libe. & omnia iura ſuorum agnoſcit in §. poſthu. eo. ti. l. poſthumorum. de iniuſt. teſta. quod etiam. l. Velleya. prouiſum eſt. vt in l. Gallus. de libe. & poſthu. ſed nepos obtinens primū locū eſt huiuſmodi. cui eodē modo debetur legitima prout filio, ergo. ¶Hoc apertius probatur in l. omnimodo. ſupra iſto tit. vbi tex. venit ad prouidendum contra grauamen filio illatū circa quantitatē legitimæ, vt illud tollatur quæ l. aperte loquitur in nepote primū locum obtinente ibi. (Quoniam liberis eorum, vel alijs perſonis quibus eadē actio cōpetebat) iuncta glo. quæ exponit de nepotibus: ſed hæc lex quæ venit ad illius interpretationem, & ſuppletionem debet intelligi in caſibus in quibus loquitur. d. l. omnimodo, vt ante dictum eſt, ergo & hoc nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Vtrum in conditione poteſtatiua procedat hæc lex.*

2 *Vtrum conditio poteſtatiua facilis reijciatur.*

3 *Vtrum conditio ſi filius vellet reijciatur.*

Quinto poteſt extendi hæc lex, vt procedat etiā in cōditione poteſtatiua facili. Quæ licet ſit facilis, tamē per hanc legē reijciatur & maneat pura inſtitutio; vt tenent Docto. quos ſtatim referam. 1 *Quinta ampliatio.* Ad cuius euidentiam pręmitte, quod in quātū hæc lex diſponit, quod cōditio reijciatur de legitima; intelligitur etiā de conditione * a poteſtatiua. * gloſa in dicta lege ſi pater. & in dict. l. ſuus. quas totus mundus ſequitur. ¶Attende, quia licet per plures non ponderetur: fortiter obſtat huic opinioni. l. fina. ff de * conditioni. inſtitu. & d. l. ſuus. cum concordantijs, quæ permittunt filium poſſe in- * b ſtitui ſub conditione poteſtatiua, vnde videtur quod talis conditio nō debeat reijci per hanc legem. ¶Primo, quia iurium correctio eſt euitanda. l. præcipimus. C. de appellat. ¶Secundo, quia hęc lex nullo modo ad hāc poteſtatiuam conditionem videtur extendi cum huius legis prouiſio principaliter emanauit ad prouidendum; vt teſtamentū non euerteretur per querelam; quod ceſſat in filio inſtituto ſub cōditione poteſtatiua: qui non ob hoc poterat teſtamentum impugnare, vt d. l. fina. & l. ſuus. & ſic ratione l. ceſſante, debet eius diſpoſitio ceſſare. l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patrona. dicit Ioan. de Imol. in dicta. l. fina. quod Doct. non tangūt hanc difficultatem; tamen ea non obſtante ſequitur opinionem communem in. 9. colū. verſicu. item aduerte. ¶Ad obiectum reſpōdet, quod dictum & diſpoſitio huius legis eſt nimis generalis, ſcilicet, quod omne grauamen reijciatur: & ſic cum ſit maior ratio: non reſtringitur per rationem, & regulariter ratio non reſtringit dictum. l. proſpexit. ff. qui. & a qui. l. de precio. ff. de public. & in dicta lege adigere. §. quanuis. ideo reſtringit quia niſi dicta reſtrictio. quis indebite damnum pateretur & amitteret lucrum, vt ibi inquit Barto. Ad aliud in quantum dicitur: quod hæc lex videtur diſponere in his qui ad querelam vocabantur: reſpondet confuſe. Tu reſponde dupliciter. Primo, quod etiam emanauit in fauorem filiorum: vt cōſtat ex litera: & quia etiam vbi non competebat querela obtinet hęc lex, vt patet in prima quæſtione ſecundum opinionem Bartoli, & communem, quæ habet quod hæc lex habeat locum in filio inſtituto ſub conditione caſuali vel mixta Pōt aliter reſpondere, quia hęc. l. venit ad diſponēdum in perſonis, quæ

nis quæ ad querelam vocabantur: ſed non
pr. ciſe in caſibus in quibus querela compe
tebat,& non in alijs.Sed filius eſt huiuſmo-
di:ergo ideo ſine ſcrupulo tene hoc pro ma
xima,ꝙ hęc lex habet locum in filio inſtitu-
tu ſubcõditione poteſtatiua:vt illa rejci ur
& ſi hoc non fatearis quaſi de nihilo deſerui
ret hæc lex cum ſit opinio nimis altercata:ſi
habeat locum in inſtituto ſubconditione ca
ſuali,vel mixta,vt ſupra dictum eſt. Itaq; in
nulla conditione haberet locum,ꝙ per quã
abſurdum eſſet.ideo intelligas tex. vt iacet.
2 ¶Ad propoſitum dicebat eleganter Bar.in
d.l.ſuus quoque.col.2.verſ.reintro ad gl.ꝙ
tunc condito poteſtatiua rejcitur de legiti-
ma per hanc legem quãdo per eam filius in-
ſtitutus nimis grauabatur;vnde ſi conditio
*c eſſet poteſtatiua,*& facilis quę nimis nõgrã
uabat:nõ rejciebatur: mirabile verbũ pro-
fecto: ſed fundamẽtum tacuit,aut vt verius
loquamur non habuit.*¶Contrariũ teneo,
& hęc ſit extenſio huius legis vt conditio ta
lis rejciatur dato,ꝙ non grauaret nimis,ſuf
ficit enim ꝙ grauet.ita reperio firmare Ioã.
de Imo.in d.l.fi.de condi.inſti.col.10.faciẽs
expreſſam mẽtionem de hac deciſione. Bar.
illam reprobans; & clarius illã reprobat in
d.l.ſuus quoq;.col.4.& hoc ſatis probat iſte
tex.generaliter loquens;dũ dicit ( vt ſi con-
ditionibus quibuſdam,vel dilationibus aut
aliqua diſpoſitione,moram, vel modũ, vel
aliud grauamen introducente; ipſa cõditio,
vel dilatio,vel alia diſpoſitio, moram , vel
quodcunq; onus introducens tollatur)quæ
verba ſatis inferunt contra Bar.cũ loquatur
hæc lex per verbũ vniuerſale.ſ.quodcũque
non diſtinguens inter magnum,vel paruũ.
3 ¶Iſta concluſio contra Barto.ſuſtentatur ex
alia concluſione ſingulari.ſ.ꝙ hęc conditio
ſi vellet appoſita filio ; tollitur per hanc le-
gem; vnde ſi filius fuit inſtitutus ſub condi
tione,ſi voluerit:licet iſta conditio prima fa
cie non videtur continere grauamen: argu-
men.l.ex facto.§.Lucius ff.de vulga.tamen
rejcitur per hanc legẽ.Ita firmat Bal. hic ꝙ
refert eſſe pulchrum dictum Pau.in d.l.ſuus
col.2.licet corrupte allegat Bal dixiſſe in d.
l.omnimodo idem Sali. Pau.hic & Imol.in
l.fi.col.11.ff.de cõdi.inſti.ratio eſt ; quia di-
cta conditio cõtinet grauamen in hoc : quia
antequam declaret voluntatem ſuam;nõeſt
neceſſarius heres,vt l.verba.ff. de cõdi.inſt.
ff.de hære.inſtit.l.iam dubitari & l. Corne-
lius.& ſic interim Cornel. nõ tranſmittit iu-
re ſuitatis.l.ſi ita ſcriptum.§. illi ſi volet.de
lega.1.l.ſi ita ſcripſero.de cõdi.& demõ. ſed
ſua intereſt tranſmittere: ergo rejcitur tan-
quam onus. ¶Præterea nõ poteſt negari,ꝙ
hæc conditio.ſi volet;nõ inducat grauamẽ,
cõſiderato vt proxime dixi:ꝙ alias propter
exiſtentiam ſui hæredis fiebat trãſmiſsio ad
quoſcunque,iuxta ea quæ plene notat Bart.
in l.ventre.ff.de acqui.hære. Imol. & alij in
l.ſi filius qui patri.ff.de vulga. Sed per talẽ
conditionẽ bene impeditur tranſmiſsio hæ
reditatis non agnitæ,vt in d.§.illi ſi volet iũ
cta.l.fi.verſi.vlti.ff.de cõdi.inſti.& l.verba.
eodẽ titu. ¶Eſt verum quod huic opinioni
obſtat glo.ſingu.in l iam dubitari.ff.de hæ-
re.inſti.quæ aperte ſentit : quod hęc cõditio
ſi volet*adiecta in inſtitutione filij in pote- *d
ſtate non ſuſpendit: vnde talis conditio in
ſuo; non impediret tranſmiſsionem, vt ibi
volunt Bal.& Ang.per d.gl.facit gl.& quæ
ibi Docto.dicunt in l.Cornelius.eodem tit.
ergo ceſſat grauamen; per conſequẽs huius
legis diſpoſitio: maxime, quia hæc lex non
videtur ad hanc conditionẽ,ſe extẽdere ; cũ
loquatur in tali conditione,quæ habet indu
cere moram in facultate adeundi vel quę in
ducit tale grauamen per quod filius graua
retur : aliquod extrinſecum dare, vel face-
re: quæ omnia ceſſant in hac cõditione ſi vo
let; quæ nullum grauamen nec onus indu-
cit: cũ in mera eius voluntate conſiſtat talẽ
cõditionem implere. Ad grauamen trãſmiſ
ſionis reſponſum eſt:ꝙ non impeditur tranſ
miſsio,vt modo dixi; *ſed etiã ſi impedire- *e
tur reſpondet Imol.ꝙ hoc nõ debet cõſidera
ri cũ in mera eius volũtate fuit hęreditatem
adire:& ſibi imputandum, quare voluntatẽ
ſuam non declarauit.argu.c.damnũ de reg.
iur.lib.6.&l.quod quis de regu.iur.propter
quæ Imol.ſatis timidus & titubãs in d.l.iam
dubitari.col.9.dicit hanc opinionem poſſe
ſuſtentari: vt hæc conditio ſi volet. non re-
jciatur; vt euitetur legum correctio.& hoc
videtur rationabile ſecundũ eum:licet hæc
difficultas non reperiatur tacta per Docto-
res.¶Ego nihilominus teneo ſuperiorẽ imo
quod dicta conditio ſi volet ; rejciatur per
hanc legem,nam non poteſt negari ꝙ dicta
conditio ſi volet adiecta:in ſuo non facit cõ
ditionem.Caſus eſt in lege verba.ff.de con-
di.inſtit.vbi ait Conſultus verba hæc. (Pu-
blius mæuius ſi volet hæres eſto) in neceſſa
rio conditionem faciunt.l. Cornelius ad fi-
nem de hæredi.inſti.ibi. (Sed vim quoque
condi-

*Idem tenet Iaſo.in præſenti. l extenſione pro qua opinione facit l.4.tit.11 in ſui generalitate & parti.6.per locũ ab ſpeciali.



conditionis cõtinere dicerem) licet aliud in
extraneo; vt eſt ibi caſus. l. iam dubitari in
prin.eod.titu.vbi ait conſultus(dubitari nõ
poſſe ſuos queq; hæredes ſub hac conditio-
ne inſtitui poſſe vt ſi voluiſſent hæredes fo-
rent)vbiq; per legiſlatores,hæc vocatur cõ-
ditionalis inſtitutio: ex quo videtur ꝙ non
tranſmittatur hæreditas; ſi agnitas non fuit
l.vnica.cum glo.de his qui ant.aper. tabul.
quam ſequitur Imo.in d.l.iam dubitari.& ſi
teneatur opinio Bal & Ang. quod non im-
pediretur tranſmiſsio.cuius contrariũ Imo.
tenet ibi: tamen ſatis grauaretur filius ex cõ
flictu harum opinionum ; ponens ſe in hoc
diſcrimine ſi tranſmittit,vel ne; maxime at
tentis diuerſis conſiderationibus iudicum.
Propterea forte idem Imo.in 11.col. d.l.iã
dubitari deſiſtit ab opinione ſuperiori : in
qua inceſſerat titubans,affirmans dictã con
ditionem eſſe rejciendam: per generalitatẽ
huius legis quæ indiſtincte rejcit omne gra
uamen,& conditionem:& hanc opinionem
tanquam tutiorem,dicit eſſe ſequendam;li-
cet alia poſsit probabiliter defenſari.Ex qui
bus maneo in duabus concluſionibus. Pri-
ma quod huius legis diſpoſitio haberet lo-
cum in quacunq; conditione poteſtatiua fa-
cili etiam ſi nimis non grauaret.Secunda ꝙ
etiam habeat locum in hac cõditione, ſi vel
let vt omnes rejciantur ipſo iure ; per hanc
legem. & habeantur tanquam ſi appoſitæ
non eſſent.

SVMMARIVM.

1 *Etiam ſi filio vltra legitimam relinquatur tamen de legitima tollitur onus licet in reſiduo valeat.*
2 *An filia quæ in dotem habuit plus ſua legitima poßit ex interuallo grauari a patre in eo quod plus habuit.*
3 *Limitatur dupliciter.l.ſcimus.§.cum autem.C.iſto titu.*
4 *Lex ſi pater puellæ.C.iſto titu. an corrigatur per tex.noſtrum.5.*
6 *Intellectus & materia.l. de fideicommiſſo C.de tranſactio.*

## Ampliatio ſexta

1 ſit,vt non ſolum procedat hęc lex quãdo fi
lius eſſet inſtitutus in ſola legitima ; verum
etiam ſi vltra legitimam eſſet inſtitutus;Nã
quo ad legitimam,rejcitur cõditio,ſeu gra-
uamen:in reſiduo attẽditur iſte eſt caſus mul
tũ notabilis in l.ſcimus in.§.*cũ aũt iſto tit. *a
& differt ille.§.ab hac.l. nam per hanc legẽ
remouebatur onus:vbi filius erat inſtitutus
in ſola legitima in d.§.cũ autẽ. qñ vltra legi
timam;imo tota hæreditas fuit ſibi relicta :
quo caſu videbatur,ꝙ deberet cõpenſari il-
lud plus cũ grauamine conditionis vel tem
poris: & ſic non deberet remoueri , argum.
l.ſi pater puellæ.iſto tit.& per regulam;qui
in vno releuatur,in alio põt grauari:& e cõ-
uerſo.l.eum qui de iu.iura. ¶Adde tex.val-
de ſingu.de iure digeſtorum qui aliquã ſimi
litudinẽ habere videtur;cũ d.§. cum autẽ.&
eſt l.ſi libertus patrono. in verſic.quid ergo
ff.de bo.liber.vbi eſt caſus, ꝙ ſi libertus re-
linquit patrono legitimã ſuam , & vltra, &
appoſuit aliquod onus; puta vt ſeruum ma
numitteret : ꝙ põt patronus acceptare ſolã
legitimam;& repudiare onus,& id quod vl
tra legitimã ſibi relictũ eſt. ¶Nec tacebo au
torem: nã reperio Bal.ponderantem. d.l.in
l.ſcimus.in prin.in.3.col.iſto titul.in verſic.
quinto quæro per quem infert, ꝙ ſi pater re
linquit filio fundum valentem vltra legiti
mã cum quodam onere;filius vult legitimã
ſuam,& nihil vltra,nec onus implere,ꝙ põt
iſtud relictũ diuidere,& petere ſimpliciter le
gitimã; ꝙ mihi videtur apertius probari in
d.§.cũ autem quẽ ipſe nõ allegat. ¶Reperio
etiã Pau.de Ca.in l.fi.ff.de con.inſti.in prin.
vbi nulla facta mentione de.d.§.cũ autẽ.re-
fert quoſdam dicere debere intelligi hanc le
gem vbi filius eſſet inſtitutus in ſola legiti-
ma.Sed ſi eſſet inſtitutus in ſolidũ; vel vltra
legitimam: non rejceretur grauamen; imo
cum grauamine conditionis deberet cõpen
ſare id ꝙ habet vltra legitimã;cũ olim pro-
pter hoc non habebat querelam,vt d.l.fi.er
go non haberet locũ hæc lex quę emanauit
ad remouendum querelã; cõtrariã dicit eſſe
veritatem:imo ꝙ grauamen rejcietur de le
gitima; & quo ad eã ceſſet omnis compenſa
tio,& in reſiduo tolleretur grauamen.moue
tur argu.vſi ſfructus; de quo dixi in.3. am-
pliatione:non fuit recordatus allegare.d.§.
cum autẽ.vbi eſt expreſſum. ¶Adde tñ vnã
elegantẽ extẽſionẽ, & aliã limitationẽ ad d.
§.cum aũt.in quantũ vltra legitimã admittit
conditionẽ,ſeu grauamen extenſio ſit vt in
quantũ ille tex.permittit;vt in eo ꝙ filio re
linquitur vltra legitimã poſſet apponi gra-
uamen;

ſexta ampliatio.

uamen habeat locum etiam contra filiam
dotatam:quæ habet in dote vltra legitimã
ſuam;quia ſi pater eam inſtituat in dote po
terit eam grauare : vt ſi decedat ſine liberis
reſtituat poſt mortẽ ꝙ habet in dote vltra
legitimam.Iſte eſt caſus mirabilis in l.fin.§.
fideicõmiſſum filiæ.ff.de lega.ij.de quo tex.
mirum in modum omnes exclamãt præma
xime Pau.& eſt lex maximæ importantiæ,
& cuique videtur cõtrarium ; nam cum ex
cauſa dotis valuit ſtatim donatio irreuoca-
biliter,vt l.Pomponius Philadelphus. ff.fa
miliæ herciſcundę.videbatur ꝙ nullam po
teſtatem haberet pater in grauando.l. perfe
cta.C.de donat.quæ ſub.mo.maxime: quia
pater non poteſt filiæ prçiudicare in dote.l.
quoties.ſolu.matrimo. cuius contrariũ de-
ciditur in d. l. vt poſt mortem filiæ dotatæ
poſſet imponi grauamen. ¶In tantum ꝙ d.
l.diſpoſitio ſecundum aliquos: habebit lo-
cum etiã in caſu in quo ipſa dos veniret con
ſolidanda ipſi filiæ.Huius opinionis fuit ibi
Pau.deCaſtro ſequutus aliquos antiquorũ:
qui fuerũt Dynus, Cynus, Nico.de Neapo.
qui tenuerunt ante dictam opinionem ; ta-
men Bart.ibi Bal.Imol. Alexand.tenent cõ
trarium: quod forte latius,infra dicam.10.
3 ampliatione.¶Limitatio ſit,vt in quantum
*Limitatio.* ille tex.diſponit conditionem eſſe expectan
dam in eo : ꝙ relinquitur vltra legitimam
intelligatur quando filio vltra legitimam
*b inſtituto eſſet datus cohæres,*vel ſubſtitu-
tus:ſed ſi non haberet ſubſtitutũ, vel cohæ-
redem:ſed ipſeſolus inſtitutus eſſet : habe-
ret totum per ius accreſcendi: non expecta-
to conditionis euentu.¶Ita intelligit & limi-
tat Io.de Imol.d.§.cũ autẽ. in d.l.iam dubi-
tari.11.col.verſi.& hæc opinio tutior.& in
l.ſi.ff.de condi.inſti.11.col.in verſi. aduerte
tamen,quod non. ¶Probatur hoc : nã cum
reijcitur conditio de legitima:cenſetur in ip
ſa pure inſtitutus. vnde ne teſtator decedat
pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus:re
ijcietur in conſequentiam de toto:& ſic ma-
nebit vniuerſaliter hæres inſtitutus in legi-
tima,& in reſiduo:non expectata cõditione
l.j.§.ex fundo.ff.de hære. inſti.allego etiam
ad hoc.l.ſi te ſolum.ff de hære. inſtitu. in.§.
ſed ſi te heredem ; vbi conſultus ait quod ſi
te hæredem inſtituero pure : & deinde ſub
conditione te eundem inſtituam ; quod cen
ſetur in totum pure inſtitutus per ius accre-
ſcendi: ex quo ipſe ſolus fuit inſtitutus , fa-
cit.l.ſi quis ita ſcripſerit.ff.eodem titu. ideo
pondera.d.§.cum autem.vbi cum myſterio
loquitur tex.quando extraneus eſſet hæres
inſtitutus : & rogatus per fideicommiſſum.
reſtituere filio: quia ſi ſolus filius fuiſſet hæ-
res inſtitutus: non potuiſſet de legitima re-
ijci conditio: quin in totum reijceretur,ꝙ te
ne menti ad limitationem.d.§. cum autem.
¶Secundo illum limita in conditione pote-
ſtatiua: quia in caſuali,vel mixta etiã vltra
legitimam non noceret filio illam non eſſe
impletam.Pulchra eſt l.par.vj.parti.tit.*4. *c
l.11.de cuius intellectu ante diſputaui. ¶Ha-
bes ergo ex prędictis defenſatam hanc extẽ
ſionem: vt ſcilicet grauamen reijciatur:non
ſolum vbi integra legitima filio relicta eſt:
verũ etiam vbi pluſquã legitima : quia nõ
propter hoc tolerabitur in legitima: nec hu
iuſmodi compenſatio admittetur,ſcilicet de
eo ꝙ plus relictum eſt ad grauamẽ illatum.
¶Quo adiuuatur iſta concluſio ex ſimili: in
quadam glo.ſingulari, quæ eſt in l. ſi pater. 4
puellæ.C.de inofficioſo teſtamento, quã vt
intelligas præmitte.ibi eſt caſus quod pater
inſtituit filium heredem ex ſemiſſe:& filiam
ex triente,& vxorem in reliquo ſextante: &
ita fideicommiſit.vt ſi quis eorum intra.25.
annum decederet:portionem ſuam ſuperſti
tibus reſtitueret:& etiam pręcepit vxori,vt
quod ex hęreditate ad eam perueniſſet,filijs
ſuis reſtitueret,dicit ibi Imperator, quod di
cta filia non poteſt intentare querelam inof
ficio.teſtamẽ. quaſi exinanita ſit ſubſtitutio
per fideicõmiſſum; ſubditur ratio decidẽdi
cum ex dicta reciproca diſpoſitione , tã ma-
tris,quam fratris,eius portio ad eam pote-
rat peruenire, & ſic eſt ibi caſus quod pro-
pter fideicõmiſſum reciprocum inter filios
relictum: non videntur filij grauati, & per
conſequens ceſſat querela.*¶Ad propoſitũ 5
dicit ibi glo.ſingularis, quod illa.l.corrigã *Vide ſingu.Phil.Decium in cõſil.456.incipien.conſului alias.qui conatur defendere cõtra communẽ, quod l.ſi pater. non ſit correcta.
tur per hanc legem & ſic eſt ibi glo.ſingu.ꝙ
grauamen tollitur de legitima: non obſtan
te quod in recompenſationem grauaminis,
aliqua cõditio ſit poſita,quæ filio poſſet pro
deſſe:vt in dicto fideicom.reciproco.& Bar.
ibi approbat.d.gl.dicẽs: quod illa ſeruatur
de conſuetudine,illam etiam approbat in l.
filijs matrem. C. de inofficioſo teſtamento.
Bald.ſequitur illam in dicta.l.ſi pater. dicẽs
hanc eſſe puram veritatem.& ibi Salice.di-
cit,quod ſic videmus defacto ſeruari. idem
Angel.& Pau.& eſt opinio communis; quã
etiam ibi ſequitur quidam modernior Me-
diolanenſis legens Paduæ in dicta.l.ſi pater





& Alex.in.l.cum ex filio fin.col.verſi.tu dic
ff.de vulga. ¶Sed quia in hac noſtra ſciẽtia
fuit ſeminata zizania,nec eſt hęc opinio ſine
contradictione:nam quidã doctor antiquus
nomine Ricar. malumb. tenuit opinionem
*d contrarium,imo * quod d.l.ſi pater.non ſit
correcta vt ante dicti ſcribentes affirmarũt:
& huius opinionis eſt Rapha. Fulg. in d.l.ſi
pater.& Rapha.Cu.in d.l.cum ex filio.ff.de
vulg.idem reperio tenere glo.hic ſuper par
te tollatur.vbi glo.limitat iſtum tex.in quã
tum dicit,quod grauamen tollatur, ſcilicet,
niſi pater hoc fecerit proſpiciens filio.& al-
lega.d.l.ſi pater. per quod aperte ſentit illã
non eſſe correctam. idẽ reperio expreſſe fir-
maſſe Ang.in d.l.cum ex filio:¶Fundamen-
tum iſtorum hanc opinionem tenẽtium eſt
ſolum vnum, ſcilicet , quod hæc lex & eius
diſpoſitio fuit inducta ad tollendum graua-
men,ne teſtamentum euerteretur quaſi ſen-
tiat lex ſolummodo reijci grauamẽ in caſu
in quo teſtamentum poſſet euerti per quere
lam inoffi.teſtamen. ſed vbi fideicõmiſſum
fuit reciprocum; ceſſat querela,vt d.l.ſi pa-
ter.ergo quod argumentum in tantum fuit
viſum durum dicto Mediolanenſi;quod nõ
aperuit os ad vllam eius reſpõſionem , hoc
fundamentum poſuit Imol.in maximo con
flictu in d.l.cum ex filio.in fi.col.verſi. & ad
uerte.& per illum coactus licet titubans vi-
detur reſidere in hoc quod d.l.non ſit corre
cta.¶Et reperio quod hanc opinionem, ſcili
cet , quod non ſit correcta , firmat Cynus in
d.l.ſi pater.referens : quod Simon Vicenti-
nus.& Iaco.de Are.idem ſecuti ſunt & idem
Iaco.de Raue.in d.l.cũ ex filio. licet Moder-
ni nullum iſtorum referant. Mouentur iſti
quia hoc fideicommiſſum reciprocum non
eſt onus cum ſperet commodũ: & quia mul
ta ſub incerto conceduntur , quæ alias non
*Authoris opinio.* concederẽtur.l.ſi ea.C.de vſuris.& iſtud vi-
detur rectius.¶Nihilominus*teneo opinio
*e nem Barto.& ſequacium,ſcilicet, quod d.l.
ſi pater , corrigatur per hanc legem vt vo-
luit ibi gloſſ.idem tenuit ibi glo. in d.l.cum
ex filio.in glo.1.ad finem : quæ opinio ſatis
fundatur per verba generalia huius legis
generaliter diſponentia:legitimam eſſe filio
relinquendã abſque aliqua conditione, one
re,ſeu grauamine.Sed nulli dubium eſt, niſi
quod etiam ſi filius ex euentu poſſet ſperare
commodum, ex reciproco fideicõmiſſo : vt
quia forte frater ſuus prius decederet : & ſic
eius portio ad eum deueniret vigore fidei-
commiſsi: tamen hic euentus eſt incertus:&
poſſet eſſe quod ipſe prius decederet: & per
conſequens eſſet ei grauamẽ: vnde cum cõ-
modum ſit incertum non poteſt dici niſi ꝙ
eſt onus reſpectu futuri euentus. ¶Item non
poteſt negari,quod cum vigore dicti fidei-
commiſsi: bona in euentu conditionis ſint
ſubiecta reſtitutioni fratri ſuperſtiti: neuter
poſsit de his bonis ſibi pro legitima relictis
diſponere:nec inter viuos, nec in vltima vo
luntate.l.fina.§.penu.& authen. res quæ.C.
commu.de lega.& eius filij hoc modo mane
rent exhæredati. Quod non ſolum abſur-
dum imo abſurdiſsimum eſſet. ¶Præterea
eſt impoſsibile quod hoc non dicatur onus
& maximum grauamen: quia ſi dicis eſſe cõ
modum ex parte ſuperſtitis:iam fateris dã-
num ex parte prius decedẽtis.Itaque in euẽ-
tũ de neceſſario in perſona vnius debet eſſe
damnum Do glo.famoſam ad hoc in l.licet
C.de pactis.ſuper parte mortis.ad finem.v-
bi fuit factum pactum reciprocum ; vt qui
ſuperuixerit rebus alterius potiatur. dicit
glo.ibi quod dictum pactum habet in ſe o-
nus:etiam propter viciſsitudinem : cum in
perſona cuiuslibet eorum habebat locum
dictum pactum.¶Quam glo.perpetuo no-
ta ad deciſionem quæſtionis iſtius , per quã
decidunt Oldral.conſi.138.incipit ad habẽ-
dam.& Sali. in l.fin.C.de pactis.quos refert
Alexan.in d.l.licet.ad finem.quod ſi fuit fa
ctum pactum inter fratres:ita quod quili-
bet donauit alteri omnia bona pręſentia ſub
hac conditione:quod ſuperſtes haberet bo-
na præmorientis : quod iſta donatio non e-
get inſinuatione,cum non ſit donatio mera:
imo continet onus propter viciſsitudinem.
& ſic aperte probatur quod inducitur onus
per tale reciprocum fideicõmiſſum. ¶Reſtat *¶Reſponſio ad contraria.*
nunc ad fundamenta contraria reſpondere:
Nam in quantum iſti principaliter ſe fun-
dant: quod in caſu dicti fidei commiſsi reci
proci: non competebat querela,vt ibi eſt ca
ſus: ergo nec habet locum hęc lex. Reſpon-
detur dupliciter.Primo quod huius diſpoſi
tio eſt multum generalis: reijciens omne o-
nus atque grauamen appoſitum filio. in le-
gitima & ſic non debet reſtringi per eius ra
tionem:nec ſolũmodo ad caſum, vbi per
querelam inofficioſi teſtamenti: poterat te-
ſtamentum euerti,cum regulariter ratio. l.
non reſtringat eius diſpoſitionem genera-
liorem: ratione.l.proſpexit.ff. qui & a qui.
vt reſpondit Imol.in alio caſu ſimili in d. l.

fina. ff. de condi. inſti. ¶Secũdo quia verum eſt quod hęc lex fuit inducta & facta in fauorem teſtamentorum; ne occaſione minoris quantitatis teſtamenta reſcindãtur: & ſi hęc ſola fuiſſet ratio: obtineret argumentũ. Sed etiam fuit facta in fauorem filiorum: ne eorum iura diminuta eſſe viderentur: & conſiderata hac ratione & fauore non militat argumentum. Nam quocũque caſu inferatur onus ſubmouendum eſt non inſpecto competeret ſibi illo caſu querela, vel ne. Sed ſolum conſiderato: vtrum ſit onus, vel grauamen; quæ fuit huius legis cõſideratio. ¶Poſſet etiam tertio reſponderi quod verum eſt hanc legem prouidere in perſonis quæ ad quærelam inofficioſi teſtamenti vocabantur, vt conſtat ex litera ibi. (His derelictum ſit qui ex antiquis legibus.) quaſi vellet eos priuilegiare; quibus legitima debetur. Sed non diſponit ſolummodo in caſibus in quibus querela competeret; imo etiam ſi nõ cõpeteret, dum tamen ſit onus; quod conſtat, quia ſecundum communem omnium opinionem conditio poteſtatiua reijcitur de legitima. Attamen illo caſu non competebat querela: cum ſub dicta conditione poterat inſtitui. l. fina. de condi. inſti. cum ſimilibus.
*f Quam reſponſionem ſenſit Imol. in d. l. fin. & Alex. illo tacito: licet non ita clare in d. l.
6 cum ex filio. ¶Aduerte tamen ſingulariter: nam contra hanc opinionem, & in fauorem alterius partis ſtringere poteſt quidam ſolennis* tex. qui eſt l. de fideicommiſſo, C. de tranſactio. vbi eſt caſus, quod ſi pater relinquit fideicommiſſum reciprocũ inter filios ſuos: ita vt pręmoriens alteri reſtituat hæreditatem; quod hoc tale fideicommiſſum reciprocum poteſt per pactum remitti & præiudicat talis tranſactio & refutatio, etiam minori. Nec dicitur lædi quanuis ex euentu poſſet eſſe damnoſa dicta remiſſio. Vnde eſt ibi caſus ſingula. quod neutra pars dicitur lędi remittendo fideicõmiſſum reciprocum. ¶Et Bal. dicit ibi eſſe caſum quod in pari cõuentione non dicitur quis lædi: ideo minor non iuuatur beneficio reſtitutionis. Quod Bal. reputat notatu dignum: & allegatur in concordantiam. d. l. ſi pater puellæ: nam in reciproca remiſſione æqualis ſpei nullus intelligitur lædi, nec ſenex, nec iuuenis, quod fuit aliud ſummarium Bald. ¶Et Paulus de Caſt. & Alexan. notant ibi illum textum ad hoc quod vbi ex aliquo actu poteſt quis cõſequi commodum ſicut & damnum: licet caſualiter contingat afferre damnum, non dicitur quis lædi ex tali actu. ideo ſi ſit minor non poteſt reſtitui aduerſus talem actum, qui caſualiter ſibi damnum attulit, cum etiã poterat commodum afferre. ¶Et Bald. in lege cum Archimedoram. colum. 2. in principio. C. vt in poſſe. lega. meminit illius legis de fideicommiſſo. dicẽs eſſe vnicam: ad hoc, quod ſi duo fratres ſibi inuicem remittant fideicommiſſum relictum in caſu mortis, minor non reſtituitur in integrum. Conſtat ergo quod non dicitur quis lædi ex actu indifferenti qui poteſt ſe habere ad commodum & damnum: licet caſualiter in euentum afferat damnum. Cum ergo ſic fuit in caſu in quo loquitur. d. l. ſi pater puellæ, ſequitur q̃ non poteſt dici dictam legem continere onus, nec grauamen: & per conſequens non eſſe correctam per hanc legẽ & miror quod nullus quem viderim tenẽtium opinionem Ricar. malum. & ſequacium, allegauerit hoc fundamentum ad defenſam ſuam. ¶Cogitabam reſponderi ſic poſſe ad hanc obiectionem, ſcilicet, quia ille text. loquitur in extranea materia, & multum diuerſa a materia huius legis quia loquitur in reſtitutione deneganda; cum non poſſet dici minorem læſum in tranſactione & remiſſione facta ſuper dicto fideicommiſſo reciproco: cũ bona ſua ſibi remaneant libera & poterat eſſe quod ipſe præmoriretur altero, & per conſequens bona ſua deuenirent ad alium: & ſi contra acciderit, & ſic in euentum veniret ſibi damnum ex dicta remiſſione hoc nõ eſt conſiderandum: ſufficit quod ab initio non fuit damnoſa: cum fuit par conuentio & inuicem inter eos fuit remiſſum fideicommiſſum, & in hac materia reſtitutionis in integrum læſio conſideratur ab initio, ſed nõ in euentum. l. verum in. §. ſciẽdum. ff. de mino. ibi. (Nec enim euentus damni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facilitas) in propoſito. l. noſtræ non conſideramus niſi onus & grauamen, ſed nõ poteſt negari hoc eſſe onus, vt ante dixi. Item quia dicta. l. de fideicommiſſo loquitur in remiſſione fideicommiſſi reciproci: in quo cum vterque remittat ſpem non dicitur læſus. In caſu huius legis tractatur caſus contrarius, ſcilicet, de apponendo dictam viciſſitudinem, in qua conſiſtit grauamen: non de illa remittenda: ſed in apponenda eſt maximum onus & etiam damnum de præſenti, & in euentum quod ſolum venit in conſideratione huius legis &

*Vide doct. de Pal. Ru. repe. rubri. de dona. inter virum & vxorẽ. §. 50. incipien. limit. 2. vide aliqua de materia & inter alia. co. 5. refert q̃ ſi duo coniuges pacti ſunt inter ſe q̃ is qui ſupereſſet, altero præmortuo haberet ex bonis præmorientis ducenta millia nummorum, forte cõtigit vxorẽ præmori maritus petebat illa ducẽta millia, mater vxoris viuens impugnabat hoc pactũ, quia erat in præiudiciũ legitima eius. Refert fuiſſe deciſum pro marito ex natura reciprocipacti. Quod eſt notandum pro limitatione. l. 6. Tauri.*



legis, & quia ſufficit onus & grauamen eſſe vel ſperari vt ſtatim dicam: ex quibus concludo opinionem glo. Barto. & ſequacium eſſe veram per quę habes aliam ſingularem ampliationem ad hanc legem.

## SVMMARIVM.


1 *Pater non poteſt filio relinquere legitimam animo compenſandi cum debito quod ipſe filio ſuo debebat.*

2 *Etiam ſi filius agnouerit iudicium patris præcipientis compenſari, non habet locũ compenſatio.*

3 *Licet teſtator poßit rem hæredis, vel hæredi debitam legare, fallit ſi filius hæres eſt inſtitutus in ſola legitima.*

4 *Si pater primogenito relinquit vltra legitimam iure hæreditario, poteſt alteri filio legare rem maioratus vſque ad concurrentem quantitatem.*

5 *Grauari an poßit quis in pluſquam ſit honoratus a teſtatore.*

6 *Si pater rem filij alienauerit per contractũ an filius hæres poßit illam rem vendicare a poßidente.*

7 *Et quid ſi filius non ſit hæres in ſolidum & de practica notabili. nume. 8.*

9 *Hæres an poßit aliquando venire contra factum defuncti.*

10 *Hæres qua exceptione ſit repellẽdus ſi velit venire contra factum defuncti.*

11 *Filius qui habet ſolum legitimam etiã confecto inuentario repellitur a vendicanda re ſua, quam pater alienauit.*

12 *Filius inſtitutus in re certa pro legitima, vel quota bonorum non tenetur ſtare contractui patris & limitatur. numero. 14.*

13 *Declarantur verba Bal. in l. cum a matre C. de rei vendicatione. col. 2.*

15 *Si pater vendidit fundum filij hoc acto quod non teneatur de euictione, an filius repellatur a vendicando rem ſuam ſi non habet vltra legitimam diſputatur late.*

16 *Practica & forma repellendi filium a vendicando rem ſuam.*

17 *Si pater vendidit rem filij tanquam ſuam & adminiſtratorio nomine, an repellatur filius.*

18 *Filius non faciens inuentarium an priuetur legitima.*

19 *Conſideratio authoris circa eandem quæſtionem.*


Septima huius legis extenſio, vt in tantum tollatur de legitima omne onus & grauamen, quod pater nõ poſſet relinquere legitimam filio ſuo animo compenſandi cum aliquo debito, quod ipſe filio ſuo debebat. Ita quod ſi pater eſſet debitor filij in certa quantitate: & filijs ſuis inſtitutis hæredibus dixiſſet. Et volo quod talis filius meus, cui ego ſum debitor, accipiat legitimam ſuam: & illam compenſet cum quantitate quam ſibi debeo: quod talis conditio habetur pro non appoſita: & ea non obſtante habebit liberam legitimam: & conſequitur debitum tanquam ſi conditio appoſita non eſſet. Hoc reperio firmare *Cynum per hanc legem in l. 2. C. de iure do. melius & clarius in l. cum patrem. eodẽ titu. Bald. idem & reputat menti tenendum in d. l. 2. in finalibus verbis: idem Salice. in d. l. cum patrem. authoritate Cyni. & Bald. ſuppreſſa nulla eorũ facta mentione. & Bal. in d. l. cũ patrem. in alia lectura dicit: quod licet teſtator poſſit prohibere hæredem: ne exerceat actionem propriam: tamen illa prohibitio non nocet filio in legitima. ¶Attamen licet per iſtos non allegetur, reperio Bar. firmaſſe contrarium in l. quod de bonis ff. ad legem Falcidiam in §. cum fideicõmiſſum. dicẽs; quod ſi teſtator iubeat debitum cum hæreditate cõpenſari: intelligitur etiã quo ad legitimam quæ ei debetur iure naturæ: quod refert notandum. Mouetur ex quadam lectura poſita ad illum. §. quã fuit ſequutus Rayne. ¶Ego dico quod aut Bart. locutus fuit inaduertenter (quod non eſt de eo præſumendum) aut debet intelligi quod loquatur attento iure antiquo ſecundum q̃ tolerabatur grauamen in legitima: licet cõpeteret querela: & ſic illum videtur intelligere Angel. in d. §. fideicommiſſum. dicens quod cum hodie filius debeat habere legitimam ſine aliquo onere, non poteſt ſibi re- *b

*1 Septima ampliatio.*

linqui animo compenſandi, cum debito q̄
ſibi a patre debebatur, & hoc tenet per hanc
legem reſidens cum opinione Cyni & Bald.
licet nullam de eis mentionem faciat. Idem
tenet Imol. Paulus de Caſtro Alexand. in di
cto. §. cum fideicommiſſum: & ſic videntur
etiam ipſi ſaluare Domi. Bartol. ¶ Pro hac
opinione videtur caſus expreſſus in dict. §.
cum fideicommiſſum. ſecundum vnam le-
cturam: intelligendo illum in legitima de-
bita iure naturæ, vbi eſt caſus, quod liberi
primi gradus licet inſtituantur animo com-
penſandi cum eo, quod eis debetur: nihilo-
minus debitum deducunt vt ęs alienum de
reliquo habent quartam. Iſta lectura recita-
tur in gloſa prima. & finali. & licet illa lectu
ra reprobetur ibi in quarta falcidia, vt ibi te
net gloſa in alia lectura quam Dynus Ray-
nerius & Bartolus & alij ſequuntur: imo
quod computetur quarta cum debito. & ſic
l. ſi debitor. eodem titulo. obtineat, ſiue in fi-
lijs, ſiue in extraneo. tamen hodie per hanc
legem ſupradicta lectura erit vera in quarta
iure naturę debita ſecundum Angelum. ibi.
¶ Sed Ange. in dicto. §. cum fideicommiſſum
non contentus ſcriptis ſubdit poſſe dici, q̄d
hæc lex tollens grauamen: & per conſe-
quens, vt non compenſetur legitima cum
debito, intelligatur quando filins non agno
uiſſet iudicium defuncti patris ſui: alias ſe-
cus. Imo tunc bene compenſaretur legitima
cum debito ex diſpoſitione defuncti. & ſic
dicit debere intelligi & limitari dictum. §.
cum fideicommiſſum. ſecundum vnam le-
cturam. Et ſi dicatur, ergo tunc inueniet fi-
lius ſe priuatum legitima ſua: cum illam ex
præcepto teſtatoris compenſat cum debi-
to: reſpondet Angelus quod imputet ſibi fi
lius cum hæreditatem ex teſtamento non
repudiauit; agnoſcendo ab inteſtato, vt ſic
fraudem paternam repelleret, vt l. cum pa-
2 ter. §. titio. de leg. ſecundo. & ita reſidet. ¶ Iſta
concluſio Angeli eſt falſa: imo dato, quod
filius agnouiſſet iudicium defuncti præci-
pientis fieri dictam compenſationem: nihil-
ominus habebit legitimam integram abſ-
que dicto onere compẽſationis, vt eſt caſus
ad literam in l. ſi quando §. & generaliter.
de inofficioſo teſtamento. Quod acceptans
legatum ſibi factum, non propterea conſen
tit in grauamine ſibi appoſito in legitima:
nec tollitur ei ius agendi ad ſupplementum.
ex quo habes extenſam concluſionem Cy-
ni. & Baldi, de qua ſupra; vt procedat etiam
ſi filius agnouiſſet iudicium defuncti: quod
apud me ſemper fuit indubitatum. per dict.
§. & generaliter. Et vltra hoc patet ad ſen-
ſum quia ſi concederetur poſſe relinqui legi
timam ſub conditione compẽſandi cum de-
bito: filio non relinqueretur integra legiti-
ma: & ſic eſſet grauamen in quantitate:
quod lex remouet, tam in lege ſcimus. §. re-
pletionem, quam in dicta lege omnimodo.
Quæ omnia notabis. ¶ Ad prædicta tene-
bis menti vnum quod habui de facto. Tu de
bes ſcire, quod teſtator poteſt legare rem hę
redis, & valet tale legatum, & hæres com-
pellitur illud ſoluere & pręſtare; dato, quod
teſtator exiſtimaſſet rem quam legat eſſe
ſuam propriam: iſte eſt caſus vnicus in lege
vnum ex familia in §. ſi rem in principio. ff.
de legatis ſecũdo, ibi. * (Si rem tuam quam
exiſtimabam meam) iuncto fine ibi. (quod
in hac ſpecie non euenit cum dominium rei
ſit apud hæredem.) ¶ Et non ſolum rem pro
priam hæredis; verum idem ſi non eſſet pro
pria; ſed hæredi debita: vt quia forte erat
ſubiecta reſtitutioni ipſi hæredi: & teſtator
eam alteri cohæredi, ſeu extraneo legaſſet:
nam ille hæres cui erat ſubiecta reſtitutioni
non poteſt contrauenire: imo tenetur obtẽ-
perare diſpoſitioni defuncti cuius eſt hæres. *b
* Iſte eſt caſus ſingularis in dicta lege vnum
ex familia in verſiculo ſed ſi vno: ibi. (Ve-
rum is qui hæres ſcriptus eſt ratione doli ex
ceptione) & ibi (nam quæ ratio cæteros ad-
mittit eadem tacitam inducit compenſatio-
nem) & Bartolus ibi & in dicto. §. ſi rem. di-
cit idem per illa iura; vt quemadmodum
teſtator poteſt legare rem hæredis: ita po-
teſt legare rem hæredi debitam: ſeu eidem
reſtitutioni ſubiectam. Et ad hoc illum tex.
extollunt, ibi Bartolus Bald. Paulus & Ale-
xand. facit. §. ſi duos. & §. ſed ſi fundum eiuſ-
dem legis, & lex Imperator per totam le-
gem. ff. de legatis ſecundo. ¶ Accedat ele-
gans textus in lege filiusfamilias §. cum pa
ter. ff. de legatis primo. vbi eſt caſus: quod
teſtator filio herede inſtituto rogauit illum
ne fundum alienaret: ſed in familia relin-
queret: qui filius mortuo patre veniens ad
mortem duos hæredes inſtituit; & fundum
ſupra dictum legauit cuidam extraneo:
qui non erat de familia. dicit ibi Conſul-
tus: quod iſti filij ſic hæredes inſtituti qui-
bus fundus erat reſtitutioni ſubiectus: eo
quia de familia non admittuntur, ad peten-
dum dictum fundum; ſed ſolum ad illum pe-

*Pro cuius articuli declaratione. vide ſing. Iaſo. l. cum alienã. pen. col. C. de legat.





tendum admittuntur filij exhæredati. facit.
l. cum a matre. C. de rei vendicatione. ¶ Ra-
tio prędictorum ſtat in virtute cuiuſdam cõ
penſationis: nam eo ipſo quod inſtituit teſta
tor hæredem: cui erat obligatus reſtituere
aliquam rem, quam alteri cohæredi ſeu ex-
traneo legat: videtur velle inducere quan-
dam compenſationem vt ſcilicet, compen-
ſetur hæreditas quam ſibi relinquit: cum di
cta re ſibi debita, quam ei aufert legando eã
alteri. hãc rationem ſentit Conſultus in di-
cto verſi. ſed ſi vno. ibi. (Eadem tacitam in-
ducit compenſationem) idem ibi glo. & Bar
tol. & quia hæres non poteſt venire contra
factum defuncti cuius eſt hæres. l. cum a ma
tre. cum alijs. C. de rei vendicatione. Vnde
eſt caſus ſing. in d. lege cum pater. quod res
ſubiacens reſtitutioni; & ſic alienari prohi-
bita ſi alienetur contra prohibitionẽ teſtan-
tis; non reuocatur per hæredem ſcriptum a
prohibito. Nũc ad propoſitum huius legis,
& extenſionis dico: quod hoc eſt verum; ni-
ſi filius eſſet inſtitutus hæres in ſola legiti-
ma; nam tunc bene poſſet aduocare & pete-
re dictum fundum ſibi reſtitutioni ſubiectũ:
quem pater ſuus legãdo alienauit: & ita de-
bet limitari. d. §. cum pater. *ſecũdum Ang.
ibi. motus ex eo quia filius deberet habere
legitimam ſine onere & grauamine. vt hic
quam non haberet ſi illam compenſaret cũ
re ſibi debita alienata: & licet ipſe nõ alle-
gat, hoc in expreſſo firmat Barto. in dicto. §.
cum autem. per legem primam. & ſecundã.
C. ſi quid in fraudem patroni. & per legem
cum a matre. C. de rei vẽdicatione. facit lex
fina. §. in computatione. C. de iure deliberã-
di. ¶ Per hoc do tibi ſingularem limitationẽ
ad dictum. §. ſi rem. qui permittit teſtatorem
legare rem hæredis: & ad dictam. l. filiusfa-
milias. §. cum pater. qui permittit rem ſub-
iectam reſtitutioni ipſi hęredi poſſe alteri co
hæredi, ſeu extraneo legari a prohibito; nec
ipſum hæredem admittendum ad illam vẽ
dicandam; vt omnia iſta habeant locum ni-
ſi filius eſſet inſtitutus in ſola legitima: quia
tunc nihilominus poſſit rem ſuam, vel ſibi
debitam vendicare; & petere a legatario, &
ſi ipſe poſſidet non tenetur præſtare, nec ad
implere in hoc voluntatem teſtantis: ſecun-
dum Bartolum & Angelum per iſtum tex-
tum qui prouidet legitimam deberi ſine ali
quo onere, ſeu grauamine: quod ſatis proba
tur ex ante dicta theorica Cyni & Baldi, &
aliorum, quos ante retuli in d. l. 2. C. de iure
dotium. qui loquuntur in caſu fortiori, ſcili
cet, quando expreſſe teſtator reliquiſſet legi
timam ſub conditione compenſandi cum
debito. ergo a fortiori in hac compenſatio-
ne tacita interpretata: ex voluntate teſtãtis.
habes ergo ex prædictis hãc ampliationem
largo modo intellectam; vt ſcilicet, legiti-
ma debeat relinqui filio ſine aliquo onere
compenſandi tacite neque expreſſe cum de-
bito: etiam ſi filius agnouiſſet ſimpliciter iu-
dicium defuncti: debeat rejci dicta cõditio
compenſationis: & filius habeat legitimam
liberam & ſine onere. Sed ſi filius eſſet inſti-
tutus vltra legitimam; ſemper legitima in-
tegra deducitur: & ei debetur abſque onere
& in eo quod eſt vltra legitimam: valebit
& tolerabitur dicta conditio compenſatio-
nis ſecũdũ diſpoſitionem dictarum legum.
¶ Ex prædictis infero vnam notabilem con
cluſionem quotidie occurrentem in practi- 4 ſingularis concluſio.
ca: hodie eſt notorium quod omnia bona
paterna dicuntur legitima excepta quinta:
ſed reſpectu filiorum. & inter eos tertia non
eſt proprie legitima: cum pater poſſet vni
ex filijs pręlegare meliorando eum in tertia
& etiam in quinta. Nunc infero ex prædi-
ctis, quod ſi pater inſtituit filios ſuos hære-
des: & vni eorum reliquiſſet, ſeu legaſſet ali
quam rem, quæ erat propria vnius ex filijs,
vel ei reſtitutioni ſubiecta, vt multotiens ac
cidit quod pater poſſidet bona villas & lo-
ca maioricatus: quæ ſunt reſtitutioni ſubie-
cta filio ſuo maiori: & aliquam villam de
illis relinquit filio ſuo ſecundo, quia hoc nõ
poteſt fieri; tamen ſi dictus filius maior; cu-
ius erat dicta villa habet ex bonis paternis
iure hæreditario vltra legitimam ſuam; tan
ta bona quæ valent tãtum; ſicut res ſua quę
alteri fratri cohæredi ſuo relicta eſt a patre,
quod valeret tale legatum a patre factum
de re dicti filij ſui: & ille filius cuius erat di-
cta res non poſſet contrauenire. per dictum.
* §. ſi rem. & §. ſi vno cũ alijs ante allegatis.
Quæ iura hoc permittunt teſtãti: vt poſſet *c
legare rem hæredis, vel hæredi debitã: qua-
tenus eſt hæres vltra legitimam inſtitutus.
Vnde ſi æqualiter eſſent hæredes inſtituti
duo filij, intellige: quod dicitur vnus eorũ
habere vltra legitimam medietatem tertiæ
& quintæ partis bonorum defuncti (cũ ter-
tia & quinta non ſit legitima inter filios vt
ante dixi) cum vni eorum integram tertiam
& quintã potuit pręlegare: & ſic ſi ille filius
maior cuius erat villa: haberet de bonis pa

*Cuius opinionem expreſſe ſequitur & approbat ibidem Raph. Cuma.

tris ſui tãtam partem de tertia & quinta bo
norum teſtatoris vltra ſuam legitimam: ꝙ
valeret tantũ ſicut dicta villa;excluſus eſſet
ab ea petenda. Quod nota & tene perpetuo
menti.& ita cõſului proximis diebus apud
Galleciam in cauſa quorundam nobilium.
5 ¶ Regulariter autem habes quod nõ poteſt
quis in plus grauari quam ſit honoratus a
teſtatore qui eum grauauit.l. Imperator. §.
finali.ff.de legatis ſecundo. lege filiusfami-
lias.§.apud Marcellum.ff.de legatis primo.
ibi.(quia placet non plus poſſe rogari quem
reſtituere quam ei relictum eſſet). lege cum
pater.§.titio.ff.de legatis ſecundo.lege titię
ff.de annuis lega.lege tertia.ff.de dote præ
lega.l.ſi legatarius.ff.de legatis tertio. in §.
finali.cum vulgaribus. & idem ſi ſibi relin-
quatur quantitas:& grauetur in ſpecie alie-
na redimenda:quia non tenetur expendere
in redimenda vltra quam ſibi fuit legatum:
etiam ſi agnouit legatum quantitatis ſibi fa
ctum notabilis textus in lege ſed ſi non ſer-
uus in principio.ff.ad legem Falcidiã.¶Ad-
de tamen ſingulariter,quod ſi iſte cui fuit re
licta quantitas;eſſet grauatus dare non quã
titatem ſed ſpeciem propriam; tunc ſi lega-
tum agnouiſſet,tenetur rem propriam præ
*d ſtare in qua fuit grauatus*,dato quod plus
valeret, & imputet ſibi qui legatum agno-
uit.Iſte eſt caſus famoſus in d.§.ſi.ibi.(enim-
uero ſi pecunia accepta rogatus ſit rem pro
priam quanquam maioris pretij extimare-
tur,non eſt audiendus legatarius ſi vellet cõ
putare)non enim æquitas hoc probare pa-
titur, inquit Conſultus, ſi quod legatorum
nomine percepit legatarius offerat. Similis
eſt text.in lege ſed ſi nõ ſeruus,in principio.
ad legem Falcidiam. & aſsignat Conſultus
ibi optimam rationem : quia tantum vide-
tur rem ſuam extimaſſe quantum ſibi in quã
titate legatum fuit.lege ſi minor.ff.de mino
ribus.Hæc ſunt quando alicui legatur quã-
titas,ſed ſi ei legetur ſpecies ſimpliciter non
poteſt in plus grauari quam ſit pretiũ illius
ſpeciei cum fructibus.lege ciuitatibus.§.fin.
& lege filius.§.apud Marcellum. de legatis
primo.ſed ſi ei legaretur ſpecies alternatiue,
bene poteſt grauari inquãtum valet illa res
quæ plus valebat:licet ipſe minorem elegiſ
ſet.l.plane.§.ſi cui.ff.de legatis primo.& im
putetur ei cur illam elegit.De quo vide Bar
tolum qui ſingulariter loquitur in d.§.cum
quidam.In hærede aliud eſt, ſcilicet, faciat
inuentarium,vel ne vt ſunt principia nota.

¶Ad propoſitum rediens collige ex antedi-
cta extenſione, quod quando filius graua-
tur onere legatorum : puta quod relinqui-
tur ſibi legitima animo compenſandi cum
debito, vel cum re ſua:vel ſibi debita quæ
alteri a ſe relinquitur: quia hoc non permit
titur patri: cum hoc ſit grauamen in legiti-
ma;quod reijcitur per hanc legem. ¶Quid 6
ergo ſi non grauaretur per viam legatorũ:
ſed per contractum inter viuos? Exemplum.
Pone enim quod per cõtractum inter viuos *e
pater alienauit aliquam rem filij,* quem fi-
lium in teſtamento inſtituit hæredem : de-
mum mortuo patre iſte filius vult vendica-
re a poſsidente dictam rem ſuam ſic a patre
alienatam:vtrum poterit, vel repelletur tã
quam hæres,dato quod ex hoc inſurgat ſibi
grauamen in legitima? Quæſtionem hanc
habui ſæpe numero de facto.¶Et præmitte,
vt intelligas a radice: quod vbicunque ille
qui non erat dominus, vendidit alicui do-
mum,poſtea dominium acquiſiuit:ſiue quia
domino ſucceſsit, vel alia cauſa ſi vendicet
rem ab emptore ſuo,nõ auditur: imo repel-
litur exceptione doli : cum improbe cone-
tur rem a ſe diſtractam euincere: bene tamẽ
eſt in electione emptoris : ſi velit rem retine
re intentione actoris per exceptionem eliſa:
an potius reſtituere eam & conſequi duplũ
nomine euictionis contra eundem. Caſus
eſt in lege vendicantem.*ff.de euictionibus *f
vnde fuit ſumpta illa regula. quem de eui-
ctione.tenet actio eundem agentem repellit
exceptio. Similis textus in lege prima.ff.de
exceptione rei venditæ. Verum hæc non eſt
materia præſens.¶Sed aliud eſt quando do
minus rei ſuccedit vendenti, ſeu alienanti
rem ſuam: & ab eo fuit hæres inſtitutus: nũ
quid repellatur eodem modo,vt in caſu ſu-
periori? & dico quod ſic. Iſte eſt caſus in di-
cta lege prima.*ff.de exceptione rei vendi- *g
tæ.vbi Iuriſconſultus ait. (Si alienum fun-
dum vendideris & tuum poſtea factum pe-
tas te exceptione recte repellendum.) Sub-
dit & in hoc facit.(Sed ſi dominus fundi hæ
res venditori exiſtat idem erit dicendum)fa
cit lex finalis eiuſdem tituli. vbi poſtquam
textus dixit quod exceptio rei venditę non
tantum emptori:ſed eius ſucceſſoribus pro-
derit:dicit in fine(pari ratione venditoris e-
tiam ſucceſſoribus nocebit, ſiue in vniuer-
ſum ius,ſiue in eam duntaxat rem ſucceſſe-
rint) ad literam cum dicta lege prima con-
cordat textus ſingularis in lege vẽditrici in
ſecundo.



ſecundo reſpõſo.C.de rebus alienis nõ alie-
nand.vbi textus in principio dicit quod hæ
res qui ſucceſsit venditori non poteſt veni-
re contra venditionem ab eo factam ex per
ſona defuncti.In ſecundo reſponſo dicit tex
tus quod ſi hęres venditoris vellet venire
contra factum defuncti vendicãdo rem ſuã
ab ipſo teſtatore venditam;& adhoc veniat
non tanquam hęres:ſed ex perſona propria:
quod erit in electione emptoris retinere rem
& repellere hęredem per exceptionem doli
mali,vel omittere dictam exceptionem: &
ſi res fuerit euicta: agere de euictione contra
eum ad duplum : cum forte magis interſit
ſua conſequi intereſſe, ſeu duplum, nomine
euictionis:quam retinere rem. Concordat
lex Seya.ff.de euictionibus. Itaqꝫ erit in ele-
ctione emptoris conuenti retinere rem : &
repellere hęredem vendicantem: per exce-
ptionem doli,vel omittere hanc exceptio-
nem & reſtituere rem:& conſequetur contra
vendicãtem hęredem intereſſe, ſeu duplum
nomine euictionis.¶Facit lex ex qua perſo-
na.ff.de regulis iuris.vbi ait Conſultus.(Ex
qua perſona quis lucrum capit:eius factum
pręſtare debet) lex ſolutum. §. ſolutam. de
pignoratitia actione.lex ſi ab eo. C.de nego
tijs geſtis &.C.de liberali cauſa. lex ſi ab eo.
vbi ait Imperator,Cum & ſi iure libertas nõ
proceſsit: reſpectu tamen aditę hæreditatis
voluntatem defuncti ſuo conſenſu firmare
debuit.lege ſi vxor.de bonis author.iudicis

*Vi. notanter Paul. de Caſt. in conſi. 197. vt ſis dubijs in 2. volu. ſecũdum nouã impreſſionem. & Ludo Rom. cõſi. 18. 3. colum.

poſside. *¶Obtinet hæc regula dato quod
filius ſit hęres quia nihilominus tenetur ſta-
re contractui defuncti, nec poteſt contraue-
nire alienationi factæ a patre de re ipſius fi-
lij,licet de hoc aliqui dubitarunt per ratio-
nes friuolas quas gloſ. repellit in lege cum
a matre.C.de rei vendicatione.& illam om
nes ſequuntur pro qua eſt caſus ad literam
in lege fina.de liberali cauſa. vbi ait conſul-
tus filium prohiberi in ſeruitutem petere ſer
uum manumiſſum a patre ob hoc ſolũmo-
do quia patri hæres extitit. ¶Reſtringitur
7 hæc regula quod quicunque hæres etiam ſi
ſit filius tenetur ſtare contractui facto per de
functum,nec poteſt contrauenire:& per con
ſequens repellitur a vendicando rem ſuam
a defuncto venditam.quod intellige vbi eſt
*h hęres in ſolidum*alias ſolum repellitur pro
ea parte pro qua eſt hęres. caſus eſt in lege
cum a matre.C.de rei vendicatione. in fine
ibi.(Quod ſi venditricis obtinet hæredita-
tem doli mali exceptione pro qua parte ad

eum hęreditas pertinet vti non prohiberis)
facit lex prima.& per totum. C.de hęredita
rijs actionibus.vbi ſolummodo cõfunditur
actio pro parte hæreditaria.¶Et vnum per- 8
petuo tene menti in practica:quod vbicun-
que remanſerunt plures hæredes defuncti
ne incidas in hoc inconueniens ſi vnus eo-
rum petit a te rem ſuam a patre venditam;
vt non poſsis eum repellere niſi pro portio
ne hęreditaria,quod non ſolum repellas eũ
dicta exceptione.legis vendicantem & d.le-
gis cum a matre,ſed etiam intentans contra
eum hypothecariam petas, vt tibi reſtituat
omnia bona paterna;quæ ipſe poſsidet quæ
tibi erant hypothecata pro euictione,vt illa
habeas iure pignoris,pro omni eo ad quod
pater ſuus iure euictionis erat obligatus:aut
in totum ipſe ſoluat omne illud ad quod de
functus ex contractu erat * obligatus: nam *i
ad hoc iſte hæres vendicans rem ſuam erit
obligatus non inſpecta quota, ſeu portione
hæreditaria textus eſt in lege prima & ſecũ
da.C.ſi vnus ex pluribus hæredibus.& in l.
prima.C.de hæredi. actionibus.nec iſto ca-
ſu iſte hæres hypothecaria cõuentus poteſt
opponere de excuſsione prius fienda con-
tra alios cohæredes. Iſte eſt famoſus caſus
ſecundum vnam lecturam gloſæ in lege ſi
mulier.ff.qui potiores in pignore habeañ-
tur quam Barto.ſumme extollit.Et hoc tene
menti.quia multotiens practicaui in diuer-
ſis cauſis;& attulit hæc practica honorem &
pecunias practicanti, & vide quæ ſcripſi in
famoſo commento a me edito nedum pu-
blicato legis poſt rem.ff.de re iudicata. co-
lumna.cxxiij.verſiculo. Et quo ſume practi
cam ſolennem.Ponderabis etiã hodie quan
dam.l.Tauri numero.14.quæ diſponit quod
reſpectu meliorationis filius tenebitur ad
debita exoluenda ſiue ſit melioratio in quã
titate,ſiue in certa ſpecie. quę lex corrigit in
aliquo.l.prima.C.ſi certum petatur. ¶Ad- 9
de tamen mirabilem text.iuncta gloſa in le-
ge Lucius.ff.ſoluto matrimonio. per quem
limitantur omnes leges mundi dicentes,
quod hæres non poſſet venire contra fa-
ctum defuncti,vt d.lege ex qua.& lege cum
a matre.cum alijs,vt intelligatur quod erat
tale factum defuncti quod obligabat eum,
aut ſaltim parabat contra eum excipiendi
potentiam. Sed vbi ex illo facto neutrum
prædictorum cauſabatur cõtra defunctum;
ita nec contra eius hæredem. Quod proba-
tus aperte ex d.l. cum gloſ. ibi enim eſt ca-

 ſus,

ſus, quod ſi filius contraxit matrimonium
cum aliqua quæ ſine cauſa diuertit ab eo, &
ſi meruit perdere dotem : dicit ibi Conſul-
tus, quod ſi pater illius filij poſt dictum di-
uortium contrahat ſponſalia nomine filij
ſui cum dicta vxore ſua, quæ diuerterat, ꝙ
non propter hoc preiudicatur filio in lucro
dotis, ſi ipſe non conſenſit in ſponſalibus &
hoc etiam ſi patri hæres extitit, dicit ibi glo.
Quomodo venit hæres ibi contra factum
defuncti, cum pater contraxit ſponſalia, &
ſic conſenſus patris ei debet nocere? Reſpō-
det glo. quia ille conſenſus talis non eſt ex
quo detur actio, vel exceptio cōtra patrem.
illa glo. extollitur valde per plures, licet a-
lij non aſsignent ibi rationem ſpecialitatis
** Vid. plura ſaltē remiſſiue tradita per Philip. Dec. in l. ex qua perſona. ff. de reg. iuris.*
illius legis. * ¶Sufficit quod regulariter qui
cunque ſit hæres, ſiue filius, ſiue extraneus te
netur ſtare facto defuncti, nec poteſt contra
uenire contractui a ſe celebrato. Ratio eſt
quia hæres reputatur vna * & eadem perſo-
na cum defuncto, vt dicit textus in authē. de
iure iuran. a moriēte præſti. in §. 1. & pro ea
parte pro qua eſt heres repreſentat defuncti
*k perſonam, vt dictum eſt. Hanc rationem po
ſuit glo. in d. l. cum a matre. quæ approba-
tur per omnes in hoc. ¶Et tene menti, quod
10 non eſt ſufficiens ratio ad repellendum hæ
redem venientem cōtra factum defuncti po
ſita in lege vendicantem. ff. de euictionibus
ſcilicet, quia quem de euictione tenet actio.
&c. quia ſi illa eſſet ratio. ſi eſſet caſus in quo
defunctus non teneretur de euictione, non
repelleretur heres a vendicando: cum dicta
ratio ceſſaret, imo poſſet tunc contra factum
defuncti venire: quod eſt falſum. ¶Imo di-
co & hoc bene nota, quod etiam ſi eſſet caſus
in quo defunctus non teneretur de euictio-
ne ex contractu a ſe celebrato : vt quia for-
te emptor ſcienter emit rem alienam, vel ob
aliam cauſam : tamen hæres eius non pro-
pter hoc poteſt venire cōtra factum defun-
cti & eius contractum impugnare: imo tene
tur ſtare contractui defuncti. Iſte eſt caſus
ſingularis valde in d. l. cum a matre. in prin
cipi. ibi. (Domum filij teſciente comparaſſe
proponis) & gloſ. notabilis ibi firmat hanc
concluſionem. quam approbant omnes ex
eo, quia eadem debet eſſe hæredis conditio,
quæ fuit venditoris qui omnino poterat re
pelli. ff. de diuerſis & temporalibus præſcri
ption. lege cum hæres. lege ſecūda. C. de fru
ctibus & litium expenſis. ¶ Hoc tene menti
cōtra omnes etiam famoſos aduocatos: qui
ad repellendum hæredem venientem con-
tra factum defuncti ſemper dicunt obſtat ti-
bi regula, ſcilicet, quia quem de euictione te
net actio. quia melius eum repellent ex alia
regula, ſcilicet, quia eadem perſona reputa-
tur cum defuncto: & hoc ne forte eſſet caſus
in quo defunctus non teneretur de euictio-
ne : nam tunc ſi opponeret eum repellens
per dictam legem vendicantem ipſemet ſe
repelleret ex ſua allegatione a cōtrario ſen-
ſu. ¶Et ſic hæres tenetur ſtare contractui fa-
cto per defunctum, ſiue defunctus teneatur
de euictione, vel ne : repellitur ſemper pro
ea parte pro qua eſt hæres. Quod intellige
quando hæres non feciſſet inuentarium. Nā
ſi inuentariū feciſſet non repellitur pro quo
ta eſt hæres: ſed ſolum in quantitate in qua
ſucceſsit. lege ſancimus. §. in computatione.
C. de iure deliberandi. & gloſſ. magiſtralis.
per Bartolum. in lege cum vir. ff. de vſuca-
pionibus. ¶ Ad propoſitum ſuccedit nunc
ſingulare & quotidianum dubium, ſcilicet, 11 *ſingulare dubium.*
ſi obtinebunt prædicta vbi filius eſſet heres
inſtitutus a patre qui non habet niſi ſuam le
gitimam ſolummodo, qui fecit inuentariū:
vendicat rem ſuam a patre alienatam: im-
pugnans contractum paternum, repellitur
per emptorem ex regulis ſupradictis, ſcili-
cet, quem de euictione, & ex qua perſona, fi-
lius dicit ego nihil habeo niſi legitimam mi
hi iure naturæ debitam ; quam liberam &
ſine aliquo onere & grauamine habere de-
beo ſed maximum grauamen eſſet mihi ſi
ex hoc quod ſolummodo habeo legitimam
propter hoc debeam repelli a vendicando
rem meam: quia ſi hoc fit maneo, ſine legiti-
ma, & quaſi relinquitur mihi cum compen-
ſatione rei meæ quod ante prohibitum fuit.
glo. mouet hanc quæſtionem in l. ſancimus.
§. in computatione. C. de iure deliberandi
& loquitur ſatis cōfuſe & interſerit ante de-
ciſionem quæſtionis alia. Sed in fine vide-
tur in hoc reſidere: quod ſi filius nihil habet
vltra legitimam facto inuentario * non re- *l
pellatur a vendicando rem ſuam. fundamē
tum gloſ. eſt hæc lex inquantum prouidet,
vt legitima relinquatur abſque onere : ſed
onus & grauamen eſt quod legitima com-
pēſetur cum re ſua a patre alienata, & quod
ab illa vendicanda filius repellatur. ¶Con-
trarium firmauit idem Accurſius. lege cum
a matre. C. de rei vendicatione. quæ vult ꝙ
etiam ſi non habeat niſi legitimam pro ea
repellatur vendicans rem ſuam; ſeu alias ve





niens contra paternum cōtractum; & illam
omnes approbant dicentes continere purā
& meram veritatem. Probatur quia non
poteſt negari quod ſi iſte filius euinceret rē
ſuam ab emptore, ille emptor eſſet creditor
hæreditatis. Sed creditor prefertur filio etiā
in legitima: cum legitima dicitur ere alieno
deducto. lege Papinianus. §. quarta. de inof-
ficioſo teſtamento. Item quia cum ipſe tan-
quam hæres patris tenetur de euictione, &
ſic repellitur per regulam legis vendican-
tem. repellitur etiam ex eo quia hæres & de
functus cenſentur vna perſona vt in d. au-
thentico. de iureiurando a moriente præſti-
to. & vltra hoc manifeſtatur in omnibus le
gibus indiſtincte diſponentibus, vt hæres
non poſsit contractum defuncti impugnare
l. venditrici. C. de rebus alienis non alienan
dis. l. ſi ab eo. C. de liberali cauſa. lege Seya.
ff. de euictionibus. cum alijs. Et quod idem
ſit in filio firmat Conſultus in lege finali. ff.
de liberali cauſa. ¶Ad hanc legem quæ for
tius vrget pro contraria parte in quantum
diſponit, quod filius debet habere legitimā
ſine aliquo onere atque grauamine, conce-
do. ſed reſpondeo quod debet intelligi ſine
onere & grauamine legatorum & fideicom
miſſorum, & quolibet alio grauamine appo
ſito per patrem in teſtamento. Secus tamen
eſt in onere creditorum & æris alieni vt in
propoſito: nam hoc eſt impoſsibile, cum æs
alienum potentius ſit quam legitima : imo
ipſa dicitur ære alieno deducto, vt in d. §.
quarta. & ſic reſpondet gloſa huic argumen
to. in d. lege cū a matre. & patet hoc ad ſen-
ſum. nam ſi contrarium diceremus, filius de
legitima non teneretur ad debita paterna
exoluenda : cuius contrarium leges diſpo-
nunt, vt in d. §. quarta cum alijs. Hæc eſt cō-
munis veritas quam omnes ſequuntur, vt
filius etiam quo ad legitimam teneatur ſta-
re contractui paterno & repellatur a re ſua
vendicanda, & ſit ſic vera & approbata glo
12 ſa in d. lege cum a matre. ¶ Limitabis pri-
*Limitatur gloſ. l. cum a matre. C. de rei vendicatione.*
mo dictam gloſam, niſi filius inſtitutus eſſet
in legitima : non ſub nomine quotæ ſed eſ-
ſet inſtitutus * in re certa pro legitima: nam
tunc non repelleretur : quia ſicut tunc non
poſſet conueniri a creditoribus hæredita-
*m rij, vt l. quotiens. C. de hæredibus inſtituen
dis. ita non poſſet repelli ſupradicta excep-
tione, ſcilicet, quem de euictione tenet actio.
Ita limitat dicta gloſa Bartol. in d. §. in com
putatione, columna finali. verſiculo poſſet.
Idem tenet expreſſe gloſ. in dicta lege cum
a matre, dicens, quod ſi filius eſſet inſtitutus
in re certa pro ſua legitima non repellitur:
nec tenetur ex contractu paterno, imo po-
teſt contrauenire cum æs alienum non ſe-
quitur fundum, vt d. lege quotiens. ſequun
tur omnes in dicta lege cum a matre. & in
d. §. in computatione. ¶In tantum & hoc te-
ne menti, quod non ſolum ſi eſſet inſtitutus
filius in re certa pro ſua legitima non repel
litur: ſed idem ſi eſſet inſtitutus in quota bo
norum, vt quia pater dixit inſtituo te in ter-
tia * parte tibi debita iure naturæ. Hoc de- *n
cidit Baldus ſingulariter in d. l. cum a ma-
tre. columna ſecunda. in verſiculo. aduerte
vt non erres. & ſic reſtringit dictam legem
cum a matre. & gloſſ. ibi poſitam. quatenus
loquitur de legitima vt procedat quando fi
lius inſtitutus eſſet in quota hereditatis, quia
tunc deſcendit in ipſum proportionabiliter
obligatio defuncti tāquam in hæredem vti-
lem lege prima. C. ſi certum petatur. ſed vbi
filius eſt inſtitutus in re certa, ſeu in quota
bonorum, ſecus eſſet ; cum non deſcendat
tunc in ipſum obligatio defuncti tanquam
in hæredem, vt in dicta lege quotiens. ſed
vt in filium non deſcendit obligatio ex cō-
tractu paterno; cum legitima dicatur dedu-
cto ære alieno. vt in d. §. quarta. vnde con-
cludit Bal. in hæc verba. Aes ergo alienum
non obligat filium hæredem exiſtentem in
ſola legitima. quod refer valde notandum.
¶Certe in d. Bald. bene loquitur; ſed in regu 13
la nunc proxime dicta quam ponit, dicen-
do quod æs alienum non obligat filium in
legitima loquitur obſcure, & verba ſua ſic
ad corticem intellecta & generaliter prola-
ta poſſent decipere quenquam: quia æs alie-
num potentius eſt quā legitima, vt d. §. quar
ta & etiā filius hæres reſpectu legitimæ obli
gatur ſtare contractui paterno, vt dixit gl.
approbata. falſum ergo videtur dicere ꝙ
æs alienum non obligat in legitima filium
heredem, & vbi filius inſtitueretur in quota
hæreditatis, planum eſt illum teneri ex con
tractu paterno: vult ergo dicere, quod ſi nō
inſtituatur per modum quotæ hæreditatis:
ſed ſolummodo in legitima puta dicendo,
inſtituo filium in ſola legitima ſua: quia iſta
cenſetur inſtitutio in quota bonorum filius
non dicitur tunc hæres, imo magis habetur
loco legatarij: & per cōſequens in ipſum nō
deſcēdit obligatio defuncti. Igitur nō debet
repelli. ¶Hoc eſt ꝙ firmauit idem Bal. poſt

Guilielmum in lege ſi quis in ſuo. C. de inof
ficioſo teſtamento. colū. 2. vbi quærit, ſi pa-
ter inſtituit filium in legitima vtrum videa
tur inſtitutus in parte quota: an in rebus cer
tis, vel in quantitate? Refert eſſe magnum
effectum huius quæſtionis. Nam ſi in parte
quota dicitur inſtitutus, ipſe poteſt occupa
re eam autoritate propria vt in §. in omni-
bus in authenti. de hæredi. & falcidia. ſed ſi
in rebus certis dicitur inſtitutus debet reci-
pere de manu hæredis, Ad deciſionem ve-
niens refert Guilielmum de Cugneo. dicere
quod cenſetur heres inſtitutus in parte quo-
ta; excepto tamen ære alieno per legem quiſ
quis. §. ad filiorum ad legem Iuliam maieſta
tis. & per legem ſecundam. C. quādo & qui-
bus quarta pars. debe. libro decimo. Hæc
fuit ſententia. Guilielmi ex relatione Baldi.
ſed ipſe in propoſito quæſtionis noſtræ reſi-
det ſatis titubans non declarans mentem
ſuam, niſi quod filius inſtitutus in legitima
dicitur inſtitutus in quota excepto ære alie-
no: tamen non aperit ſi dicatur inſtitutus in
quota bonorum, vel hereditatis vt ſciamus
propoſitum quæſtionis noſtræ; quia ſi in quo
ta hereditatis repellitur a vendicando rem
ſuam ſecus ſi in quota bonorum. ¶Sed hoc
melius declaratur per Salicetum in d. lege
ſi quis in ſuo poſt Iacobum Butr. vbi reci-
tat verba Guilielmi tenentis quod ſi pater
inſtituat filium in legitima, intelligatur in-
ſtitutus in quotitate excepto ære alieno: Sed
ſubdit notanter quod Iacobus Butrica. de-
clarat hoc eſſe in quotitate bonorum ſed nō
*Ø hereditatis * vt probatur in d. §. ad filiorum
& in lege Papinianus. §. quoniam igitur cō
cludunt iſti quod filius inſtitutus in legiti-
ma dicitur in quota bonorum inſtitutus. Et
hoc eſt quod voluit Bald. in d. lege cum a
matre. & ſic intelligendus eſt idem tenuit Sa
licetus in dicta lege cum a matre. vbi clare
dicit quod quando filius eſſet inſtitutus in
quota hæreditatis repellitur prout dictum
eſt etiam reſpectu legitimæ: ſin autem in
quota bonorum ad legitimam reſtricta, pu
ta inſtituat eum in ſua legitima, vel in trien
te: tunc non prohibetur totum fundum vē
dicare: cum non cenſeatur hæres. Idem te-
net Angelus in d. lege cum a matre. & Bart.
in d. §. in computatione. colum. finali. & in
lege cum vir. ff. de vſucapionibus. licet lo-
quatur ibi obſcure & confuſe debes eum in
telligere prout declarat ſe in d. §. in compu-
tatione; Ratio prædictorum ſtat in promptu,
quia habens ſolam legitimam quæ non fa-
cit quotam hereditatis ſed bonorum tan-
tum, vt eſt caſus in dicto. §. quarta. non po-
teſt dici heres licet habeatur loco hæredis,
ſi ſit inſtitutus in legitima quo ad duo, ſcili-
cet, quo ad excluſionem querelæ & quo ad
ius accreſcendi, vt in d. §. quarta. & §. quo-
niam. per Baldum in dicta. l. quotiēs. & Bar-
tolum in lege ex facto la grande. colum. 2.
ff. de heredibus inſtit. Cum ergo non ſit he-
res, nec poteſt conueniri a creditoribus here
ditarijs, multo minus, poteſt repelli ex illa
exceptione: Quem de euictione. &c. & hæc
etiam fuit intentio gloſſ. in dicta lege cum a
matre & hoc obtinet abſque dubio in quo-
cunque ſiue in filio ſiue in extraneo, qui non
ſuccedit titulo vniuerſali ſed particulari vt
quia fuit inſtitutus in certa re vel quantita-
te, vel ſibi fuit iure legati relictum: quia cum
non teneatur de euictione vt in dicta lege
quotiens. eodem modo poteſt vendicare rē
venditam niſi fuiſſet ſibi legatum factum a-
nimo compenſandi cum illa re. lege ſi cum
dotem. §. ſi pater. ſoluto matrimo. lege titia.
§. qui in vita. de legatis ſecūdo. & lege cum
§. titio. tamen non præſumitur animo com-
penſandi relicta, niſi fuerit expreſſe dictum
l. creditorem. de legatis ſecundo. in debito
voluntario, ſecus neceſſario, vt in d. §. ſi pa-
ter. ¶Et ſi dicatur licet tunc non poſſit repel
li, per illam regulam. Quem de euictione te
net actio. tamen poteſt repelli, per aliam. ſci
licet. Ex qua perſona lucrum ſentio. reſpon-
detur illud debere intelligi quando habet
lucrum iure hereditariæ ſucceſſionis; ſecus
ſi iure particularis legati alias ſemper lega-
tum cenſeretur relictum animo cōpenſandi.
Cuius contrarium iura diſponunt, vt reſpō
det Pau. magiſtraliter in d. §. in computatio
ne. ¶Per prædicta habes ſingularem limita- 14
tionem ad dictam gloſam in dicta lege cum
a matre: vt procedat in filio vniuerſaliter in
ſtituto, vel in quota hereditatis: ſecus ſi eſſet
inſtitutus in quota bonorum, vel in ſua legi
tima tātum: quod idem importat ſicut quo
ta bonorum vt dictum eſt. Idem ſenſit. Bal.
in dicta lege quotiens. de hæredib. inſtituen
dis. quæ omnia intellige ſane vbi alius eſſet
vniuerſaliter inſtitutus: quia ſi ſolus filius
tunc, ſiue in re certa, ſiue in quota bonorum
habetur tanquam hæres vniuerſalis, vt in
lege prima §. ſi ex fundo. ff. de hæredibus in
ſtituendis. ¶Secundo limitabis dict. gloſ. & 15
concluſionem approbatam in dicta l. cum a
matre. niſi



matre. niſi pater vēdidiſſet fundum filij, hoc
acto quod de euictione non teneatur, nec ad
precij reſtitutionem, vel quia forte donauit
eo modo quo donans non teneretur de eui-
ctione: nam tunc filius poteſt vendicare fun
dum ſuum, nec poteſt repelli reſpectu legi-
timæ ſi non habet vltra legitimam. Iſta fuit
ſingularis concluſio Iacob. quam ſequitur
Bartolus in d. §. in computatione. ¶Mouen-
tur iſti duplici fundamento. Primo, quia
iſte emptor, ſeu creditor hæreditarius non
poteſt filium repellere ex illa regula: Quē
de euictione tenet actio: cum ipſe pater non
tenebatur de euictione: ergo nec filius eius
hæres; nec poteſt repelli ex regula dictæ le-
gis. Ex qua perſona. ff. de regulis iuris. ſcili-
cet, ex qua perſona lucrum ſentio. &c. quia
nō videtur filius lucrum ſentire ex eo quod
habet legitimam tantum, quæ ſibi eſt debi-
ta. ergo debitum accipit & non lucrum ſen
tit lege prima. & ſecunda. C. ſi quid in frau-
dem patroni. iūcta gloſa. vbi eſt caſus quod
patronus ſuccedens liberto ab inteſtato, po
teſt per actionem Caluiſianam reuocare alie
nata in eius fraudem. dicit ibi gl. quomodo
hæres reuocat factum defuncti cum hoc nō
poſsit fieri iuxta legē ſi ab eo cum alijs. C de
liberali cauſa. reſpondet eſſe ibi ſpeciale, vel
quia patronus dicitur magis debitum acci-
pere: quam eſſe hæres titulo lucratiuo. Vnde
de Bar. extollit ibi valde illum textum iun
cta gloſa ad hoc quod hæres non venit con
tra factum defuncti eſſe verū in eo hærede,
qui ex hæreditate dicitur lucrari; ſecus in eo
cui hæreditas eſt debita. ¶Per quod infert,
quod filius inſtitutus in debito bonorum
ſubſidio licet hereditatem adiuerit non pro
hibetur alienata reuocare per querelam in-
officioſæ donationis, vel inofficioſæ dotis.
Quod refert menti tenendum. & Angelus
ibi extollit illam gloſam. ad hoc quod qui
non eſt hæres titulo lucratiuo, licet ſit hæres
in ſolidum, poteſt impugnare contractum
defuncti etiam ex quo defunctus tenebatur
de euictione. Quod reputat multum nota-
bile. Igitur cum filius capiat legitimam tan-
quam ſibi debitam, ceſſat dicta regula. Ex
qua perſona lucrum ſentio. & dictam con-
cluſionem quam firmauit Bartol. in d. §. in
computatione ſequitur Bartolus in d. l. cum
vir. ff. de vſucapionibus. col. fina. licet ali-
qualiter loquitur obſcure. Et videtur prima
facie innuere contrarium: ſed debes eum in
telligere prout ſe declarauit in d. §. in com-
putatione, quia in ſecundo membro in quā
tum dicit: quod ſi non tenetur de euictione
pater: non tenetur filius. debes intelligere
in legitima, vt antedictum eſt, alias diceret
contra textum & gloſam in d. l. cum a ma-
tre. Idem ſequuntur Angelus & Paulus in
d. §. in computatione. Petrus de Anchara. &
Ioannes de Imol. in capitulo primo. de teſta
mentis. & ſunt hæc valde notanda. * ¶Hæc
limitatio ſemper mihi viſa eſt dubitatiſſi-
ma & dum magis cogitaui ſuper ea magis
dubius factus ſum & certus pro contraria
parte, imo quod etiam ſi pater nec filius te-
nerentur de euictione (vt ſupra eſt dictum)
nihilominus repelleretur filius a re ſua ven-
dicanda pro ea parte, pro qua eſſet hæres e-
tiam reſpectu legitimæ, licet nihil vltra legi
timam haberet. Hanc concluſionem contra
Bartolum & ſequaces reperio firmaſſe Bal-
dum in lege cum a matre col. 3. C. de rei vē-
dicatione. in verſicu. ſi non de euictione, vbi
refert opinionem Bartoli quam dicit eſſe cō
tra textum & glo. dictæ legis. Sed non per-
ſiſtit in totum contra Bartolum. imo dicit,
quod ſuſtinendo eum poſſet dici, quod debi
tum bonorum ſubſidium eſt lucrum lege ſe
cunda. de iuris & facti ignorantia. ſed in ea-
dem legē in quarta colum. in verſiculo. ſed
reuoco hic in dubium. firmat pedes contra
Bartolum & idem Rapha. Fulgoſius. quem
ſequitur Alexand. Imol. in d. §. in computa-
tione firmant hanc concluſionem cōtra Bar
tolum. ¶Et * ego hanc teneo & contra Bar- *p
tolum & ſequaces videtur mihi, quod ſtrin
gunt fundamenta ſequentia. Primo textus
in d. lege cum a matre. ibi (domum filij te
ſciente comparaſſe proponis) vbi eſt caſus
quod pater venditor non tenebatur de eui-
ctione: cum emptor fuit ſciēs rem alienam.
lege ſi fundum. C. de euictionibus. & nihilo-
minus repellitur filius a vendicando rem
ſuam. & textus ibi indiſtincte, dicit quod fi-
lius erat hæres matris. vnde ſatis videtur quod
eſſet hæres etiam in legitima. ¶Secundo eſt
ibi gloſa expreſſa approbata, quæ tenet quod
etiam ſi eſſet caſus in quo pater non tenere-
tur de euictione militet illius legis diſpoſi-
tio, vt ſcilicet filius repellatur a vendican-
do rem propriam, & ibi glo. firmat illam le
gem habere locum etiam in filio hærede pa
tris rem ſuam alienantis & tex. in l. fi. ff. de li
be. cau. expreſſe loquitur in filio hærede pa
tris alienātis. Cum ergo hæc iura indiſtincte
repellant filiū heredem patris, etiā vbi pater
non

* Et licet opinio. Bar. approbet ibi Philipp. Corn. tamē expreſſe ante autorem improbat. ibidem Iaſ. pen. col. inducēdo tex. in l. cum a matre. hic allega.

non tenetur de euictione, & illum obligent ad non contraueniendum paterno contractui, non poſſum ſcire, quo iure nobis concedatur licentia limitandi dicta iura in legitima filij, vel vltra. ¶Ad fundamenta Bartoli & ſequacium ſtat reſponſio & non difficilis: dicunt enim quod filius non poteſt repelli ex regula legis vẽdicantem. ff. de euictioni. ſcilicet, quẽ de euictio tenet actio. concedo ex quo pater ſuus non tenebatur de euictione. Dicunt etiam quod minus poteſt repelli ex dicta regula, ſcilicet. Ex qua perſona lucrum ſentio: cum non videtur lucrũ capere filius in ſola legitima, hoc non concedo: imo dico quod dictum argumentum, non eſt concludens: imo poteſt euadi per gloſam notabilem in lege tertia. quæ incipit, Si emancipata. C. de iuris & facti ignorant. vbi gloſa eleganter, dicit quod legitima non eſt debita filio in bonis patris, ſed quaſi debita. lege finali. §. 1. de curato. furio. & ſic in ea acquirenda, ſeu amittenda non tractatur vere de damno, imo magis de lucro: & ſic non eſt vere damnum illam amittere. Et Bart. ibi illam extollit ad hoc, quod quãdo quis acquirit illud quod eſt ſibi quaſi debitum; dicitur lucrari & iudicatur ſicut de eo quod lucratur: & reputat hoc notandum. ¶Et per hanc reſponſionem ſatis videtur confundi argumentum Barto. & ſequacium, imo cum filius accipiendo legitimam capiat lucrum & tanquam de lucro ſit iudicandum quod poſſet repelli per dictam regulam, ſcilicet. Ex qua perſona lucrũ ſentio: & cum hac reſponſione ſibi ſatis fecerũt aliqui Modernorum. Nec obſtat huic reſpõſioni, id quod notatur in lege ſecunda. ff. ſi quid in fraudem patroni. nam ibi loquitur in caſu ſpeciali, ſcilicet, quãdo alienatio fuit facta in fraudem hæredis habentis in bonis defuncti, vt ibi vult prima ſolutio glo. quã Cynus & alij ſequuntur, & hoc eſt etiã quod voluit gloſa in lege prima. C. de inofficio. donationi. quam ibi ſequitur Baldus. colũ. quinta. verſiculo quæro: vtrum iuramentũ, vbi dicit quod in caſu donationis inofficioſæ factæ a patre filius, venit contra factum patris etiam ſi ſit hæres patris, cum non teneatur habere ratum, quod eſt factũ in fraudem ſuam. Ideo dicebat glo. notanter quod licet filius ſit hæres patris, vel patronus ſit hæres liberti & venit contra contractũ pœnalem non incidit in pœnam. dans gl. theoricam quod vbi reſcinditur conuentio principalis reſcinditur pœnalis & quælibet acceſſoria. Hoc dixit eleganter gloſa in lege ſi patronus in. §. patronum in parte Fabiana. ff. ſi quid in fraudem patro. itaque licet filius acceptet hæreditatem paternam, nihilominus poteſt agere reuocatoria inofficioſæ donationis; cum ſit actio propria filij tendens ad reuocandam fraudem. ff. ſi quid in fraudem patroni. lege prima. §. penultimo. & ſic eſt ille caſus nimis diuerſus a noſtra quæſtio. ¶Ego reſpõdeo aliter ad dictam legem ſecundam, in qua aliqui faciunt fundamentum, ſcilicet, quia illa lex loquitur in patrono qui habet legitimam in bonis liberti titulo oneroſo: vt expreſſe tenet glo. in dicta lege ſecunda, pro qua eſt caſus notabilis in lege ſi patronus. ff. de donationibus. ſed in filio ſecus, qui non dicitur habere legitimam titulo oneroſo: ſed lucratiuo, niſi eſſet filius arrogatus, vt dicit gloſa in dicta lege tertia de iuris & facti ignoran. eſt caſus pro ea in l. fina. §. 1. ff. quæ in fraudẽ creditoris ¶Et hoc reputauit Angelus vtile in dicta lege ſecunda, ad quæſtionem de facto in eo cui legitima fuit relicta tam per patrem, quam per auum, vt non debeat illam cõſequi bis. cum in eadem re non concurrant duæ cauſæ lucratiuæ. l. mæuius. §. duobus. de legat. 2. refert ſic eſſe iudicatum de facto Peruſij. ¶Aliter etiam poteſt reſpõderi ad dictam legem ſecundam. ſcilicet: qui ibi ex contractu defuncti non deſcendit illa obligatio in patronum, licet ſit hæres; ideo contractus defuncti merito non efficit hæredi. Quam theoricam dedit gloſ. ſingularis. in lege quæſitum. §. fina. ff. de precario. quam extollit Baldus ad hanc ſolutionem in dicta lege cum a matre. ¶Item videtur mihi quod Bartolus & ſequaces male ſumunt fundamentum ex d. l. ſecunda. cum ibi defunctus tenebatur de euictione. Qua propter ſi ex dicta lege ſumendum eſſet argumentum fateremur de neceſſario, quod etiam in caſu in quo defunctus teneretur de euictione filius hæres eius poſſet vendicare rem ſuam. Cuius contrarium ipſe Bartolus poſt gloſam & alij fatentur in dicta lege cum a matre. & in dicto. §. in computatione. ¶Præterea dato quod fundamẽtum Barto. eſſet verum: ita quod filius non poſſit repelli ex illa regula. Quẽ de euictione tenet actio: nec ex illa regula. Ex qua perſona lucrum ſentio: tñ bene poteſt repelli ex alia, ſcilicet. quia hæres repræſentat perſonam defuncti; vna & eadem perſona cenſentur

ſentur



ſentur. vt in authentico. de iure iuran. a moriente præſtito. vnde quemadmodum ipſe defunctus etiam vbi de euictione non teneretur: non poſſet venire contra factum ſuũ; ita neque eius hæres eius perſonam repræſentans, vt eſt caſus in dicta lege venditrici. & in dicta lege filium. cum alijs ante allegatis. & ſic Paulus. in dicta lege cum a matre. in principio. dicit expreſſe quod repellitur filius ratione triplici ad non veniendũ contra factum defuncti. vna, quia quem de euictione, alia. Ex qua perſona, tertia quia ſicut ipſe defunctus non poſſit viuens venire cõtra factum ſuum, vt lege poſt mortem. ff. de adoptionibus. ita neque hæres eius, qui reputatur eadem perſona cum eodem. ad hoc eſt. l. cum hæres. ff. de diuerſis & tẽporalib. præſcription. & dicit Paulus hanc eſſe meliorem & generaliorem rationem omnibus: cum aliæ recipiant fallentiam. facit in argumẽtum. lex rem alienam. in fine. ff. de pignoratitia actione.

*Ita concludit gl. nota poſt varia aliorum argumẽta in d. l. cũ a matre. C. de rei vendic.*

¶Concluſiue igitur teneo contra Bartolum quod etiam reſpectu legitimæ filius hæres obligetur ſtare contractui paterno: etiam ſi eſſet caſus, in quo pater nõ teneretur de euictione: & per conſequens repellatur a re ſua vendicanda: & hoc mihi videtur verius, maxime cum creditores hæreditarij magis fauendi ſunt, quam filius in legitima: vt in dicto. §. quarta. Quod perpetuo tene mẽti: nam in practica quotidie verſatur niſi dicas ſaluando Bart. quod ipſe loquitur quando pater vendidiſſet fundum hoc acto expreſſe: quod nõ teneretur de euictione. Item in alio caſu loquitur, ſcilicet, in filio reuocante per querelam inofficioſæ donationis: qui reuocat inofficioſe donata

16 etiam ſi ſit hæres. ¶Aduerte tamen admodũ & formam repellendi filium hæredem a re ſua vendicanda: vt ſcias ſi in totum, vel pro parte hæreditaria, vel pro quãtitate in qua ſucceſſit, vel quomodo: nam ſi filius non fecit inuentarium: repellitur pro parte quotatiua: hoc eſt quod ſi eſt hæres in ſolidum repellitur in totum. Sed ſi ſunt duo hæredes, repellitur pro ea parte pro qua eſt hæres, ſcilicet, pro dimidia: & ſic ſi in alia parte dato, quod non haberet niſi legitimam. glo. & Bartolus in dicto. §. in computatione & ibi omnes. textus & gloſa in dicta. l. cum a matre. & probant omnia iura ante allegata diſponentia ante confectionem inuentarij. Eſt caſus ad literam. in lege finali. §. cum igitur. & in. §. ſi vero poſtquã. C. de iure deliberandi. ibi (vel ſeſe immiſcuerit) vbi textus. loquitur in ſuis: ad quos proprie pertinet immiſceri & dicit textus quod inuentario non facto: tenetur in ſolidum creditoribus etiã vltra vires hæreditarias. Quem text. ad hoc ponderauit Bartolus in §. ſi vero non fecerit, ad finem. in authentico de hæredib. & falcidia. ¶Ratio eſt quia pro ea parte pro qua eſt hæres repræſentat perſonã defuncti: ideo ſi inſolidum eſt hæres in totum repellitur. ſi in dimidia eſt hæres, * repellitur pro dimidia fundi venditi: dato quod dimidia fundi multo plus valeret quam dimidia hæreditatis: puta dimidia fundi valet. cc. dimidia hæreditatis centum repellitur pro dimidia fundi quæ ſunt. cc. cum non inſpiciatur quantitas: ſed quotitas, ſic intelligit gloſa in dicta lege cum a matre. & ibi eſt caſus. & ibi Doctores & Baldus. columna quarta. pro alijs pro quibus non eſt hæres: nunquam a vendicando excluditur. cum pro illis non deſcẽdat in ipſum obligatio a patre: nec alicuius iuris confuſio. lege ſi adulta. C. de hæreditarijs actionibus. caſus in dicta lege cum a matre. Bald. notabiliter in dicto. §. in computatione columna quarta. verſi. & vnum ſcias. Et ſi teneas opinionem Barto. & ſequacium hoc intellige niſi teſtator pater non eſſet obligatus de euictione; nam tunc etiam ſi filius non feciſſet inuentarium: non repelleretur reſpectu legitimæ, vt ante dixi & expreſſe firmat Bartolus Angelus. & ſequaces & in dicto. §. in computatione licet Fulgoſus & Alexand. teneant contrarium imo eum repellendum in dicto. §. in cõputatione. Quã opinionem ego ſupra tenui & illã ſequitur Baldus & latius in dicta lege cum a matre. columna quarta. verſicu. ſed reuoco in dubium: firmansque quod etiam vbi non haberet locum euictio: hæreditas eſſet penitus non ſoluendo: ſi filius hæres inſtitutus adiuiſſet, ſine beneficio inuentarij repelleretur a vendicando rem ſuam. ¶Sed vbi filius feciſſet inuentarium: ſolum repellitur reſpectu quãtitatis puta ſi eſt hæres in totum: & hæreditas valet tantum ſicut res vẽdita: repellitur in totum: & ſatis eſt quod non patitur damnum cum habeat rei ſuæ æquipollens: aut hæreditas valet minus: & tunc ea tenus quatenus deeſt admittitur ad vendicandum: ſed vſque ad concurrẽtem valorem repellitur a vendicando: licet iſta computatio ſit difficilis. l. vlt. ff. de adimen. lega. tamẽ hinc inde rerum facta extimatione redditur certa. Et

*q

ſic facto

ſic facto inuentario non conſideratur quoti-
tas: ſed quantitas, & inſpicitur vtilitas & ef
fectus: & non merum nomen hæredis: & ſic
quando facit inuentarium: ſolummodo re
pellitur ex illa regula, ſcilicet. Ex qua perſo
na lucrum ſentio, nõ ex ea, ſcilicet, quod he-
res non poteſt venire contra factum defun-
cti: vt dixit glo. in d. l. cum a matre proba-
tur in d. §. in cõputatione: & Bal. ibi notabi-
liter poſt glo. 4. col. verſi. quæro ergo. exem
17 plificans hæc omnia. ¶Tertio modo limita
glo. d. l. cum a matre. & tex. ibi. (Repellens fi
lium a vendicando rem ſuam) etiam reſpe-
ctu legitimæ pro ea parte, pro qua eſt heres:
vt procedat quãdo pater rem filij vendidit
tanquam ſuam & ſuo nomine proprio. ſi ve
ro vendidiſſet tanquam rem filij & admini-
ſtratorio nomine filij: tunc filius licet eſſet
hæres patris: poſſet rem ſuam vendicare &
venire contra paternum contractum. ſic li-
mitat eam Pau. de Caſt. in d. l. cum a matre.
probatur hoc: quia a iure prohibetur pater
vendere rem filij. l. 1. C. de bo. mater. vnde
idem ipſe poſsit contra venire per l. quem-
admodum. C. de agri. & cenſi. & l. iubemus.
§. ſane. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Ergo eodem
modo licet ſit hæres eius ſi contractũ non ra
tificaſſet, vt d. l. 1. de bon. mater. Nec obſtat
ad primum fundamentum habens: quod ip
ſe, pater poſsit cõtrauenire. ſi dicatur quod
quis non poteſt venire contra factum ſuum
etiam ex perſona alterius. l. ſi non ſortem. §.
ſi filius. ff. de condi. inde. quia reſpondetur il
lud eſſe verum ad commodum ſuum. & ſic
loquitur ille text. in propoſito venit ad cõ-
modum alterius, ſcilicet, filij nec obſtat ſi di-
catur contra deciſionem quæſtionis & limi
tationem, quod licet vendiderit rem tãquã
filij & eius nomine tamen ſuo proprio nomi
ne tenetur de euict. l. & ſi is de prędijs mino.
& in l. ſeruum titij. ff. manda. quæ obligatio
deſcendit in ipſum, tãquam in hæredem: er-
go non poteſt venire contra per l. vendicã-
tem. adhoc reſpondet per ea quæ plene no-
tantur in l. 2. C. ſi quid in frau. pa. ita reſidet
Pau. Quod tene menti ad limitationem d. l.
cum a matre. ¶Ego non teneo hanc limita-
tionem Pau. imo dico, quod in caſu in quo
pater venderet rem filij adminiſtratorio no-
mine: & tanquam rem filij: prout Pau. affir-
mat, tenetur de euictione: quod eſt quando
nomine proprio ipſe ſe expreſſe obligaſſet:
vt dicit text. in d. l. & ſi is. quod tunc etiam
filius tenetur ſtare contractui paterno & re-
pelletur a re ſua vendicanda, nam quis du-
bitat niſi quod ex quo pater tenebatur de
euictione: ergo per cõſequens filius eius hæ
res: & ita repelletur filius per regulam. d. l.
vendicantem, nec hoc fundamentum poteſt
repelli ex reſponſione cõfuſa aſsignata per
Paulum dicentem: ſatisfieri hoc per ea quæ
notantur in l. 2. C. ſi quis in fraudem patro-
ni. nam ille caſus eſt multum diuerſus a no-
ſtro: quia ibi loquitur in patrono cui debe-
tur legitima titulo oneroſo: cuius contrariũ
eſt in filio cui legitima debetur titulo lucra
tiuo: vt in dicta lege tertia de iur. & facti
igno. ideo repellitur etiam reſpectu legiti-
mæ, ſi ſit hæres patris vt tenuit gloſa appro
bata in dicta lege cum a matre. ¶Vnde licet *Confirmacio opinionis Pauli.*
Paulus nihil dicat ego reperio glo. ſingu. &
expreſſam in d. l. cum a matre contra eum:
quæ bene guſtata ſentit clare: quod licet pa
ter vẽdidiſſet adminiſtratorio nomine rem
filij, itaque ipſemet pater poſſet contraueni *r
re, *vt dicta. l. quemadmodum tamen filius
eius hæres nullo modo poſſet contrauenire
nec rem ſuam vendicare; & ibi gloſa elegan
ter facit omnia argumenta quæ Paul. a ſe ip
ſo videtur facere in opinione contraria: &
reſpondet pulchre dictis Pau. fundamentis:
concludens etiam illo caſu filium repellen-
dum: nec obſtat l. prima. de bo. mater. vbi
filius admittitur ad rem ſuam vendicandã
a patre venditam: quia ibi non erat hæres
patris. Nec etiam obſtat quod ipſe pater re
uocat, vt dicta. l. quemadmodum. nam hoc
facit vt legitimus adminiſtrator quam legi
timam adminiſtrationem non trãſmittit ad
filium. Item non obſtat argumentum de pa
trono: quia etiam in vita libertus non po-
teſt minuere iura patroni: quod in patre non
ſit qui libere alienat, & ſic concludit glo. ꝙ
ſuo nomine non vendicat filius: quia ſucceſ
ſit ei qui ſuo proprio nomine non poterat
vendicare: & miror de Paul. non aduertiſſe
ad dictam gloſam, nec de ea aliquam feciſſe
mentionem. ¶Nunquid autem filius non
faciens * inuentarium priuetur legitima? *s
& gloſa ſingula. in authentico de hæredibus
& falci. in. §. ſi vero non fecerit colla. prima. 18
in parte lucrari. dicit quod licet filius non *Vide Alex.*
faciens inuentarium priuetur falcidia: non *de Imol. in*
tamen priuabitur legitima ſibi debita iure *cõſi. 67. viſ*
naturæ Do. ali m ſimilem de iure delibe. *ſis & pon-*
C. in l. finali. §. ſi quis autem temerario. in *deratis in*
parte ſacramento in fine gl. quæ dicit quod *4. volumi.*
in quarta iure naturę putat quod nõ præiu- *Phil. Deciũ*
dicat ſibi



*in cõſ. 480* dicat ſibi filius quo ad legata: licet nõ faciat
*in caſu qui* inuentarium. Sentit alia glo. in §. ſi quis aũt
*cõtigit. col.* non implens. de hære. & falci. probatur in
*fin.* authentica hoc amplius. C. de fideicom. ibi.
(eo quod propter debitum naturę) & ibi gl.
in parte naturæ. tenet idem ſequitur etiã gl.
in authen. ſed cum teſtator ad legem Falci-
diam. C. ¶Conſidera quia quo ad credito-
res hoc non eſt dubium, niſi quod nõ feciſſe
inuentarium præiudicat filio: etiam in legi
tima ideo caute locuta eſt gloſ. in d. §. ſi quis
autem in quantum dicit quod non præiudi
cat ſibi, quo ad legata. Ratio eſt clara vt dice
bat Sali. in d. §. ſi quis autem. cum legitima
ſolummodo debeatur ære alieno prius de-
ducto. vt in d. §. quarta eſt caſus qui loqui-
tur in filio. in d. l. fi. §. ſi vero poſtquam glo.
& omnes in d. §. in computatione. ¶Stat du
bium quo ad legatarios: vtrum quo ad le-
gitimam præiudicat filio non feciſſe inuen-
tarium: ita quod teneatur ſoluere integra
legata, licet nihil ſibi remaneat pro legiti-
ma: & vt vidiſti Accurſi. * in locis ante di-
*t ctis tenuit quod non. pro quo facit dicta au
thentica. hoc amplius vbi dato quod filius
ſit inobediens patri, legi, & iudici non priua
tur legitima. ergo idem & fortius in propo
ſito ſi legi tantum modo non obediat non
conficiendo inuentarium: quæ fuit ratio gl.
in dicta authenti. hoc amplius. Item quia le-
gata quę minuuntur propter æs alienũ ſunt
ipſo iure nulla, nec cenſentur legata. ff. ad
Trebel. l. prima. §. pen. & in l. fina. §. & ſi præ
fatam. C. de iure delibe. per gloſ. cum ergo
legitima cenſeatur ab initio tanquam æs a-
lienum: vt in d. §. quarta. & §. quoniam au-
tem. & in l. cum ratio. ff. de bo. damna. Igi-
tur non ſunt ſoluenda. Hæc ſunt quæ vrgẽt
pro opinione Accurſi. ¶Sed his non obſtan
tibus quidam Doctor antiquus nomine Ri-
car. Mal. reprobat omnes dictas gloſ. Moue
tur ex eo quia de propria burſa, & de pro-
prio patrimonio, hæres tenetur dicta lega-
ta ſoluere: vt in authent. de here. & fal. §. ſin
autem non fecerit. Item quia l. præſumit ex
quo non fecit inuentarium, quod hereditas
locuples fuiſſet ſoluendo, & ſic præſumitur
quod ſubtraxerit, vt in eodem titulo. §. ſan-
cimus. in principio. & hanc opinionem ſe-
quitur Salice. in authẽtica, ſed cum teſtator
ad legem Falcidiam. & idem ipſe & melius
in d. §. ſi quis autem. confirmat hanc opinio
nem hoc fundamento: quia nõ faciendo in-
uentarium actio hæredi competẽs, remanet
confuſa per aditionem. Itaq; nulla ex ea re-
manet exactio, nec deductio, vt in §. ſi vero
d. l. fina. ergo nec in debita iure naturæ: quæ
vt æs alienum hæredi debitum cẽſetur. Nec
obſtat. l. imponenda. C. ad legem Falcidiam
quia loquitur ſecũdum tempus antiquum:
ſecundum quod non erat prouiſum de bene
ficio inuẽtarij. In vno tamen proderit filio
ſecundum eum & ſic dicit poſſe ſaluari glo.
vt, ſcilicet, poſsit filius quartam ſibi iure na
turæ debitam deducere: in aliqua re quam
habere ſua interſit, ratione affectionis quam
habet ad eam: & de ſuo patrimonio ſatisfa-
ciet integre legatarijs, accedat. l. in emptio-
ne. ff. de mino. ita reſidet. ¶Communis opi-
nio eſt pro glo. quam tenet Bart. in d. authẽ.
ſed cum teſtator. Bald. in d. §. ſi quis autem.
& ibi Ange. & Alex. Bald. in d. l. cum a ma-
tre. Ioan. Andr. de inſtru. edi. §. fina. verſicu.
quid de ſuo Ange. & Imol. in l. prima. §. hæc
ſtipulatio. ff. ſi cui. plus quam per legem Fal
cidiam. Cynus in d. §. ſi quis autem. Bald. in
l. 1. C. de bo. autho. iudi. poſsi. probatur vl-
tra alia per text. in authen. de hære. & falc. §.
penul. vbi eſt caſus in patrono. idem ſequi-
tur Barto. in authen. de hære. & fal. §. ſi quis
autem. ¶Ad fundamenta in oppoſitum dũ
dicitur quod debent ſolui legata integra, vt
antedicta iura diſponunt, fateor. Et ſi dicas,
quid proderit tunc filio legitimæ detractio:
ſi ſolida legata debet ſoluere de ſuo: reſpon
det Cynus & Barto. poſt alios antiquos in
dicto. §. ſi quis autem. quod legitima ante
omnia deducitur antequam legata ſoluan-
tur, & ſic legitima deducta diminuit legata.
Sed iſta legata ſic diminuta per legitimam
debent integra & ſolida ſolui a filio: etiam
ſi excedant vires patrimonij & ſic debet ſe-
cundum eos intelligi. d. authen. ſed cum te-
ſtator. hoc approbat & ſequitur Bald. in di-
cta l. prima. de bo. au. iu. poſſ. dicens; quod
filius non faciens inuentarium non perdet
debitam iure naturæ: vnde detr. het legiti-
mam de omnibus bonis: ad reſiduum tene-
bitur in ſolidũ, puta ſi hæreditas valet duo-
decim: deducit ante omnia quartam de tota
maſſa bonorum, puta quatuor, & ſic tenebi-
tur ad octo in ſolidum: ſed ſecundum eum
videtur mirabile quod legitima detrahatur
de numero: ſiue de tota maſſa legatorum:
& non de ſubſtantia bonorum quæ non eſt.
reſpondet, imo eſt in ſubſtantia vſq; ad de-
bitum bonorum ſubſidium, ſed hoc, ſcilicet,
debitum naturę: non computatur in bonis:
vnde

vnde t. le ius eſt quale: ſi ille qui alias debet duodecim: nũc non debet niſi octo, quia executio fit in octo tantum, non in duodecim ſecundum eum. ¶Nec etiam obſtat text. in dicto. §. ſi vero poſtquam. l. fina. C. de iure delibe. ibi. (vel ſe immiſcuerint) vbi text. loquitur expreſſe in filio nonfaciente inuentariũ. & dicit tex. quod nullius legis beneficio vtitur: nam reſpondet ſingulariter Bar. in dicta authen. de hære. & fal. §. ſi quis. quod loquitur de beneficio detrahendi quartam debitam iure inſtitutionis: quaſi vellet text. dicere, quod ſiue hęres ſit extraneus ſiue ſit filius ſi non facit inuentariũ non vtitur beneficio illius legis, ſcilicet, detrahendi quartam iure inſtitutionis debitam: quo beneficio vtitur inuentarium faciens, vt d. l. fin. §. & ſi pręfatam. & §. quod ſi poſt. ſed bene vtitur beneficio detrahendi quartam iure naturæ debitam: cũ non ſit par ratio inter vnam & aliã. argumen. l. fina. C. de condi. notatur per gl. in d. §. ſi quis autem non implens in glo. ne ipſo iure. per quæ fundamenta quaſi omnes

29 ſcribentes ſequuntur opinionẽ glo. ¶Hæc prolixitas ſatis ſufficiens eſt pro hac. 7. ampliatione. Sed circa prędictam communem concluſionem. glo. & ſequacium, vnum eſt quod turbat me. Nam cum hodie de iure

*u iſtius regni. * per l. (ningun home) cuius cõmentum eſt in manibus, omnia bona paterna dicuntur legitima filij excepta quinta. ſi ante omnia legitimam deducit filius, inuentario non facto, remanebunt in tantum legata diminuta, quod quaſi nihil remanet ad illa ſoluenda & adhuc nihil remanet: ſi teſtator legauit quintam pro anima vt plerũque fit: vnde erit in poteſtate filij inuentarium non faciẽtis, occultare bona vt inexin de fraudentur legatarij: ad quam fraudem vitandam prouiſio inuentarij facta eſt. Ideo hodie opinio Ricar. Salice. & Nico. de Macha. ſubtiliter & cum æquitate magis cogitanti non careret defenſione maxime quia ſecundum eam cõſuluerunt Oldral. & Pau. de Caſt. vnde ſi iudex eſſem recurrerem ad coniecturas tam filij, quam eius famę, quam ad facultates per teſtatorem eius patrem relictas: vtrum opinio vulgi cum alia coniectura det aliquam certitudinem: ſeu iuſtam cauſam opinandi eum reliquiſſe plura bona amplius quam apparent: vt ex his & alijs inſurgat præſumptio contra filium qui nõ fecit inuentarium: & legatarij non remaneans defraudati.

*Lex eſt fori cuius interpretatio infra ponitur*

SVMMARIVM.

1 *Quando eſt dubium an prouiſio patris inducat commodum, vel damnum an reijciatur de legitima?*

## Octaua extenſio

*Octaua ampliatio.*

ad hanc legem fit vt in tantum omne onus conditio & grauamen reijciatur de legitima non ſolum vbi eſſet certum, quod paterna prouiſio, ſeu diſpoſitio induceret onus & grauamen filio in legitima; verumetiã vbi eſſet dubium: vtrum talis prouiſio induceret cõmodum fauorem, ſeu vtilitatem filio: vel damnum ſiue onus: quia vtroque caſu non valet; imo reijcitur de legitima. Hoc tenet * Bart. amplians ſic hanc legem in. l. filijs matrem. C. de inoffi. teſta. & in l. cũ ex filio. col. 2. ff. de vulg. licet olim ſecus eſſet. imo conditio quæ poterat ſe habere ad fauorem vel odium ex euentu, non reijciebatur, vt l. ſi pater puellæ iſto titu. hæc concluſio probatur aperte ex gloſſ. d. l. ſi pater. quæ tenet hodie illam. l. eſſe correctam per hanc. ſed ibi dubium erat, ſi prouiſio paterna cederet lucro, vel damno filij, & ex futuro euentu vtrunque poterat cõtingere. Et iſtud fuit Bar. * fundamentum & omnes qui approbãt d. gl. ſunt in hac opinione. quæ iuuatur ex his quæ ſupra dixi in. 6. ampliatione & ex his quæ dicã infra in prima limitatio. huius legis. ¶Hoc eleganter limitabat Sali. hic in 2. col. niſi in caſu vbi eſſet dubium, ſi talis prouiſio inducit onus vel cõmodum: eſſet aliqua coniectura veriſimilis, per quam colligeretur, quod teſtator fecerit illud in prouiſſionem & cõmodum filij: nam tunc dilatio, ſeu conditio toleratur: nec reijcitur per hanc legem probat hoc per l. cum ex filio. ff. de vulga. nam ibi eſt coniectura; propter ſubſtitutionẽ pupillarẽ de eo factã in perſona alterius impuberis; ſed vbi hæc coniectura non poſſit capi in dubio dilatio ſubmouetur. Hęc ille, quod no. ſed vtrum verum dixerit infra latius dicam in. 1. limitatione huius legis.

**2*

**Vide Alexan. in lege multi nõ notę. ff. de lib. & poſthu. Iaſo. l. filijs matrẽ hic allega.*

SVMMARIVM.

1 *Filius acceptando ſimpliciter ſibi a patre relictum non præiudicat ſibi in legitima ampliatur in principio & numero. 2. 3. & 4.*

5 *Renuntiatio expreſſa de legitima requiritur vt filius ſibi præiudicet in ea.*

6 *Declaratur opinio Paul. de Caſtro. in §. & generaliter.*



1

## Nona & elegans,

*Noua ampliatio.*

& quotidiana extenſio ſit: vt omnino grauamen reijciatur de legitima, ſiue in quantitate, ſiue quocunque onere dato quod filius acceptaſſet, ſimpliciter id quod ſibi a patre relictum eſſet. Iſte eſt caſus ſingu. in l. ſi quãdo. §. & generaliter iſto titulo. *¶ In tantum quod non ſolum ſi filius ſimpliciter acceptaſſet ſibi relictum poſt mortem patris: ſed etiam ſi feciſſet hæredi quietationem generaliter de eo quod recepit: quia in reſiduo non præiudicat ſibi. Caſus eſt notabi. in d. §. & generaliter * ibi. (ſi filius poſt obitum patris hoc quod relictum vel datum eſt ſimpliciter agnouerit forte & ſecuritatem hæredibus fecerit, quod ei relictum eſt accepiſſe: non adijciens nullã ſibi de repletione ſupereſſe quæſtionẽ: nullum filium ſibi facere præiudicium.) Acceptatio igitur cum generali quietatione non

**Vi. Iaſ. referentẽ plura in eodẽ. §. generaliter in 2. notabi.*

*a

2 præiudicat filio, ¶Extendit ſe plus ibi Paul. de Caſt. vt procedat ille tex. non ſolum ſi filius poſt mortem patris acceptaſſet legatũ ſibi relictum & feciſſet quietationem hęredi de eo quod recepit ſed etiã ſi feciſſet hæredi pactum de amplius non petendo: quia tale pactum ſecundum eum debet reſtringi ſolummodo ad illud quod recepit, vt illud amplius non petat. Sed non extenditur ad ſupplemẽtum quod non recepit, probatur ibi & idem ſentit Bal. licet non ita clare & iudicio meo pro hoc optime adducitur litera. ibi (nõ adijciens nullã ſibi ſupereſſe de repletione quæſtionem.) ¶Si autem diceret quod promittit eum plus non petere: tunc ſibi præiudicaret quod nota ſecundum Paulum. ibi & excluderetur a petitione ſupplementi. Ratio differentiæ ſtat in hoc ſecundum eum: quia, vbi promittit plus non petere: illud non poteſt referri ad id quod recipit: cũ verba hoc non patiuntur: ſed referuntur dicta verba ad id quod non recepit, quod eſt plus, id eſt, vltra id quod recepit: & ſi ad illud nõ refertur verbum plus: nihil operaretur, nec aliquid importaret: ſed vbi promittit amplius nõ petere: bene, & congrue poſſunt dicta verba referri ad id quod recepit: forte enim pluries petijt extra iudiciũ & nunc promittit amplius non petere, quod nota. licet Bal. aliter videtur ſentire. ¶Procedit etiam illius. §. diſpoſitio: etiam ſi in teſtamento appoſuiſſet clauſulã: in qua iuſsit quod filius de bonis ſuis amplius petere non poſſet. Iſte eſt caſus ſingu. in authen. vt cum de appe. cognoſ. §. cæterum. ibi. (Etiam ſi certis rebus iuſsi fuerint eſſe contenti, ob hoc teſtamẽtum quidẽ ſolui nullatenus permittimus.) Vbi eſt caſus apertus, quod onus illius clauſulæ non valet in legitima: nec operatur quo ad impediendum ius ſupplementi, nec quo ad teſtamẽti impugnationem. quem tex. ad hoc extollit Bald. in l. omnimodo. in princip. col. 2. C. de inoffi. teſtamen. & Bal. in d. §. & generaliter in princi. dicit, quod ſi pater reliquiſſet filiæ in teſtamento decem: & iuſsit eam eſſe contentam, ita quod in bonis ſuis non poſſet plus petere vel habere: occaſione legitimę, vel alia quacũque ratione; filia iſtud legatum acceptauit & recepit a fratre, & fecit ei finem & refutationem: quod nihilominus poteſt agere ad ſupplemẽtum legitimæ mouetur primo ex d. §. cæterum. ¶Secundo quia agnoſcere iudicium defuncti nõ nocet in legitima, vt d. §. & generaliter. Nec obſtat quod nihil fuit proteſtata quia. d. §. & generaliter. ſine aliqua proteſtatione reſeruauit ſibi ius agendi ad ſupplementum, hoc tenet Ang. in l. iubemus. C. ad trebel. Io. de Imol. in l. quod de bonis. §. cum fideicommiſſum. ff. ad legem Falcidiam. & ſatis fuit de mente Barto. in l. Papinianus. §. ſi conditione in fine. ff. de inoffi. teſtamen. ¶ Secundum hanc opinionem reperio conſuluiſſe Alexand. in primo volumi. conſiliorum cõſi. 69. incipit ſuper primo dubio, vbi quidam Petrus de Rodulphis fecit teſtamentum: in quo reliquit Agneti ſuæ filiæ mille libras marchiſanorum & mandauit illam eſſe tacitam & cõtentam cum illis, pro omni legitima ſibi iure naturæ debita: & quod vltra nihil de bonis ſuis petere poſſet: occaſione legitimę, ſeu alia quacunque cauſa. Quæ filia acceptauit dictum relictum, conſuluit quod non obſtante dicta clauſula & acceptatione. d. filia poſſet petere ſupplementum legitimæ. Imo dicit & ſingulariter: quod etiam ſi dicta filia petijt dictas mille libras: & acceptauit legatũ: non ſolum nõ repellitur propter hoc a ſupplemento legitimæ: imo poteſt petere legitimæ ſupplementũ cũ fructibus a tẽpore mortis teſtatoris; non obſtante legati acceptatio 3

næ:nā ſicut filio debetur legitima; ita & fru-
ctus legitimæ, vt in authen. nouiſsima. C. de
inoffic. teſtamen. & ibi notatur. & in l. Papi-
nianus. §. vnde ſiquis. eo. titu. ff. notat glo. in
l. fideicōmiſſaria. in glo. 1. ad finem. ff. ad Tre
bel. & Bal. ſingulariter declarat hoc in l. nō
eſt. C. fami. herciſ. dicens: hoc eſſe verū, etiā
ſi tales fructus eſſent conſumpti ab hærede
4 bona fide poſsidente. quod nota. ¶Et Paul.
de Caſt. poſt Bald. in d. §. & generaliter. extē
dit. d. §. cæterum. & ſupra dictam concluſio-
nem: etiam ſi pater in teſtamento dixiſſet: &
ſi filius meus amplius petierit, cadat a dicto
relicto. videbatur enim ꝙ tunc teſtamentū
eſſet nullum: quia filio nihil videbatur reli
ctum ſi plus petat. Contrarium tamen deci
dunt fauore teſtamenti: cum nec dictam cō-
ditionem pater apponere potuit; per ea quę
notat Bart. in l. 1. ff. de his quæ pœnæ. no. &
ſic reſident. quod nota. ¶Sic ergo intellectū
& ampliatum. d. §. & generaliter. illud tene-
bis menti. nam Ang. in l. iubemus. C. ad Tre
bel. illum laudat ad hoc quod filius per ap-
probationem generalē quam facit de teſta-
mēto paterno: adeundo eius vigore nō præ
iudicat ſibi in iure legitimę: quod clare pro
batur: in quantum tex. dicit. (Non adijciens
nullam ſibi ſupereſſe de repletione quæſtio
nem) vbi tex. requirit ſpecialē remiſsionem
ſupplementi legitimæ. Per quod infert ibi
idem Ang. quod licet filius cui minus legiti
ma relictum eſt: petat teſtamentum inſinua-
ri in iudicio, ſecundum formam ſtatuti Pe-
ruſij, non propterea videatur ſic agnoſcere
voluntatem defuncti: vt nō poſsit agere ad
ſupplementum legitimæ. Idem Ang. in l. Pa
pinianus. §. ſi conditioni. col. 2. ff. de inoffic.
teſtamen. refert ſe pluries conſuluiſſe, & vi-
diſſe de facto in filiabus: quibus iure inſtitu-
tionis dotes ſunt relictę pro eis maritandis,
& dotes non aſcendunt ad integram legiti-
mam: nihilominus teſtamenta produxerūt
animo inſinuandi: quia per hoc non viden-
tur renunciare iuri agendi ad ſupplementū.
& Salice. ibi in princip. illum text. notat. ad
hoc quod ſimplex agnitio iudicij defuncti,
non præiudicat filio in legitima: nec in eius
ſupplemento. Quæ eſt notabilis extēſio ad
iſtum text. vidi enim plerunque de facto, ꝙ
pater in teſtamento relinquit filio legitimā
ſub aliqua cōditione, vel onere: puta quod
non alienet quod veniat ad filium ſuum ma
iorem; & ſimilia: filius agnouit iudicium de
functi patris: acceptans ſimpliciter id quod
ſibi relictū eſt; & ſic poſſedit in vita ſua. Nā
per hoc non videtur conſenſiſſe in dicto o-
nere; imo libere deueniet * ad filios ſuos &
ſic alias conſului apud Toletum: in cauſa ar *b
dua, de qua latius dicetur infra ampliatione
ſequenti. * ¶Aliud etiam probat tex. ſingu. 5
quod non ſolum ſimplex agnitio; verum e-
tiam renuntiatio nunquam nocet filio in le-
gitima: niſi expreſſe & ſpecifice renuntiaret
legitimæ, hoc probatur in d. verſi. non adij-
ciens. ad hoc allegant Guiliel. de Cug. d. §. &
generaliter in l. de his. ff. de tranſact. & Bal.
ibi dicentes, quod nunquam filius cenſetur
renūtiare legitimę: *niſi hoc expreſſe dicat.
Itaque legitima non cadit ſub generali renū
tiatione. vnde inferūt ꝙ ſi frater aſsignat ſo-
rori aliquam partem de qua illa vocat ſe co
tentam, & promittit plus non petere, quod
nihilominus poſſet petere ſupplementū legi
timæ, niſi expreſſe fuiſſet actū quod tale ſup
plementum non poſſet peti. ¶Inferūt etiam.
quod ſi fratres maritauerunt ſororem, cui e-
rat relictū aliquid a patre in teſtamento ſuo:
illa vocauit ſe contentam: & fecit eis finem
& quietationem, pro eo quod ſibi relictum
fuerat a patre: quod nihilominus poteſt age
re ad ſupplementum: cum ius legitimæ nō
tollatur, niſi expreſſe remittatur, & ex certa
ſcientia per d. §. ideo dicit Bald. ſingu. in d. l.
de his quod ſit cautus frater. vt quando ſo-
rores renunciant fratribus: faciant expreſ-
ſam mentionem de legitima, quod nota ad
materiam cap. quanuis pactum. de pact. lib.
ſexto. idem per omnia Ange. in d. l. de his.
¶Superuenit Pau. de Caſt. in d. §. & generali *c
ter, dicens militare dictā concluſionem: niſi 6
renunciatio fieret in ipſa receptione eius, ꝙ
a patre fuit relictū ſibi pro legitima: & pro-
mitteret plus non petere: nam licet non ſpe
cificaret rationem legitimæ, & ſupplementi
excludetur: & debet intelligi de legitima ra
tione præiacentis materiæ: ſuper qua pactū
fuit factum. Sic reſidet aliqualiter titubans:
propter. d. §. & generaliter. qui nimis vrget
in contrarium. ¶Ego non credo verā hanc
limitationem Pauli prout illam ponit: vbi
non fuiſſet expreſſum nec ſpecificatū: quod
promittebat plus non petere ratione legiti-
mæ, nec eius ſupplementi: bene tamen crede
rem: quod ſi filio aliquid relictum eſſet pro
ſua legitima: quod non erat ſufficiens ad in-
tegram legitimam, & filius acceptauit, & ac-
cepit id quod ſibi erat relictum: & in ipſa re
ceptione promiſit plus non petere ratione
ſupple

*De quo vide ſing. Doct. de Pal. Rub. in rep. rub. de do. inter vir. & vxo. §. 16. incipiē. exiſtis in fi. colū. inter alia concludentē quod qui recte vult facere maioratū relinquat filijs legitimā per dotē cōpetentē vel faciat quod cōſentiant expreſſe ſuæ legitimæ et eius ſupplemento renūtiādo cum iuramento.*



ſupplementi: licet non ſpecificaſſet de legiti
ma, quod nihilominus excludetur a petitio
ne ſupplementi legitimæ: quia ſatis intelli-
gitur de legitima, cum ſit mentio ſupplemē-
ti: nam illud eſt quod debuit ſuppleri, ad ꝙ
expreſſe faciunt verba illius text. dicentis.
(nullam ſibi ſupereſſe de repletione quęſtio
nem.) Quibus verbis conſtat: quod ſufficit
renuntiare iuri ſupplementi, licet de legiti-
ma ibi nulla fuit habita mentio. Facit etiam
tex. ibi in quantum dicit: quod contentus re
licta vel data parte de eo quod deeſt nullā
habeat quæſtionem. ¶Ratio ſtat in prom-
ptu: quia cum renunciat iuri ſuplementi: de
neceſſario dicit intelligi de legitima: quia
cum in ea ſit hæres neceſſarius, dicitur. ſibi
deeſſe de portione neceſſaria, quam ei lex at
tribuit: & per conſequens ſibi ſuppleri de-
bet totum quod minus ei relictum eſt legiti
ma: quia vbi relicta eſſet ſibi integra legiti-
ma; nihil ſibi deeſſe dicitur. Sed vbi in renū-
tiatione, ſeu promiſsione de amplius nō pe-
tendo: non diceretur ratione legitimæ, nec
ratione ſupplementi, non crederem filium
excludi a petitione ſupplementi legitimæ
per dictam renuntiationem generalem. vt
expreſſe dicta iura teſtantur. Ideo Paulus
tanquam vir doctus timuit dicta iura cōtra
ſuam limitationem. Sed cum meo intellectu
& limitatione verificari poteſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Grauamen de legitima an reijciatur ipſo iure etiam filio tacente & numero. 2. & 4. & limitatur nume. 9. & 10.*

3 *Si filius vel eius hæres taceāt per quinquēnium an excludantur a ſupplemento legitimæ & nume. 5. & 6.*

7 *Ius agendi ad ſupplementum quanto tempore tollatur.*

8 *An ſit differentia inter grauamen quantitatis & alia grauamina in legitima appoſita.*

11 *Bona cenſentur vinculata ſi tanquam vinculata, & iuræ maioriæ fuerunt per progeniem poſſeſſa licet a principio non valuiſſet grauamen cum pluribus numer. ſequen.*

15 *Statutum circa conſuetudinem generalem alicuius loci an ſit ſeruandum in conſuetudine vnius progeniei cum pluribus numer. ſequen.*

22 *Quando vna progenies conſtituit magnam partem ciuitatis poteſt inducere conſuetudinem.*

23 *Bona remanent vinculata iure maioriæ ex tacito conſenſu filiorum in duobus caſibus & numero. 24. & 25.*

26 *Si bona debent vni duntaxat competere tāquam indiuiſibilia ille vnus intelligitur de primogenito.*

27 *Si filius expreſſe in vita patris conſenſit grauamini ſibi appoſito vtrum valeat conſenſus cum pluribus numer. ſeq. & limitatur numer. 29. & 30.*

31 *Opinio gloſ. in l. ſi quando. §. & generaliter C. iſta titulo diſputatur cum pluribus numer. ſequenti. & limitatur. numero. 39.*

43 *Si filius ab initio conſentiat ſe præteriri an valeat conſenſus.*

48 *Concluſio authoris cum temperamento & tribus limitationibus & numero. 49. & 50. & 51.*

52 *Cautela ſeruanda a parentibus volentibus vinculare bona quæ filijs pro legitima relinquuntur.*

53 *Si pater ex conſenſu filiorum vinculauit bona an eius nepotes admittantur ad impugnandum teſtamentum ex ſucceſſorio edicto. & 54.*

55 *In querela an ſit locus ſucceſſorio edicto. numero. 56.*

57 *Opinio Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filium. C. iſto titulo. nume. 58.*

59 *Succeſſorium edictum quando habeat locum.*

60 *Si filius exhæredatus approbat teſtamentū an poſſit per querelam rumpi a ſequenti. numero. 61.*

62 *Si filia cum iuramento renuntiauit hæreditati paternæ an noceat nepotibus renuntiatio.*

63 *In quibus filijs non ſit locus ſucceſſorio edicto. nume. 64.*

65 *Ius accreſcendi an ſit potentius ſucceſſorio edicto.*
66 *In ſucceſſione ex teſtamento an habeat locũ ſucceſſorium edictum.*
67 *Vbi filia eſt inſtituta in re certa vel ſibi aliquid pro legitima relictum, an ſit locus ſucceſſorio edicto.nume. 68.*
69 *Quid referat quod conſenſus interueniat in vita patris, vel poſt mortem eius exiſtẽtibus filijs & quo remedio conſulatur nepotibus.*


# Decima & vltrã om-

1 *Decima ampliatio.*
nes pulchrior extenſio,& ſuperiori cõtigua
ſit quod hoc grauamen, ſeu onus in legiti-
ma appoſitũ ipſo iure reijcitur, dato quod
filius non contradiceret. Succedit igitur
quæſtio notabilis & ſingularis, ſecudum
quam pluries vidi verſari de facto dubia:&
habui conſulere multoties in arduiſsimis
cauſis,vtrum grauamen appoſitum filio in
legitima,reijciatur ipſo iure: dato quod fi-
lius tacuiſſet, nec vnquam impugnaſſet di-
ctum grauamen,ſeu conditionem,vel ſit ne
ceſſe ab eo fieri aliquam contradictionem:
Ego vidi teſtamentum cuiuſdam militis,
qui reliquit filio ſuo certa loca: & non ha-
bens regiam facultatem,appoſuit filio con-
ditionem & onus, vt haberet & poſsideret
dicta bona iure maioriæ, & ita quod eſſent
inalienabilia, & deuenirent ad filium ſuum
maiorem iure maioriæ: & ſic ad omnes de-
ſcendentes in perpetuum: dictus filius ma-
ior,mortuo patre,poſſedit pacifice dicta lo-
ca prout a patre ſibi fuerunt relicta: eo mor
tuo & pluribus filijs dimiſsis,dicti filij nepo
tes primi diſponentis opponebant ſe,dicen-
tes: dicta bona debere inter eos diuidi tan-
quam bona libera patris ſui dicto grauami-
ne habito pro non appoſito in legitima:op-
ponebatur per maiorem de tacito conſenſu
filij patris ſui:qui poſſedit dicta bona prout
ſibi a patre ſuo fuerunt relicta:nulla contra
dictione,nec reclamatione facta:contra vin
culum & grauamen. Replicabatur non eſſe
neceſſariam contradictionem, nec reclama-
tionem aduerſus conditionem, ſeu graua-
men.cum ipſo iure habeatur pro non appo
2 ſito.¶Breuiter videtur dicendum quod gra
uamen filio appoſitum in legitima, ipſo iu-
re ſit nullum: ita quod non ſit opus contra-
dictione,ſeu reclamatione ab eo fienda con
tra grauamen: hoc probant verba huius le
gis dicentis. (Ipſa conditio, vel dilatio,vel
alia diſpoſitio,moram, vel quodcunque o-
nus introducens tollatur: & ita res proce-
dat:quaſi nihil eorum teſtamento additum
eſſet.) quæ verba ſic ſumant ſcribentes, vt
quodcunque onus in legitima appoſitum
habeatur pro non appoſito, vt valeat reli-
ctum tanquam purum. ¶Secundo pro hac
parte: eſt caſus ſingularis in l. ſcimus. in
principio. iſto titul.ibi. (Attamen ipſo iure
ineſſe eandem repletionem.)vbi caſus:quod
ſi apponatur filio grauamen circa quantita
tem legitimæ, ipſo iure reijciatur tale gra-
uamen,& ſuppleatur filio integra legitima,
qui text.hoc dubium decidit: arguendo de
grauamine quantitatis,ad aliud quodcun-
que grauamen, ſeu onus in legitima appoſi
tum: qui iſta purificari videntur, ſcilicet,
eſſe grauamen in quantitate, vel alias quo
ad vtrumque tollendum: eodem remedio,
vt probatur in dicta l. ſcimus. §. ſancimus.
ibi. (Vel in quantitate, vel in tempore hoc
modis omnibus repleri,facit textus.in lege
ſi quando. §. & generaliter. C. iſto titulo.
cum his quæ in proxima ampliatione dicta
ſunt. ¶Verum eſt quod gloſ. ſingularis. in
dicta.l.ſcimus.in parte. ipſo iure ſentit con-
trarium poſtillans enim textus. ibi dicit,
quod licet ipſo iure grauamen quantitatis
tollatur,& ipſo iure fiat repletio: debet ta-
men hoc intelligi: * ſi filius alleget hoc & *a
petat: alias ſecus mouetur gloſſ.per text. in
l.ſi quando.C.iſto titu.& vtitur glo.dupli-
ci argumento ſcilicet de filio præterito non
impugnante teſtamentum in quo eſt præte
ritus:& ſic licet ſit nullum ipſo iure conualiſ
datur.vt l.filio præterito. ff. de iniuſt. teſta.
* Item de cõpenſatione: quæ licet ipſo iure
fiat: tamen requiritur quod apponatur.l.ſi.
C.de compenſa.l. conſtat. eod.titul.& cum
dict.gloſ.tranſit ſimpliciter. Barto.ibi.quæ
glo.poſſet iuuari eo quod gloſ.dicit in ſimi-
li.in l.vniuerſa.C.de pre.imp.offe.ibi enim
textus dicit,quod ſi alicui præter principem
fuit conceſſa dilatio ad ſoluendum credito-
ribus,quod non valet reſcriptum ſuper hoc
conceſſum:niſi fideiuſsio idonea ſuper ſolu-
tione debiti præbeatur ſubdit glo.no.quod
ita demum reſcriptum eſt nullum:ſi aduer-
ſarius poſtulet dictam fideiuſsionem & illã
gloſ. iunctam ad textum, qui vtitur verbo
non

** In qua l. vniuerſa plura in cõfirmatione congerit Iaſo.in 1.& 2.colũ.& adde Andr.Tiraquellum de vtroque retractu char ta. 139.*



non valeant:extollit ibi Pau.de Ca.ad hoc
ꝙ quando lex, vel ſtatutum requirit quod
præſtetur fideiuſsio certa, & aliter actus nõ
valeat,debet intelligi tale ſtatutum,ſi peta-
tur a parte.Infert dictam theoricam ad ſta-
tutum ciuitatis Patauinæ,quo cauetur:vt ſi
conueniat Forenſis ciuem debeat præſtare
fideiuſſorem idoneum de ſoluendis expen-
ſis.Alias proceſſus factus non teneat: vt di-
ctum ſtatutum debeat intelligi ſi dicta fide-
iuſsio petatur a Forẽſi,alias ſi petita nõ eſſet
valeret proceſſus.Sic dicit ſe allegaſſe & ob
tinuiſſe,pro quo optimus textus in l.peto.§.
fi.ff.de lega.ij.ibi.(quod ſi cautio nõ fuit de-
ſiderata.)Quem tex.extollit ibi Paul.ad fi-
nem:ad ſtatutum.d.ciuitatis diſponẽs quod
qui appellat a ſententia,vel petit reſtitutio
nem in integrum,debeat cauere cum fideiuſ
ſore de reſtituendis expenſis: aliter proceſ-
ſus factus non teneat:quia valeret proceſſus
ſi cautio non fuiſſet petita,quod refert mẽti
tenendum,& ſe pluries vidiſſe de facto.facit
l.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect.
& multa ſimilia ibi ibi. & alibi per Moder-
nos,ſcribuntur quæ breuitatis cauſa omit-
tuntur. ¶Reperio etiam Bald.in l.ſi conſtat
in principio. C. de compẽn.qui tranſit cum
glo.d.l.ſcimus. adducens eam ad proban-
dum illam opinionem, quod compenſatio
requiritur quod opponatur:licet l.dicat ip-
ſo iure cenſeri oppoſitam; dicit eſſe ſimilem
in repletione legitimæ: quæ licet fiat ipſo iu
re,tamẽ debet intelligi ſi petatur,& ad hoc
allegat.d.glo.¶Et ad hanc opinionem poſ-
3 ſet facere vnum elegans verbum poſitũ ab
Ange.in l.Papinianus.§.ſi conditioni.ff.de
inofficio. teſtamen. dicens quod l. ſi quis fi-
lium.C.de inofficio.teſtamẽ. loquitur in hæ
rede filij: qui poterat ſupplementum legiti-
mæ petere.Itaq; concludit: quod filius etiã
*b ſi taceat per quinquennium: * non excludi-
tur a iure petendi ſupplementum legitimæ:
ſecus tamen erit in hærede eius. Itaque ſi fi-
lius tacuiſſet quinquennio, & mortuus eſt,
hæres eius,non poterit petere ſupplementũ
legitimæ.Ratio differentiæ eſt,ſecundũ eum
quia ex quo filius tacuit per quinquẽnium,
& nihil dixit,& mortuus eſt: videtur repu-
diaſſe ſupplementum.Ideo ius petendi non
tranſmiſit ad hæredem.ſed donec ipſe viuit
non intelligitur repudiare: niſi ſit l pſum
tẽpus ordinatum ad præſcriptionem actio-
nũ perſonalium,& refert hoc eſſe nouum, &
nouiter a ſe cogitatum: quod tene menti.
¶Sed his non obſtãtibus: teneo ſuperiorem
concluſionem imo quod grauamen tollatur
ipſo iure. * Communiter enim Doct.repro- 4
bant illam gl.d.l. ſcimus.primo allego Bal.
in d.l.ſcimus.in principio.vbi dicit, ꝙ ſup-
pletio legitimæ fit ipſo iure:licet filius nõ al
leget.Nam.ſic reperitur in falcidia: quæ ip-
ſo iure reſecat.l.in ea margaritarum. ff. ad
legem Falcidiam.& l.plautius.& l.in quan-
titate eod.ti.multo magis in debita iure na
turæ.idem ibi Sali.affirmans ſuppletionem
fieri ipſo iure:& pure nõ conditionaliter, ſi
filius petat,mouetur ex hoc:quia ſi aliter di
ceretur: grauamen ineſſet legitimæ contra
hanc legẽ ſed de grauamine conſtat:ex hoc
quia ſi de neceſſario filius deberet petere di-
ctum ſupplementum in vita ſua:non tranſ-
mitteret ad hæredem ius petendi ſupplemẽ
tum.l.iam dubitari.§.ſi.ff.de hæredi.inſtitu.
l.ſi ita legatum. §. illi ſi volet.ff.de lega.j.ꝙ
eſſet maximum grauamen, & ſic reſidet per
hanc legem quod filius cui minus legitima
relictum eſt:tranſmittit ad hæredem ſuũ ius
petendi ſupplementum,dato ꝙ ipſe in vita
ſua nihil allegaſſet,neq; petijſſet, circa ſup-
plementum & ſecundum hanc opinionem
reperio conſuluiſſe Alexan.cõſi. 150. 2.vol.
incipit viſo themate ſupra ſcripto. Sequi-
tur quidam Modernior Mediolanen.legen
do Paduæ in d.l.ſcimus. ¶Secundo ad cor-
roborandum hanc opinionem allego text.
ſingularem.in l.ſi arrogator.ff. de adoptio-
nibus.iũcto quodam verbo ſingulari ꝙ ibi
prolatum fuit a Bart.in repetitio. illius. l.in
7.col.verſi.de quarta.in d.l.eſt caſus; quod
filius arrogatus, mortuus poſt mortem pa-
tris arrogantis tranſmittit ad hæredes ſuos
quartam ſibi debitam in bonis arrogatoris.
dicit Barto.ibi ſupplendo illum text. quod
dicta legitima tranſmittitur ad quoſcunque
ſucceſſores: ſine aliqua acceptatione: cum ſic
in obligatione quod refert notandum facit
l.ſi quis filium.C.de inofficio.teſtam.de quo
Bald.in l.ſecunda.ad finem. C.de libe.præ.
¶Tertio.quia tex.in d.l.ſcimus. loquitur in
caſu fortiori, ſcilicet, in grauamine quanti-
tati; quo caſu potius videbatur deſiderari
impugnatio,ſeu contradictio circa id quod
minus legitima ſibi relictum eſt, cum factũ
filij deſideraretur. ¶Quarto facit:quia cer-
tum eſt quod filius non poteſt inſtitui ſub
conditione poteſtatiua & facili: imo,ſi inſti-
tuatur remouetur cõditio ipſo iure:per hãc
legem,vt dixi ſupra in quinta ampliatione.

** Imo Iaſo. ibidem in princip. dic quod communiter ſequũtur glo. Docto.& ante Iaſ.idem dicit Phil. Corneus in conſil.126. inci principale dubiũ nu.9. ante penul.colũ.& vi. Ale.& Imo. conſ.55.in 2.vo.inci. viſo tit.penul.col.*

Ideo ſi filius inſtituatur ſub conditione ſi vo
let: reijcitur vt ibi dixi: licet nullum graua
men inducere videtur cum ſit in eius pote-
ſtate implere, & ſic velle vel non. Si ergo di
ceremus quod vbi grauamen eſt appoſitum
in legitima: filius deberet impugnare illud
& contradicere, alias non reijceretur, neceſſa
rio deberemus fateri: quod filius ſub intelle
cte eſſet inſtitutus ſub cōditione ſi impugna-
re vellet grauamen. Sed dicta cōditio ſi vo-
let reijcitur, ergo & iſta maxime: quia deue
niremus in hoc inconueniens, quod ſi nō al-
legaret contra grauamen, atque illud impu
gnaret, non tranſmitteret: quod eſſet maxi-
mum onus & grauamen. Ideo de neceſſario
debemus dicere: quod dictū grauamen tol-
latur. Itaque nulla voluntas filij requiratur
ad eſſentiam tollendi grauamen: ſed ex l. diſ
poſitione ipſo iure ſublatū cēſeatur. ¶Quin
to ad decidendum hoc dubiū pondero tex.
expreſſum. in l. ſi quando. §. & generaliter.
iſto titulo. vbi tex. diſponit in caſu fortiori,
ſcilicet, quod nō ſolum per actum tacitum:
puta nihil allegando, nec impugnando gra
uamen, filius non videtur conſentire in gra-
uamine: imo etiam ſi faciat actū expreſſum,
qui aliqualiter videtur tēdere ad probatio-
nem teſtamenti. ponit tex. exemplum: vt ſi
filius acceptet legatum ſibi relictum a patre:
& de eo faciat finem & refutationem: nihilo
minus poteſt agere ad ſupplementum legiti
mæ. Ecce ergo quod acceptando legatum:
non videtur approbare grauamen ſibi illa-
tum in quantitate legitimæ: quanto magis
tacendo? imo ſubdit text. eleganter ad pro-
poſitum quod non obſtante renuntiatione
& refutatione generali: ſemper filius poteſt
petere ſupplemētum legitimæ, & ſic per nul
lum actum etiam renuntiationis & accepta-
tionis expreſſe factæ filius ſibi præiudicat in
legitima. ad eum repellendum a petitione
ſupplementi, niſi expreſſe & ſpecifice renun-
ciet legitimæ. Nec per talem actum renun-
tiationis & acceptationis generaliter actæ:
approbatur grauamen appoſitum in legiti-
ma. Sed requiritur expreſſa & ſpecifica legi
timæ renuntiatio. ergo habemus intentum:
quod a fortiori per taciturnitatem quam fi
lius facit, non impugnando nec allegando
contra grauamen: non videtur grauamen
ſibi appoſitum approbare. Quæ inductio
videtur mihi quod fortiter vrget. ¶Sexto
hoc probatur ex hac. l. & ex l. omnimodo.
& l. ſcimus, C, iſto titulo. quæ iura clamant,
vt legitima filio debeatur abſque vllo one
re & grauamine. Sed ſi per lapſum tempois:
filius tacendo approbare videretur graua-
men: certe legitima haberet grauamen, & di
lationem ipſius extinctiuam. ¶Septimo
quia nemo dubitat quod ſi pater in teſtamē
to reliquiſſet filio legitimam; & adieciſſet,
quod vltra certum tempus nō poſſet illam
petere, ſeu ſub conditione, quod infra certū
tempus non poſſet impugnare, ſeu contradi
cere grauamen, ſeu conditionem in ea inſer
tam: quod talis conditio & dilatio tanquam
grauamen cōtinens reijceretur per iſtum tex
tum. & ſimiles; ergo ſi talem conditionem
& grauamen reijcit hæc lex multo magis de
bet remoueri grauamen tacitum: quod in-
ſurgeret ſi filius ex eo quod in vita ſua non
contradiceret, nec impugnaret grauamen,
maneret approbatum onus: in ſui præiudi-
cium appoſitum, & filiorum ſuorum, & per
conſequens ſi tale grauamen ex taciturnita
te maneret approbatum, reperiretur quod
filius haberet minus legitima ſua: ſed minus
nō ſolum dicitur re, ſed tempore. in. §. ſi mi-
nus. inſti. de actio. ¶Per quæ teneo, quod ſi *Concluſio.*
filio eſſet appoſitum aliquod grauamen in
legitima: & ipſe ſciens grauamen ſibi illatū:
tacuit toto tēpore vitę ſuæ nihil opponens,
nec allegans, contra dictum grauamen: imo
ſimpliciter acceptans atque poſſidens bona
ſibi relicta a patre; quod trāſmittit ad filios
legitimam liberam, & ſine grauamine, & o-
mne grauamen ſibi inſertum: debet reputa-
ri tanquam ſi in teſtamento appoſitum non
fuiſſet, vt inquit hæc lex. ¶Ad fundamenta 5
contraria reſpondetur ſic. Primo non ob-
ſtat glo. in dicta l. ſcimus. quia illa reproba-
tur per omnes. & adhuc poſſet ſic intelligi,
quod non ſit contraria huic opinioni. Nam
in quantum dicimus quod grauamen tolli-
tur ipſo iure verum eſt: ſed in grauamine
ſupplementi ſuper quo loquitur ibi glo. li-
cet repletio fiat ipſo iure; tamen quo ad eſ-
ſentiam & effectum acquiſitionis: de neceſ-
ſario filius debet petere illud quod eſt ſibi
debitum ex ſua legitima. Nam impoſſibile
eſt, quod ſi ille non petat ſibi detur: quia in-
commutabilis acquiſitio; non fit niſi per a-
gnitionem, & effectualem petitionem, vt in
ſimili dicit text. in l. ſi quis ita hæreditatem.
ff. de condi. inſtitu. vt dicit Bald. & idem Sa-
lice. in dicta. l. ſcimus. ¶Nec etiam obſtat di 6
ctum Angeli in dicta. l. Papinianus. §. ſi con
ditioni. vbi vult quod ſi filius tacuiſſet quin
quennio,



quennio, ita quod non egiſſet ad ſupplemē-
tum, quod licet ſibi hoc non præiudicaret ſi ipſe
viueret, quin poſſit agere ad ſupplementū:
tamen hæres eius non admittetur ad peten
dum dictum ſupplementum: nam iſta con-
cluſio Angeli reprobatur per omnes mo-
derniores, & probatur fundamento in con-
uincibili. nam ſi ius agendi ad ſupplementū
non tollitur quinquennio in perſona ipſius
filij: & ipſe hoc ius ſupplementi tranſmittit
libere: etiam ſi non petat vt dictum eſt: non
poteſt hoc ius extingui in perſona ſui hære
dis. l. vnica. C. vt action. ab hæred. & ſi hoc
diceremus quod Angel. fatetur: filius non
trāſmitteret ius agendi ad ſupplemētum le-
gitimæ libere: cuius contrarium Salicetus
& alij firmant in d. l. ſi quis filium. & contra
Angelū tenet Salicetus in d. l. ſcimus. in prin
cipio. Item quia ratio qua motus fuit Ange-
lus confunditur euidenter. Ipſe enim dicit
quod ſi filius tacuit per quinquennium, &
mortuus eſt, intelligitur tacite renunciaſſe,
ſecus ſi viuat quod nullo modo poteſt ſtare:
quia ſi ius agendi ad ſupplementum durat.
30. annis, vt omnes fatentur: non poteſt di-
ci quod tacite intelligatur renunciaſſe per
7 lapſum quinquennij vt ipſe dicit. ¶Neque
etiam obſtat aliud fortiſſimū argumētum:
quod me multoties poſuit in cōflictu, in hac
quæſtio. & eſt hoc, nam inter Bartol. ex vna
parte. Bald. & ſequaces ex alia fuit maxima
contentio ſuper iure agendi ad ſupplemen-
tum quo tempore tollatur. *Nam Bart. in
n. l. ſi quis filium fuit in opinione quod tolla
tur quinquennio: & ſic refert ſe conſuluiſſe
per illum text. qui ſatis vrget ad finem ibi.
(Niſi certa quantitas patri eius minor parte
legitima ei relicta eſt) iūcto fine ibi. (vel per
quinquennium tacuit) Bald. ibi. & Salicetus
& poſt eos moderniores illum probant per
fundamenta quæ ibi per eos latius conclu-
dentes, quod nō tollatur quinquennio. imo
30. annis Eandem concluſionem cōtra Bar-
tolū ſequitur Angelus in d. §. ſi conditionis
& in l. omnimodo in principio iſto titulo &
in l. ex certi condictio in principio. ſi cer. pe-
ta. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis
cautio. & in l. ſi a domino in principio: de
petition. hæredi. & in authenti. de trien. & ſe
mi. in principio. in quibus locis refert ſe ſic
conſuluiſſe pluries de facto cum pluribus
doctoribus Peruſinis. idem Bal. in authētica
presbyteros de epiſcop. & clericis & in repe
tition. l. pater filium, de inofficioſo teſtamē-
to, ſeptima columna, & in l. nam & is. eodē
titulo. per fundamenta, quæ vide per te. Ita-
que reſidet in hoc opinio cōmunis: quod ſi-
ue ius agendi ad ſupplementum petatur cō-
dictione ex lege, cum ſit perſonalis: durabit
30. annis ſicut aliæ perſonales. l. 2. de conſti.
pecu. l. ſicut. & l. omnis. de preſcript. 30. an-
no. ſiue petatur per petitionem hæreditatis,
idem erit. l. hæreditatis. C. de peti. hæred. Et
ſic ſecūdum omnes ſi filio appoſitum ſit gra
uamen circa quantitatem legitimæ; ſi filius
tacet per lapſum. 30. annorum manet fir-
mum grauamē abſque eo, quod filius poſſet
illud poſtea impugnare. & ſecundum. Bart.
etiam minori tempore, ſcilicet, per lapſum
quinquennij; ſed certum eſt quod graua-
men quantitatis ipſo iure reijcitur: vt dicit
tex. in d. l. ſcimus in princip. & vtrunque gra-
uamen, ſcilicet, quantitatis & alterius one-
ris, videtur parificari ad illud tollendum ip
ſo iure. vt d. l. ſcimus. & qui poteſt grauare
in quantitate poteſt grauare in tempore: ſe-
cundum Bar. in l. titio centum. §. titio gene-
ro. verſi. eſt videndum. ff. de condi. & demō
ſtra. Sic ergo videtur dicendum in alio gra-
uamine appoſito filio in legitima, puta quod
nō alienet, quod veniat ad ſuum filium ma-
iorem, vt in principio quæſtionis dixi, ſi fi-
lius per. 30. annos taceret; maneret firmum
grauamen. quod argumentum vehementer
vrgere videtur. ¶Cogitabam huic obiectio 8
ni poſſe ſatisfieri: ſic notando differentiam
inter grauamen quātitatis & alia onera, ſeu
grauamina. Nam vbi apponitur grauamen
in quantitate legitimę; puta quia filio relin-
quitur minus legitima, verum eſt quod ipſo iu-
re fit repletio. vt in d. l. ſcimus. tamen in effe
ctu impoſſibile eſt ſupplementum fieri niſi
petatur: & ſic quo ad eſſentiam & effectum
acquiſitionis: nullo modo poteſt fieri ſup-
pletio niſi petatur. vt in ſimili dicit tex. in l.
ſi quis ita hæreditatem. ff. de condi. inſti. Cū
ergo actio competens ad ſupplemētum pe-
tendum ſit perſonalis (vt ſupra dictum eſt)
merito ſi tacet ita quod non petat dictū ſup
plementum per. 30. annos: amplius non au-
ditur: tanquam præſcripta actione quę ſibi
ad ſupplementum competebat. Sed vbi ap-
ponitur aliud grauamen: puta conditionis
vel dilationis, ad illud tollēdum non eſt ne
ceſſe facere aliquem actum facti: prout in ca
ſu ſuperiori, quia ex ſe remouetur, & filius
abſque aliquo actu conſequitur effectum re
motionis: puta teſtator reliquit filio legiti-
mam

**c Adde ſing. Alex. cōſi. 128. cōſideratis verbis in primo vol. 4. col. cū ſeq. vbi aſſerit eſſe magis cōmune cōtra Bar. & rñdet fundamentis eiuſdē et vide Balbū in tractat. de præſcri. allegātē plura in 4. parte 4. partis principalis. quæſt. 23.*

timam, & apponit ei conditionem ꝙ in illa
ſuccedat filius ſuus maior, vel ꝙ nō alienet:
nam ad hoc vt tale grauamen remoueatur,
non habet neceſſe filius aliquid petere: neq;
aliquem actum facti facere: cum ipſe ſit poſ-
ſeſſor, cuius contrarium eſt in petitione ſup
plementi. ¶Hæc differentia ſatis patet ad o-
culum ſed oſtendo ſimilem ſatis ad propoſi
tum: ex quibuſdam verbis domini Paul. de
Caſt. quæ ipſe ponit in l. filio præterito. ff.
de iniuſto teſta. in 2. col. in illa. q. quando fi-
lius videtur approbare teſtamentū paternū
inter alia dicit, ꝙ ſi filius repudi t, appro-
bat, idem ſi expreſſe dicat approbo: idē ſi fa
cit aliquem actū qui ſtare non poteſt: niſi ex
tante teſtamento valido: puta accipit lega-
tū in eodē ſibi factū ſcienter. l. ſi pars. in fine
de inoffi. teſt. & renunciat iuri dicendi nullū
ſecundum Bar. in l. poſt legatum. circa prin
cipium. de his qui. vt indig. idē ſi petijt S b
dit ad propoſitum, ꝙ ſi nullū iſtorum fecit:
ſi erat in poſſeſsione bonorum, & tunc etiā
ſi per mille annos taceret: non cēſeretur ap-
probare. argu. l. ſi is cuius. cum ibi notatis. ff
ex quib. cauſ. maio. ſed ſi non eſſet in poſſeſ
ſione: tunc ſi tacuit tāto tempore, ꝙ eſſet ex-
cluſus a petitione hæreditatis, tunc videtur
approbare: cum tacite videatur renunciaſſe
hæreditatem, & repudiaſſe eam. per gl. in l.
licet. C. de iure delib. ¶Ex prædictis ergo
hæc mihi videtur veritas regulariter cōclu
dendo, ꝙ grauamē appoſitum in legitima:
ipſo iure reijcitur & tollitur de medio, & ha
betur pro non appoſito, in tantum quod ſi
filius taceat in tota vita ſua nullum actum
contradictionis faciens: nihilominus tranſ-
mittit liberam legitimam ad poſteros, gra-
uamine reiecto. Quod nota, quia ſi ſcis de-
ducere in practica eſt importantiſsimū ad
maioratus regni noſtri, & ad bona quę repe
riuntur vinculata ex teſtamento patris in q̃
nullus actus expreſſus conſenſus reperitur,
niſi quatenus filius ſimpliciter poſſedit bo-
na, prout ſibi a patre relicta ſunt, & iſta licet
non noua, tamen non ſic adducta reperies.
9 ¶Hoc limita primo, niſi iſtud eſſet grauamē
quantit tis filio appoſitum in legitima, pu-
ta quia minus legitima filio eſſet relictū: nā
tūc ſi filius tacuiſſet: itaq; elaberentur. 30. an
ni abſq; eo quod filius ageret ad ſupplemen
tum: lapſu tanti temporis excluſus eſſet a iu
re petendi ſupplementum legitimæ: & per
conſequens maneret firmum grauamen: vt
omnes dicunt in d. l. ſi quis filium, & proxi-
me dixi, & adhuc minori tempore ſecūdum
opinionem Bar. & ſequacium. ¶Secundo li- 10
mitarem mirabiliter: niſi iſti filij & nepotes,
& alij deſcendentes, iſtius primi diſponentis
poſſediſſet per longum tempus dicta bona,
ſeu loca, ob ſeruādo ſemper vincula & onus
in dictis locis appoſitum: eo modo ꝙ in hac
progenie iſtius deſcendentis interueniſſet ta
lis ac tantus tacitus conſenſus: cū tanta tem
poris diuturnitate, quod poſſet dici in hac
progenie cauſatam eſſe quandam longæuā
conſuetudinem, vt per quencunque deſcen
dentem dicta bona teneantur, habeat illa ſic
vinculata, vt primus teſtator diſpoſuit. 11
*¶Vnde dicebam pridie in quadam valde
ardua quæſtione cū repertum fuiſſet quod-
dam antiquum teſtamētum, in quo teſtator
reliquit certa loca filio ſuo: & erat teſtator
quidā illuſtris miles, qui cauſa generis & do
mus ſuæ conſeruandæ, appoſuit tale vincu-
lū in dictis bonis: vt ipſe filius maior ſuus,
& ſic deinceps deſcendentes in perpetuum
ſuccederent in dictis bonis iure maiorię: ſuc
cedendo ſemper in eis maior deſcendens, &
ſic poſſedit ipſe filius, & idem fecit nepos, &
pronepos, & alij deſcendentes, ab antiquo
tempore. Ita quod in illa progenie ſemper
dicta loca ab antiquo fuerunt poſſeſſa in ſo-
lidū per primogenitū vinculo maioriæ, &
ſemper inalienabilia proceſſerunt, & nun-
quā diuiſa etiā vbi plures filij & alij deſcen-
dentes eiuſdem gradus reperiebatur. Nam
per prędicta conſulebā quod dicta bona cē-
ſerentur vinculata & quod dictum graua-
men a principio appoſitū maneret firmū &
approbatum, & in eis ſuccedēdum eſſet per
maiorem tanquam a principio authoritas
regia interueniſſet ad talem maioratū cōſti-
tuendum. ¶Fundamentum ad hoc cōſulen- 12
dum aſſumpſi: primo, quia certum eſt ꝙ va
let conſuetudo dans formam in ſucceſsioni
bus. not. tex. in ca. Raynuntius. de teſta. ibi.
(ſecundum conſuetudinem Tuſculanæ ciui-
tatis.) & Abb. Anti. dixit illum text. non eſſe
alibi ad hoc, ſcilicet quod conſuetudo poſſet
diminuere portionem debitam* filijs ex bo *d
nis paternis, vel maternis, licet aliter alij il-
lū tex. ponderent, vt eſt de mēte Ioan. And.
& Abba. ſufficit hanc concluſionem eſſe ve
ram vt Deo concedente latius dicam in illa
quæſtione ſi ſtatutum poſſet minuere, vel
in totum tollere legitimā. ¶In propria ma-
teria do caſum ſingularē in ca. 1. §. mulier. ſi
de feu. fue. contro. inter do. & agna. vbi eſt

** Adde Io. Cirier. 2. de primo. q. 15 vtrum primogenitus, excluſis fratribus prætextu conſuetudinis poſsit ſuccedere in tota hæreditate paterna ſine ſcrupulo cōſciētiæ et vide Pala. Ru. in cōmē. l. 41 in ordinationibus Taurij.*





caſus ꝙ quædā mulier habēs feudū deceſsit
relictis filijs primi & ſecundi matrimonij: in
ter quos fuit orta quæſtio, tam ſuper feudo,
quā ſuper alijs bonis maternis: dicit ibi tex.
ꝙ obtinuerunt filij primi matrimonij, tā in
feudo quam in cæteris bonis potiores eſſe:
& ſic in totū ſucceſſerunt alijs excluſis, ſub-
dit Bal. illum text. debere intelligi quando
probaretur ſic vrgere ſpecialem conſuetu-
dinē loci, ꝙ filij primi patrimonij alios a ſuc
ceſsione excluderent, cum iura conſuetudi-
naria ſecundum eum poſſunt diſponere de
ſucceſsionibus. allegat dict. cap. Raynūtius.
¶Ex qua ratione infert Bald. ipſe in d. c. 1. §.
mulier. valere cōſuetudinem ꝙ primogeni-
tus ſuccedat. ꝙ etiam firmauit ipſe in l. cun-
ctos populos. C. de ſum. trini. col. 13. verſi.
deinde quæro. melius probatur hoc. in. §. fi-
lij nati. eiuſdem. c. ibi. (nam quamuis ratione
improbetur taliscōditio, ex vſu admittitur)
ibi enim tex. dicit ꝙ filij non ſuccedūt patri
ab inteſtato, ſi ea conditione matrimonium
fuit contractum ne ſuccederent, ſubdit text.
& in hoc facit, ꝙ licet talis cōditio improbe
tur, tamē attento vſu & cōſuetudine eſt va-
lida. De hoc vſu & cōſuetudine loquitur no
tabiliter tex. in cap. 1. de filijs nat. ex ma. ad
morga. cōtra. vbi eſt caſus nota. ad propoſi-
tū ibi (in proprietate vero non ſuccedunt
ſecundū vſum Mediolanenſem) & ſic eſt ibi
caſus expreſſus, ꝙ cōſuetudo diſponit ſuper
13 forma ſuccedendi. ¶Do alium caſum ſingu
larem in c. 1. in fi. ver. de aliena. feu. quē ex-
tollit Bal. in c. 1. col. 2. de feu. mar. i. ferens
per illū, ꝙ in regalibus dignitatibus quātū
ad ſucceſsionē, ſeruanda eſt cōſuetudo: ꝙ re
putat fixum tenendum menti. 12. q. 2. ca. cū
deuotiſsimā de ſupplen. negli. præ. grandi.
lib. 6. 8. q. 1. cap. Moyſes. 90. diſtin. cap. legi-
mus. per quę iura etiam aperte probatur, ꝙ
ex conſuetudine valet pactum de non ſucce
dēdo, & ita limitatur. l. pactum. C. de colla.
valebit igitur conſuetudo dans formam in
ſucceſsione legitimæ quæ debetur filio illā
minuendo, vel præferendo primogenitum
alijs ſecūdo genitis: ita vt in certis bonis ſuc
cedatur iure maioriæ, nec inter oēs diuidan
14 tur. ¶Pro qua conſuetudine dico eſſe caſum
ſingu. in terminis in c. licet de voto. ibi: (or-
dinē genituræ) & ibi Docto. vnde refert idē
Bal. in l. cum lege. C. de epiſ. & cleri. ꝙ cōſue
tudo ſeruatur per totā Italiam ꝙ poſſet tol
li & minui legitima, & ꝙ ſuccedat maſculus
per quem domus conſeruatur excluſis fœ-
minis, & credit ipſe ꝙ valeat conſuetudo, ſi
cut valebat. l. 12. tabularū: quę excludebat
matrē & deferebat agnatis. & ſicut valebat
media iuris prudentia, quæ filias ad certam
quantitatem & particulam coartabat. l. ma
ximum vitium. C. de libe. præte. per quæ cō
cludo ꝙ cōſuetudo vniuerſalis alicuius lo-
ci valeret: ꝙ primogenitus ſuccedat in ſoli
dum in certis bonis, & ꝙ in illis ſuccedatur
iure maioriæ: & ſic dare formā in ſucceſsio-
ne, & per conſequens tolerare grauamē, ſi ꝙ
eſſet appoſitū in legitima, vt latius infra di- 15
cetur. ¶Mouebar & ſecū lo, quia illud quod
ſtatuitur in conſuetudine generali alicuius
loci: vt ante dictū eſt, idē erit ſeruandū in cō
ſuetudine vnius progeniei: allego ad hoc
elegantē additionē. * Io. An. in tit. de inſtru.
edi. §. cōpendi ſæ. in verſi ſed nunquid dice
mus. eſt additio ſuper parte Caſtri, & eſt ni-
mis parua additio non cōtinens niſi vnum
verbū: ꝙ fuit Huberti de B. bio. ibi enim di
xit Spec. ꝙ de conſuetudine poſſunt remitti
teſtamentorū ſolēnitates, & ſufficit ſecundū
eum conſuetudo regionis, aut ciuitatis, vil-
læ, vel caſtri, dicit Huber. ex relatione Ioan.
And. ꝙ ſufficit cōſuetudo vnius progeniei.
verba profecto ſatis breuia & abſq; funda-
mento: ſed poſtea per ſcribentes nimis can-
tata atque laudata. ¶Reperio enim Ang. in 16
l. 3. ff. de teſta. facientē maximum feſtum de
hoc dicto, reputans illud mirabile adhoc ꝙ
conſuetudo vnius progeniei poſſet mutare
teſtamētorū ſolennitatē in illa progenie, vn
de ſecundū eū, ſi in familia nobiliū de Vbal
dinis, aut alia familia ciuitatis Bononienſis
eſſet conſuetudo certa, vel cum certa ſolen-
nitate ſuper teſtamentorū ſolennitate & ob
ſeruatione: illa obſeruanda eſſet in illa pro-
genie, quod dicit menti tenendū, nec alibi le
giſſe Doctorem, qui hoc ponat. idem ſequi-
tur ibi Ioan. de Imol. trāſiens ſimpliciter cū
d. additione. & cū Angel. nihil vltra addēs.
Addo Andre Sicul. qui magnificat hoc di-
ctum, & illud ſequitur in ca. ſicut de proba.
colum. 8. dicens, quod in teſtamentis ſtatur
cōſuetudini alicuius progeniei: vnde infert
quod ſi aliqua magnifica caſa conſueuit te-
ſtari certo modo, ꝙ ſtandum eſt dictæ con-
ſuetudini. ¶Idem reperio tenere quendam 17
Moderniorē Mediolanēſem legentem tunc in
ciuitate Papiæ. in l. omnes populi. col. 12. ff.
de iuſti. & iure. dicens, quod vna progenies
de per ſe, ſeu vna parētela, vel familia poſſet
in ciuitate intra ſe cōſuetudinem inducere:

** De qua adde Bart. 503. conſi. 61. ſuper quæſtiōe de qua agitur vide. 3.*

puta inducendo certam conſuetudinem ſu-
per ſolennitate teſtamenti, vel diſponendo
quod certo modo ſuccedatur. Sic refert ſe
conſuluiſſe in oppido Carauagij.in familia
illorum de Sicis,qui habent inter ſe cõſue-
tudinem,quod fœminę non ſuccedãt, nihil
plus allegat niſi dictam additionẽ Ioã.And.
idem ſequitur Raphael.in d. l. 3.in quadam
lectura: referens hoc eſſe ſingulariſsimum
dictum ita reſident iſti.¶Mirum eſt quomo-
do omnes iſti ſcribentes hanc propoſitionẽ
non ſolum affirment, ſed ſolennizent moti
ſolummodo ex vnico verbo & abſque fun
damento aliquo prolato, & quod peius eſt
contenti ex relatione Ioan.Andr. ideo pro-
pter hoc & quia paſſus eſt quotidianus, la-
bori non parcam.¶Vnde reperi, dominum
Alexan.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.refe-
*Argumenta notabilia aduerſus additionem. Huber.de Bob. & Io.An.*
rentem quod Ange.in l.fi. C.de teſta.tenuit
contrarium in quadam lectura, quæ reuera
non venit ad me. Mouetur quia priuatus
non poteſt mutare ſolennitatem teſtamẽto-
rũ,cum teſtamẽti factio non priuati,ſed pu-
blici iuris eſt.l.3.ff.de teſtamentis.l.teſtandi.
C.eo.& hanc opinionem ſequitur Raphael
in alia lectura.in d.l.3.dicunt tamen iſti hoc
procedere,niſi talis progenies haberet impe
rium,& ſic poteſtatem ſtatuendi prout in d.
l.fin.dicitur de conſuetudine ruſticorum.&
cum hac opinione tranſit Alex in d.l.ſi non
ſpeciali.hoc fundamentum non cõcludit in
totum: nam etiam ſi dicta progenies nõ ha-
beret iuriſdictionem,videtur militare addi
tio.Ioan.And.quia condere ſtatuta & intro
ducere cõſuetudinem,hoc nõ eſt iuriſdictio-
nis.vt late ſcribũt omnes in l.omnes popu-
li.ff.de iuſtitia & iure. ¶Nihilominus hæc
additio Ioan.And.licet ſingularis,tamen nõ
caret ſcrupulo. Primo quia cõtra eum ſunt
Ange.Rapha.Alexan.quos nunc retuli: li-
cet non indiſtincte.¶Secundo quia Io.And.
& auctor principalis,qui fuit Huber.de Bo.
loquuntur abſque fundamento: quibus nõ
eſt credendum,ſumpto ſolo argumento ab
18 eorum authoritate. ¶Tertio allego.Bart.de
Salice.qui nulla mentione facta dictæ addi-
tionis,tenet contrarium:licet aliqualiter du
bitans.in l.1.colũ.6.C. quæ ſit lon. conſue.
verſi quæro an ſine vlla cõtradictione.vbi
in terminis inquit eleganter declarans quę-
dam verba Petri.dicit quod quando cõſue-
tudo non eſſet inducta ab omni populo vel
maiori parte:ſed ab aliquibus de vna parẽ-
tela,ſine aliquorum contradictione, ſic ſer-
uatum fuiſſet:puta vt maior natu ſuccedat,
quod cæteris de ciuitate non eſt inducta con
ſuetudo: vt ad ſimilem obſeruantiam teneã
tur,& hoc affirmat ſine dubio,nec mihi hoc
eſt dubium. Subdit* plus ad propoſitum,
quod illi de illa parentela in caſu nouiter *●
emergenti,ſi contradicerent,dicit ſe dubita
re ſi teneantur obſeruare quod alij maiores
ſui ſeruauerunt: cum conſuetudo proprie
per eos non ſit inducta,ſed quędam facti ob
ſeruantia: non enim faciunt populum, nec
partem populi, ideo conſuetudo inter eos
non eſt inducta,niſi inter eos in contradicto
rio iudicio fuiſſet obtentum, & ſic directo
videtur affirmare contra dictam additio-
nem Ioannis Andre. & ſequacium. & tene
menti: quia nunquam hanc determinatio-
nem ad hoc propoſitum vidi allegatam li-
cet vidiſſem bis arduiſsimam de facto quæ-
ſtionem ſuper hoc. ¶Quarto,quia de eſſen- 19
tia conſuetudinis eſt,quod ſit initiata, con-
tinuata,& conſtituta moribus, vel vſu to-
tius populi l.de quibus. ff. de legibus. in §.
ex non ſcripto inſtitu de iure natura.gentiũ
& ciui.l.ſecunda cum alijs.C.quæ ſit longa.
conſuetudi. quod per ſcribentes extenſum
eſt ad maiorem partem populi ſufficit enim
con ſenſus maioris partis populi,ad conſue
tudinem inducendam. l. quod maior. ff.ad
municipales l.aliud.§.refertur.ff.de regulis
iuris. Sed in propoſito non interuenit con-
ſenſus totius populi,nec maioris partis.er-
go.&c. ¶Quinto,quia aperte videtur Cy- 20
nus determinare in hoc contra Ioannẽ An-
dre.in proprijs terminis in l. ſecunda. colũ-
na ſexta.C.quæ ſit longum conſuetudo.ver
ſi.ſed quæret aliquis. nam Cynus paulo ſu-
pra eadem.columna.formauit quæſtionem
de quibuſdam nobilibus qui in certis parti
bus ſunt priuilegiati: vt poſsint ſubditos
ſuos collectare in tribus caſibus, ſcilicet,
quando vadunt vltra mare,& cum efficiun-
tur noui milites.Item cũ maritãt filias ſuas.
modo inquit ipſe,pone ꝙ nobilis maritauit
filiam ſuam,venit ad ſubditos ſuos & vult
eos collectare:dicunt ſubditi domine quod
vultis facere nõ poteſtis:quia nunquã a vo
bis nec a prędeceſſoribus veſtris fuimus col
lectati:nobilis replicat,verũ eſt;Sed licet nũ
quam fuiſſetis collectati:tamen conſuetudo
eſt ꝙ nobiles iſto caſu,collectãt ſubditos er-
go.&c.Subditi dicũt,licet ſit talis conſuetu-
do & ius nobilium: quia tñ nunquam fui-
ſtis vſi hoc iure modo vti non poteſtis,licet
alij vſi



alij vſi fuerint. concludit ꝙ ſi iſtud ius colle
ctandi,quod nobiles prætendunt eſt ei quę-
ſitum per conſuetudinem: & poteſt præfa-
tus nobilis collectare:ſecus ſi per præſcrip-
tionem.Ratio differentiæ eſt,quia conſuetu
do introducta a maiori parte populi ligat
etiã non cõſentientes.Sed præſcriptio ſingu
laris eſt ſolũmodo cõſenſu dominorũ cauſa
ta: ideo non nocet niſi illi contra quem præ
ſcribit.l.naturaliter.ff.de vſucapionib9.vn
de infert concluſiue,ꝙ ſi dictus nobilis volẽ
do collectare ſubditos ſuos, allegaret ius,
vniuerſale,ſcilicet talem eſſe cõſuetudinem
inter nobiles illius populi, & ſi hoc probet
recte eos collectare poteſt. Sed ſi alleget ius
ſingulare:vt quia ille collectatus ſit & ille li
cet in illis certis perſonis,vt certæ ſunt con-
ſenſerit maior pars,cõſuetudinẽ tñ non facit
nec alios ligat,nec eis præiudicat:quia præ-
ſcriptio cauſata cõtra certas pſonas,ad alias
non extenditur. ¶Subdit Cynus inferre ex
prædictis,ꝙ ſi conſuetudine introducitur ꝙ
maior natu debeat habere totam hæredita
tem in iſta ciuitate & in hoc vniuerſaliter
omnes maiores nati,vel maior pars non cõ
cernendo aliquem ſingularem conſenſerint
hoc præiudicat alijs non conſentientibus:&
reſiſtere poſt conſuetudinem volentibus,vt
dicit glo.magna circa medium,ibi. Sed ſi in
troducatur quod maior natus talis,puta ma
ior natus in vico ſancti Ioannis habeat totã
hęreditatem:nam licet maior pars ei in hoc
conſenſerit,alijs non præiudicat, nec eos li-
gat: licet ſint in minori parte: ſed contra il-
los pręſcribitur.Hæc ille.Quod ſatis vide-
tur contra dictam Ioan.And. opinionem,li
cet Cynus loquatur de præiudicio alijs ge-
nerando:quæſtio noſtra loquitur ſolummo
do de præiudicio generando illis de proge
nie. ¶Hæc ſunt quæ adduci poſſunt contra
opinionem Ioan.Andr.& ſequacium dictæ
additionis: quæ per nullum ſcribentiũ ad
hoc inducta reperies.¶Ego dico quod quan
quam Ioan.Andr.& ſequaces loquãtur abſ
que fundamento: tamen poteſt ſua opinio
ſuſtentari ex authoritate Bar.poſt Guiliel.in
l.ij.C.quæ ſit lon.conſue.col.8.verſic. iuxta
hoc quæro.vbi tenet quod certa pars popu
li ciuitatis,poſſet ex ſua parte conſuetudinẽ
inducere allegat.Guiliel.hoc tenentem in l.
ingenuum. ff. de ſtatu homi. per. §.demum
cum eſſet.ff.de orig.iuris.& per legem pen.
in principio.ff.de iuſti.& iure.ff.de mune.&
hono.l.vt gradatim. §. & ſi. & per textum
in l.obſeruare. §. primo.ff.de offic.procon.
quæ iura omnia quæſiui: ſed nihil faciunt
in puncto.mouetur etiam,quia cum tota ci-
uitas poſſet quo ad totum, & pars quo ad
partem.l.quæ de tota. ff. de rei vendica.de
adminiſtra.tuto.l.ſi duo.Item quia pars po-
puli cenſetur in hoc tanquam populus per
ſe argumen.ff.de legatis primo.l.plane.in fi
ne.ibi.(Videri enim fundi appellatione, nõ
totum fundum,ſed partem appellaſſe.) Itẽ
quia illi parti poteſt legatum relinqui:ergo
cenſetur vniuerſitas & collegium legitimũ
& aptum ad legem & conſuetudinem indu-
cendam.ff.de lega.primo.l.ſi quis a filio pu
pillo.§.ſi parti.vbi text. dicit quod ſi parti
ciuitatis aliquid ſit relictum quod ad orna-
tum,vel compendium reipublicæ ſpectat ſi
ne dubio debebitur.l. 3. in principio. ff. de
de colle. illici. & l. cum ſenatus. de re.dubi.
hoc idem ſequutus fuit Bartol. in l. de qui-
bus.colum.final.ff.de legi.vt per vnam par
tem populi poſsit induci conſuetudo argu-
men.l.quæ de tota.ff.de rei vendica. idem
Angel.in dicta.l.de quibus.penulti.colum.
verſic.venio ad tertium.freti omnes autho
ritate Guillel. ¶Ad quod facit quod Barto.
ait in dicta.l.omnes populi.colum. tertia.ff.
de iuſtitia & iure. verſicu. tertio quæro.vbi
tenet quod pars ciuitatis, puta vnum quar-
terium poſſunt facere ſtatuta pertinẽtia ipſi
parti,ſeu buarterio,quaſi videatur quoddã
collegium approbatum,vt d.l.ſi quis a filio
de fun.repub.l.penult.& per.§.deinde cum
eſſet.de origi.iuris. ¶Et ſi dicatur vna ſola 21
progenies non poteſt dici pars ciuitatis, nã
pars ciuitatis debet intelligi de tertia, vel
quarta,vt ibi declarat Bartol. & Abba. in
capit.fina.de conſuetu.colum.7.declarando
glo.in quantum dicit,quod ad conſuetudi-
nem inducendam requiritur conſenſus to-
tius,vel maioris partis populi, refert quod
in introducenda conſuetudine alicuius vni-
uerſitatis,vel collegij,nõ ſufficit ſimpliciter
maior pars: ſed oportet ꝙ ſint duæ partes
vniuerſitatis.l.ex nulli.& l.plane.ff.quod cu
iuſque vniuerſita. adhoc poteſt reſponderi
cum.l.quæ de tota.ff.de rei vendicatione &
quia dicta progenies quo ad ſe cẽſetur quo-
dammodo vnus populus:vt de parte popu
li nunc dixi,& ſic licet non interueniat con-
ſenſus maioris partis ciuitatis, prout deeſſe
conſuetudinis requiritur, tamen reſpectu
iſtius progenici,totus populus (vt ita dixe-
rim) illius progenici conſentit inter eos.
¶Tertia

¶Item, quia iſti poſſunt dicere verum: ſi tractaretur de ligando illos, qui ſunt extra progeniem. Nam hoc non poſſet fieri ex conſuetudine cauſata in illa progenie: ſed inter illos de progenie ſic, cum omnes conſenſerunt. argumen. l. quæ de tota, per quod euacuatur principale fundamentum, quod poſſet adduci contra Ioannem Andr. ſcilicet, ꝙ de eſſe conſuetudinis eſt, vt interueniat conſenſus totius, vel maioris partis populi. Nã hoc eſt ad introducendam generalem conſuetudinem: ex qua ligantur conſentientes, & etiam contradicentes: ſed quo ad ligandum eos, qui conſentiunt valebit: cum cenſeatur pars populi (vt dictum eſt) cum ergo omnes anteceſſores de illa progenie conſenſerunt: militat in eis diſpoſitio Ioannis Andre. ¶Nec obſtant verba Saliceti in dicta lege ſupra relata: quia ſi bene ponderentur verba ſua: ſolummodo, dicit quod illi de parentela non tenentur obſeruare quod ſui maiores fecerunt in caſu nouiter emergenti. Sed in non emergenti de nouo: ſed antiquo, vt propoſui thema quæſtionis, puta, quia illa progenies ſemper poſſedit ab antiquo quædam loca iure maioratus, ſuccedẽdo in eis ſemper maior natu. magis videtur tenere, quod operaretur dicta conſuetudo: & per conſequens illo caſu non diſcordat: imo concordat cum dicta additione Ioannis Andre. quod tene perpetuo menti: nam hæc ſic adiuncta, pro & contra, non ſic reperies alibi. & licet non ſine aliquo ſcrupulo manet defenſata opinio Ioannis Andre. quam indiſtincte aliqui ſecuti ſunt, & aliqui non: & certe non me determino in eius deciſione: ſed relinquo cogitandum. Sufficiat tibi me ſumpſiſſe laborem inueſtigandi illa quæ pro & cõtra facere poſſunt. Et poſtquam hæc ſcripſeram: reperi quendam Doctorem antiquum ſuper feudis, nomine Andre. de Iſernia, qui in capitulo primo. §. præterea ducatus. de prohibit. feud. alienatione, mirabiliter ſequitur, & tenet hanc opinionem: ſuper qua loquitur dicta additio Ioannis Andre. & loquitur ad propoſitum, vbi inter aliquos nobiles eſſet conſuetudo: vt maior natu ſuccederet. Quam opinionem recitabo infra in vndecima limitatio-
22 ne ad legem regni. ¶Hoc vnum affirmo, & tene menti: crederem enim dictam additionem Ioannis Andre. eſſe veram: ſi illa progenies eſſet ita augmentata, quod faceret quandam partem ciuitatis, vt accidit in ciuitate mea, vbi ſunt duæ partialitates: vna quæ vocatur ſancti Benedicti, alia quæ vocatur ſancti Thomæ. & quilibet partialitas illarum eſt fere media pars ciuitatis: & partialitas ſancti Thomæ affirmat ꝙ omnes deſcendunt ab illuſtriſſimo comite Don Remon. & ſic ſi verum eſſet ſunt omnes deſcẽdentes de vna ſtirpe & progenie. Inter iſtos enim bene valeret cõſuetudo: nam illa progenies eſt quaſi media pars ciuitatis. Sed vna pars ciuitatis poteſt facere cõſuetudinẽ. vt dixit Bar. vbi ſupra. optimus tex. in §. deinde cum eſſet. de origi. iu. per quem Bal. ibi infert quod cum plebeij poſſunt ſibi facere legem per ſe, & magnates per ſe: vt ibi eſt caſus, quod Guelphi poſſunt habere ſua ſtatuta, & Guebelini ſua, licet illud intelligat Bal. ~~ibi ex eo~~ quod ſeceſſerant, & erant duo corpora: ſed in eodem corpore vnius ciuitatis non caderet dicta partitio. Imo ſaperet monopolium, & hoc de iſto ſecundo fundamẽto ſecundæ limitationis. ¶Mouebar & tertio, quia per tempus immemoriale dicta loca ſemper fuerunt poſſeſſa per filium, & deſcendentem maiorem iure primogenituræ: fuerunt ſemper poſſeſſa in ſolidum, abſque diuiſione. Sed certum eſt quod conſuetudo immemorialis priuilegiat aliquem: ſicut principis priuilegium: cum vice principis fungatur. de verborum ſignificatio. capi. ſuper quibuſdam. §. præallega. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua cotidiana. & æſti. l. 2. § idem labeo. de aqua pluuia arcen. l. 1. in fin. eodem titulo. facit quod not. Bald. in feudis quæ ſunt rega. Salicet. in lege final. C. noua. vecti. Anchara. ſingulariter in capi. licet, de voto. in repetitio. Et adhuc in minori præſcriptione hoc affirmauit dictus Doctor Andre. de Iſernia in dicto capi. primo. loquens expreſſe in præſcriptione cauſata ad hoc: vt maior natu ſuccedat, quę verba ſua inuenies infra in vndecima limitatiõe. ad legẽ regni. ¶Quarto adducebam ad hoc propoſitum elegans verbum Ioannis Fabri in. §. ex non ſcripto. colũ. tertia. inſtitu. de iure natu. vbi quærit an ad eſſe conſuetudinis ſit neceſſe ſaltem ponere & probare, quod virtute cõſuetudinis fuit negotium expeditũ ponit exemplum, quod cum duo fratres diuiderẽt hæreditatem, primogenitus habuit auantagiã & ita de duobꝰ vel pluribus. Et nũquid eſt neceſſe probare quod tũc allegaretur ſuper hoc cõſuetudo: & quod virtute illius cõſuetudinis habuit, vel an ſufficit probare, nõ

dum



dum factũ: videlicet quod ita fuit diuiſum, concludit quod ſi allegetur tempus de quo non extet memoria vel præſcriptio triginta annorum: de iure canonico non ſit opus, his cum nõ queratur ibi titulus. l. 1. §. fi. de aqua plu. arcen. in c. 1. de præſcript. libr. vj. alias bene eſſet neceſſe per iura prædicta. vel dicit ꝙ etiam hoc caſu ſufficit probare vſum, & ſic videtur concludere: quod ſi per tẽpus immemoriale probatum ſit aliquod tanquã iure primogenituræ poſſeſſum eſſe ab aliquibus, ſufficit probari nudum factum, ſcilicet, ſic poſſeſſum eſſe, abſque eo quod aliæ qualitates neceſſariæ ad inducendam conſuetudinem eſſent probatæ. Quod tene menti, & hoc pulchrius firmauit idem Audr. de Iſern. in d. c. §. preterea ducatus. de prohi. feu. aliena. & quia verba ſua ſunt pulcherrima ad maiorias antiquas, in quibus non reperitur regalis licentia: niſi quia bona & villæ poſſidẽtur in aliqua progenie ab antiquo tẽpore per maiorem natu, verba ſua poſui infra
23 in vndecima limitatione ad l. regni. ¶Attende tamẽ valde vtiliter, ꝙ in duobus caſibus procedit abſque maiori dubio: quod bona per teſtatorem vinculata iure maioricatus, manebunt firmiter vinculata: & ſic iure maioriç deſcendenti maiori debita, ex tacito cõſenſu filij: qui non impugnauit dictum grauamen. ¶Primus eſt quando pater habens plures filios, vni eorum forte maiori, relinqueret quaſi maiorem partem bonorũ ſuorum & ei appoſuit conditionem: quod in dictis bonis ſemper ſuccederet filius ſuus maior, & ſic de omnibus deſcendentibus in perpetuum illam haberent iure maioriæ deueniens ſemper ad primogenitũ: nam in eo ꝙ pater huic filio ſuo relinqueret vltra legitimam ſuam alijs filijs præiudicãdo, bene valeret talis conditio & grauamẽ reſpectu huius filij grauati in eo quod eſt vltra ſuam legitimam. Caſus eſt in l. ſcimus. §. cum autẽ. C. de inoffi. teſta. Sed in præiudicium aliorũ filiorũ ipſius teſtantis, qui ſunt fratres dicti filij, cui appoſita fuit. d. conditio, non operatur. d. conditio iſto reſpectu: quia in quantũ huic filio fuit relictum vltra legitimam ſuã fuit grauamen in legitima aliorum filiorũ:
* e *cum per hoc minuatur ſua legitima: & ſic tale grauamen quantitatis reijcitur, & ipſis competet ius agendi ad ſupplementum legitimę contra dictum filium fratrem ſuum: & eius ſucceſſores iuxta. l. ſcimus. C. de inofficio. teſtamento. Si igitur dicti fratres poſt mortem patris ſui teſtãtis tacuiſſent per. 30 annos ꝙ non impugnaſſent dictũ grauamẽ ſibi appoſitum in quantitate, & ſic non egiſſent ad ſupplementum legitimæ maneret omnino firma. d. conditio, & grauamen reſpectu omnium, ſcilicet, tã reſpectu filij qui potuit onerari in eo quod vltra legitimam ſibi fuit relictum, quam reſpectu fratrũ ſuorum, quibus minus legitima relictum fuit: quaſi approbauerunt dictum grauamen & perdiderunt ius agendi ad ſupplementum per lapſum. 30. annorum: iuxta communẽ opinionem poſitam. in d. l. ſi quis filium. de qua ſuperius dixi. & ſic erit iſte vnus caſus ſingularis: in quo valebit maioratus factus abſq; regia facultate. Nam ex quo dicti fratres paſſi ſunt dicta bona prælegata alteri fratri ſuo, poſſideri ab eo integra, & tãquã prçlegata ſibi præiudicauerunt: per dictũ tempus tacẽdo, vt in d. l. ſi quis filium. C. de inofficio. teſtamen. l. non dubium. §. fi. de fideicommiſſ. l. j. & l. ſi veritate. ad legem Falcidiam. authen. ſed cum teſtator ff. quorundam legatorum. §. j. quod profecto eſt valde ſingulare: ſi hoc ſcis deducere in practica ad bona vinculata in teſtamentis. ¶Secun- 24
dus caſus erit qui infertur ex hoc: quia non ſolum in eo quod huic filio relinquitur vltra legitimam tolerabitur modo prædicto dictum grauamen: ſed etiã in legitima, quæ ſibi relinquitur hoc modo: relinquit pater filio ſuo legitimam appoſito ſibi dicto grauamine maioricatus vt dictũ eſt, ſcilicet, ꝙ deſcendẽtes ſui ſuccederẽt in dictis bonis iure primogenituræ. ſ. ꝙ maior natu in eis ſuccederet: qui filius cui appoſitum eſt dictum grauamen, tacuit toto tẽpore vitæ ſuæ nulla reclamatione nec contradictione facta, cõtra dictum grauamen: & ſic deceſſit relictis duobus vel tribus filijs. Certum eſt ꝙ per d. §. repletionẽ. & per ea quæ dicta ſunt in hac extenſione in principio ſi iſti alij filij non petant per. 30. annos legitimæ ſupplemẽtum: contra hunc filium maiorẽ, qui poſſidet omnia bona paterna ab auo vinculata (vt dictum eſt) perdiderunt iam ius agendi ad legitimæ ſupplementũ: & per cõſequens quo ad partem illorũ bonorum, quæ ſibi debebatur pro ſua legitima, approbauerunt dictã conditionẽ maioricatus: & ſic deueniendo ad alios deſcẽdentes, qui eodẽ modo tacuiſſent oĩa bona quaſi manerẽt firmiter vinculata. ꝙ nota bene. ¶Attamẽ hæc nõ pono pro conſtanti: ſed vt iuris principijs cõſide-

ratis

ratis, ſubtiliori & æquiori iudici, ſeu conſul
tori, detur materia cogitandi, & iuſtiorẽ par
tem eligendi, odio & affectione poſtpoſita.
25 ¶Sed elapſis iam fere quinque annis ꝙ hæc
ſcripſeram, nondum hoc publicato cõmen-
* f to, in curijs * Thauri celebratis facta eſt quę
dam lex ſingularis circa hoc. quæ eſt. l. 41.
in ordine. incipienti. (Mandamos que el ma
yoradgo.) vbi videtur expreſſe approbata.
d. additio Io. And. & diſponit. d. l. dictam cõ
ſuetudinem, ſeu præſcriptionem induci per
lapſum. 40. annorũ certo modo de quo ibi
vide eam: quia ſingularis eſt, in modo deci-
dendi hoc dubium. & fuit. d. l. condita in di
ctis curijs Thauri celebratis, in mẽſe martij:
Anno Milleſimo Quingenteſimo Quinto.
26 *¶Vnum tene menti perpetuo ꝙ vbicunqꝫ
aliqua bona tanquam indiuiſibilia debent
vni dũtaxat competere, ſemper intelligitur
quod iſte vnus debeat eſſe primogenitus: cõ
ſuluit Ang. in quodam conſi. 281. ſentit Io.
And. ſuper rub. de feu. Reperio idem cõſul-
uiſſe Franc. de Are. in conſil. 164. incipit dili
gẽter & mature diſcuſsis, quod perpetuo cõ
menda: quia maximum honorem faciet in
cauſis quam plurimis: & ego multoties ha-
bui de facto in diuerſis cauſis. Et etiam nota
caſum ſingularem. in l. peto. §. fratre. ff. de le
ga. ij. & in l. cum ita legatum. ff. de lega. j. vbi
caſus, ꝙ ſi legatũ factum eſt familię non in-
telligitur quod omnes de familia, ſed proxi
mior de familia, videtur vocatus. ¶Supe-
27 rius dicta militãt in tacito cõſenſu: quid aũt
ſi filius in vita patris expreſſe cõſenſiſſet te-
ſtamẽto, & in grauamine ſibi appoſito in le
gitima ſua, vtrũ valeret talis cõſenſus & e-
ius vigore maneret grauamẽ firmũ atqꝫ va-
lidũ: vidi enim teſtamẽta quorundã nobiliũ
illuſtrium, qui bona ſua vincularũt iure pri
mogenituræ: ita vt perpetuo in eis ſuccede-
ret deſcendens maior natu, & omnes filij cõ
*g ſenſerunt * in dicto teſtamento, & conditio
ne, & illud approbauerunt prout pater mã
dauit & diſponit. Poſtea dubium & non par
uum fuit, ſi hoc valeret, & vigore dicti con-
ſenſus & approbationis vinculũ eſſet vali-
dũ & firmũ. Hæc queſtio non eſt mota in ter
minis: ſed ex iuris principijs prout paruitas
ingenij concedet aſſeram, ꝙ mihi videbitur:
fateor tamen non paruum laborem ſubire
dum mihi offeruntur quæſtiones in tecte in
ſpecie, haurire equi em noua atqꝫ indeciſa
ex quadam mole rudi & iuribus (vt ita dixe
rim) in effigiatis fortunatorum eſt & hoc il-

* *Adde q̃ ſcribit Alexã. de Imo. in conſi. 4. ponderatis verbis teſt. vol. 4. & ibidem q̃ñ ſit mentio de filio maiori quod intelligit de maiori natu & etate.*

luſtribus antiquorũ ingenijs attributũ aqui
bus vt a terreſtri numine leges etiam ſi mor
tuæ ſpiritum vitamqꝫ ſibi aſſumpſere prout
Prometheum Iapetidem figulum feciſſe te-
ſtantur poetæ: quẽ ex luteo corpora huma-
na fabricaſſe, igneum ſpiritum e cælo ſubri
puiſſe indeque illis animam vitamqꝫ inſuf-
flaſſe aſſerunt. ¶Ad rem deueniens diuido
quæſtionem in duas partes. ¶Prima eſt vbi 28
filio apponitur grauamen in quantitate ſuę
legitimæ, puta quia relinquitur ei minus le
gitima ſibi debita, ꝙ grauamen remouetur
& ipſo iure fit repletio legitimæ, vt in l. ſci-
mus. iſto tit. nam in hoc grauamine etiam ſi
filius expreſſe conſentiat in d. grauamine, &
approbet paternum teſtamẽtum in vita pa
tris non præiudicat ſibi quo minus eo mor
tuo poſſet petere legitimæ ſupplementũ, nõ
obſtante conſenſu & approbatione per eũ
facta. Iſte eſte caſus ſingu. in l. ſi quando. §. il
lud. C de inoffici. teſtam. ibi. (huiuſmodi pa
cto filium minime prægrauari) vbi eſt caſus
quod per pactum habitum inter patrem &
filium, vt contentus ſibi relictis vltra nõ pe
teret non tollitur ſibi ius agẽdi ad legitimę
ſupplementum: cum cenſeatur quodammo
do pactum de non ſuccedendo, quod eſt im
probatum. l. pactum. C. de collatio. l. fina. &
l. pactum C. pactis. l. qui ſuperſtitis. ff. de ac-
qui. hære. ¶In tantum quod voluit glo. ſing.
in d. §. illud. ꝙ illud, ꝙ a patre eſt datũ filio:
vt promitteret ſe amplius non petiturũ de
eius ſucceſsione, non imputetur filio in legi
tima, tanquam ex turpi pactione ei ſit datũ,
quam ibi approbat Cynus, licet alij nõ. ¶Et
per dicta iura dicebat Cynus. in d. l. pactum
C. de colla. ſe habuiſſe de facto in quodam
ſcholari qui multum expendebat in ſtudio,
cui nouerca inſidiabatur ne ſibi daretur plꝰ
a patre: ſcholaris domum reuerſus dixit pa
tri, detis mihi tãtam pecuniã, ego ex nũc per
pactum nolo ſuccedere vobis, nouerca aſ-
ſenſit vt hæreditas eſſet pro filijs proprijs: fi
lius habuit pecuniam quam conſumpſit in
ſtudio, qui vult ſuccedere mortuo patre:
quia & Bald. ſingulariter in l. pactum ij. col.
C. de colla. dicit per d. l. ſi quando. §. illud
quod ſi filia tempore quo recepit dotem ha
buit ſe pro contenta de tota legitima ſua,
quam a patre ſperabat habere, quod ſi pater
deceſsiſſet teſtatus, & inſtituiſſet filiam in do
te quod ſi plus eſt in legitima quam in do-
te, non obſtante pacto, ſeu renunciatione
poteſt petere ſupplementum legitimæ per
quem



quem tex. dicit confundi opinio. Iaco. Butri.
contrarium tenentis, & ſic manet concluſio
quod quo ad grauamen quantitatis filio ap
poſitum in legitima: puta quia minus legiti
ma ei relictum eſt, nihil operatur conſenſus
filij nec pactum ab eo factum de non peten-
do legitimæ ſupplementum. vt in d. §. illud.
29 & in d. l. pactum. ¶Quod limita tribus mo-
dis. Primo niſi pactum, ſeu conſenſus poſtea
fieret cum hærede poſt mortem patris: nam
tunc ſi filius pacto facto cum hærede conſen
ſiſſet in teſtamento paterno, contemptus eo
quod ſibi relictum eſt: & promittens legiti-
mæ ſupplementum non petere, præiudicat
ſibi dictum pactum & conſentus. Caſus eſt
in d. l. §. illud ibi. *(¶Sed hoc ita admittimꝰ
niſi tranſactiones ad hęredes paternos filius
celebrauerit, in quibus apertiſsime iudiciũ
patris agnouerit.) ¶Secundo niſi dictum pa
ctum eſſet iuratum. Bald. in d. §. illud. & alij
Moderniores. probatur in c. quanuis pactũ
de pact. in vj. ¶Tertio niſi inter fratres eſſet
factum dictum pactum in vita patris, & ſic
ipſi conſenſiſſent in teſtamento paterno, vi-
gore dicti pacti & pater conſenſiſſet in dicto
pacto: & ſecundum illud diſponeret de bo-
nis ſuis in ſuo teſtamento, & ſic perſeueraſſet
in eadem volũtate vſque ad mortem: nam
tale pactum ſuper hereditate tertij, cum eiꝰ
cõſenſu in quo perſeueraſſet vſque ad mor-
tem, validum eſt. Caſus eſt ſingu. in l. fi. C. de
pact. de quo latius forte infra dicã: quia hoc
non affirmo in legitima: ſed remitto ad in-
fra dicenda. Et quia hæc eſt materia pacti de
non ſuccedendo nõ inſiſto, cum ſit propria
materia. d. c. quanuis pactum ſatis egregie di
latata per quendam Georgium illud c. repe
tentem. & hoc conſenſu expreſſo adhibito
circa grauamen quantitatis. ¶Secunda pars
circa aliud grauamen quod nõ reſpicit quã-
titatẽ legitimæ, quia integra filio relicta eſt
*h tamen eſt ſibi appoſitum * aliud onus, puta
relinquo filio legitimam in talibus locis &
bonis: & mando quod illa nõ poſſet aliena-
re, nec poſſent dicta bona vnquã diuidi, ſed
in eis ſuccedat filius ſuus maior natu & ſic
in perpetuum ad omnes deſcendentes: filius
cõſentit in dicto grauamine, & approbat te-
ſtamentum & dictum onus & conditionem
ſibi appoſitam, vtrum validetur & ſit firmũ
dictum grauamen, ſeu onus filio appoſitum
vigore dicti conſenſus & approbationis: vi
detur quod non obſtante dicto conſenſu: di
ctum grauamen ſit nullũ ipſo iure. ¶Primo

* *De cuius tex. intellectu vi. Frã. Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæreditate. 3. col.*

per iſtum text. & ſimiles qui indiſtincte lo-
quuntur: ponentes regulam vt quodcũque
onus filio appoſitum in legitima reijciatur:
& filio legitima debeatur pure tanquã ſi gra
uamen appoſitum non eſſet. ¶Secundo vr-
get nimis tex. in d. l. quãdo. §. illud. vbi ſi ap
ponatur filio grauamẽ in quãtitate, vt quia
minus legitima ſibi relictũ eſt: nam licet ex-
preſſe conſentiat in dicto grauamine, & quã
titate ſibi data ſit contentus, & approbet te
ſtamentũ, & promittat non querelare teſta-
mentũ, nec agere ad ſupplementũ: nihilomi
nus tali grauamine reiecto, poſt mortẽ patris
filius põt petere ſupplementũ ſuę legitimæ,
vnde põdero ibi tex. ꝙ per nullũ pactũ, nec
cõſenſum filij tolerat grauamẽ in legitimo
filio appoſitũ, imo cõſenſu & pacto nõ obſtã
te integrã legitimã cõſequitur. Sed ſi hoc eſt
in grauamine appoſito filio in quantitate le
gitimæ, idẽ & fortius dicendum in alio quo
cunqꝫ grauamine, onere, ſeu cõditione, filio
appoſito: cum hæc grauamina & onera. ſ. in
quãtitate, vel dilatione, ſeu conditione ęqui
parentur a l. quo ad ea reijcienda. l. ſcimus. §
1. iſto titu. ibi. (Siue ab initio minus fuerit de
relictum.) iũctis verbis infra poſitis ibi. (Ali
quod grauamen lex imponat in quantitate,
vel in tempore.) &c. ¶Tertia quia non poſſe
petere ſupplementũ legitimæ, eſt grauamẽ
quod filius in vita patris non poteſt cõſen-
tire nec approbare non ſolũ per conſenſum:
imo etiam ſi vltra hoc apponatur pactũ de
non agendo ad ſupplementum, vt eſt caſus
in d. §. illud. igitur ſic dicendũ eſt in alio gra
uamine cõditionis, vel dilationis, ſeu cuiuſ-
que alterius oneris: cum maius grauamen
poſſet filio apponi in illis, quã in quantitate
¶Quarto pondero rationes decidendi poſi- 30
tas ad dictum. §. illud. ſ. quare per pactũ nõ
poteſt tolli ius agendi ad ſupplementum le-
gitimæ, quæ videntur militare in queſtione
noſtra. Prima enim aſsignatur in litera in quã
tum tex. dicit. (meritis filios ad paterna ob-
ſequia magis prouocandos quam pactioni-
bus adſtringendos.) quæ ratio videtur infer
re ad quodcunque grauamen filio in legiti-
ma appoſitum, ſeu onus: vt illud non poſsit
firmari per conſenſum filij. ¶Secunda ratio
decidendi aſsignatur ibi per Bald. ſcilicet,
quia filio non debetur legitima, nec ſupple
mẽtũ legitimæ, viuo patre: quod apparet ſe
cundum eum ex illo tex. cum filius viuo pa-
tre nõ poſsit legitimæ renũciare: ſed ſi ei de-
beret bene valeret renũtiatio: cum quis poſ-
ſit iurã

ſit iuri de præſenti renunciare.l.1.C.de pact.
& licet iſta ratio.Bald.ad illum tex.non ad-
mittatur ex eo quia iuri de futuro bene po-
teſt renunciari;per pactum.l.1. & ibi glo.&
omnes.C.de pact.quod interuenit in d.§.il-
lud tamen & ſi vera ſit militat in propoſito:
quia ſi legitima in vita non debetur,& pro-
pter hoc ei non poteſt renunciare.ex hoc be
ne infertur quod nec etiam poterit ei præiu
dicare conſenſus per ipſum præſtitus in gra
uamine,ſeu alio onere, quod ſibi apponere-
tur in legitima; cum militet dicta ratio,ſcili
cet,quia tūc ſibi nihil debebatur.facit.l. qui
ſuperſtitis.ff.de acquiren.hæred.vbi nō no-
cet repudiatio facta de bonis viuētis.& Bar.
ibi dicit,quod ius ſuccedendi quod debetur
iure ſanguinis,nec expreſſe,nec tacite poteſt
renunciari.l.iura ſanguinis.& l.ius agnatio
nis.ff.de pact.l.nec nos.C.de cap.¶Tertia ra
tio fuit ſecundum glo. quia ibi fuit pactum
de futura ſucceſsione priuatiue,ſcilicet, nec
ſuccedatur,quod improbatum eſt. Sed etiā
hæc ratio facit ad propoſitum: nam ſi fatea
mur quod filius poſſet conſentire in vita pa
tris in grauamine,ſeu quocunque onere, in
legitima ſibi appoſito:ſatis cōcederetur per
indirectum pactum de non ſuccedendo. Ta-
lis enim cōditio,ſeu dilatio, vel onus poſſet
eſſe,per quod filius damnificaretur tantum,
quod ſua legitima in nihilū remaneret, vel
ſaltim ita diminuta,ſicut ſi minus in quanti
tate ei eſſet relictum. Itaq; ſecundum quanli
bet rationem decidendi poſitā in d.l.ſi quā-
do.facit ad deciſionem iſtius puncti.¶Quin
to pro hac parte facit;quia minus dicitur re
linqui filio,non ſolum quando relinquitur
ei minus in quantitate:ſed etiam dicitur mi
nus tempore & etiam reſpectu alterius one-
ris.vt in §.ſi minus.inſtitu.de actio. ſed cum
in d.§.illud prohibeatur pactum,ſeu cōſen-
ſus filij ad validandum grauamen appoſitū
in quantitate legitimæ: ergo idem erit quā
do integra legitima ſibi datur, ſed cum ali-
quo onere conditionis,vel dilationis : cum
etiam dicatur tūc relinqui ſibi minus legiti-
ma reſpectu oneris,vel conditionis.Nā mul
tæ conditiones poſſunt eſſe,per quas minua
tur legitima,puta conditio dandi per quam
directe minuitur.l.penu.C. ad legem Falci.
Item ſi apponatur aliqua conditio faciendi,
vel aliqua alia quę ſaperet dilationem.l.1.
§.ad diem.ff.de eden.de quo latius exempli
ficat.Imol.in l.fi.11.col. ff. de condi.inſtitu.
ideo Salice.in l.ſi quis filium.C.de inofſi.te-
ſtamen. arguit in multis de eo quod iura ſta
tuunt in grauamine quantitatis, & ſupple-
menti ad alia grauamina. Cum ergo ad re-
pellendū filium a legitimæ ſupplemento,ni
hil operetur conſenſus ergo idē in alijs gra
uaminibus,ſeu cōditionibus appoſitis in le-
gitima,Propter hoc Bal. ſingulariter in d.l.
ſi quando.§.& generaliter dicit,quod cōſen-
ſus inter patrē viuentē & filium:nihil opera
tur in filij excluſione a debito bonorum ſub
ſidio.vt in d.§.illud & §.generaliter. *¶Ad 31
partem contrariam facit glo.ſingula. in l.ſi
quando.§.& generaliter.C.de inoffic. teſta-
men.in parte iudiciū, quæ tenet quod ſi pa-
ter exhæredat filium, & ipſe filius conſentit
in ipſa exhæredatione dicēs patri ſuo quod
non vult inſtitui, quod valet exhæredatio,
& filius excluditur a querela : quia non pōt
dici teſtamentum inofficioſum & cōtra pie-
tatem:quam noluit filius, vt ſibi ſeruaretur
& quia volenti non fit iniuria. C.de trāſact.
l.cū donationis.nec inuito confertur benefi
ciū.de regu.iuris.l.inuito.& quia multa pro
hibita tolerantur voluntate partium.ff.de
ferijs.l.j.de pactis.l.pactum.hæc fuerūt mo-
tiua Accurſij.fortior caſus videtur iſte.vbi
per conſenſum poteſt filius ſe excludere a to
ta legitima,quāto magis cōſenſu grauamen
validabitur & firmum manebit. ¶Et quia
hoc argumentum ſumptum ex d.glo. vide-
tur ſatis pungere:ideo decreui inquirere ve
ritatem illius gloſæ. ſuper quā Doctor. non
ſunt vnanimes.nam Bal.ibi illam reprobat
dicens , quod non eſt ſufficiens cauſa filium
exhęredandi, voluntas, * ſeu cōſenſus filij in
exhęredatione interueniens.puta exhæredo
te quia vis,mouetur per fundamētum ſatis
vrgens,ſcilicet,quia conſenſus inter patrem
viuentem & filium,nihil operatur in filij ex-
cluſione a debito bonorum ſubſidio , vt in
d.§.& generaliter:ideo cōcludit quod per ta
lem conſenſum , teſtamentum non firmatur *f
nec etiā excluditur filius a querela,nec a de-
bito bonorum ſubſidio : virtute teſtamenti
in quo filius de eius conſenſu fuit exhæreda
tus.Mouetur etiam quia vbi nō eſt cauſa ibi
non eſt ſolennitas: & quādo ius diſponit de
certa ſolennitate ſeruanda in actibus homi-
num,non poteſt illi iuri derogari per pactū
ff. de lega. 1. l. nemo poteſt. facit. l.ſi filius
qui poteſtate.ff.de teſtamen. ¶Nec obſtat
ſecundum eum.l. non putauit. §. ſi quis ſua
manu.ff.de contra tabu.vbi tex. dicit quod
nocet ei exhęredatio, quia ſua manu exhęre
dem

*Poſt Alex. addę Iaſo. in authen. nō licet.C. de libe. præteritis. col. fin 2 limitatione & Guiltel. benedicti in ę petitiōe ca. Raynūtius. de teſta. in verbo ineo dem teſtamento reliqueris & 2.nu.18. verſi.ſecūdus caſus. vide Phili. Decium in lege nemo fraudari cui detur.ff.de reg.iur. & vide.ſ.6.titulo.8.parti.6.*



dem ſe ſcripſerit. Nam reſpondet illud eſſe
verū , q; ei nocet quo ad petendū bonorum
poſſeſsionē contra tabulas, quæ non datur
niſi præterito tantum,non tamen dicit q; fi-
lius remoueatur a querela,vel a debito bo-
norū ſubſidio:quāquā glo.ibi aliud ſentiat,
quæ loquitur ſine fundamento.Hāc opinio
nē.Bald.ſentit glo.licet non multū clare in
l.ſi quis poſthumos.verſi.ſed ſi moriente.ff.
de libe.& poſthu. idē reperio tenere Salice-
tū in auct.non licet in fine.C. de libe.præte.
& reſpondet aliter ad dictū.§.ſi quis ſua ma
nu.ſ.q; dictus.§.ſit hodie correctus;per dictā
auct.non licet.cum nulla cauſa ex hæredādi
eſt hodie approbata: præter quindecim ibi
numeratas. ¶Sed opinio. Accur.ſecuti ſunt
alij multi ſcribētes maximæ autoritatis: in-
32 ter quos eſt Bar.in d. §. & generaliter & ibi
Sali.Imol.in l.ſi quis poſthumos.ff. de libe.
& poſthu.& in l.filio præterito.col.50.ff.de
iniuſ.teſta.Guiller.& Alex. in d.auct.non li
cet.C.de filijs prętę.2.col.idē Cinus.Rapha.
Fulgo.Pau.& alij moderniores in d. §.& ge
neraliter. Alexā.in.§.ſi quis filium.l. ſi quis
poſthumū.ad finem.ff.de lib.& poſth.com-
munior eſt opinio , quā reperio ſequi Cinū
in l.ſi pater in fine.C.de inſtit.& ſubſtit. ſub
condi.fac.& idē Bal.ibi cōtrarius in l.ſi pa-
ter.5.col.in 10.oppoſitione de inſti.ſub cōt.
fa.& Ang.in d.l.ſi quis poſthumos. ¶Mouē
tur iſti iuſtis fundamentis,Primo ex regula
generali tradita in l.cū donationis.C.de trāſ
actioni. vbi dicit Imperator. ( Iniuriam nec
dolum inferri volenti.)¶Secundo,per text.
ſingu.in d.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.
vbi ait Conſultus,q; ſi quis ſua manu exhæ
redē ſcripſerit nocet ei exhæredatio. & glo.
ibi. dicit talē repelli non ſolum a petenda
bonorum poſſeſsione contra tabulas:ſed e-
tiam a querela inofſi.teſta. ¶Tertio ſumunt
grande argumentum ex æquitate & diſpoſi
tione.l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſta. vbi
etiam ſi teſtamentum in quo filius eſt præte
ritus ſit nullum tamen ſi ipſe filius mortuo
patre approbat teſtamentū reconualeſcit te
ſtamentū.¶Et dicebat Ioā.de Imol.in d.l. fi-
lio.quinquageſima ſecūda.col. q; ex eadem
æquitate,ex qua approbatur teſtamentum
approbatione filij,ex eadem approbabitur
etiam quando filius eſſet exhæredatus cum
eius conſenſu cū vtrobiq; rigor iuris reſiſtit
l.inter cętera.ff.de lib.& poſthu & vtrobiq;
ſubeſt eadē æquitas: cum fauore filij illa ſo-
lennitas inſtituendi vel exhæredandi eſt in
troducta , poterit per conſequens filius ſuo
fauori renunciare. nec reperitur ſecundum
eum hanc æquitatem poſſe melius fundari
ex aliqua.l,quā ex d.l.filio. ¶Maxime hoc
argumentum fortificatur tenēdo illam opi
nionē ſingularem,quam tenet Bal.in l.filio.
fi.col.& Ang.& poſt eū Alexā. in d.§.ſi quis
filiū.affirmantes,q; non ſolū recōualeſcit te-
ſtamentum ſi mortuo patre filius approbet
teſtamentum in quo eſt prętęritus:verū etiā
ſi illud approbaret,& in eo cōſentiret, viuo
patre conualidabitur teſtamentum.Dicunt
eſſe caſum in d. l. ſi quando. ſecundū vnam
lecturam,& idem tenuit Bal.in l. poſthumo
2.col.C.de bo.poſſe.contra tabu. dicens,q;
ſi filius præteritus ab initio approbaſſet te-
ſtamentū, validaretur teſtamentum per l.ſi.
cut.§.ſi venditor.ff.qui.mo.pign. vel hipo.
ſolui.& per d.l.ſi quādo. hoc idē tenet Pau.
de Ca.in d.l.filio prętęrito.penu. col.& alle
gat ad hoc.d.glo.l.ſi quando.§.& generali-
ter. ¶Nec obſtat huic opinioni text.in d. §.
cauſas quę tenentes contrāriū allegant pro
fundamento , vbi enumerantur cauſæ pro-
pter quas filius poteſt exhæredari , & vltra
illas nulla alia permittitur.nam ille tex.lo-
quitur vbi filius exhæredaretur inuitus: ſe-
cus ſi volens , nā tunc ſufficiens cauſa illum
exhæredandi eſt,quia hoc ipſe voluit & con
ſenſit.In vno tamen etiam hanc opinionem
tenentes diuerſificant: quia Bar.in d.l.ſi qn̄.
dixit eſſe neceſſarium, q; in dicta exhæreda-
tione inſeratur cauſa : puta exhæredo filiū
meum:quia hoc ipſe voluit & conſenſit.Idē
ibi Rapha.& Pau.contrarium tenuit Salic.
in d.l.ſi quando. quem ſequitur Imol.in d.
l.filio præterito.Alexā.in d.auct. non licet.
quos ſequitur quidam mediolanenſis mo-
dernior.in d.§.& generaliter.quorū opinio
videtur verior per dict.§.ſi quis ſua manu.
qui tex.non reperitur correctus.nec poteſt
trahi argumentū de d. §. cauſas.requirente
expreſſam cauſam in exhæredatione ; quia
loquitur vbi filius exhęredatur inuitē non
ſi volens.vt in alio articulo reſpondet ipſe
met Bart in d.l.ſi quādo.¶Vides ergo quo 33
modo ſcribentium fere omnium ſententia
affirmat opinionem gl.excepto Bal.¶Mihi *g
* autē ſemper dura viſa eſt hęc opinio glo.
& ſequacium,contra quā nimis vrget text.
in d.l.ſi quando.§.illud. nam ſi tu concedis
vt ipſi fatentur , q; filius poteſt cōſentire in
ipſo actu teſtandi ſe exhæredari ; & per hoc
efficitur valida exhæredatio aperte venis

contra.d.§.ſi quādo. & eius mentē: nam ex
quo per dictū conſenſum in exhæredatione
adhibitum: filius priuatur legitima,& ſuc-
ceſsione paterna. per hāc viam indirectam
admittitur pactum de non ſuccedendo,&
ad illud deuenitur: ſed l.non eſt verbis im-
poſita ſed effectui. Si ergo idem effectus ſe-
quitur quando filius conſentit ſe exhęreda
ri,ſicut ſi pactus eſſet de non ſuccedēdo, ſeu
de non agendo querela: cū vtroq; caſu legi
tima & paterna ſucceſsione priuetur: ergo
quemadmodū prohibetur pactū de nō ſuc-
cedendo,ſeu de non agēdo querela: eodem
modo prohibeatur conſenſus in exhæreda
tione pręſtitus. maxime cū per talem cōſen
ſum inducatur legitimę renuntiatio: vnde
ꝙ vna via lex prohibuit alia diuerſificando
in verbis eſſet conceſſum. q̄d non eſt faten-
dū viro ſani & æqui intellectus nec recta in
tētio hoc admittit, quia data cautela in ver
bis, aperiretur via ad validāda pacta de nō
ſuccedendo,puta inducendo filiū vt in ipſo
actu teſtandi conſentiret in exhæredatione
a patre fienda contra d.l.ſi quando. & l.pa-
ctū cum alijs.C.de colla. ¶Itē quia in pacto
ineſt conſenſus,alias nō eſſet pactū, ſed cum
pactum de non agendo querela prohibitū
eſt: vt in d.l.ſi quando.§.illud ergo.eodem
modo cōſenſus in exhæredatione pręſtitus.
¶Non credas me inuentorem huius cōſide
rationis: nam profecto argumentū fortiſsi
mū hoc aliquibus antiquis viſum eſt, quia
reperies Cynum de piſ.in d.§.& generaliter
qui poſtquam fuit ſecutus opinionē glo.di
cit q̄d nihilominus remanet ſibi quidā pru
ritus,quaſi vellet dicere ſe nō manere ſecu-
rū ſine remorſu cōſcientię & intellectus pro
pter caſum dictę.l.ſi quando.vbi non nocet
filio conſenſus aliquis ad eum excludēdum
a ſupplemento legitimę.qua ꝓpter coactus
hoc argumento reſpondet hoc modo ad l.
ſi quando,ſcilicet,q̄d filius non pōt pacto a-
ſtringi.& ſic loquitur.d.l.ſi quādo.ſed abſq;
pacto ſic.& ita debet intelligi deciſio glo.lo
quitur obſcure,ſed in effectu vult ꝙ per pa
ctū non pōt ſibi filius præiudicare in legiti-
ma.ſed abſq; pacto: ſic credo ꝙ mens ſua tē
dit ad hoc licet non bene ſe declaret: quod
vbi filius paſciſcitur cum patre de non agē
do querela: ſeu de non petendo ſupplemen
tū legitimę contētus ſibi a patre datis: filius
tunc quodāmodo aſtringitur vigore pacti
ad renunciandū legitimę: q̄d eſt contra d.l.
ſi quādo. ſed vbi nō aſtrictus aliquo pacto,
ipſe ex libera voluntate conſentit ſe exhæ-
redari: non videtur ſic aſtrictus pacto pater
no: imo magis conſtat de ſua libera volun-
tate. ¶Hęc reſponſio non ſetisfacit in totum
nam in caſu in quo loquitur.d.l.ſi quando.
Doct.non faciunt differentiā hanc, vtrum
pactum de non ſuccedendo ſit inualidum in
terpoſitum per modum pacti.& validū per
modum ſimplicis conſenſus per filium adhi
biti.vt vult Cynus.nam ſi hæc ſolutio eſſet
vera,deberemus fateri q̄d in caſu.d.l.ſi quā
do.§.illud.ſi non eſſet pactum de non ſucce-
dendo,ſed ſolius filij conſenſus pręiudicare
tur ſibi in ſupplemento legitimæ: & per cō
ſequens quod.d.l.non concedit in pacto in
quo ineſt conſenſus, concederet in ſolo con
ſenſu: nam ſi tu admittis ꝙ ſi tempore quo
pater volebat facere teſtamētum filius ipſe
conſentit ſe exhæredari valeat exhęredatio
quare non admittis ꝙ valeat ſi conſentiat
q̄d non relinquantur ſibi niſi centum, & in
reſiduo renuntiet legitimæ ſupplemento?
Quapropter videtur durum ponere diffe-
rentiam,ſeu vim,circa intellectū.d.l.ſi quan
do.vtrum filius excludatur a ſucceſsione pa
terna per modum pacti de non ſuccedēdo:
vel per ſimplicem conſenſum: & ſic vtrum
fiat per modum conſenſus vel pacti, renun-
ciatio ſupplementi legitimę: cum ex vtroq;
induci poſſet obligatio: & ita ſemper vide
tur militare argu.d.l.ſi quando. ¶Ioan.de
Imol. etiam ſenſit hanc difficultatē in l.filio
præterito.colū.1. & ſoluit quaſi vt Cynus,
ſed addit plus: dicit enim reſpondendo ad
d.l.ſi quando.ꝙ aliud eſt quærere an per pa
ctū poſsit ſibi filius pręiudicare ad excluſio
nē querelæ & non poteſt: & ſic loquitur d.
l.ſi quando.aliud eſt ab ipſo initio conſenti
re in exhæredatione,& ſic impedire natiui-
tatē querelæ & hoc facilius fit.vt d.§.ſi quis
ſua manu.& nimirum quia facilius impedi
tur fiendū quam tollatur iam factū.l.patre
furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel ali.iu.&
ita in effectu reſidet cum ſolutio. Cyni. niſi
quia declarat ſe plus,ſcilicet, quia cōſenſus
interuenit ab initio antequā exhæredatio
facta eſſet: & ſic antequam eſſet nata querela
ſed hæc reſponſio videtur eodem morbo la
borare: nam per hāc rationē ſi per pactum
impediret natiuitas querelę valeret pactū
ad excluſionē querelę: & per hanc viā tole
raretur pactū de non ſuccedendo q̄d eſt fal-
ſum & aperte cōtra.d.§. illud. & ſic ad frau
dandū diſpoſitionē.d.l. ſi quādo,filius ante





quam eſſet conditū teſtamentum, paciſcire
tur de nō agendo querela nec ad ſupplemē
tum: q̄d non eſt fatendū ideo forte ipſe Ioā.
de Imol.in d.l.filio.eadē col. ſentiēs aperte
hoc inconueniens & volēs illud euitare: in
cidit in aliud maius.dicit enim poſſe reſpon
deri ad d.l. ſi quando. vt obtineat quando
illud pactū de quo ibi, fieret poſt conditum
teſtamentū: quia tunc eſſet improbatū.arg.
d.§.ſi quis ſua manu. Mirabile profecto ver
bū & verū per q̄d nouam habebis limitatio
nē ad d.l.ſi quādo, & ad omnia alia iura im
probantia pactū de non ſuccedendo,vt pro
cedant qñ tale pactum appoſitum eſſet poſt
teſtamentū: ſecus ſi ante.quod ego non cre-
derē ſuſtentabile, imo aperte videtur dictū,
contra d.l.pactū.C.de colla. & contra d.l.ſi
quando.& alia iura pactū de non ſuccedēdo
improbātia: maxime quia ratio quare illud
pactū reprobatum eſt,ita militat ſi fiat ante
teſtamentū,ſicut ſi poſt teſtamentum: nihilo
minus tene menti.d.limitationem Imolę tā
quam nouā & mirabilē & a nullo quē vide-
rim ponderatam: ad l.pactum & ad l.ſi quā
do. §. illud. quia auctoritas mea debilis eſt
contra virū tantæ auctoritatis,maxime ſi iu
dex de cauſa cognoſcēs non ſit alter Scotus.
36 Aliam reſponſionē dat ibi Imo.& loquitur
ſubtilius,licet quaſi incidat in proximā. di-
cit.n.ꝙ licet ante teſtamentū fiat pactum de
non agendo querela: tū tunc non agit filius
impedire natiuitatem querelę: ſed eius exer
citium,ſi contingat eā naſci. ideo illud fieri
non poteſt per pactum: ſecus quādo ab ipſo
initio cōſenſit exhęredari quia tunc agit im
pedire ipſius natiuitatem.l.cum donationis
C.de tranſactio. hoc idem ſentit ipſe Imola
in d.l.filio.52.col.nimis laborans,& fatigās
ingenium, vt rectā inueniat reſponſionē ad
d.l.ſi quando.dicit. n. quod licet non poſsit
filius facere pactū de non ſuccedendo vt d.l.
pactum.& d. l. ſi quando. illud videtur eſſe
verū: quando per pactū filius vult ſe aſtrin
gere ad non ſuccedendum: & ſic tollere ius
ſucceſsionis etiam ſi contingat ſibi queri,ſe-
cus quando ab ipſo initio impeditur natiui
tas iuris ſibi alias querendi: ſumit argumē-
tum ex d.§.ſi quis ſua manu.dicit ſic debere
intelligi gl.in d.§.& generaliter.& hoc mo
do reſpondet etiā. ad d.l inter cætera.ff. de
libe.& poſthu.ſ.quia loquitur de rigore, &
quando a principio filius non conſenſit pręę
teriri ſecus quando a principio conſenſiſſet
pręteriri,quia tūc ſaltē de æquitate videtur
valere argu.d.§.ſi quis ſua manu & d.l.filio.
¶Stat igitur iſtius Docto. concluſio aliud
eſſe,quando a principio in ipſo actu teſtādi
filia conſentit exhęredari, & hoc validū ſit
ſ.conſenſus: & per conſequens exhæredatio
illius virtute facta: & ſic obtineat glo. in d.
§.& generaliter.& tex.in d.§.ſi quis ſua ma
nu.aliud eſt quando ante vel poſt cōditum
teſtamentum per pactū aſtringitur ad non
ſuccedendum: & hoc non poſſet fieri. & ſic
Imola ſatis dubius & fluctuatus incedit, e-
uadere poſſet argumentū.d.l.ſi quādo. & re
vera non immerito hoc fecit: cum forte cō-
trarium ſit. ¶Sed nec mihi hæc ratio ſeu re-
ſponſio ſua cōcludit in effectu: in verbis.n.
eſt aliqua,ſed in effectu q̊ ad legiſlatoris in-
tentionē nihil ponit in eſſe: nec poſſum vi-
dere quid importet effectualiter. Nā certū
eſt q̄d in exercitio querelę conſiſtit effectus
ad hæreditatē, & legitimam conſequendā.
Si ergo illud non poteſt per pactū impediri:
ergo minus poteſt natiuitas eius per conſen
ſum in exhęredatione adhibitum,ſaltem in
effectu quo ad legitimā conſequendam: ma
xime quia hoc conceſſo: ſequeretur inconuē
niens ante dictū.ſ.quod ſi filius conſenſiſſet
in ipſo actu teſtandi: dato quod minus legi
tima ſibi relinqueretur, præiudicaretur ſibi
ita ꝙ non poſſet legitimę ſupplementū pete
re, quia ſi pōt ſe excludere a tota legitima:
ergo ab eius parte. l. quæ de tota. ff. de rei
vendi.q̄d eſt aperte contra.d.§. illud. vnde
quia iſtę reſponſiones non in totum ſatisfa-
ciunt opinio.gl.nō eſt ſine ſcrupulo. ¶Ego 37
do aliam reſponſionē per quam videtur mi
hi eſſe reſponſum ad d.l.ſi quando.& per cō
ſequens verificatā eſſe opinionem glo.nam
in veritate glo. illa recte ponderata potuit
habere rectum ſenſum & eius opinio poteſt
ſic ſaluari. ſ.quia voluntas patris erat inſti-
tuere filium ſuum: nō eum aſtringere pacto
aliquo ad eum excludēdum ab hæreditate.
filius autem renuit,neq; inſtitui voluit: & ſic
ſolūmodo a principio interuenit voluntas
filij nolentis inſtitui,& voluntas patris in cō
trariū.ſ.volētis filium ſuum inſtituere: & ſic
fuit filius exhæredatus voluntate ſua: nam
iſto caſu obtineat glo.& tex.in d.§.ſi quis.&
nimirū quia hoc caſu omnimodo ceſſat ra-
tio & diſpoſitio.d.l.ſi quādo in §.illud,quæ
voluit vt filius nullo modo poſsit per pa-
ctū aſtringi a patre: vt excludatur a legiti-
ma.& eius ſupplemento, nā vbi concurrit
voluntas patris illū priuandi legitima per

pactum: & adhoc accedit filij conſenſus: mi
litat ratio poſita in d.l.ſi quãdo.ſ. (filios me
ritis prouocãdos magis quam pactionibus
aſtringendos.) Sed quando voluntas patris
erat clara ad filium inſtituendũ: & volens il
lã ponere in effectu filiũ ſuum volebat inſti
tuere: & ip ſe noluit, ceſſat omnino ratio po
ſita in d.l.ſi quando. nec eſt quid patri impu
38 tari poſsit. ¶Concludo ergo q̃d vbicunq; a
principio non concurrit volũtas, nec inten-
tio patris, priuandi filium legitima, vel eius
parte. imo in contrarium, puta, eum inſtitue
re volendo, tunc ſi filius renuit ac noluit in-
ſtitui, bene credo q̃d tunc ſit vera gl. nec ali
quo modo obſtet. d. l. ſi quando. §. illud. cũ
omnino ceſſet eius ratio decidendi. & ita lo-
quutus fuit Accur. ſi bene eum ponderas in
d. §. & generaliter. & ita poſuit thema quæ-
ſtionis, ſed vbi pater volebat filium exclu-
dere legitima ſua vel eius ſupplemento: &
ſic eũ aſtringere ad plus non petendum, vel
ſuccedendum, videtur ꝙ tunc militet diſpo
ſitio. d. l. ſi quando. vnde non ſit admittenda
differentia, q̃d hoc fieret per modũ pacti vel
per modum ſimplicis conſenſus filij: qui cõ
ſenſus interueniret in ipſo actu teſtandi vel
poſt. & hoc tene menti, quia ad illud non ad
uerterunt ſcribentes, ſed conſidera verba
Accur quia ſic loquitur. ¶Tenendo igitur
opinionem glo. prout illam tenuit Bart. &
ſequaces, ſeu eam tenendo & intelligendo
melius, prout ego nunc dixi, pone regulam
ꝙ ſi filius nollet inſtitui. ſed conſenſit ſe exhę
redari, q̃d excluditur a querela vigore talis
conſenſus. glo. eſt in d. §. & generaliter text.
in d. §. ſi quis ſua manu. ¶Quem limita tri-
39 bus modis. Primo, ſi iſte conſenſus filij inter
ueniſſet in ipſo actu teſtandi: ſecus ſi poſt te
ſtamentum a patre conditũ in q̊ filiũ exhæ-
*h redaſſet. * quia tunc cũ a principio teſtamẽ-
tum fuit nullũ, non põt conualidari. Imo in
d. l. filio præterito. 5. col. & 52. & idem tenet
in d. §. ſi quis filium. & licet Imo. nullum al-
leget, ego reperi Bal. hoc tenentem in l. ſi pa
ter. in. 5. col. in. 10. oppoſitione. C. de inſti. &
ſubſti. ſub condi. fac. & hoc modo debet in-
telligi glo. ſingu. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi
filiũ. in ver. ꝙ ſi morientẽ. ff. de libe. & poſt-
hu. quæ videtur in terminis contraria gl. d.
§. & generaliter. & eſt glo. in parte moriente
vbi expreſſe tenet gl. q̃d filius exhæredatus
viuo patre nec etiã poſt ante aditam hęredi
tatẽ non poteſt renũciare querelæ inofficio-
ſi teſtamenti. cum ante nõ dicatur nata dicta
querela idẽ tenet gl. & Doct. in l. ſi quis filiũ
C. de inoffi. teſta. quia illę glo. debent intelli
gi, vbi renunciatio fieret poſt exhęredatio-
nẽ ſed ſi ab initio filius conſenſiſſet ſe exhęre
dari: bene impeditur natiuitas querelæ, &
valet tunc exhæredatio vigore conſenſus.
per d. §. ſi quis. & ſic pro d. limitatione Imo.
commendat dictas duas glo. ¶Idem reperio
tenuiſſe Ange. in d. §. ſi quis filiũ. dicit enim
ꝙ vbi renunciatio querelæ fieret poſt teſta-
mentũ nihil valeret, ſiue fieret in iudicio, ſi-
ue per modũ renuntiationis, ſiue per viam
pacti, cum dicatur tunc paſciſci ſuper futura
ſucceſsione: q̃d eſt improbatũ. vt d. l. pactũ.
Vnde volunt iſti in hac limitatione, q̃d quã
do querela erat ſaltẽ in potentia, vt quia te
ſtamentũ erat iam conditum, tunc nihil ope
retur conſenſus filij ſeu renũciatio querelæ:
ſic loquitur glo. in d. §. q̃d ſi moriente. ſecus
ſi teſtamentũ non eſſet conditum, & ſic non
erat nata querela, ſed filius in actu teſtandi
conſenſit ſe exhęredari: & tũc valeat exhęre
datio, & filius excludatur vigore conſenſus
quia tunc ille cõſenſus non tendit directo ſu
per futura ſucceſsione: ſed ad eſſentiã rei &
eius robur. & ita verificetur. glo. d. l. ſi qñ. §.
& generaliter. Sed hæc limitatio non caret
ſcrupulo: propter ea, quæ dixi ſuperius. ſ.
quia idẽ effectus importatur vtrobiq;: cõtra
mentem. d. l. ſi quando. §. illud. & etiam ſi te
neas opinionẽ ſuperiorem, ex alio videtur
confundi hæc differentia, imo q̊d valeat cõ-
ſenſus & renuntiatio querelæ etiã poſt con-
ditũ teſtamentũ: cum teſtamentum in quo
filius eſt pręteritus reconualeſcit, ſi filius nõ
ſolum poſt mortẽ patris: ſed etiã ſi viuo pa
tre filius approbet teſtamentũ, vt nunc pro
xime dixi, & adhuc quidam modernior me
diolanen. in d. §. & generaliter. dicit ſe pon-
deraſſe ſubtiliter contra d. limitationẽ Ioã.
de Imo. concluſionem Cini. in l. ſi pater. ſi.
quæſt. C. de inſti. vbi dicit, q̊d ſi filius ſit in-
ſtitutus ſub cõditione poteſtatiua & in eius
defectum eſſet exhæredatus: ꝙ in tali exhæ
redatione non requiritur expreſsio cauſæ,
quia dicitur filius volens exhæredari, ex q̊
non implet cõditionẽ quam de facili poteſt
implere. ecce q̊d voluntas filij non interue-
nit a principio, ſed ex poſtfacto. & tamẽ va
let exhæredatio. Sed ſi ponderas verba Ci-
ni, loquitur quando filius approbauit poſt
mortem patris, quę probatio indiſtincte va
let. vt eſt caſus in d. §. illud. quæſtio noſtra
quando in vita: ſed poſt conditum teſtamẽ
tum.



tum. ideo hoc nõ obſtat, licet dictus moder-
40 nior non ſentiat hoc. ¶Secũdo limita. d. gl.
qñ conſenſus eſſet ſpõtaneus, & deliberatus,
alias nõ præiudicaret filio. Imol. in d. l. filio
præterito. 1. 2. col. per ea quæ notant doc. in
41 d. l. ſi quã. ¶Tertio limita. d. glo. obtinere q̃
p ſolũ conſenſum ſuũ filius permiſiſſet ſe ex
*i hæredari: ſecus ſi per pactũ factũ * cũ patre
ante vel poſt conditũ teſtamentũ ſe aſtringe
ret filius ad non ſuccedendũ ita elegãter Io.
de Imo. in d. l. filio pręterito. 52. col. in verſ.
ſed certe iſtud non ſequitur ex prædictis. in
hoc ſatis ſentit illã opinionẽ quã ego ſupra
tenui circa intellectum gl. in d. l. ſi quando.
42 ¶Quarto limita, niſi in tali exhæredatione
facta de conſenſu filij nõ eſſet * expreſſa cau-
*k ſa ſecundũ Bart. in d. l. ſi qñ: licet alij contra.
quos ante retuli. cũ his ergo conditionibus
ſume ar. ex d. gl. ad deciſionẽ noſtrę quęſtio
nis: quia ſi filius per conſenſum in exhęreda
tione adhibitũ approbat exhæredationẽ, &
per talẽ conſenſum excluditur a querela a
fortiori poteſt per cõſenſum approbari gra
uamen ſibi appoſitũ in legitima; ſed quia d.
glo. patitur tãtas limitationes vt vidiſti: ra-
ro deueniet caſus, vbi tot conditiones con-
43 currerent. Et nunquid erit idẽ * vbi filius ab
initio conſenſiſſet ſe præteriri, ex hoc valida
retur teſtamentũ: Ludo. Ro. in l. poſthumo.
C. de bo. poſſ. con. ta. & poſt eũ Alex. q̃d ſic:
cũ volenti non fiat iniuria: vt l. cũ donatio-
nis. C. de tranſ. allegant etiã. d. §. ſi quis ſua
manu. Ang. late & ſingulariter in l. qui ſe pa
tris. C. vnde li. in repetitio. 11. & 12. col. di-
cit q̃d repetẽdo publice. l. filio præterito. ſu
ſtinuit hanc concluſionẽ, q̃d teſtamentũ va-
lidaretur tunc de iure ciuili. etiã inducit. ca.
quãuis pactũ. de pactis. in 6. & alia latiꝰ quę
vide. Idẽ Ang. & Alex. in l. ſi quis poſtumos
§. 1. ff. de li & poſthu. & per dictum. §. ſiquis
ſua manu. & dicũt eſſe eandẽ rationẽ in præ
teritis ſicut in exhęredatis. Et ad hãc opinio
nẽ iuuat opinio poſita a Bal. in l. filio præte-
rito. & in alijs locis; vbi expreſſe tenet q̃d. d.
l. filio pręterito obtinet etiam vbi filius ap-
probaſſet teſtamentũ viuo patre; licet Imo.
in d. l. ſi quis poſthumos & quidam moder-
nior quẽ vide in d. l. poſthu. conantur defen
dere contrariũ, imo quod d. §. ſiquis ſua ma
nu. non habeat locũ vbi filius cõſenſiſſet ſe
pręteriri cum teſtamentũ peccet in forma &
ſolẽnitate. primã opinionem ſequitur Pau.
in d. l. filio pręterito. & hoc de primo funda
mento. ¶Probatur ſecundo. d. cõcluſio. ſ. q̊d

*Adde ſecũ. Guiliel. benedictũ in repetitione. ca. Raynuntius de teſta. verbo in eodẽ teſta. relinquens el primo. nu. 84 verſi. ſeptimo limitabis.

valet grauamẽ appoſitum filio in legitima
ſi ipſe conſentiat ex d. l. filio præterito. vbi
eſt caſus, quod ſi filius approbat teſtamentũ
in quo eſt pręteritus, quod recõualeſcit teſta
mentum. Sed ſi ſic eſt in caſu tã pręiudiciali
vbi nihil filio eſt relictũ a fortiori vbi eſt ſi-
bi relictum, licet cum grauamine. Sed poſſes
dicere q̃d illa l. loquitur qñ filius poſt mor
tẽ patris approbaſſet teſtamentum. Nos lo-
quimur in conſenſu adhibito in vita patris.
¶Ad hoc reſpondeo ex quadã eleganti ex-
tenſione data ad illum tex. per Bal. in d. l. fi-
lio vbi dicit. quod illa. l. habet locum, etiam
ſi viuo patre filius approbaſſet teſtamẽtum
paternũ in quo fuit præteritus. Nam ſecun-
dum eum validabitur teſtamẽtum. Ita dicit
ipſe ibi. ſi. col. eſt caſus ſecundum vnã lectu-
ram in d. l. ſi quando. §. ſi. quẽ ad hoc extol-
lit Bal. idẽ Alex. poſt Ang. in d. l. ſiquis poſt
humos Bal. in l. 2. de bo. po. cont. tabu. licet
Imol. contra in d. l. filio. Et hãc concluſionẽ
reperio etiã firmaſſe Pau de Caſt. in d. l. filio
pręterito. pe. col. vbi dicit: quod ſi filius in
vita patris conſentiret a principio tempore
quo fit teſtamentũ, quod nihil ſibi relinqua
tur valeret teſtamentũ etiã de iure ciuili. Ad
hoc allegat glo. d. l. ſi qñ quod dicit notãdũ
quia frequenter contingit, quod puellæ qñ
maritantur renunciant cũ iuramento bonis
paternis quæ renunciatio valet hodie, vt in
c. quãuis pactũ de pact. lib. 6. & ſi conſentiũt
ꝙ eis relinquatur vnũ valebit tũc teſtamẽ-
tũ de iure ciuili licet prętereatur. Hęc Paul.
quod notat. Idẽ tenet Bal. in d. l. filio. pe. col.
vbi dicit ꝙ d. concluſio. ſ. ꝙ filius in vita pa
tris poteſt approbare teſtamentũ in quo eſt
pręteritus: eſt vtilis ꝓpter filias quæ patre
viuente renunciant hæreditati paternæ cũ
iuramento, vt ratione pręteritionis teſtamẽ
tũ non ſit nullũ ſi pater illas prætereat. Sed
hoc non eſt ſine ſcrupulo attenta opinione
illorum qui tenent, q̃d licet filius poſſet cõ-
ſentire ſe exhęredari. vt in l. non putauit in
§. ſi quis ſua manu. ff. de bo. po. ſcd̃m tab. &
glo. in l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. tñ non
valebit teſtamentũ etiã ſi conſentiat ſe præ
teriri cũ teſtamentũ peccet in forma, de qua
dixi ſupra in hac ampliatione circa exami-
nationem glo. d. l. ſi quando. Si ergo conua
lidatur teſtamentũ paternum per cõſenſum
filij præteriti patre viuẽte interpoſitũ in ca-
ſu tã præiudiciali, vbi filius omnino eſt pre-
teritus. ita quod ſibi nihil eſt relictũ; a for-
tiori erit in caſu quo approbat grauamẽ ſi-

bi appoſitum in legitima;vbi de minori prę
iudicio agitur maxime vtpoſuit thema quę
ſtionis de grauamine maioriæ vbi paruum
vel nullũ eſt grauamen filij cui relinquitur.
imo multotiẽs vertitur in eius cõmodum&
45 domus conſeruationẽ. ¶Tertio facit cõclu-
ſio ſingularis poſita per Bal.in l.ſi patre. C.
de inſti.& ſub.ſub.con.fa.5.col. 10. oppoſi-
tione. vbi mouet quæſtionẽ, Pater inſtituit
vnũ filium ſuum in octo vncijs ſi iuerit ad
ſepulchrũ vltra mare pro anima ſua: Aliũ
filiũ inſtituit in reſiduo. Vertitur nunc quę-
ſtio inter filios;quia primus vadit ad ſepul
chrũ, & ſic vult implere conditionẽ vt ha-
beat dictas octo vncias ſibi relictas ſub di-
cta conditione;alius filius hoc contradicit,
dicẽs q̄ teſtamentũ fuit nullum ex eo quia
dictus frater ſuus fuit inſtitutus ſub cõditio-
ne caſuali vel mixta quo caſu nullum eſt te-
ſtamentum niſi in defectum conditionis ſuiſ
ſet exhęredatus, vt d.l.ſi patre. & ſic dicit a-
pertã eſſe ſibi viã ad mediet. tẽ hæreditatis
tanquã ſi pater ſuus mortuus fuiſſet ab inte
ſtato.l ſi duo de legatis prę ſ. Replicat alter
frater q̄ non põt vti contra eum ex iure ſuo
l.amiciſsimos in.§.lucius de excu.tut. dicit
alius ego poſſum;quia iter eſt mihi apertum
non a te,ſed a lege ꝓpter te: & habeo ꝓpter
te id q̄ propter me habere nõ poſſum.l. 1.§.
fi.ff.ſi tabu.teſta.nu.exta.finaliter concludit
q̄ dictus filius poterit adire de iure ciuili hę
reditatẽ ſibi delatã ſub dicta cõditione quã
ipſe approbauit & conſenſit.Ratio eſt ſcd̃m
eum quia is cuius intereſt, approbauit teſta
mentũ,qui fecerat teſtamentũ valere ſi con-
ſenſiſſet patri in actu teſtandi,cũ nulla iniu-
ria fiat volenti.l.ſi qñ.§.fi.de inoffi.teſta. Ex
effectu.n.ratũ debet eſſe, cũ nõ ſit qui infrin
gat in auchen.de nuptijs.§.qm̃ infirmas.col-
lat.4.Et ſic aperte concludit, q̄ etiã ſi filius
eſſet inſtitutus ſub conditione caſuali vel
mixta põt filius illã approbare in ipſo actu
teſtandi & etiã poſt.& licet in caſu in quo lo
quitur Bal.videbatur illa conditio in fauo-
rẽ filij tẽdere: cũ relinquebatur ſibi vltra le
gitimã vt illam adimpleret: tñ ſi conſideras
eius rationes & fundamenta,indiſtincte con
cludũt. ¶Et hoc magis clare determinat ip-
ſe Bal.in d.l.ſi pater,dicit enim eleganter,q̄
ſi dictus filius ſub cõditione inſtitutus vult
teſtamentũ infringere,clarũ eſt q̄ põt dicere
nullũ. Caſus eſt in d.l.ſi patre. intellige hoc
ſcd̃m illam opinionẽ quæ habet,q̄ d.l.ſi pa-
ter non ſit correcta per hanc.l.quia ſi eſt cor
recta: non põt dicere nullum.cum conditio
reijciatur,& manet inſtitutio pura. per hanc
l. Subdit ipſe q̄ ſi non vult dicere nullum;
ſed teſtamẽtum approbare, de neceſſario te
netur parere conditioni : nec tunc ſuccede-
re poſsit ni pareret conditioni:& tunc ſucce
dit etiam de iure ciuili.Mouetur,quia filius
præteritus põt facere valere teſtamentũ ipſi
fratri approbando teſtamentũ in quo eſſet
præteritus.vt,late ipſe in l.2.de bo.po.con.
tab. & ante dictum eſt. ergo & ibi ipſi cum
ſit filius; & ſi non vult parere cõditioni poſt
quã approbauit teſtamentũ,imputetur ſibi
quare approbauit. Nã qui conſentit,ſua iu
ra perdit l.cum quidã.de admi.tut.l.ſicut.§
vẽditionis.ff.qui mo.pig.vel hypo.ſol.hæc
ille.q̄ nota.Refert hoc ſentire gl.in d.l.ſi pa
tre.ecce ergo q̄ aperte Bald.affirmat,q̄ et ã
in caſu quo teſtamẽtum eſſet nullum, vt qa
inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta
põt filius conſentire in cõditione ſibi appoſi
ta: & illã approbare,imo qđ plus eſt poteſt
approbare teſtamentũ in quo eſt appoſita
dicta conditio & ſi illud approbauit,de ne-
ceſſario teneretur parere & obtẽperare con
ditioni in eo appoſitæ. ¶Ergo quare nõ idẽ
dicendum ſit etiam vbi cõditio reijcitur &
manet firmum teſtamentum per hanc. l. vt
poſsit cõſentire & approbare grauamẽ ſibi
appoſitum q̄ coadunatur ex d. l.filio præ-
terito.¶Ego ad hanc concluſionem Bald.&
etiam ad fundametum huius partis, allego
glo.ſingu.in l.ſuus quoq;.ff.de hęre.inſti.&
eſt glo.ſuper parte faceret.vbi glo.ſingula-
riter dicit.q̄ ſi filius inſtitutus ſub conditio
ne mixta vult parere conditioni,& eſſe hæ-
res ex teſtamento q̄ hoc põt: & ſic filius ha-
bet duas vias ſcd̃m gl.ibi vel q̊d dicat teſta
mentũ nullũ ſcd̃m illa iura.ffforũ.ante hanc
l.vel ſecundũ hanc.l.data opinione aliquo-
rum tenentium.l. ſi pater non eſſe correctã;
& hæc ſit vna via.Vel habet aliã vt tanquã
pendente conditione prętéritus dicat teſta-
mentũ nullum & non pareat conditioni.ha
bet etiã aliam viam.ſ. quia ſi velit pareat cõ
ditioni: & tunc parente,&adimplẽte,admit-
titur ipſe & cohæres.arg.d.l.filio prętérito.
& illã gl.ſequuntur Bal.& Ang. in d.l.ſuus
quoq; & ibi Imo.7.col. concludẽtes q̄ licet
illo iure teſtamentũ eſſet nullũ in quo filius
eſſet inſtitutus ſub conditione caſuali, vel
mixta,nihilominus filius poſſet approbare
teſtamentũ parendo conditioni & ſic conua
leſcit tale teſtamentũ de iure ciuili;Ratio ſe-
cundum



eũdẽ eos : quia non erat omnino præteri-
tus,licet Bar.dicat recõualeſcere de ęquita-
te prętoria, cum ergo filius poſſet cõſentire
in conditione,& grauamine:vbi teſtamentũ
erat nullũ. A fortiori hodie poterit conſen-
tire vbi teſtamentum eſt aliquod, licet reij-
ceretur conditio & grauamen.per hanc.l.in
telligatur niſi filius conſentiat in tali graua
mine & onere.¶Quarto facit ad hanc partẽ
tex.in l.cũ donationis.C.de tran.Quinto,fa
cit tex.ſing.in l.non videtur.ff.ſi qd in frau.
pa.vbi conſultus inquit. nõ videri patronũ
fraudari eo q̄ conſentit.vnde illud q̄ volẽ-
te patrono libertus donauit, nõ poterit per
Fauianã reuocari.facit in ſimili.l.qui aũt.§.
edictũ.ff.qui in frau.credi.& l.nõ fraudãtur.
46 ff.de regu.iu.¶Sexto facit non.tex. in l.2.C.
ſi quid in frau.pa.in 2.reſpõſo.vbi eſt caſus,
q̄ ſi patronus poſt mortẽ liberti habuit ratã
alienationẽ a liberto factã, q̄ non põt illam
amplius reuocare.quærit glo.ibi ſingulari-
ter ad ꝓpoſitũ ; quid ſi in vita liberti patro-
nus approbabit alienationẽ, vtrũ ſibi pręiu
dicabit mortuo liberto? gl.dubitauit ꝓpter
legẽ qui ſuperſtitus.ff. de acq.hęre.finaliter
tenet,q̄ valet approbatio.cũ ſit expreſſus ca
ſus.l.qui hoc determinat.in d.l.nõ videtur.
quẽ glo.approbant ibi ſcribẽtes, ea ratione
quia nõ põt dicere ſe fraudatũ ex q̊ cõſenſit,
cũ ſcienti & volenti nõ fiat fraus,vt in d.l.cũ
donationis.l.1.in fi.de actio.emp.nec obſtat
d.l.qui ſuperſtitis.quia loquitur in repudia-
tione ſcd̃m Sali.Ecce ergo q̄ quãuis alienata
per libertũ in fraudẽ reuocet patronus vſq;
ad legitimã:tñ ſecus in alienatione facta de
voluntate patroni. ¶Sed quia tex.in d.l.nõ
videtur.loquitur in patrono.&idem glo in
d.l.2.non videtur ſufficiens argumentũ ad
filiũ:tñ reperio.d.l. ampliari & extendi etiã
ad filiũ conſentientẽ in alienatione paterna.
hoc fuit mirabile verbũ Cini de Piſtorio.de
quo non reperio pro nunc ab aliquo quem
viderim factã mentionẽ,in d.l.1.in fi. verbis
C.ſi quid in frau.patro.vbi dicit;pone q̄ pa
ter de voluntate filij omnia bona ſua alteri
*1 dat:vel filius in vita patris ratificat * aliena
tionẽ a patre factã,nunquid erit idẽ cũ eo q̊d
determinauit gl.de patrono & liberto in d.
l.2.dicit non videri hoc in filio expeditũ: ſi
cut in patro.per d.l.ſi qñ.C.iſto tit.vbi nul-
lo pacto ſeu cõſenſu filij adhibito in vita pa
tris,præiudicet ſibi filius in legitima.Refert
tñ Iacob.de Raue.dicentẽ cõtrariũ. imo nul
lã eſſe inter eos differentiã, & ſeruandũ eſſe
inter patrẽ & filiũ circa hoc. illud idẽ qđ gl.
in d.l.2.firmauit inter libertũ & patronum:
circa alienationẽ in qua conſentit patronus
in vita ſui liberti. & in hoc reſidet ipſe Ci-
nus.q̄ eſt ſingulariter menti tenendũ ad pro
poſitũ.¶Et reperi Bal.qui elegãter facit hãc
extenſionẽ licet non alleget Cinũ in l.1.pen.
col.C.de iur.fiſ.lib.10.verſ.ex his ſequitur.
vbi mouet quæſt.vtrũ filius teneatur ſtare
colono? Reſpondet, q̄ ſi filius eſſet hęres pa
tris tenetur: cũ ſit obligatus frui licere:quẽ
admodũ pater cuius perſonã reprę ſentat.l.
cũ a patre.C.de rei vendic. ſi aũt veniret ad
legitimã tantũ,per actionẽ ſupplementi nõ
tenetur ſtare colono: quia cũ non habeatur
vt hæres.l.quotiens.C. de hæred. inſti. non
ſuccedit in obligatione frui licere:& ſic non
eſt obligatus ad patiendũ &per conſequens
nõ tenetur ſtare colono.l. emptorẽ.C. loca.
ff.de lega. 1.l.nihil.§. fi. ff.loca.l.qui fundũ.
& l.ſi fundus. Subdit ſingulariter & in hoc
facit hoc eſſe verũ.niſi filius cõſenſiſſet in lo-
catione: quia tunc neceſſe habet ſtare colo-
no,dicit eſſe tex.ſingu.ad hoc in d.l.non vi-
detur.ff.ſi quid in frau.patr.& ſic aperte ex-
tẽdit.d.l.quæ loquitur in patrono& liberto
ad patrẽ & filiũ,& clare terminat; quod to-
leratur grauamẽ in legitima cũ cõſenſu filij.
¶Sed miror nimis de iſtis quomodo omiſe- 47
runt videre glo.no.in d.l.2.in glo.fi. quæ te
net:q̊d ille titulus non habet locũ in patre
alienante; vt fraudaret filium legitima, nec
econtra niſi filius eſſet arrogatus. Quã glo.
ibi approbant Bar.& alij per l.nõ vſq; adeo
ff.ſi quis a pa.fue.manu. per quã videtur cõ
fundi.d.concluſio Cini & Bald.Sed põt dici
illud eſſe quoad aliũ effectũ iuxta materiam
d.l.non vſq; adeo qđ eſt diuerſum a noſtra
quæſt.Ideo tene menti dictũ ipſorũ.¶Septi-
mo facit elegans verbũ Bal.in l.1.pe.col. C.
de iu.fiſci.li.10.verſi. Itẽ pone filio legatum.
vbi dicit,qđ ſi pater relinquit filio minus le
gitima ſibi debita,& prohibuit eum ne plus
poſſet petere vel habere,qđ ſi filius agnoſcat
hoc legatum & relictum a patre,præiudicat
ſibi in legitima;ita qđ amplius petere nõ po
teſt ſupplementũ legitimę, quaſi agnoſcẽdo
legatũ ſub dicta cõditione relictũ , videatur
legitimę renũciaſſe. Nec obſtat quod omne
grauamen debeat reijci de legitima, vt hic.
nã reſpondet mirabiliter , ſi verum dixiſſet
illud eſſe verum in tali grauamine;qđ ſalua
diſpoſitione ſaluari poſſet vt ſi grauaſſet fi-
lium reſtituere id qđ ſibi relictum eſt: vel in

tali grauamine quod ordinatur ad differendam diſpoſitionem. ſecus vbi grauamen reſpicit priuatione̅ diſpoſiti, quia nõ poteſt executioni mandari ſalua diſpoſitione teſtatoris. vnde cõcludit ꝙ ſibi imputet qui legatũ agnouit nã amplius de portione legitima tractari non põt argu. eius quod Caius conſultus inquit in l. nam abſurdũ. ff. de bo. liber. ibi. (nam abſurdũ videtur licere eiſdem partim cõprobare iudicium defuncti, partim euertere.) Ecce ergo ſecũdum Bal. quod non ſolũ per conſenſum expreſſum filij toleratur grauamen in legitima: verũ etiã per tacitũ. Iſtud dictũ eſt mirabile, mihi aute̅ videtur falſum & certe Bal. inaduertenter dixit aperte contra tex. in d. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff. teſt. & in terminis iſdo caſum cõtra eũ, in auth. vt cũ de appe. cogn. in. §. cæterũ. ibi. (etiã ſi certis rebus iuſsi fuerunt eſſe cõtenti.) Et per illũ text. omnes ſcribentes in d. §. & generaliter tenent contra Bal. imo ꝙ etiam ſi filius acceptaſſet legatũ ſibi à patre relictũ cũ hac conditione ꝙ amplius de bonis ſuis petere non poſſet. nihilominus poteſt petere ſupplementũ legitimæ. ¶ Ad l. ſi quando quæ fortius vrget in oppoſitum, põt reſponderi, ꝙ illa. l. loquitur in grauamine quantitatis: puta quia minus legitima filio fuit relictũ: quod grauame̅ quãtitatis ipſe cõſenſit, & fecit pactũ de amplius non petendo. & ſic de non ſuccede̅do. Nã cũ tale pactũ ſit de futura ſucceſsione, merito a iure eſt improbatũ & ſic nimirum ſi tale pactũ & conſenſus improbetur, & eo non obſtante agat ad ſupplementũ. Sed qñ apponitur filio aliud grauamen, vt in maioria vel de non alienando & ſimilia: nõ dicitur tunc pactũ de non ſuccedendo, merito nõ improbabitur nec comprehendetur ſub regula & prohibitione d. l. ſi quando. Ite̅ quia non eſt licitũ arguere nec extendere lege̅ quæ diſponit quando filio relinquitur legitima minus re id eſt, quia minuitur in quantitate ad caſum, quando integra legitima relinquitur ſed minus te̅pore, vel alias propter aliud onus filio appoſitũ: cum ſimus in materia correctoria, dato ꝙ agatur de fauore teſtame̅ti. ¶ Hæc theorica probatur ex l. omnimodo. C. de inof. teſt. iuncta hac l. nã in l. omnimodo. & in l. ſcimus. iſto tit. fuit prouiſum, vt tenceretur omne grauame̅ appoſitũ filio in quantitate legitimę: ſed nihilominus fuit viſum Imperatori neceſſariũ prouidere vltra ſuper grauamine te̅poris, vel dilationis reijciendo, ſeu alterius cuiuſcunq; oneris quod fuit ꝓuiſum per hanc lege̅. l. vnde ſequitur, quod per l. omnimodo. & per l. ſcimus quæ prouiderunt circa tollendũ grauamen quãtitatis de legitima: non fuit ſubintellectum nec cõprehenſum, vt aliud quodcunq; onus toleretur de legitima. Hæc theorica tanquã ſingu. fuit poſita per quendam moderniore̅ Mediolane̅ſem: quaſi a ſe ipſo inceperit. Sed reuera prius illã poſuit hic Sali. in finalibus verbis: & fuit ponderatio facta per quendã doctore̅ antiquũ nomine Iacob. Butrica. in quodam conſi. per eum edito. quem etiam hic retulit Bald. quos ipſe ſupprimit, cum ergo d. l. ſi quando. §. illud. loquatur ſolummodo in grauamine quantitatis reijciendo: nullo pacto obſtante non debet extendi ad caſu, vbi apponitur filio aliud onus, in quo ipſe conſentit. ¶ Sed quia iſta reſponſio poſſet cauillari per dictam. l. ſcimus. quæ videtur pacificare grauame̅ appoſitũ in quantitate, ad alia onera conditione̅ vel dilatione̅ importantia, dic ꝙ. d. l. ſi quando. loquitur in pacto de non ſuccedendo, a quo nimis diuerſificat quæſtio noſtra: ad quã differentiã bene faciunt quæ ſuperius dixi in examinatione glo. dictæ. l. ſi quando. ad alia argume̅ta facilis videtur reſponſio. ¶ Per prædicta igitur ſatis videtur ſuſtentabilis * hæc concluſio, ꝙ ſi filio appoſitum eſt in legitima 48 aliquod grauamen non in quantitate nec in conditione dandi vel faciendi, per quã minueretur legitima in quantitate. Sed prout poſui thema quæſtionis. puta ꝙ veniat ſemper ad maiore̅ natu iure maioriæ: & ꝙ non alienetur & ſimilia onera: ꝙ ſi filius conſentiat, tale grauamen conſentiendo & approbando teſtamentũ & grauame̅, ꝙ per talem conſenſum etiam viuo patre interpoſitũ manet firmũ & validũ tale onus in legitima appoſitũ quod tene menti. ¶ Et quia ego timeo valde in his quæſtionibus non deciſis loqui determinate ne de̅m materiam litigandi: ꝙ reuera non eſt intentionis meæ: ſed magis lites deuitare: ideo cogitabis ſuper his nec pręcipites ſententiam, ſed mature cogita, ſtude, & delibera: nec tecum ſolummodo: ſed confer cum viris famoſis & rectis. ita vt quod iuſtius fuerit decidas: cum caſus occurrerit non te alligans ad determinatione̅ meam, quæ nihil ponit pro cõſtanti in his non deciſis ab aliquo. ſed ponit motiua hinc inde: vt iuſtius & rectius accipiatur. ¶ Sed in duobus caſibus iſta ſuperior concluſio erit ſine 49 aliquo

*Concluſio. Adde Do. de pala. ru. repeti. rub. de dona. inter vir. & vx. §. 47. inci. limi. 1. vbi relatis non nullis fundamentis in hac difficili qſt. dicit neutrã firmare ſententiã quia lis ſubiudice erat in qua maximi iuris vertices ꝓ vtraque parte ſcripſerunt.*



aliquo ſcrupulo. Primus vbi vltra dictã approbationem & expreſſum cõſenſum teſtamenti & grauaminis ſibi appoſiti inter fratres fieret dicta conuentio & bonorũ vinculatio paternorũ, patre conſentiente & perſeuerante in eade̅ voluntate vſq; ad mortem: caſus ſingu. in l. fina. C. de pactis. & hoc tene menti: quia eſt nouum, & noua peregrina limitatio ad hanc. l. Sed cogita ſuper ea: quia certe ſingularis cõcluſio eſt ad hoc vt pater poſsit vinculare & conditionare filio bona quæ relinquit ei pro ſua legitima: vt pater faciat diuiſione̅ bonorũ in quolibet ex filijs, bona quæ cuilibet relinquit vinculando titulo maioriæ ſubſtitue̅do eos inuice̅ ſi deceſſerint ſine liberis: & quod hoc fiat per modũ pacti & conuentionis inter filios ſic ſe cõcordantes & paciſce̅tes ſuper hæreditate patris diuidenda & vinculanda: & fiat inter eos cõtractus & conue̅tio ſuper hoc in quo conſentiat pater & perſeueret vſq; ad vltimũ vitę exitũ, & ſic vidi factũ in quadã ſucceſsione antiquiſsima cuiuſdam nobiliſsimi militis iſtius regni ciuitatis Abulenſis. Et pro hoc facit bene glo. in l. fi. C. de pact. quæ cõmuniter approbatur. quę tenet qđ illa. l. habet locũ in liberis. ¶ Obſtat tñ quia ſi d. l. bene põderetur, non videtur diſponere in filijs ſed in alijs qui habent ſpem ſucce̅de̅di alicui ratione cognationis vel alias: cũ tex. ibi dicat qđ pacta de quibus ibi ſub duabus cõditionibus cõpoſita erant. ſ. ſi ille mortuus fuerit ſuper cuius bonis paciſcebatur. & ſi ad hæreditate̅ eius vocarentur hi qui pactione̅ fecie bant. qđ ceſſare videtur in legitima in qua non requirebatur talis conditio, nec erat neceſſaria cũ ad legitimã filij vocantur de neceſsitate tanquã ſibi debitã, vnde differe̅tia videtur in paciſce̅te ſuper hęreditate in qua nullũ ius habet niſi ſolũ ſperat habere: vel quia teſtator ſibi relinquat, vel decedat ab inteſtato defunctus, cui ſuccedat iure cõſanguinitatis. vel an iſte paciſcens ſit filius cui ex l. diſpoſitione debetur legitima de neceſſario, in quo non videntur cõcludere verba illius legis finæ. Ite̅ quia per l. ſi qñ. §. illud. prouiſum fuit vt per nullũ pactũ habitum inter patre̅ & filiũ poſsit tolli filio ius age̅di ad legitimæ ſupplementũ, vnde vt Bal. per d. §. illud dicebat in §. & generaliter eiuſde̅. l. conſenſus inter patre̅ viuente̅ & filiũ nihil operatur in filij excluſione a debito bonorũ ſubſidio; & cũ prouiſio. d. §. illud & huius. l. qñ. ſit poſterior q̃. d. l. fi. & ſic ſunt. ll. nouæ reſpectu. d. l. fi. quæ obſeruanda eſt in caſu, in quo loquitur. ſ. in legitima; nec d. l. fi. eſt pręſumendũ qđ diſpoſuerit ſuper caſu. d. l. ſi quando. & d. §. illud. nondũ adhuc edito nec diſpoſito. Ite̅ quia verba generalia. d. l. fi. debent intelligi in pactionibus licitis, nõ in his quæ a iure reprobatæ ſunt l. vt gradatim. §. & ſi l. ff. de mune. & hono. & hoc ſentit glo. in d. l. fi. verſ. declarabatur. vbi gl. dicit ꝙ ad hoc vt valeant pacta cũ defuncti perſeuerantia, debet intelligi ſi eſſent talia quæ de iure ſortiantur effectũ, puta quia ſtipulatione vallata: ſecus ſi nudo pacto fierent. cũ illud de iure ciuili ſit inefficax. Nã nõ eſt credendũ principe̅ velle ſubuertere iura cũ tanto ſtudio edita ſuper legitima integra filijs abſq; onere relinquenda. l. ſi qñ. C. de inoffi. teſta. Et lex generaliter loquens, per alias diſtinguenda, & limitanda eſt, quæ ſpecialiter ſuper eode̅ caſu diſponunt: vt in auth. offeratur. de litis con. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. coga. l. ſed poſteriores. ff. de legi. Ad hoc facit l. 1. §. ſi parens. ff. ſi quis a pa. fue. manu. & ꝙ ibi notãt Bar. & Bal. in l. fi. 4. col. de pactis, verſi. venio ad. 2. quæſt. principale̅ tractando quæſtione̅ ſi valeat pactũ de futura ſucceſsione perdenda. & Bart. in d. l. fi. 3. col. verſi. ſecundo quæro vbi per d. §. ſi parens, & per d. §. illud. concludunt non valere pactum de futura ſucceſsione perdenda niſi tantunde̅ recepiſſet ratione pacti, quantũ ſibi occaſione ſucceſsionis deberetur: & ad hoc Ange. allegat. d. §. illud. Nec obſtat inquantũ glo. d. l. fi. dicit, qđ illa. l. habet locũ in liberis: nã ſi eius fundamenta conſideres, loquitur quo ad primã parte̅. l. prohibe̅tis pactũ ſuper hæreditate tertij eo ignorante. Cũ ratio prohibitiua ita militet in filijs: ſicut in cognatis. non tñ loquitur quo ad ſecũdam parte̅. l. permittentis pactũ cum conſenſu illius, ſuper cuius hæreditate paciſcitur, quo caſu ſtat diuerſa ratio in cognatis, ad filios; cum filij ſint heredes neceſſarij: cognati non, vt ſupra dictum eſt. Et ſic remanet dubium: ſi diſpoſitio illius legis habeat locum in filijs quo ad legitimã. Nihilominus videtur qđ d. l. fi. diſpoſitio permitte̅tis illud pactũ cum cõſenſu patris, habeat locũ in filijs, vt expreſſe firmat Cinus in l. pactum quod dotali. C. de colla. vbi tenet, quod iſte erit vnus modus, in quo filia poſſet circumueniri in ſucceſsione paterna: quod ſi fecit pactũ cum fratre, patre conſentiente: quod erit validum per d. l. fi. ſecundum Pe. Quod valde

not.Idē ſentit aperte Bald.ſ.qđ d.l.ſi.habeat
locum in filijs.in c.1.§. itē ſacramēta de pa.
iura.firmã.& in ca.ad noſtrã e.2.de iu.iurã.
& in alijs locis quos vide infra in. 5. limita-
tione ad l.regni.¶Ad.§. illud & ad alia iura
in contrarium allegata; vnico verbo põt re
ſponderi. ſ. quod loquuntur in pacto de nõ
ſuccedēdo cum patre celebrato:noſtra quæ
ſtio loquitur in pacto facto inter alios ſuper
hęreditate patris.qui eſt caſus.d.l.ſi. ideo co
50 gitandũ relinquo.¶Secundus eſt qñ conſen
ſus filij,& approbatio grauaminis ſibi appo
ſiti interueniret etiã poſt mortē patris.ſing.
tex.eſt in d.l.ſi quãdo. §. illud vbi tex.dicit.
(Sed hoc ita admittimus niſi tranſactiones
ad hæredes paternos filius celebrauerit, in
quibus apertiſsime iudiciũ patris cognoue-
rit.) Probatur in.§. generaliter eiuſdem.l.
(Ibi niſi ſpecialiter.) & hoc in expreſſo fir-
mat Bal.in l.ſi pater.C.de inſtit. ſub.con. fa.
5.col. 10.oppoſitione.& in l. 1.C.de iu.fiſ.li.
10.per glo.in l.ſi quis poſthumos.verſi. qđ
ſi moriēte.ff.de lib.& poſth. & intellige ſem
per de conſenſu,& approbatione explicita,
& expreſſa ratione legitimæ vt dicit tex.in
51 d.§.& generaliter.& ibi omnes doct. ¶Ter-
tius caſus põt addi ſ.vbi filius in vita patris
approbaſſet teſtamentũ paternũ in quo fuit
*n ſibi appoſitũ grauamen in legitima, *& iu-
raſſet de non contrauenjendo,nec impugnã
do teſtamentũ ratione grauaminis in legiti-
ma ſibi appoſiti.hoc probatur aperte in ca.
quãuis pactũ.de pactis lib.6. & in terminis.
Bal.in d.l.ſi quando.§.illud. dicit ꝙ licet nõ
obſtante pacto facto inter patrē & filiũ: vt
filius eſſet contentus cũ eo qđ ſibi a patre re
linquebatur amplius non poſſet petere de
bonis paternis; nihilominus poſſet petere
ſupplementũ legitimæ vt ibi eſt caſus:tamē
ſecundũ eũ illud eſt verũ niſi pactũ, de quo
ibi,eſſet iuramento firmatũ. Idē tenent ibi
Sali.& Pau.de Caſt.& Alexã.Sali.in l.pactũ
ꝙ dotali.C.de pactis.Pau.& Alex.in l.in ra
tione. ff. ad l. f. l. idē & alij moderniores in
d.§.illud.Itaꝙ omnes cõcludunt ꝙ d.l.ſi qñ
in.§.illud. debet limitari niſi filius cũ iura-
mento approbaſſet teſtamentũ,& promiſiſ-
ſet plus non petere vltra id ꝙ ſibi relictum
eſt.De quo videtur caſus expreſſus in d. c.
quamuis pactũ.¶Itaꝙ iſti tres caſus conclu-
dunt in caſu fortiori.ſ.in grauamine quan-
titatis, vt illud toleretur.ergo à fortiori in
alijs grauaminibus, ſeu oneribus. quæ om-
nia perpetuo nota ſed quia noua & peregri
na ad hoc propoſitũ cogitabis ſuper his vi
dens & cõſiderãs bene iuris principia: quia
meæ intentionis non eſt ab eis deuiare, nec
noua abſolute determinare: niſi quatenus
dem occaſionem & materiã fatigandi inge-
nium ſuper his; dum caſus occurrerit. ¶In 52
fero ex prędictis vnũ famoſum ad conſulen
dũ vbi pater vult vinculare bona quæ pro
legitima relinquit filio ſuo,vt in eis ſemper
ſuccędat deſcendens maior natu iure maio-
riæ; & quod talia bona ſemper ſint vnita,
nec aliquo titulo, ſeu quauis cauſa poſſunt
diuidi,nec alienari, vt omnis ſcrupulus ceſ-
ſet: facias quod filius in ipſa confectione te-
ſtamenti conſentiat, & approbet teſtamen-
tum,& ſupra dictum vinculum & onus ſibi
appoſitum in legitima, promittens & iurãs
non contrauenire teſtamento & conditioni-
bus in eo appoſitis, occaſione legitimæ vel
eius ſupplementi,vel alterius cuiuſlibet gra
uaminis:& in hoc conſentiant etiam omnes
alij ſi ſunt, & approbent teſtamentum cum
dicto iuramento quod erit vtile ſi forte di-
cto filio maiori relinquitur plus legitima
ſua: & renũcient omnes iuri legitimæ & ſup
plemēti & omni alij iuri occaſione legitimæ
ſibi competenti; & cum iuramento concor-
dantes ſic & paciſcētes omnes fratres ſuper
hęreditate patris diuidenda & vinculanda
de conſenſu patris in quo perſeueret vſque
ad mortem. Nam per hoc videtur manere
firmum vinculum,de quo ſupra filio appo-
ſitum.& ideo debes ſemper dictũ cõſenſum
renuntiationis & approbationis late cõpre
hendere:ita vt etiã legitimam cõprehendas
ſemper,cum renunciatio generalis non prę
iudicet legitimæ:niſi de ea fiat mentio ſpeci
fica vt eſt caſus in d. §. & generaliter. & ibi
oẽs tenent.¶Vnum perpetuo nota.ꝙ vbi fi-
lio eſſet in legitima appoſita aliqua condi-
tio,quã ipſe approbaſſet & conſenſiſſet. ꝙ ſi
conaretur implere conditionē & non poſſet
idē iudicatur fauore filij,ac ſi impleſſet:quia
conatu ipſo approbat teſtamētum:& pater
nõ pręſumitur filio impoſuiſſe onus impoſ-
ſibile.argu.l.vtrum.in fine.ff.de cond. inſti.
& l.quæ ſub cõditione.§.quotiens.in fi. & l.
titius.§.fi.eo.titu.ita dixit ſingulariter Bald.
in d.l.ſi pater.5.colum 10.op. Quod nota. 53
¶Supereſt circa prędicta vnũ ſingulare du-
biũ:& eſt hoc,ſi in caſibus in quibus diximꝰ
quod filius poteſt approbare & conſentire
grauamen ſibi appoſitum in legitima: ita
quod grauamen & onus ſibi appoſitũ ma-
neat

*Vide plura per ſcri.mo.ma.per Phi. Dec.in l.pa Concluſio.*



*Eſũ.in ante pe.col.C.de col.per Frã. Aret. poſt alios in l. qui ſuperſti tis.ff.de ac qui.hæred. char.penu. Verſi. agit.*

neat firmũ ſi hoc pręiudicabit filijs ſiue nepo
tibus teſtantis,vel poterunt admitti ex edi-
cto ſucceſſori; * quatenus eſt eius præiudi
cium ex d. onere ſeu cõditione ad impugnã
dũ teſtamentum & conditionē.Et eſt exēplũ
clarum;prout poſui thema quęſtionis in cõ
ditione maioriæ,puta pater in teſtamēto re
linquit filio forte maiori certa bona pro ſua
legitima vinculãdo illa tit.maioriæ: ita vt
in eis ſuccedat ipſe;& poſt mortē filius ſuus
maior & ſic in omnibus deſcendētibus per
*o petuo ſuccedat maior natu, & dicta bona
ſint perpetuo inalienabilia & indiuiſibilia.
Hoc onus & teſtamentũ approbauit & con-
ſenſit.d.filius cũ iuramento, ita ꝙ manet fir-
mum put dictũ eſt. Mortuo patre iſte filius,
cui onus fuit appoſitum,poſſedit in vita ſua
d.bona put a patre relicta fuerũt: qui filius
mortuus eſt plurib. filijs relictis, inter quos
vertitur lis;filius maior nepos primi teſtan
tis dicit ex diſpoſitione aui omnia bona ti-
tulo maioriæ ad eũ pertinere;alij fratres ſui
dicunt dicta bona inter eos diuidēda :graũa
mine ſeu onere reiecto,tanquã in eorum ma
ximum pręiudicium.vnde cum edictum ſuc
ceſſorium vocet nepotes etiã patre excluſo
l.ſi quis filium.de inoffic.teſta.ergo etiã hoc
caſu ipſi admittuntur tãquã grauati cõtra
dictum onus patri ſuo appoſitum.¶Diſtin-
54 guo in hoc quia aut loquimur qñ. d. filius
maior in vita ſui patris cõſenſit,& approba
uit paternum teſtamentum & onus ſupradi
ctum ſibi impoſitum ſi hoc pręiudicet filijs
ſuis.Nã tunc ſi iſte filius deceſsit in vita ſui
patris.d.teſtamentum condētis, non nocet
filijs ſuis.d.conſenſus paternus. pbatur ſic.
Nã ex quo filius moritur in vita patris, ne-
pos nãciſcitur primũ locum & ei debetur le
gitima & ſine onere & grauamine;put patri
ſuo debebatur;vt late dixi ſupra in 4. am-
pliatione:& ſic non nocet ei conſenſus pater
nus in legitima quæ patri ſuo relinquebatũ.
Cum iam non patri ſed ſibi debeatur. facit
in ſimili.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filiũ.ff.de li
ber.& poſthu.& l.ſi quis filio exhęredato.cir
ca principiũ.ff.de iniuſt.teſt.vbi ſi filius ex-
hæredatus moriatur viuente patre.non ob
ſtat nepotibus: ex eo quo minus poſsint ve
nire ex eorũ perſona ad ſuccedendũ, etiã cõ
tra teſtamentũ & ſi reperiũt ſe prętęritos rũ-
pendũ.Melius facit l.poſthumorũ.ff.de iniu.
teſt.in.§.1.& inſti.de exhæ.lib.in.§.poſthu-
morũ.& in l.2.C.de libe.prę.& Bar.ſingu.in
l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hęre.determinat
in caſu fortiori. ſ. ꝙ ſi filia recepiſſet dotē &
renunciaſſet hæreditati paternæ cũ iuramen
to: ſi deceſsiſſet in vita patris nõ noceret ne
potibus.d.renũciatio; quę ſequitur ibi Pau
lus per.ll.ante allegatas. Alexã.notabiliter
in l.pactũ.C.de colla.& alij.fortius igitur di
cendũ in caſu noſtro.¶Si aũt filius ſuperui-
ueret patri quid iuris? & tunc videtur ſecus
eſſe.Imo ꝙ tũnc filijs pręiudicet paternus cõ
ſenſus appoſitus in d. onere & grauamine
maioriæ & ſimili.¶Primo probatur ex l. ſi
quis poſthumos. §. ſi filium exhæredauero.
ff.de lib.& poſthu. quæ excludit nepotem
præteritũ a iure dicendi nullũ; ſi pater ſuus
ſuperuixit auo: dicit enĩ tex.ibi. (ſi filium ex
hæredauero nepotēq; ex eo pręterito & a-
liũ hęredē inſtituero,& ſuperuixit filius poſt
mortē meã licet ante aditã hęreditatē deceſ-
ſerit; non tñ nepotē rupturũ teſtamentũ Iu-
lianus & Marcellus ſcribunt.) l.Gallus.§.in
omnibus.ff.de liber.& poſthum.ibi. (Quia
poſſunt pręteriri.) Vbi eſt caſus,ꝙ nepotes
& inferiores poſſunt præteriri,ſi filius pręce
dat qui inſtituitur.l.ſi quis filio ex hæreda-
to in principio.ff.de iniuſt.teſt.ibi. (Et dice-
mus teſtamentũ non rumpit;cũ nec exhære
dari huiuſmodi nepos deberet ab auo quē
pater pręcedebat.)Optimus tex. in l.ſi quis
filium.C.de inoffi.teſta.ibi. (Vt nec ex l.vel
leya.poſsit in locũ patris ſui ſuccedere & re
ſcindere teſtamētũ.) Vbi expreſſe dicit tex.
ꝙ quo ad ius dicendi nullũ,nepos non ſuc-
cedit in locũ ſui patris; cũ pater ſuus ſuper-
uixit auo;& ſic eſt ibi caſus ꝙ ius dicēdi nul
lũ teſtamentũ aui non cõpetit nepoti præte
rito ex edicto ſucceſſorio: vbi pater ſuus
mortuus eſt poſt mortē aui.Hanc opinionē
poſuit Bal.in d.l.ſi quis filiũ.in princip.& in
2.& 3.col.ponens pro indubitato, ꝙ nepos
prętęritus non põt rumpere teſtamentũ per
legem Velleyã.ſi pater ſuus eũ pręcedit tem
pore mortis aui.Ratio; quia tunc nepos nõ
agnaſcitur,ergo non rũpit:vt dictis.ll.ſecus
qñ pater nepotis deceſsit viuo auo. Nã tũc
rumpit cum agnaſcatur. hoc idem firmauit
Barto.expreſſe in l. 1.§.ſi pater.el.2.ff.de cõ
iun.cum emanci.lib.dicens in illo articulo:
vtrum exhęredatus habeatur pro mortuo:
quod ſi filius eſſet exhæredatus & filia vigo
re ſtatuti excluſa ſtante filio maſculo quod
tunc. d. filia non poterit dicere teſtamētum
patris nullũ & venire vt ſua:licet per quere
lam poſſet venire virtute edicti ſucceſſorij
per rationē ſingularem ibi aſsignatam per
B.rt.

Bart.quem vide.Idē tenuit Bal.quē moder-
niores ſequuntur in d. l. ſi quis poſthumos.
in.§.ſi filiū Idem Bal.in repetitione.l.in ſuis.
ff.de libe.& poſthu.4.col.in ver. aut loqui-
mur de ea ſucceſsione quæ rūpit teſtamen-
tum.Ang.in l.pater filiū.ff.de inoffi.teſta.in
repetitione. 15.col.ver.dicēdū autē eſt.Itaq;
eſt concluſio cōmunis qđ virtute edicti ſuc-
ceſſorij.nepos nullo modo admittitur ad di
cendū teſtamentū nullū mortuo patre ſuo:
poſt mortē aui. Et hanc opinionē in conſu-
lendo reperi ſequutum fuiſſe Franc.de Are.
conſi.48. incipit. libenter continuiſſem me
ſcribere:& inuehit contra quendā Antoniū
de Are.conſultiorem : volentē contrarium
affirmare cōtra iura & caſus legū expreſſos.
¶Et certe ſatis hoc probatur ex d. l.ſi quis
poſthumos.in.§.ſi filium.& Barto.notat ex
illo textu,quod ille habet ius dicendi nullū
qui tenet primū locū in ſuitate tēpore mor-
tis teſtatoris; per quē inferunt Bal. & Ang.
ibi quod ius dicendi nullum non habet lo-
cū in edicto ſucceſſorio : vnde ſi filius præte
ritus tenēs primū locum in ſuitate tempore
mortis teſtatoris fuerit excluſus a iure dicē
di nullum propter repudiationē ſuā: vel ob
aliā cauſam, nepos ſequēs in ſuitate non ha
bet ius dicendi nullū per ſucceſſoriū edictū:
*p quāquan nepos etiā fuiſſet prꝯteritus. * Idē
tenuit Bald.in l. ſi quis filio exhæredato. in
principio.ff.de iniuſt.teſta.& in l. qui ſe pa-
tris.2.col.C.vnde libe. & Salicetus in d.l.ſi
quis filium.Ang.in l.1.C.de ſucceſſo. edict.
in lectura antiqua.hęc eſt cōmunis ſentētia,
licet Paul.de Caſt.Raphael Cuma.& Alex.
in d.l.ſi quis poſthumos. §. ſi quis filium te-
neant contrarium. immo ꝙ cōpetat edictū
ſucceſſorium in iure dicendi nullū per fun-
damenta de quibus Alexan.ibi latius.idem
Alexander in rubrica de ſucceſſ.edicto ad fi
nē.tenet opinionē cōmunem tanquā melius
fundatā quam ipſe Paulus ſibi cōtrarius ſe-
cutus eſt in rubrica C.de ſucce.edicto. ¶Ec-
ce ergo ꝙ ſic videtur dicendū in propoſita
quæſt.ꝙ licet iſti nepotes aui teſtantis,exce-
pto maiore reperiunt ſe prꝯteritos : cum ex
grauamine poſito in teſtamento aui appro-
bato per patrē ſuum dicta bona veniant ſo
lūmodo ad maiorem natu: iure maioriæ:tñ
ex quo pater ſuus mortuus fuit poſt mortē
aui ipſi non admittuntur ad annullandū di-
ctū teſtamentū ; nec per conſequens dictum
55 grauamē in eo appoſitū. ¶Et ſi dicatur licet
non admittatur per ius dicendi nullū ex edi
cto ſucceſſorio : tamen bene admittēdi ſunt
ad impugnandū dictū teſtamētum per que-
relam ex perſona ſua ex edicto ſucceſſorio.
vnde præſuppone, vt intelligas hanc mate
riā circa hoc edictum ſucceſſorium, ꝙ filius
exhæredatus querelā non prꝯpararā tranſ-
mititt ad filios ; & ſic nepotes iſto caſu ex
perſona patris ſui,habent querelā inofficio-
ſi teſtamenti contra teſtamentū aui: ꝙ intel-
lige qñ filio cōpetebat querela.Sed ſi non cō
petebat puta quia poſt mortem aui repudia
uit,vel ratione ingratitudinis,vel quia quin
quennio tacuit poſt aditam hæreditatē, vel
ratione relicti:quia ſibi aliquid relictū fuit.
Quo caſu non competebat querela ſed ius
ſupplementi;vt l.omnimodo iſto titu.tunc
quia iſtis caſibus filio non cōpetebat quere-
la: nec etiā cōpetet nepoti ex eiuſdem patris
perſona.de toto hoc eſt caſus in l.ſi quis filiū
C.de inoffi.teſta. ¶Et hoc obtinet ex perſo- 56
na patris ; tamen nepos ex perſona ſua per
edictū ſucceſſorium vtrum admittetur con-
tra teſtamentū aui,in caſu in quo pater ſuus
erat excluſus a querela;vel quia iuſte exhæ
redatus,vel alijs de cauſis numeratis in d.l.
ſi quis filiū glo.in d.l.ſi quis filiū.videtur te-
nere: ꝙ nullū remediū cōpetat tunc nepoti:
cōtra aui teſtamentū ad illud expugnandū.
Idē ſentit glo.in d.l.ſi quis poſthumos. §. ſi
filiū.&in l.poſthumorū.ff.de iniu.teſta.Guil
lel.de Cug.& Iaco.But.in d.l.ſi quis filium.
quos ſequitur ibi Sali.& Fran.de Are. in ru
bri.de ſucce.edict. pro qua opinione vrget
tex.in d.l.ſi quis filium ibi. (Omne adiuto-
rium nepotē derelinquit)Et quia ibi tex.di-
cit nimis eſſe dubitatū apud iuriſconſultos:
an nepos eſſet omni remedio deſtitutus.Sed
ſi per edictum ſucceſſoriū fuiſſet eidē proui-
ſum: non dubitaſſent ſuper hoc iuriſcōſulti.
Item quia querela datur ei cui iniuria illata
eſt.l.Papinianus.de inoffi. teſta. ibi. (Ipſius
enim iniuria eſt.)Sed nepoti nulla iniuria fit
filio exhæredato: qui eū prꝯcedebat tēpore
mortis aui ergo &c. Item pro hac opinione
facit tex.in l.1.§.ſi pater in poteſtate.ff. de cō
iun.cum emam.libe.Facit etiam pro hac cō-
cluſione tex.elegans in l.ſcripto.ff. vnde li-
be.in principio ibi. (Adire poterit.) Et ibi
expreſſe glo.in parte adire tenet hanc cōclu
ſionē: per illum tex.& dixit do.Alex.in d.§
ſi filium in 6.col.verſi.prꝯdictis adde ꝙ nun
quā reperit illum text.ad hoc allegatum:&
eum ad hoc allegauit tanquam forte funda
mentum Fran.de Are.in rubr. de ſucce.edi.
¶Com.



*q munis * opinio eſt in contrariū: imo
quod in querela ſit locus ſucceſſorio edicto:
& quod tunc nepos ex edicto ſucceſſorio ad
mittitur ad querelandum teſtamentum aui:
quia quoties ſunt plures quibus ordine ſuc
ceſsiuo defertur querela: primo excluſo,re-
pudiatione,tēpore, vel ſententia ſequens li-
cet prꝯteritus habet querelā ex edicto ſucceſ
ſorio.iſte caſus apertus in l. pater filium. ff.
de inoffi.teſta.& in l.ſi is qui.ff.eo.tit.& hāc
opinionem tenet Dinus in d.l. pater filium.
ſ. quod nepos ex edicto ſucceſſorio habeat
querelam , nec obſtet ei patris demeritū. ff.
de contr.tab.l.3.ſi emācipatus. Item Dinus
in regu.nō debet de regu.iur.lib.6.Idē Azo
in ſum.de inoffi teſt.nec obſtat.d.l.ſi quis fi-
lium : quæ in quatuor caſibus excludit ne-
potem quia illud eſt vbi nepos vult venire
ex perſona patris ſui;ſecus ſi vult venire ex
propria perſona ex edicto ſucceſſorio. Nec
obſtat.d.l.ſi quis filio. quia loquitur qñ ne-
pos vult venire ex cauſa prꝯteritionis:nam
tunc attenditur ſtatus nepotis tēpore mor-
tis aui; ſecus vbi vult venire per querelam:
vbi habet locū edictū ſucceſſoriū : & in hac
opinione dicit Bal.ſe reſidere,licet ſit quꝯſtio
de apicibus iuris ſecundū eū ita dicit ipſe in
d.l.ſi quis filiū ꝙ intelligit niſi in caſu vbi pa
tri eius fuiſſet aliquid relictū.nā cum tunc te
ſtator ſit teſtatus rite & recte: teſtamētū eius
non ſubiacet querelæ, ſed debet agi ad ſup-
plementū per ipſum nepotem.¶Hęc eſt fere
omniū concluſio,quā ſequūtur Ang.& Pau.
in d.l.ſi quis filiū; & Bar. & alij ſcribentes in
pluribus,quāquam Salic.prolixius inſiſtat.
& iſte eſt vnus caſus in quo præterito datur
querela: cū nepotis prꝯteritio habeatur iſto
caſu pro exhęredatione,patre eū præcedēte
tēpore mortis aui.pro qua opinione eſt ca-
57 ſus in d.§.emācipatus. ¶Dicebat tñ Paul.in
d.l.ſi quis filiū ad finē,qđ vnum fecit ſibi ſem
per dubium. Nā ſi pater habens filiū,& ne-
potē inſtituat filium in ſua legitima , & ne-
potē prꝯter ea licet filius repudiet legitimā:
nepos nō pōt nec querelare teſtamentū nec
dicere nullū.l.1.§.ſi parēs.ff. ſi quis a pa.fue.
manu.eodē modo debet eſſe ſecundū eum:
qñ ipſum exhæredauit cum ſufficiat patri;ꝙ
filium primū locū obtinentē inſtituat pater
vel exhæredet.¶Soluit quadā ſubtili ratio-
ne: dicit enim diſtare vnū caſum ab alio:qa
qñ pater filiū inſtituit in legitima: ſatisfecit
ſolennitati iuris: & etiā debito naturali: ſed
qñ illū exhæredauit ſatisfecit ſolennitati iu

*Et hæc eſt opin. princi pal. magis cōmuniter prob. ſecun dū Iaſ. late diſputantē in l. in ſuis nume. 52. de libe. & poſt. de quo arti. & an etiam in iure dicendi nullum & in bon. poſſ. cōtra tab. habeat locum ſucceſſ. edi. & quā do. Vi. ſcri. præſertim Iaſ. moder. in rub. C. de ſucceſſ. edi. Alexand. Areti. Iaſ. & alios in l. ſi quis poſt hu. §. ſi filiū ff. de lib. et poſthu. aliquid per do cto. in l. qui ſe patris. C. vnde libe.*

ris:Ideo nepos de prꝯteritione nō poteſt cō-
queri; vt poſſet dicere nullū vel contra ta-
bulare teſtamentū: ſed non ſatisfecit debito
naturali,poſito qđ filius meruiſſet exhære-
dari cū de iure naturæ delictū patris non de
beat nocere filijs iuxta illud, Anima quę pec
cauerit ipſa morietur: & alibi non portabit
filius iniquitatē patris.Ideo attenta æquita-
te naturali,ſiue ſit exhæredatus ſiue præteri
tus non pōt conqueri de teſtamento aui ex
propria perſona:& hoc eſt in concluſione ꝙ
dicitur ſucceſſoriū edictū habere locū in que
rela. Quod bene notes tu qui nunquā audi-
uiſti : nec vnquā ab alijs reperies ita decla-
ratū: alias ſi prædicta non conſideres ſecun-
dū eum videtur tibi ſomniare in hoc articu.
nec illū intelliges.¶Et hāc opinionē.ſ. ꝙ ne
pos ex propria perſona poſſet querelare te-
ſtamentū aui in caſu in quo pater ſuus exhæ
redatus fuit excluſus; & hoc per edictū ſuc-
ceſſoriū, dato qđ pater ſuus repudiaſſet vel
lapſum eſſet quinquennium ; tenuit Bart. in
rub.de ſucce. edicto. quē ibi fere oēs ſequnt
gl.& Bar.Bal.& Ang.in d.l.pater filiū Bart.
& Bal.in l in ſuis.ff.de libe.& poſthu.Dinus
Bar.& Ang.Imo.& Pau.de Caſt. in d.§.ſi fi-
liū.l.ſi quis poſthumos.& ibi Alex.in.5.col.
dicit ꝙ licet ſit aliqualiter dubia hęc opinio;
tñ quia ſine violentia non pōt reſponderi le
gibus pro hac parte facientibus dicit nō eſſe
recedendū a cōmuni ſentētia maxime in pra
ctica.Idē Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde libe.
& in d.l.poſthumorū , & pro hac opinione
vrget nimis tex.in d.l. pater filiū. & in d.l.ſi
is qui.& in d.§. ſi emancipatus. & in l.ſi non
mortis.§. 1.& in l.qui repudiante in princi-
pio.ff.de inof.teſta. Ad.d.l.ſi quis filio.iam
reſponſum eſt : ad d.l.ſcripto.quæ videtur
nimis ſtringere,pro parte contraria reſpon
detur,ꝙ ibi dicitur nepotē non poſſe ex per
ſona patris venire per querelā, intelligitur
vigore trāſmiſsionis per l.poſthumos.§.fin.
cū.l ſequenti de inoffic.teſta. ſed ex perſona
ſua per ſucceſſoriū edictū venire non impe-
ditur ad querelā; & licet fatendū ſit ꝙ ab in
teſtato non ſuccedat,vt ſuus niſi intētet que
relā tñ nō negatur ibi qđ ſi eā ex perſona ſua
nepos intentare velit id poſsit. ¶Quæ autē
fuit ratio quare introductū fuit edictum ſuc
ceſſorium vidiſti rationē poſitā per Paul. in
d.l.ſi quis filiū ad finē: quā etiā poſuit in d.
l.ſi quis poſthumos.§.ſi filiū ad finem. ¶Sed
& Paul.de Caſt.in l.in ſuis.ff.de libe.& poſt
hu.Bal.in repetitio.d.l pater filiū & in d.§.ſi
filium

filium dicunt ꝙ ideo nepoti ex edicto ſucceſ
ſorio datur querela: quia eſt remediũ ſubſi-
diariũ in.§.tam autẽ inſti.de inoff.teſta.ſi enĩ
hoc remediũ ceſſaret ſequeretur q̃d nepos eſ
ſet omni remedio deſtitutus: quanquã Imo.
non admittat hanc rationẽ in d.§.ſi filium.
¶Ideo Imo.in d.§.ſi filiũ.aſsignat aliã.ſ.quia
iura voluerũt,q̃d ex quo aperta erat via ad
rũpendũ teſtamentũ vel per querelã ſeu con
tra tabulas excluſo primo illud ius rũpendi
per edictũ ſucceſſoriũ tranſiret ad ſequentẽ
qui erat talis,q̃d ſi primũ gradũ obtinuiſſet
habuiſſet illud remediũ q̃d.dabatur ipſi pri
mo excluſo priuſquam excluderetur. Nam
inconueniẽs viſum fuit legiſlatori,q̃d extra
neo inſtituto & filio exhæredato deberet ſe
quens in gradu excludi a querela etiã primo
excluſo dum propter ſuã ingratitudinem re
pelli non poſſet.& cũ hac ratione trãſiuit A-
lex.in d.§.ſi quis filiũ.7.col.& fuit prius ra-
tio poſita a Bal.in d.l.pater filiũ.in lectura:
& probatur in l.2.in principio de bo.poſſ.
con.tab.¶Videtur igitur ex prędictis,ꝙ his
nepotibus qui excepto maiore nihil habent
ex bonis,patris,& aui ſuccurratur per edictũ
ſucceſſoriũ ad impugnãdum teſtamẽtũ aui,
dato q̃d pater ſuus conſenſiſſet & approbaſ
58 ſet dictum grauamen.¶Maxime quia edictũ
ſucceſſoriũ habet locũ in iure agendi ad ſup
plementũ ſicut in querela,vt tenuit Bart.in
d.l.pater filium per text.expreſſum in d.l.ſi
quis filiũ.vbi expreſſe circa remedium nepo
tis ſtatuit idẽ in iure agendi ad ſupplementũ
ſicut in querela & in veritate ille text.bene
conſideratus non probat hoc: cũ ſcd̃m intel
lectum omniũ illa lex nõ loquitur in edicto
*y ſucceſſorio.ſ.in iure trãſmiſsionis.*Sed hoc
idẽ ſequitur Bal.in d.l.pater filium in repet.
pe.col.non per d.l.ſed a ratione.l.nam & ſi
parentibus: quia ex q̃ debetur hęreditas ex
ſucceſſorio edicto:ergo eſt debitũ bonorum
ſubſidiũ:& per conſequens deuoluitur.¶Ex
quo etiã inferunt Bart.& Bal.ibi q̃d in que-
rela inofficioſæ donationis habet etiã locũ
edictũ ſucceſſorium,arg.etiã tex.in l.fi.C.de
59 inoffi.dona.¶Ad hoc põt reſponderi eſſe ca
ſum diuerſum querelã habere locũ in edicto
ſucceſſorio ad caſum in q̃ nos loquimur:qa
d.l.pater filium.& l.ſi is qui quæ permittit,
vt nepos præteritus habeat querelã contra
teſtamentũ aui,loquũtur qñ pater ſuus fuiſ
ſet exhæredatus & aliq̃ caſu excluſus a que-
rela vt proxime dictũ eſt.Sed in caſu noſtro
filius fuit inſtitutus in ſua legitima integra
q̃ caſu licet filius repudiet legitimam nepos
non põt querelare teſtamentum, nec dicere
nullum: vt in l.1.§.ſi parens.ff.ſi quis a pa.
fue.manu.vt Paulus dicebat in d.l.ſi quis fi-
liũ.& ꝓbatur hoc optima ratione:quia tunc
ꝓprie habet locum ſucceſſoriũ edictum,qñ
primus eſt excluſus repudiatione vel mor-
te: quia ſucceſſorium edictum dicitur qñ re-
medium cõpetens primo illo excluſo defer-
tur ſequenti in gradu.l.1.C.de ſucceſſ.edict.
& proprie ſucceſſorium edictũ vẽdicat ſibi
locum in iure delato ei, qui pręcedit in gra-
du a quo iure ille excluſus eſt repudiatione
vel tẽpore.Ideo ſequẽs in gradu admittitur
per edictum ſucceſſorium ex propria perſo
na,vt hoc ꝓbatur per totum titulum de ſuc
ceſ.edic.Ideo ipſe Paulus dicebat idem in d.
§.ſi filium ad finẽ.ſ.ꝙ ſi filius eſſet inſtitutus
licet repudiaſſet non cõpeteret nepoti edi-
ctum ſucceſſorium contra teſtamentum aui
ad annullandum ſeu querelandum dictum
teſtamentum.q̃d nota.& iſta eſt vna notabi
lis limitatio ad materiã edicti ſucceſſorij,per
quã videtur repelli in propoſito noſtro di-
cta obiectio: & quia omnes limitationes da
tæ ad materiã edicti ſucceſſorij faciũt ad pro
poſitum noſtrum nõ eas omittã. ¶Secundo 60
põt reſponderi ex alia ſecunda limitatione
data ad materiã huius edicti: vt ſ.ſi filius eſ
ſet exhæredatus & approbaſſet teſtamentũ:
& ob hoc eſſet excluſus a querela,quia tunc
non poterit rumpi teſtamentum a ſequenti
per querelam.iſta fuit elegans cõcluſio Bal.
in l.in ſuis.ff.de libe.& poſt.11.oppoſi.in re-
peti.mouetur argu.l.filio præterito.ff.de in
iuſt.teſta.& l.Papinianus.in principio in ra-
tione ſui.ff.de inoffi.teſta.de quo dicto mi-
rum in modum exclamat do.Alexan.in d.
§.ſi filium.5.col.verſi.quã tñ primo limita.
Refert q̃d nõ reperit ab aliquo alio tactum
fuiſſe.¶Hoc dictum diſplicet ibi Alex.ſ.in d.
§.ſi filium per text.in d.l.ſi is qui in princip.
ibi ſi nolit:& in d.l qui repudiantis in prin-
cipio.vbi dicunt conſulti:ꝙ ſi ille qui admit
titur ad querelam inofficioſi nolit eã inten-
tare,locum facit ſequenti.ſed ſatis videtur
nolle ille qui approbat teſtamentum. Item
mouetur cõtra Bal.ꝓpter id ꝙ Bart.dixit in
l.qui ſuperſtitis ad finẽ.ff.de acqui.hæred.in
illa quęſtione quã mouet gl.in l.pactum.C.
de colla.dẽ filia quæ cum iuramento renun
ciauit hæreditati paternæ vna cum filijs ex
alia filia prædefuncta,& ſic reſidet dicens ꝙ
non putat poſſe procedere dictũ Bal.¶Nec
obſtat



obſtat ſecundũ eum d.l.filio præterito:quia
cum ille caſus ſit exorbitans in quo de ęqui
tate pretoria teſtamentum reconualeſcit nõ
debet extendi ad alios caſus: maxime quia
ibi reconualeſcit in caſu quo nullũ fit alteri
pręiudicium:quia in eo inſtituti erant veniẽ
tes ab inteſtato q̃d nõ debet trahi ad caſum
in quo nepoti pręiudicium inferatur, & ita
aperto ore firmat contra Bal.* ¶Hoc idem
contra Bal.ſequitur modernior mediolanẽ
ſis qui pro tunc legebat Piſis in rubri.de ſuc
ceſ.edi.quaſi ad finem eodẽ fundamẽto quo
Alex.Nã ille,qui repudiat querelã ſatis ap
probat teſtamẽtum: tamẽ habet locum edi-
ctũ ſucceſſorium. vt d.l.ſi is qui.& l.qui re-
pudiante.Itẽ quia eo ipſo,ꝙ filio exhęreda-
to delata eſt querela cõmiſſa eſt via cæteris
deſcendentibus per edictũ ſucceſſorium ad
impugnandum teſtamẽtum excluſo illo,vt
dictis iuribus,vnde dicta approbatio nõ de
bet eis præiudicare l.poſt mortem.§.fi.ff.de
cõtr.tab.ad l.filio præterito reſpondet:quia
ibi bene dicitur ꝙ filius pręteritꝰ põt appro
bare ad ſui pręiudicium.An aũt hęc appro-
batio alijs fratribus præiudicet quin ipſi
poſſent dicere nullum ibi nihil dicitur & ſic
reſident ambo iſti contra Bal.¶Quo ad hãc
limitationẽ & eius veritatẽ quæſiui.d.repe-
titionẽ Bal.in d.l.in ſuis.vt viderẽ eius ver
ba,nunquam potui eã habere nec inuenire:
vnde q̃d videtur ſuper ea eſt hoc.Nã vt lo-
quitur Alex.in d.§.ſi filium.ſ.vbi filius eſſet
excluſus a querela ob hoc:quia approbaſſet
teſtamentum.Nã vbi hanc approbationem
faceret filius exhęredatus poſt mortẽ patris
iſti recte loquuntur. Nã cum d.l.ſi is qui.&
d.l.qui repudiantẽ.aperte dicant ſecundum
cõmunem opinionẽ,ꝙ vbi filius exhæreda-
tus nolit querelare teſtamentũ, admittatur
ſequens per edictum ſucceſſorium ad illud
querelandum non video diuerſitatẽ in ver-
bis eſſe ponendã q̃d ſemper abhorrui: itaq;
quomodocunq; hoc fiat ſiue repudiãdo que
relã ſiue approbãdo teſtamentũ filius repel-
latur a querela idẽ effectus debet induci:vt
vtroq; caſu nepos admittatur ex ſucceſſo-
rio edicto.Et licet do.Alexand.& d.Doctor
nouus de mediolano,ſic reprobẽt Bal. tamẽ
ego reperio eundẽ Alexan.ſibi contrarium.
imo tenere dictã Bal limitationẽ vt ſingula
riter ipſe poſuit in l.poſthumo.C.de bono.
poſſeſ.cont.tabu.col.5.verſi.ſed pone quod
extraneus.vbi mouet quæſtionẽ ſi teſtator
habens ſolũ vnicũ filium illũ præterit & ex
traneum inſtituit hęredẽ, vtrũ tunc habeat
locũ diſpoſitio.l.filio.præterito.ita vt filius
poſſet approbare teſtamentũ etiã in pręiudi
ciũ venientiũ ab inteſtato?Imola in d.l.filio
tenuit ꝙ ſic ex eo qa de nullius alterius præ
iudicio tractatur vlterius, ex quo ipſe ſolus
filius pręteritus dato ꝙ nõ approbaſſet ſuc-
ceſſurus fuiſſet ab inteſtato.¶Subdit Alexã.
& in hoc facit ad propoſitũ:imo videri ꝙ in
dicta approbatione etiã tractetur de pręiu-
dicio alterius.ſ.de his qui per edictũ ſucceſ-
ſoriũ poſſent admitti poſt filiũ: quia cũ in iu
re dicendi nullũ & in bonorum poſſeſsione
contra tabulas ſit locus edicto ſucceſſorio ſe
cundũ opinionẽ magis cõmunem,vt in l.2.
ff.de bo.lib.notat Bar.in rubri.de ſucceſſo.
edict.de quo ante dixi.igitur talis approba
tio non debet obeſſe quo ad ſequẽtes in gra
du qui admittũtur ex edicto ſucceſſorio quo
minus ad ius dicendi nullũ ſeu ad rũpendũ
teſtamentum admittãtur. Nihilominus hac
obiectione non obſtãte dicit eſſe verũ dictũ
Io.de Imol.vt valeat dicta approbatio in ca
ſu ſuperiori.ſ.vbi eſſet ſolus vnicus filius
præteritus & hæres extraneus inſtitutus: &
hoc ante Imo.tenuit Iaco.de Are.quẽ refert
& ſequitur Bal.in d.l.filio præterito.& in l.
in ſuis in repeti.11.oppoſitione.ff.de libe.
& poſthu.Idẽ Paul.in d.l.filio ſentit gloſ.in
l.poſthumus ver.data.ff.de iniuſt.teſta.quã
ad hoc ibi ponderauit Paulus,& in d l.filio
ad propoſitũ ſubdit ꝙ non obſtat dicta op-
poſitio in quãtum dicebatur ꝙ per edictum
ſucceſſorium vocentur ſequentes: igitur in
eorũ præiudicium non valuit approbatio.
Nam reſpondet hoc nõ obſtare ex eo quod
eo tẽpore quo filius approbauit teſtamentũ
non erat adhuc acquiſitum ius rumpẽdi ali-
cui ſequenti in gradu,ſed ipſi filio tantũ,qui
potuit tanquam prior in gradu approbare
teſtamentũ per d.l.filio præterito. Ideo ſe-
quentes in gradu ſero veniunt cũ inueniant
teſtamentũ cõfirmatũ.pro quo facit l.ſi quis
filiũ in fine.de inoffi.teſta.& ſic ſi recte conſi
deras Alex.aperte ſequitur opinionem Bal.
in d.l.in ſuis.contra id ꝙ ipſemet Alex.fir-
mabat in d.l.ſi quis poſthumos.tenẽs quod
approbatio teſtamenti noceat ſequentibus
in gradu.ita ꝙ non admittantur ad annul-
landum nec impugnandũ tale teſtamẽtum
vigore edicti ſucceſſorij, & hoc tene menti,
ad q̃d nõ aduertit dictus modernior medio-
lanẽſis. ¶Et hoc bene poteſt corroborari ex
opinione poſita per Bar.in l.filio præterito
in 2.

*Videlicet dñs Iaſ.qui latius eſt vt dedus in eadem l.inſtis.ff.de li.& poſthu.pe.co.verſ.tenendo tamen cõmunem.

in 2.oppoſitione.vbi tenet, quod filius prę-
teritus poteſt approbare teſtamentū etiam
in præiudiciū aliorū adeo ꝙ per ſuā appro-
batione filiusalius inſtitutus in illo teſtamē
to,non poſſet dictū teſtamentū contra tabu-
lare:& ſic quo ad oēs dictū teſtamentum ma
neat firmū. Idē tenet in l. ſi poſt mortē ad fi.
nē de bo.poſſ.cont.tabu. vbi fortius dixit,
ꝙd niſi præteritus contratabulet filius inſti-
tutus nō admittitur ad impugnandū; & hāc
opinionē ſequitur Sali. in l.vxoris ab ortu.
C.de poſthu.hęre. inſti. Sed quia hoc nō eſt
indiſtincte verū vt Bal.dixit in l.poſthumo.
de bo.po.con.ta.& late ibi Alexā. tractat in
quorū pręiudiciū poterit præteritus appro
bare ſemper videtur mihi verior opinio cō
61 traria.d.limitationi. ¶Vbi autē filius in vi-
ta patris in ipſo actu teſtandi approbaſſet te
ſtamentū & conſenſiſſet ſe exhæredari, tunc
tenendo opinionē glo.poſitā in d. l. ſi qñ.&
ſequaciū,eſſet magis dubiū,cū tunc non fuit
nata querela ex quo valuit teſtamentum &
exhæredatio facta cū eius conſenſu vt in d.
l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.videtur ꝙ
iſto caſu ceſſaret edictū ſucceſſoriū. cū illud
habeat locum vbi filio fuiſſet delata quere-
la: ſed hic non fuit delata vnquā cū in ipſo
actu.teſtandi approbauit dictū teſtamētum
& ſenſit ſe exhęredari:qđ valuit attēta dicta
opinione.& ſic iſto caſu forte poſsit ſuſtine-
ri dicta limitatio Bald.Cogitabis ſuper hoc
& tene menti;& hoc de.2.limitatione in ma
62 teria edicti ſucceſſorij. ¶Tertia limitatio ad
materiam edicti ſucceſſorij ſit nimis cōtigua
limitationi ſuperiori. * Pone.n.quod filia
renunciauit hæreditati paternæ cū iuramen
to ita quod fuit valida renunciatio iuxta.c.
quāuis pactū de pac.in 6.nunquid hæc renū
ciatio præiudicabit * nepotibus vbi pater
ſuus ſuperuixit auo? Bal.mouet in l. fi.C.de
pactis 3.col.verſi.ſed hic incidenter quæri-
*s tur,& indiſtincte tenet, quod dicta renuncia
tio pręiudicet nepoti.Mouetur quia talis re
nunciatio habet vim pacti; & parit vniuer-
ſali hæredi pacti exceptionē. vnde vniuerſa
lis hæres aui videtur hoc ius habere ex libe
ralitate patris ſeu matris renunciantis.Nec
ſecundum eum obſtat ſi dicatur dictos nepo
tes admittendos ex edicto ſucceſſorio:nam
ſecundum eum & ſatis ad propoſitum,aliud
eſt hæreditatem delatam matri ipſam ma-
trem renunciare, & hoc non obſtat nepoti
per edictum ſucceſſori.vt in d.l.pater filium
& l.ſi is qui.de inoffic.teſta.quia tunc nepos

*¶ Adde Paul. de cōſil. 181. ſatis nota eſt quæſtio. colum. 3.

venit ex propria perſona,& ſic non debet ſi
bi obſtare materna ſiue paterna renuncia-
tio.l.non tantum.§. ſi emancipatus de cont.
tabu. aliud eſt de hæreditate deferenda paci
ſci non petere eam;vt in caſu d.c. quāuis pa
ctum. Nam iſtud pactum eſt quędam tacita
donatio a patre ſeu matre nepotis in hære-
dem vniuerſalem patris ſui collata: & pro-
inde nepos excluditur ac ſi mater poſside-
ret quia ille poſsidet quihabet cauſam a ma
tre.ſicut ergo mater præcedit filiū, ita & iſte
poſſeſſor habens cauſam a matre: hęc ille re
ferens quod ita ſeruatur de conſuetudine.
Subdit tamen quod optima cautela eſſet,
quod verba non ſint concepta per modum
ſimplicis renunciationis: ſed magis in for-
mā pacti de non petendo;quia cenſetur quę
dam donatio.l.ſi quis obligatus.de regu.iu.
& ſic reſidet concludens dictam patris renū
ciationem obeſſe nepotibus.idē Sali.in l.pa
ctum quod dotali pe.col. C de pactis. idem
Pau.de Ca.in l.pactum.C. de colla. nec ob-
ſtat ſi dicatur ſecundum eum quod ex quo
filia excluditur nepotes debent venire ex e-
dicto ſucceſſorio: quia reſpondet ad hoc qđ
ex quo renūtiatio facta fuit ipſi patri qui vi
detur eam recepiſſe pro filijs ſuis maſculis
illis ſolis debet proficere argu.l.ſi actionem
cum ibi notatis.C.de pactis ſecus dicit quan
do præcedens in gradu renunciaret ſimpli-
citer non contemplatione alicuius alterius:
ſed propter ſe ipſum nolēs implicari hære-
ditarijs oneribus. ¶Itaq; cōcluſio cōmunior
videtur quod hęc renunciatio vbi filius ſu-
peruixit patri noceat nepotibus qñ ſuper-
ſunt alij qui erāt ſucceſſuri. cum dicta filia ſi
non renunciaſſet cum iuramento:quia tunc
portio iſtius renunciantis eis accreſcit & po
tentior eſt ius accreſcendi.quā edictū ſucceſ-
ſorium:& ſic nepos impeditur ab edicto ſuc
ceſſorio per tale ius accreſcendi.l.1.cū gl.C.
quando non.de par.hoc voluit Bart. in d.l.
qui ſuperſtitis.de acqui.hære.& ibi Pau.per
Bald.Salic.in d.l.fi.de pactis.& in l. pactum
eo.tit.Salic.& Bal.in l. pactum de coll. & a-
lij licet gl.in d.c. quamuis pactum.indiſtin-
cte dicat hanc renunciationem nocere nepo
tibus,& Bal.in d.l.fi.de pact.Sed communis
opinio eſt quod vbi filia quæ renunciauit
haberet fratres ſeu alios qui per ius accre-
ſcendi poſſent admitti cum portio renun-
ciata eis accreſcat,nepotes non admittuntur
ex edicto ſucceſſorio , & per conſequens eis
noceat renunciatio paterna ; alias ſi non eſ-
ſent



ſent alij qui poſſent venire per ius accreſcen
di nepotes admitterentur ex edicto ſucceſſo
rio,& per conſequens non noceret eis dicta
renūciatio.huius opinionis fuit Bar. & Pau.
in d.l.qui ſuperſtitis.Alexā.in l.pactum. C.
de colla.& alij.licet inſpectis Bal.fundamen
tis in d.l.fi.& eius conſideratione indiſtincte
nocet nepotibus cū ipſe affirmet quod vbi
paciſcitur ſuper hæreditate deferēda nondū
delata ceſſat. edictum ſucceſſoriū. & quia de
hoc latius inſiſtam. in.4 limitatio. quā Deo
dante ponam ad l.regni hic inferendā. Hoc
ſufficiat quo ad tertiam limitationem circa
63 edictū ſucceſſorium.¶Quartam limitationē
ad materiā edicti ſucceſſorij poſuit mirabi-
liter Rom.in. l.qui ſe patris.C.vnde liberi.
22.col.verſ.inquantū ſuperius dixi.Nā ho-
die etiā in ſuis habet locū edictū ſucceſſoriū
cum eis conceſſum ſit ius abſtinendi de iure
prætorio:vt voluit glo.in l.qui ſe patris. &
in rubr.de ſucceſ.edi.& in l. 1.§.ſciendum.&
§.fi.ff.de legi.hære.quę opinio communiter
approbatur hodie per omnes exceptis qui-
buſdam antiquis.Vltramontanis quos late
recitant moderni in d. l. qui ſe patris tamen
*t cōmuniter tenetur quod de iure * prætorio
in eis ſit locus edicto ſucceſſorio.Cū ex illo
iure ſolum permittatur filijs abſtenſio,vt in
§.ſed & his permittit.Inſti. de hæred.qua.&
differen,dicit nūc Romanus, ſe nouiſsime co
gitaſſe caſum ſingularē in quo iure hodier-
no de iure ciuili inter ſuos non ſit locus edi-
cto ſucceſſorio, ſcilicet in filio legitimato p
curiæ oblationem,aut per reſcriptum prin
cipis. * quoniam cū iſte velit nolit ſit hæres
neceſſarius patri,vt in text.ſingu.in authen.
qui.mo.na.effi.ſui.§.& quoniam quem tex.
licet loquatur in legitimatione per oblatio
nem curię Ange.extendit illum ad legitima
tū per reſcriptum principis.Merito tali ca-
ſu viua neceſsitate concluditur, quod inter
iſtos nō ſit locus edicto ſucceſſorio cum pri
mus repudiare nō poſſet,& ſic eſt impoſsibi
le deuenire ad edictum ſucceſſorium & redu
citur ad ius 12.tabula.poſitum in d.l.1.§.ſciē
dum.quo caſu illud ius manet incorrectū;&
vera opinio Vltramōtanorum & ſequaciū.
quod perpetuo dicit notandum & menti te
nendum , & quod a ſe ſolo & nunquam ab
alijs tactum nec inueſtigatum fuit.¶Mirabi-
le verbum eſt hoc & magnæ importantiæ
quod non reperio relatum per aliquem mo
derniorum quē pro nunc viderim:& depen
det ab hoc verū.d.§.quoniā.qui aufert legi-

* Et eodem modo pater ipſi filio legitimato per eundem tex. in.§.in quibus ſecundū Guiliel. Benedi. in repetitione. c. raynūt.de teſta. verbo mortuo itaque teſta. 2. nume. 100.Vbi plura de beneficio abſtinendi tradit.

timato per oblationē curiæ beneficiū abſti-
nēdi habeat locū in legitimato per reſcrip-
tū principis.& reperio ꝙ idē Romanus in d.
l.qui ſe patris.& in l.neceſſarijs.ff. de acqui.
hære.tenet cū Angel.in.§.quoniā. vt proce-
dat ille tex.etiā in legitimato a princi.idē vi
detur firmare Bal.in c.per tuas. de maio. &
obedi.vbi eleganter dicit, ꝙ ſi legitimatus
producit priuilegiū legitimationis ſibi factæ
a principe,& ſic ei cōſentit ꝙ nō poteſt abſti
nere ab hæreditate paterna.& per cōſequens
nihil ei prodeſt beneficiū abſtinēdi . allegat
d.§.& quoniā.quod eſt notandū. ¶Plus fir-
mabat Romanus per prædicta. in d.l.neceſ
ſarijs ꝙ ſi pater inſtituiſſet filiū naturalē tan
tū,qui filius fuit ingreſſus monaſteriū,quod
talis filius nō poterit ſe abſtinere ab hæredi
tate paterna:& refer Roma.quod hoc didi-
cit a quodā ſingulari viro & mirabili dum
ipſe iret ex Peruſio Romā:dicit ſe eū nō cog
nouiſſe tñ quod putat illū eſſe Cathalanū &
refert quod hoc dictum probabat ſibi ex eo
quod Guillel.de Cug.& Bal.dicūt in l.1 C.
de ſacroſ.eccle.quod ſi pater inſtituat ſpuriū
ſub hac cōditione ſi monaſteriū ingredere-
tur,quod valeret inſtitutio ex eo quia quē-
admodū per oblationē curiæ quis efficitur
legitimus & capax , ita per oblationē factā
Deo per l.fi.C.de ſacroſ. eccle ergo attenta
hac æquiparatione,debemus fateri,qđ quē-
admodū legitimatus per oblationē curię nō
poteſt ſe abſtinere vt in d.§.& quoniā.ita le
gitimatus per ingreſſum monaſterij ex quo
infertur aliud nouiſsimū in hac materia, qđ
cū filius legitimatus per ingreſſum monaſtę
rij ſit hæres neceſſarius nō habet locū in eo
edictū ſucceſſoriū. qđ perpetuo commēda.
¶In veritate tñ dicta limitatio Romani poſi 64
ta in d.l.qui ſe patris.ad edictū ſucceſſoriū.
nō caret ſcrupulo.¶Primo,quia d.§.& quo-
niā.prohibēs beneficiū abſtinendi loquitur
in legitimato per oblationē curiæ.ſed exten
dere illā ad legitimatū per reſcriptū princi-
pis hoc nō fuit fas Angelo,nec Romano,ma
xime quia tex.in.§.illud qui.mo.na.effi.ſui.
expreſſe dicit qđ iſti filij legitimati nihil dif-
ferūt a legitimis ibi(nihil a legitimis differē
tes)nec obſtat reſpōſio quā dabat Roma. in
d.l.neceſſarijs. defendens opinionē Angeli.
ſ.quia illud ſit verū quod nihil differunt a
legitimis niſi in caſibus expreſsis in iure:ſed
caſus eſt expreſſus in d.§.& quoniam. ergo
hæc reſponſio nihil valet quia nō ibi caſus
expreſſus in legitimato per reſcriptum prin

cipis ſed ſolum in legitimato per oblationẽ
curiæ.¶Præterea hoc fuit de mente Bald. in
d.c.per tuas.de maio.& obe.vbi poſtquam
voluit affirmare ꝙ legitimatus per reſcrip-
tum principis nõ habeat beneficiũ abſtinen
di per d.§.& quoniã.dicit vel ibi non loqui
tur in omni genere legitimationis ſed ſolũ-
modo in legitimato per oblationẽ curiæ,&
ſic aperte reſtringit.d.§.& quoniã.ad legiti-
matũ per oblationẽ curiæ,& vt nõ intelliga
tur,nec extẽdatur ad legitimatũ per reſcri-
ptũ principis.¶Et hoc etiã reperio in expreſ
ſo firmaſſe dominũ Alex.in l.neceſſarijs. ff.
de acqui.hære. dicẽs hoc verius eſſe vt ille.
§.ſolũ reſtringatur ad legitimatũ per obla-
tionẽ curiæ,ex eo quia iura magis fauẽt le-
gitimato per oblationẽ curiæ quã legitima
to ꝑ reſcriptũ principis.Quod patet, quia
pater habẽs filiũ legitimũ & naturalẽ, bene
poteſt legitimare filiũ naturalẽ per oblatio
nẽ curiæ.caſus eſt in.§.ſi quis igitur fuerit na
turalium.in auth.qui mo.na.effi.legi. quod
ſecus eſt per aliam legitimationẽ per reſcri-
ptũ principis fiendã.Ergo cũ iura magis fa-
uent legitimato per oblationẽ curiæ etiam
cum præiudicio legitimorum & naturaliũ,
tanto iuſtius fuit illi contrauenire, ita vt nõ
poſsit abſtinere ab hæreditate paterna ar-
gũ.l.eũ qui in prin.ff.de iure iurã.& hãc ra-
tionẽ adducebã cõſulẽdo cõtra Ang. in alia
quæſt.circa legẽ.huius regni cuius cõmentũ
eſt in manibus.ſ.vtrũ pater poſſet meliora-
re in tertio filiũ legitimatũ per principis re-
ſcriptũ,de quo infra,& dicit Roma.in d.l.ne
ceſſarijs.quod etiã ille Cathalanus diſcrepa-
bat in hoc ab Angelo,imo tenebat ꝙ ille.§.
& quoniã.ſolum obtinet in legitimato per
oblationẽ curiæ,nec legitimato per princi-
pis reſcriptũ auferendũ eſſet beneficiũ abſti-
nẽdi,& hoc tene mẽti.¶Per hoc etiã Alex.in
caſu fortiori nõ putat verã ſuperiorẽ cõclu-
ſionẽ Romani,& illius Cathalani, dicentiũ
ꝙ filius legitimatus per ingreſſum monaſte-
rij nõ haberet beneficiũ abſtinendi. nã ratio
quare oblatus monaſterio habetur pro legi
timato eſt fauore monaſterij cui quærenda
venit hæreditas vt in auth.ingreſsi.C.de ſa
croſ.eccle.vnde ſi dicta concluſio eſſet vera,
hoc redundaret in præiudicium monaſterij:
quia ipſum obligaret inuitũ contra.l. quod
fauore.C.de legiti.quę ratio nõ ſtat in legiti
mato per oblationẽ curię,prout loquitur d.
§.& quoniam.quia ibi non erat hæres curia
ſed filius legitimatus,& cum hoc etiam trã-
ſiuit quidam modernior Mediolanenſis in
l.vnica.13.col.C.quando non peten.par.li-
cet ſola recitatione.& adhuc nõ multũ fide-
li vtatur,& hæc videntur mihi veriora, &
hæc corroborabis ex his quæ infra dicã in
illa quæſtione,ſi pater poterit meliorare in
tertio vnũ filium legitimatũ per reſcriptũ
principis.Quinto limita dictã materiã ſuc- 65
ceſſorij non habere locũ,vbi excluſo primo
a querela ſtaret aliquis ad quẽ p*ius accreſ *u
cẽdi deuolueretur iſtud ius excluſi. quia tũc
par in gradu per ius accreſcẽdi excludet ve
nientẽ per ſucceſſorium edictũ,nã ius accreſ
cendi potentior eſt edicto ſucceſſorio,iſte eſt
caſus ſing.in l.meminimus ad finem. verſic.
nullu ſque ſit.C.de legi. hæred. quem text.
adhoc extollit Bal.ibi eſt etiam caſus ſecun-
dum vnam lecturam glo.in l.vnica. quãdo
non peten.par.& illum ponderat Bal.ibi.4.
col.ibidem tenent multi in l.pactum.C.de
collatio.& in d.l.qui ſuperſtitis & Alexã. in
d.§.ſi quis filium facit.l.cum emãcipatus. §.
qui duos.de bo.po.contr.tab.& idem dicas
in iure dicendi nullum, in quo nec iſto caſu
habe locum edictũ ſucceſſorium per iura
prædicta,& idem Bald.in dictis locis,& Ale
xan.in d.§.ſi filium. ¶Sexto limita quod in 66
ſucceſsione ex teſtamento eſt clarũ non ha-
beret locum ſucceſſorium edictum,ſed tan-
tummodo ordo teſtamenti ſeruandus eſt.l.
2.§.defertur.de bo.poſ.ſecundum tab. Bar.
in rubri.de ſucceſ.edi.& patet hoc quia edi-
ctũ ſucceſſorium proprie habet locum quã-
do querela fuit delata filio quia fuit exhære
datus & ſuperuixit poſt mortem patris:quo
caſu aperit viam ad rumpendum & facit vt
cæteri ſequentes per ſucceſſorium edictum
admitti poſsint.l.prima.cum gloſ.quæ po-
nit diffinitionem huius edicti.C. de ſucceſſ.
edi.ſecus ſi nõ eſſet delata dicta querela ſibi:
puta quia fuiſſet inſtitutus, vel eſſet mor-
tuus viuo teſtatore.nam tunc in querela nõ
eſſet locus edicto ſucceſſorio. Iſte eſt caſus
nota.in l.2.de bon.libe.ff.& hoc cum(vt di
xi)proprie edictũ ſucceſſorium dicitur quã-
do remedium competens primo illo exclu-
ſo defertur ſecundo vt d.l.1.& proprie com
petit in iure delato.l.p.in princ. ff. de ſucce.
edicto.& hoc etiam Docto. poſuerunt pro
limitatione ad materiam edicti ſucceſſorij.
¶Septimo poteſt limitari quod edictum ſuc 67
ceſſorium habet locum, vbi filia eſſet exhæ-
redata. ſed vbi eſſet inſtituta in*re certa, *x
vel eſſet ſibi aliquid relictum pro ſua legiti
ma





ma licet non integra,tũc quia teſtamentum
eſt factũ rite & recte filio in aliquo inſtituto,
prout iubet.l.omnimodo de inoffic.teſtam.
C.tunc licet nepos reperiatur præteritus ex
perſona ſua:tamen vigore edicti ſucceſſorij
nõ poteſt intẽtare querelã.Caſus eſt in d.l.ſi
quis filiũ.C.de inoffic.teſtamen.& licet Bal.
in princ.loquatur dubitatiue in fine hoc af-
firmat dum dicit,& in hac opinione reſideo,
& hoc attulit opem in cõſulendo Frãciſ. de
Areti.in cõſi.49.intellige,ꝙ tunc non habet
locũ edictum ſucceſſoriũ ad querelandũ ſed
bene ad ius agendi ad ſupplementũ, in quo
habet etiã locum edictũ ſucceſſoriũ vt firma
uit Bart.in l.pater filiũ.de inoffic.teſta.& eſt
caſus in d.l.ſi quis filium.¶Hæc omnia tene
bis mẽti per quæ cognoſces quid dicendum
eſt in quæſtionis deciſione,ſcilicet vbi filius
in vita patris cõſenſit & approbauit teſtamẽ
tũ & grauamen,ſeu conditionẽ maioriæ ſibi
appoſitã in legitima & ipſe ſuperuixit. auo,
ſi nepotes vltra maiorẽ, qui quodammodo
ſunt excluſi vigore dictæ cõditionis habeat
aliquod remedium vigore edicti ſucceſſorij.
Cogitabis ſuper his quia in his nunquã de-
ciſis ſuperbũ eſt homini parũ docto,vti ego
loqui dedicẽdo:maxime quia fere nũquã ca
reo ſcrupulo in tanta ſcribentiũ copia & opi
68 nionũ varietate.¶Præterea contra nepotes
facit illud ꝙ Bar.ſcripſit recte intellectus in
l.1.in fi.ff.de contra tab.vbi dicit, ꝙ ſtante
ſtatuto,quod filia fœmina nõ ſuccedat ſtãte
maſculo,ſi filius maſculus ſit inſtitutus in te
ſtamẽto in re certa vel inter viuos receperit
certũ quid, & reſiduũ cũ iuramento refuta-
uit:talis filius perinde obſtat filiæ & eam ex
cludit ac ſi in totum ſuccederet per l.1.§.ad
uerſus.ff.ne quid in frau.pa.& ſic deciditur
ibi aperte ꝙ filia quæ excluditur a filio maſ
culo per ſtatutũ non poteſt admitti aliquo
remedio,vbi filio eſſet relicta certa quãtitas
in teſtamẽto,ſed ſicut matri filio exhæreda-
to cõpetit querela virtute edicti ſucceſſorij,
vt d.l.pater filiũ.ita etiã filiæ quæ excludi-
tur a filio ex forma ſtatuti competit quere-
la virtute edicti ſucceſſorij,ſi filius a patre eſ
ſet efficaciter exhæredatus,vt declarat ſingu
lariter Bar.in l.1.§.ſi pater.de cõiun.cõ emã.
libe.cũ ergo termini ſunt pares vt filia ex-
cludatur filio inſtituto in re certa vbi ꝑ ſta-
tutũ filia excludebatur per filiũ:ita exclude-
tur mater a rũpendo per edictũ ſucceſſoriũ,
vbi filia eã præcedebat,cui aliquid fuit reli-
ctũ.¶Preterea facit optime quoddã conſiliũ
Areti.in d.con.49.vbi cõſuluit in quadã.q.
vbi quidã inſtituit poſthumũ in re certa pro
ſua legitima,vtrũ mater iſtius filij teſtãtis ad-
mitteretur per edictũ ſucceſſoriũ ad annullã
dũ teſtamentũ:ſeu ad illud impugnandum
per querelã inofficioſi teſtamenti:concludit
nullo modo per edictũ ſucceſſoriũ matrem
admittendã ad impugnandũ teſtamentũ di
cti filij ſui,& mouetur fundamẽtis pluribus
& etiã ſuperiori,& alijs quæ per te vide. Et
dicit ipſe hoc probari manifeſtiſsima ratio-
ne:nã regula eſt,ꝙ ius rũpendi,ſiue per que-
relã,ſiue alio modo cauſatur a debito legiti
mæ:vnde cui debetur legitima ille præteri-
tus vel exhæredatus poteſt rumpere:ſed cui
nõ debetur legitima nõ datur querela nec re
mediũ rũpendi.Hæc fuit regula poſita per
Bar.*in l.gallus.§.quid ſi tantũ.ff.de libe.& *y
poſth.in illa.q.vtrũ nepos ex filio emãcipa-
to præteritus patre inſtituto põſsit dicere
teſtamentũ nullũ,& hæc regula ſatis proba
tur in l.Papinianus.§.quoniã autẽ.de inoffi.
teſt.& in l.cũ quia.eo.tit.quod fallit in fra-
tre ſolũ turpi perſona inſtituta vt l.fratres.
eo.tit.ſed certũ eſt quod matri poſthuma eã
præcedẽte,nõ debebatur legitima: cũ dictæ
poſthumæ relicta eſt,& quia ſi filia inſtituta
in ſua legitima matri deberetur legitima,
hoc non poſſet eſſe niſi per edictum ſucceſſo
rium.ſed in caſu huius quæſtionis,licet dicta
filia ab hæreditate ſit excluſa tamen quo ad
legitimam ſibi relictam incluſa eſt non autẽ
excluſa.Quomodo ergo mater per ſucceſſo
rium edictum poteſt petere*legitimam, cũ *z
præcedens eam non ſit excluſus ab illo iure
in quo mater vult ſuccedere,nam regula eſt
in oppoſitum in l.1.§.ſciendum.ff.de ſucce.
edi.quod in iure,vbi non datur excluſio pri
mi non poteſt dari ſucceſsio ſecundi,nec de
ueniri ad ſucceſſorium edictum,& ſic cõclu-
dit,licet mihi videtur quod caſus in quo ip-
ſe conſuluit habet parum dubitationis attẽ
tis principijs huius materiæ. ¶Hæc vbi di- 69
ctus conſenſus ſeu teſtamenti approbatio
fuiſſet facta in vita patris,ſed vbi hoc fieret
poſt mortem patris tunc puto quod ſi iſte fi
lius cui appoſita eſſet conditio ſeu onus in
legitima,haberet filios & conditio ſeu gra-
uamen ſibi appoſitum eſſet in eorum præiu
dicium, puta, quia diſpoſuit & ordinauit
auus quod relinquebat filio ſuo talia bona
pro legitima ſua ſub hoc onere quod poſt
eius mortem non diuiderentur, ſed integra
venirent ad eius filium maiorem nepotem

teſtantis, & ſic in eis perpetuo ſuccederet deſcendens maior natu. ¶Quia iſto caſu iſte filius in præiudicium filiorum ſuorum nepotũ teſtantis non poſſet conſentire nec approbare hoc teſtamentum & grauamen ſibi appoſitũ in legitima, & hoc propterea quia eo ipſo quod mortuus fuit pater: dicta bona legitimæ, libere & pure & ſine onere fuerũt diſcto filio adquiſita reiecta dicta conditione per hãc legem. Itaque credere, quod ſi dictus filius cõſentiret & approbare dictũ teſtamẽtum & onus, quod eius filij in quorũ præiudicium vertitur dicta approbatio & conſenſus habeant remediũ quo ad dictum eorum præiudicium, & eis debeat & poſſet ſubueniri per querelã inofficioſę donationis cõſideratis prĩcipijs illius tituli de inoff. dona. hoc probo ſic, nã ſicut pater nõ poteſt donare inofficioſe in præiudiciũ filiorũ, vt in illo tit. C. de inoffi. dona. ergo eodem modo, nec poterit conſentire in tali actu in quo ex eius cõſenſu reſultet donatio. regula eſt no. quę probatur in l. ſi liqueat. C. de inoffi. dona. ¶Et ſi dicas non videtur pater donare ſed auus, reſpondeo: ꝙ imo pater donat, nã licet ab auo adquiratur, ius tñ hoc nõ poſſet fieri niſi eorũ pater cõſenſiſſet. Accedit ad hoc optimus tex. in l. 2. C. ſi aduerſus dona. vbi eſt caſus, ꝙ qui non poteſt alienare ſine decreto: ita nec alienanti cõſentire. Ratio quia licet poſſidens habeat a cõtrahẽte cauſam dominij: tñ ab ipſo minore habet dominiũ & auelleretur dominium a minore ꝙ eſt prohibitũ. ¶Quod Bal. extẽdit ibi ad ſtatutũ diſponẽs ꝙ minor non poſsit aliquam venditionem facere ſine conſenſu conſanguineorũ, etiam ſi iurauerit non poterit vendenti cõſentire: quod indubitanter affirmat ſi ſtatutum loqueretur de alienatione: quia licet nõ det titulum minor tamen dat dominium, & ab ipſo minore directe euelleretur. ff. de manu. vi. l. pater ex prouincia. quod eſt prohibitũ a ſtatuto. ergo &c. ¶Et ſi tempore conſenſus

*a & approbationis iſte filius non * haberet niſi vnum filium poſtea nati ſunt alij, nihilominus habet locum titulus de inoffi. dona. per l. ſi totas. C. de inoffi. dona. & ſi nullum haberet tũc temporis, ſed poſtea naſceretur haberet locum l. ſi vnquã. C. de reuo. dona. Maxime quia ſi in effectu conſideres hunc conſenſum præſtitum per filium poſt mortẽ patris reſpectu filiorum omnium: excepto maiore ſatis dicitur repudiaſſe, quo ad eos paternam hæreditatem: cum ad eos nihil debeat deuenire niſi ſolum ad fratrem ſuũ maiorem: & ſic a ſimilitudine edicti ſucceſſorij eis eſſet ſuccurrendum vbi edictum locum haberet cõſideratis regulis, de quibus ante. ¶Hæc omnia perpetuo commenda nouiter ad hoc propoſitum deducta per quæ poteris decidere plura vſquequaꝗ indeciſſa ad plures maioratus abſque licẽtia regis factos ſed reperiuntur antiqua teſtamenta, vbi bona relinquuntur filijs iure maioriæ quæ teſtamenta expreſſe per filios reperiuntur approbata, & etiam tacite per plures actus. Et fateor nunquam tantum laborem ſumpſiſſe in totius legis commento quã in huius ampliationis examine: ideo calamus plus forte quam expediret dilatatus eſt, quia iudicãdo & conſulendo ſuper huiuſcemodi dubio plures noctes duxi inſomnes, & timeo ne cõtra me obtrectatores vtantur verbis illis de quibus in euangelica veritate. Tota nocte laborantes nihil cepimus, ſed ſummus deus teſtis eſt qui ſcrutatur corda. ad hoc principaliter labor meus intendit non vt vanã quæram gloriam, ſed vt ſolũmodo via veritatis inueniatur. Et hoc de hac longa, prolixa nimis & tædioſa ampliatione.

## SVMMARIVM.


1 *Legitima an poſsit relinqui filio in pecunia & in quibus bonis debeat eam habere filius & numero. 2. 3. & 4.*

5 *An ſufficiat inſtituere filium in vna re hæreditaria pro legitima.*

6 *Filius non tenetur acceptare legitimam in re aliena.*

7 *Filius an poſsit eligere legitimam in vna re & numero. 10.*

8 *Filius an poſsit eligere legitimam minutatim in ſingulis rebus.*

9 *Repletio legitimæ an poſsit fieri de ſingulis rebus.*

11 *Filius qualiter ſit & dicatur creditor in legitima. & an habeat hipothecata bona patris cum numer. ſequen.*

14 *Filius quam rem poſsit eligere ad vendendum pro ſua legitima.*

15 *Filius an poſsit eligere rem alteri legatam pro legitima.*

16 *Si filius concurrit cum fratribus, quibus debetur legitima nullum ius eligendi habet.*

17 *Pater an poſsit pro legitima aſsignare filio rem quam velit & numero. 18.*

19 *Filius an poſsit dicere ſe velle habere legitimam in re ſibi a patre conceſſa. cum nume ſequen.*

20 *Intellectus. l. filium quem habentem. C. famil. herciſc.*




*Vndecima ampliatio.*

*Adde Philip. cor. conſil. 168. in hac conſultatio- volu. 3. col. 2. Phili. deci. cõſi. 236. non parua difficultas. colũ. fin.*

1 Vndecimo ampliatur huius legis diſpoſitio, vt extẽdatur ad grauamen illatum per patrem aſsignantem filio ſuo legitimam, non in rebus & bonis hæreditarijs, ſed in pecunia: nã cum hoc ſit grauamen filij cuius intereſt habere legitimã in bonis paternis, reijcitur tale grauamen per hanc legem, & eo non obſtãte filius conſequitur legitimam in bonis quæ remãſerunt a patre. Hoc probatur ex tex. ſingul. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſtam. ibi. (Repletionem autem fieri ex ipſa ſubſtãtia patris) per quem Bal. infert ibi ꝙ ſi pater inſtitueret filium in mille pro legitima ſua, quod filius poſſet dicere nolo pecuniã, ſed corpora hæreditaria. vnde erit electio filij ſecundum Guiliel. ¶Allego bonum tex. & ſingularem hoc probãtem in patrono & liberto in l. libertus qui ſoluendo. ff. de bon. libe. probatur in authen. nec virum ex dote. §. 1. colla. 7. & hoc eſt ideo quia filius in legitima ſit loco creditoris, ideo poteſt eligere vt dicunt Iacob. de Are. & Cinus in authen. res quæ. C. cõmu. de lega. ¶Vnum tamen eſt, ꝙ legitima non debet filio aſsignari minutatim * in diuerſis rebus, ſed in re mediocri ar-

a * bitrio boni viri, ſecundũ Bal. in d. §. repletionem. probatur in l. 2. C. quãdo & qui. quar. par. de li. 10. quod eſt notabile ſcd̃m eũ poſt Guiliel. de Cug. ¶Adde quod Sali. in d. l. ſcimus. titubat: ad finẽ dicit ſe tenere quod filius pro legitima non poſſet petere rem de ſubſtantia teſtatoris ſed debeat ſe cõtentare cum legato pecuniario a patre facto. poſtea inclinat in contrarium ea ratione, de qua ſupra. ſ. quod filius dicitur creditor in legitima, ideo eo inuito quantitas legari non põt, ſicut nec pater tranſiens ad ſecũda vota poſſet lucrũ nuptiale ꝙ in ſpeciebus cõſiſtebat alienare, ſed tenetur filijs reſeruare. Et hanc concluſionem Guili. & Bal. ſequitur Paul. in d. l. ſcimus, dicit tñ quod filius non debet petere legitimam in ſingulis rebus propter incõmodam ſeparationẽ ſed iudex põt eam in vna re vel duabus ſibi aſsignare per d. l. 2. ¶Et licet nõ allegetur per iſtos reperio Bar. idem tenentem in l. ſuus quoꝗ ad finem. ff. de hæred. inſti. vbi referẽs verba Guiliel. dicit quod ſi pater relinquit filio iure inſtitutionis certam quantitatẽ & filius dicat nolle dictã quantitatem, ſed dicit quod quãtus eſt valor quantitatis tantum vult habere in bonis defuncti, quod debet audiri. allegat. d. l. ſcimus, & d. authen. de trien. & ſemi. tamen non eſt audiendus in hoc. ſ. ſi dicat ſe velle tantam partem in qualibet re, ſed debet habere in aliqua re arbitrio boni viri, vt in d. l. 2. eundem ſequitur Bal. ibi. idem ibi Ioan. de Imo. per omnia dicens etiã quod tũc quãdo non vult pecuniam habebit legitimã in vna re vel duabus, prout fuerit in concordia cum herede: & ſi ſe non cõcordent habebit eam in vna re vel duabus, prout iudici viſum fuerit per. l. non amplius. §. 1. ff. de legat. 1. faciunt notata in l. filiũ quẽ habẽtem famil. herciſc. ¶Ego coniungendo dicta om- 2

nium (quia quæſtio eſt quotidiana) diuidam hanc quæſtionem per concluſiones. Prima igitur cõcluſio ſit, quod ſi filio relinquatur legitima iure inſtitutionis in quantitate pecuniæ non in corporibus hæreditarijs cum hoc ſit grauamen reijcitur, imo debet habere legitimam in bonis paternis: cõmunis eſt omnium concluſio ſecundum quam reperio conſuluiſſe Alexãd. conſi. 69. in pri. volum. incipit ſuper primo dubio: quę concluſio ſatis probatur ex dict. l. ſcimus. & in l. libertus qui ſoluendo. ff. de bono. liber. ibi. (veluti ſi prædia ſunt aliqua.) ¶Sed hæc fundamenta poſſunt cauillari: nam in dict. l. libertus, nihil fuit relictum patrono, ideo cõpetit ei bonorum poſſeſsio contra tabulas, contra teſtamentum liberti, qui eo præterito inſtituit extraneos hæredes. dicit ibi text. quod etiã ſi dictus libertus dimiſiſſet plura debita amplius quam bona quæ relinquit nihilominus competit patrono bonorum poſſeſsio contra tabulas rationẽ aſsignat ibi tex. quia etiam ſi æs alienum excedat vires patrimonij, intereſt patrono habere bona, quia forte prædia ſunt aliqua quæ remanſerunt ex bonis liberti in quibus ſepulchra maiorum patroni ſunt vel aliquod mancipium quod non precio, ſed affectione ſit extimandum, & ſic cum nihil fuit relictum patrono totam legitimam ſuam debet habere in ſub-

ſtantia liberti. Itaque illud quod non eſt reli
ctum, ſiue filio, ſiue patrono debeatur in to-
ta ſuſtantia, & ſic loquitur ibi tex. & in dict.
§. repletionem. ¶Item quia in dict. l. liber-
tus. æs alienum excedebat vires patrimonij,
ideo nimirum ſi permittatur patrono ſolue-
re creditoribus, & quod ipſe remaneat cum
bonis. In propoſito noſtro caſus eſt diuer-
ſus, quia filio integra legitima fuit relicta, li
cet non in bonis, ſed in quantitate, quæ fuit
conſideratio Salice. in dict. l. ſcimus, & ſic d.
l. non concludit de neceſſario: ſed recte con-
ſiderata multum facit, cum det poteſtatem
patrono ipſam, & bona liberti vẽdicare pro
ſua legitima, nec poſſe repelli per credito-
res ſeu bona poſsidentes, etiam ſi ei in quan
titate vellent ſoluere legitimã: tamẽ ſemper
manet maxima diuerſitas cũ ibi nihil erat re
lictum patrono per libertum. in noſtro pro-
poſito fuit diſpoſitum per patrem integram
legitimam filio relinquentem, licet in pecu-
nia, quod videtur ſibi permiſſum. l. omnimo
do. C. de inoffi. teſtam. ibi. (Et aliquam eis
quantitatem) & in l. ſi quis filius eodem tit.
ibi. (niſi certa quantitas patri eius minor par
te legitima ei relicta ſit. & in l. ſcimus ibi.
(vel aliam rem, vel pecunias reſtitui.)
3 Quæ iura fortiter vrgent contra opinionẽ
communem. ¶Nihilominus teneo opinio-
nem communem per iſtum text. & ad hanc
opinionem nullum melius fundamentum,
nec ita vrgens poteſt aſsignari. hic enim re-
mouetur omne grauamen in legitima filio
debita. ſed certum eſt quod de iure commu-
ni: legitima eſt tertia pars ſubſtantiæ defun-
cti, ſecundum numerum filiorum in aucten.
nouiſsima. ſed non poteſt negari eſſe maxi-
mum grauamen: quod dicta pars non ſolua
tur ei in bonis paternis ex ſubſtãtia propria
b * ipſius teſtãtis, * ſed in pecunia quę citus cõ
ſumitur, vt per experientiã videmus quo-
tidie in hi qui habent amplisſimas faculta-
tes in bonis mobilibus, abſque immobili-
bus & redditibus: maxime cũ pecunia ſit de
rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. l.
1. §. fuit quęſitum. ff. ad trebelli. ¶Item pro
hac opinione vltra prædicta facit quia legi-
tima eſt debita filio: vt dicit text. in. §. 1. in au
then. de trien. & ſemi. colla. 3. ibi. (quibuſque
quod relinquitur debitum iam etiam vo-
cant) & adhuc dicitur debita non in pecu-
nia: ſed in propria ſubſtantia teſtatoris. ca-
ſus eſt ibi in verſi. (Sed etiam tertiam pro-
priæ ſubſtantiæ partem) & in dict. l. ſcimus
dicit text. (ex ſubſtantia teſtatoris. &c. (ſi er-
go eſt eis debita in propria teſtatoris ſubſtã
tia: non poteſt dici, quod eis poſſet relin-
qui in quantitate. nam ſic non daretur eis le-
gitima eo modo quo. l. illam concedit: & per
conſequens eſſet grauamen: quod hæc. l. nõ
concedit. nec obſtat text. in dict. §. repletio-
nem. ibi. (vel aliam rem vel pecunias.) nam
ibi conſentiebat filius, vel non cõtradicebat
in caſu noſtro filius contradicebat. vt dice-
bat Paul. in dict. §. repletionem. ¶Per prædi 4
cta limito ſingu. l. non amplius. §. finali de le
ga. 1. ff. quæ diſponit: quod ſi teſtator legat
alicui partem bonorum: eſt in electione hęre
dis dare ſibi bona vel extimationem; vt nõ
procedat in parte bonorum legata filio pro
legitima ſua: quia illam debet habere in cor
poribus hæreditarijs: non in pecunia, nec in
hoc habetur electio hæredi: ſic dicunt Bald.
& Ange. & alij moderni: & poſt eos Alexan.
in dict. §. finali. 2. culum. per dict. §. repletio-
nem. etiam ſi teſtator hoc expreſſe diſpoſuiſ-
ſet, ſed quod haberet filius legitimam in pe-
cunia, vt inquit Bald. in dict. §. repletionem.
Barto. & alij quos nunc retuli: quos ſequi-
tur Alexand. in dict. l. non amplius in. §. fina-
li. ¶Ex his infero, Ang. male locutum fuiſ-
ſe in l. ſi pater. 2. colũ. verſic. 3. ſi filius. C. de
inſti. & ſubſti. ſub cõdi. fac. vbi firmat: quod
ſi filius inſtituatur in pecunia pro ſua legiti-
ma, vt moris eſt, quod non poteſt filius re-
nuere pecuniam: ex qua poſſunt omnia com
parari: nam male loquitur: imo cum hoc ſit
grauamen: non valet vt proxime dictum eſt
& dixit Ange. contra opinionem commu-
nem, de qua nullam mentionem facit vt mo
ris ſui eſt. nec obſtat argumentum quod fa-
cit de. l. omnimodo. iuncto. §. repletionẽ. vbi
legatum imputatur, & quod deeſt ſupple-
tur ex ſubſtantia defuncti: quia non negatur
ibi, quod ſi filius contradiceret volens legiti
mam ſuam in bonis hæreditarijs, quod non
eſſet audiendus. ideo teneo comunem opi-
nionẽ. ¶Et in tantum dico eſſe vera ſupradi
cta: quod etiam ſi filius non inſtitueretur in 5
pecunia ſed in vna re hęreditaria: & filius di
cere nolle habere legitimam in dicta re, ſed
de vniuerſo corpore, audiendus eſt: ſi aſsig-
naretur ſibi dicta res in fraudẽ. puta eſt quę
dam res ſumptuoſa, vel quæ ſit in longin-
quis partibus. ratio quia tale eſt, grauamen
quod reijcitur vt hic. ſed ſi non inſurgeret ſi-
bi grauamen: puta quia eſt æquę bona ſicut
alia quæ ſit in hęreditate: tunc nõ eſt audien-
dus



dus, nec poteſt illam renuere: ſecundum An
gel. in d. l. ſi pater. 2. col. quod bene nota.
¶Et reperio Ange. tenere opinionem hanc
communem per hanc l. in quartam. 3. colu.
ff. ad. l. falci. vbi dicit: quod pater non poteſt
legare filio legitimam in bonis, quæ ſunt in
loco periculoſo, puta circa vicinos rixoſos,
atq; potentes conſtituta: vel alia de cauſa iu
dicari poſſunt bona deteriora alijs argu. l. 2.
verſi. nec cogitur. cum glo. ff. ſolut. matrim.
ratio eſt: quia tunc non haberet legitimam
ſine grauamine: quod non eſt tolerandum.
allegat iſtum tex. iũcto. §. 1. in auth, de trien.
& ſemi. quod bene nota ad huius. l. extenſio
nem. idem ſequũtur Imol. & Alexã. in. d. l. in
quartam. 11. col. ¶Tene etiam menti ad præ
9 dictorum corroborationẽ: quod nec pater
poteſt legare, ſeu relinquere filio ſuo legiti-
mam in re aliena. vnde ſi pater pro ſua legi-
tima legauit, ſeu donauit inter viuos rem a-
lienã; filius poteſt illi rei renunciare: & habe
re legitimã in domibus patris, vel in alia re,
quæ magis pertinet ad affectionẽ ſuam, hoc
fuit ſingulare verbum Bald. in l. cum rem a-
lienam. 3. col. C. de lega. verſi. extra quęritur
per tex. in l. ſi vero. §. 1. ff. de bono. liber. ibi.
(remitti ei debet) & hoc de prima concluſio
7 ne. * ¶Secunda concluſio; quod non ſolum
filius poteſt dicere ſe nolle legitimam in quã
titate ſibi relicta, imo habere illã in omnibꝰ
bonis a patre relictis, vt proxime dictũ eſt,
ſed quod fortius eſt ipſe filius poteſt eligere
legitimã in vna re. * ita decidit Bal. in l. ſuus
quoq;. ff. de hære. inſtitu. licet loquatur per
verbum forte dicit enim quod forte poteſt
eligere filius ſuo arbitrio rem in qua vellet
legitimã ſuam, quod eſt verbum famoſum
mouetur per text. in. §. quoniam ob rem in
authen. de reſti. & ea. quæ. pa. & idem tenet
Bald. in. l. 2. C. ad l. falci. dicẽs: ꝙ cum filius
in legitima habeatur loco creditoris poterit
eligere legitimam ſuam in vna re etiam opti
ma ff. de diſtract. pig. l. creditoris. idem ipſe
in l. iubemus penultim. col. ad trebel. argu.
ſumpto ex. §. ſi libertus. qui ſoluendo tenet
quod filius poſsit impetrare ſeparationem
ſuæ legitimæ, & aſsignationem ſibi fieri in re
c * certa: arbitrio boni viri: dum tamen citen-
tur illi quorum intereſt, vt contradicant: ſi
quam rationabilem cauſam habeant. l. 1. §.
renunciari. ff. de vent. inſpi. & ſufficit requiri
eos: ad quos pertinet primum contradictio:
quia cum eis debet fundari hoc quale quale
iudicium. vt ibi dicit text. ¶Idem ipſe Bald.

*Imo eſt cõmunis cõcluſio quod non poteſt filius propria authoritate eligere legitimã in vna re ſed arbitrio iudicis hoc fieri debet ſecundum Phi dec. referentẽ plura in conſil. 236. incipit nõ parua difficultas ante pe. col. verſ. ſed non obſtãte.

in l. fina. C. de edi. di. Adri. tollẽ. 10. col. verſi.
modo venio ad quęſtio. in 1. quęſt. vbi dicit,
quod legitima eſt aſsignanda filio in rebus
a ſe optandis, dũ tamen vt bonus vir eligat.
allegat. d. §. quoniam ob rem. & l. ſicut. ff. de
ſerui. ideo ſecundum eum mittetur in poſſeſ
ſionem pro legitima in rebus, & quoties cer
tis. idem firmat in l. poteſt. ff. de lega. 1. dicẽs
quod filius poteſt eligere legitimam in vna
re alteri nõ relicta, quia id quod permittitur
creditori. vt d. l. creditores. permittetur fi-
lio. idẽ tenet in rubri. de re. diui. 2. col. verſi.
ſed pone pater agum. d. l. creditoris, ſcilicet,
quod filius habeat opinionem in quibus vel
let habere legitimam & in his duobus locis
non ſe aſtrinxit Bald. ad electionem fiẽdam
arbitrio boni viri: ſed indiſtincte dat filio o-
ptionem. ¶Tu adde, quod iſta fuit prius con
cluſio Cini in authen. res quæ ad finem. C.
commu. de lega. vbi dicit, quod ſi filius gra-
tus de reſtituendo alienet res ſubiectas reſti-
tutioni, extra cauſas poſitas in d. authen. ꝙ
valebit alienatio vſque ad legitimam ſuam
ex eo quia filius dicitur creditor reſpectu le-
gitimę: cum ſit ei magis debita quam patro
no, ſed patronus dicitur creditor ff. de dona.
l. ſi patronus. & quod ſit creditor melius pro
batur in auth. de trien. & ſemi. §. 1. ergo ſi eſt
creditor: poteſt eligere valere alienationem:
vt ſibi debitam habeat ex quibuſcunque re-
bus velit. vt d. l. creditoris arbitrio & dicto.
§. quoniã ob rem. ¶Vides igitur concluſio-
nem iſtorum affirmantium, quod filius poſ
ſet eligere legitimam in vna re a ſe optanda
Quam concluſionem, licet his non allegatis
firmauit Andre. Sicul. in c. Rainaldus. de te-
ſtamen. aſſerens contra communem opinio
nem, quod filius poſſet eligere legitimam in
vna re quam vellet. obloquitur cõtra Bart.
eum non intelligens & quibuſdam leuibus
fundamentis nititur (vt moris ſui eſt) euerte
re communem opinionẽ. ¶Eſt verum, quod
Bald. non tranſit ſine aliqua æquiuocatione
nam in d. l. iubemus. videtur ſe referre ad ar
bitrium boni viri, ita quod filius non poſſet
abſolute eligere: ſed hoc faciat arbitrio bo-
ni viri. idẽ tenet in l. fi. C. de edi. di. Adri tol.
& in d. l. ſcimus. §. repletionẽ. & eſt hoc ęquiſ 8
ſimum. & ita teneo per ea quæ dicam in ſe-
quenti concluſione. * ¶Tertia cõcluſio, quod
filius non eſt audiendus ſi dicat ſe velle legi
timam habere in omnibus bonis & rebus ip
ſius teſtatoris * minutatim volẽs habere in * d
qualibet re vnam particulam. hoc probo ex

*Adde Oldra. coſ. 113. quæſti. qua quæritur.

l.2.C.quando & qui.quar.pars debe.lib.x.
ibi(vniuſcuiuſque rei ſibi particulam vendi
cando,adeo totas dilacerāt faculta es vt dū
participibus relictarum opū nocere cupiunt
ſua quoque iura precipitent.) Debet igitur
filius legitimā habere in aliqua re arbitrio
boni viri.ſic determinauit Bar.in dict.l.ſuus
quoque.ff.de hære.inſti idem Paulus in d.l.
ſcimus.dicit:quod filius non debet petere le
gitimam in ſingulis rebus propter incōmo-
dum ſeparationem.ſed iudex poteſt illā ſibi
aſsignare in vna re vel duabus per d.l.2.idē
Bald.& clarius Imol.in d.l.ſuus,dicēs:quod
quando filius non vult pecuniam ſibi reli-
ctam pro legitima: habebit eam in vna re,
vel duabus: pro vt ipſe & hæres fuerint in
concordia: & ſi ſe nō cōcordent habebit eā
in vna re,vel duabus,put iudici viſum fue-
rit.¶Hoc recte perſuaderi poteſt argumen-
to text.in l.non amplius.§.finali.ff.de lega.
1.vbi eſt caſus:quod ſi alicui legetur pars bo
norū,eſt in electione hæredis dare bona vel
extimationem.dicit tamen Conſultus elegā
ter,quod in his rebus partē dare hæredi con
ceditur,quæ ſine damno diuidi poſſunt. nā
ſi naturaliter indiuiſæ ſunt,vel ſine damno
diuidi non poſſunt, omnino tenetur dare ex
timationem,ſublata ſibi eligendi poteſtate,
& ſic non in ſingulis rebus minutatim elige
re debet.ſed boni viri arbitrio:cum maxi-
mum dānum ſit habere particulam in quali
bet re.¶Idem eſt e contrario:quia nec etiam
hæres poterit ei aſsignare legitimam minu-
tatim in omnibus rebus: ſed in re mediocri
eſt ei aſsignanda arbitrio boni viri, ſecun-
dum Bald.in d.l.ſcimus §.repletionem alle-
gans dict.l.2.¶Et ſic ſtat fere omnium con-
cluſio,quod filius non debet habere legiti-
mam in omnibus rebus, puta ſi ipſe vellet
habere in qualibet re vnam particulā pro
legitima ſua,nec adhoc hæredem compelle
re poteſt,nec contra ipſe ad hoc compelli
9 poteſt ab hærede.¶Contra hoc tamen vi-
detur facere text.in capit.Rainaldus de te
ſtam.ibi.(Propter quod in rebus prædictis
auūculus legatis portiones eaſdem habuit.
&c.)vbi videtur caſus,quod filius habet ius
ſuę legitimæ in bonis ſigulis paternis.que in
tex.Abb.ibi in 7.nota.adducebat ad argu.
quod legitima filij,poſsit,detrahi in ſingu-
lis rebus paternis,quod aperte firmauit ibi
gloſſ.nota.in verſi.portiones.dicens quod
filius poſſet deducere legitimā de qualibet
*e re paterna.* Nihilominus tene communē
nem opinionem,de qua ſupra quam expreſ-
ſe ſentit Innocen.in dict.capit.Rainaldus.in
parte in rebus.dicens,quod ille text.ſic de-
bet intelligi quod filius habet legitimam,&
ius legitimæ in ſingulis rebus antequā bo
na diuidantur,ſed iudex poſtea tēpore quo
filius vult deducere legitimam, poterit arbi
bitrari qualiter ſit fienda deductio.ſ.in vna
re,vel pluribus, prout iudici viſum fuerit.
hoc idem Hoſtie.ibi.¶Et ſecundum eos &
Abb.ibi non eſſet audiendus hæres:ſi ex ſin-
gulis rebus vellet ſoluere legitimam: cum
particularis ſolutio multa habeat incōmo-
da.l.plane.ff.fa.hercis.in hoc ad finem reſi-
det Abb.in d.ca.Rainaldus col.9.cuncludēs
quod vbi res eſſent diuiſsibiles poteſt fieri de
ductio legitimæ ex vna re, vel pluribus ſe-
cundum quod iudici equum videbitur.l.ad
officium.C.commu.diui.Inſti.de offi.iudi.
in princi.ſic dicit limitandam gloſſ.& text.
in capit.Rainaldus.¶Et idem reſpectu reple
tionis legitimæ vt repletio fiat iudicis offi-
cio non de ſingulis rebus,ſed ſecundū quod
iudici æquum videbitur. Quanquam ius re
pletionis conſiſtat in ſingulis rebus:vt in d.
§.repletionem.ſecundum eum idem Oldra.
conſi.146.& ſic reſidet Abb.quanquam inad
uertenter allegat quandam dictinctionem
Bart.in l.in quartam.ff.ad l.fal.ad deducen
dam legitimam debitā iuræ naturæ,de qua
Bart.nō loquitur, nec ſuper ea poſuit ſuam
diſtinctionem, ſed ſolum in trebellianica,&
falcidia qualiter ſit deducenda.¶Et confor-
miter huic diſtinctioni reperio Alberi.in.l.
filium quem habentem.3.colum.C.fami.her
ciſ.poſuiſſe quoddam verbum elegans, di-
cit enim quod licet quarta debeatur filio
pro indiuiſo in qualibet re, iudex tamen de
bet hanc communionem ſeparare & videre
quid partibus expediat.l.ad officium.C.
commu.diui.& in §.finali inſti.de offic.iudi.
vnde diuiſio debet in groſſum non in quali-
bet re fieri.allegat dict.l.2. ¶Per prædicta 10
videntur mihi Bald & ſequaces non fuiſſe
recte locuti in quantum in locis ante dictis
tenuerunt, quod filius poſsit detrahere le-
gitimam in vna re,& a ſe eligenda. Nam ex
nunc dictis apparet omnes eſſe vnanimes in
hoc quod filius non habeat poteſtatem nec
facultatem eligendi legitimam in omnibus
rebus propter incommodam,ergo idem di-
cendum, quod non poſsit eligere rem in
qua vellet habere legitimam: nec detur ſibi
electio in quibūs rebus vellet illam habere:
Sed



Sed deducēda ſit legitima in vna re, vel plu
ribus iudicis arbitrio,prout magis ſine eius
& hæredis incommodo fieri poteſt. Quod
vltra prædicta ſatis probatur ex l.non am-
plius §.finali cum l.ſequenti,quę incipit po
teſt.ff.de lega.1.tex.enim in d.§.finali dicit,
quod ſi teſtator legat alicui partē bonorū
eſt in electione hæredis vtrum vellet legata
rio dare bona vel eorum extimationem,& ſi
eligat dare bona,debet talia bona legatario
dare,quæ recipiant commodam diuiſionē,
& poſſent abſque dāno diuidi.ſin autem eſ-
ſent naturaliter indiuiſibilia vel ſine damno
diuiſio eorum fieri non poteſt,tunc omnino
hæres extimationem dare compellēdus eſt.
Sequitur textus dict.l.poteſt.faciens ad pro
poſitum.vbi ait Conſultus quod poteſt hæ-
res dictam partem legatario relictam ei dare
vel in paucioribꝰ rebus,vel in vna re,prout
ipſi fuerint in concordia, quod ſi ſe non con
cordant,relinquetur hoc iudicis extimatio-
ni,& arbitrio:nec neceſſe haberet legatarius
in omnibus rebus vendicare portionem.
¶Hanc concluſionem reperio expreſſe fir-
maſſe Alexand.in l.Marcellus in §.res quæ
finali colum.ff.ad trebel.ſ.quod iudicis ar-
bitrio relinquatur,vtrum in vna re filius de
beat detrahere legitimā,vel in pluribus idē
Abb.in dict.capitu.Rainaldus,& Alexand.
in l.quartam.12.colum.ff.ad l.falci.& hanc
etiam poſuit pro concluſione quidam mo-
dernior Mediolanenſis in l.filium quem ha-
bentem.9.colū.C.fami.herci.verſi.eſt paſ-
ſus.licet alleget corrupte quaſdam quotas
quæ non dicunt ad quod eas allegat.
¶Hoc eſt etiam quod voluit Barto.in dict.l.
2.C.quan.& qui.quar.pars de.dicens quod
quod non poſſet filius capere aliquam rem
pro ſua legitima,per argumētum eius quod
in trebellianica eſt diſpoſitum: quę non po-
teſt deduci in vna re:imo de ſingulis rebus l.
2.& ibi gloſſ.& docto.C.ad l.falci.l.ſi pecu-
lium in princ.ff.de pecu.lega.per Bartol.no
tanter in l.in quartam.ff.ad l.fal.gloſſ.& do
ctor.in dict.cap.Rainutius.l.Plautius.&.l.
linea margaritarū ad l.falci. ¶Item quia cū
legitima ſit ius quoddam vniuerſale, reſpi-
picit quanlibet partem patrimonij,cum ius
vniuerſale non poſsit reſpicere rē ſingularē
l.1.§.ſi hæres.ff.ad trebel.& pro hac parte
41 cōſuluit Fran.de Are.conſil.156.incipit dili
genter viſis.6.& 7.col.& conſi.18.incipit di
ſcuſſa & Rapha.Ful.conſil.18.incipit caſus
talis eſt.& hanc concluſionem ſequor, quia
eſt cōmunis iuxta,& optime fundata ex dic.
l.non amplius,& ex d.l.2.& quia iudex in ſe
paranda communione habet arbitrium, vt
videat quid partibus expediat.vt inſtit.de
offi.iudi.& in dict.l.ad officium.
¶Nunc ſuper eſt ad fundamenta adducta in 11
oppoſitum reſpondere,& principale omniū
fundamentum eſt textus in d.l.creditoris.iū
ctis iuribus,quæ filium faciūt in legitima cre
ditorem.& quia Bart.in l.ſi quis legatum in
§.finali poſt glo.de fal.dicit quod filius ęqui
paratur vero creditori. Ad hoc reſpōdetur
dupliciter. Primo, quia non reperitur iure
cautum,quod filius habeat omnia bona pa
tris hipothecata in ſolidum pro legitima:li-
cet poſsit dici creditor; & per conſequēs nō
habebit poteſtatem eligendi,vt creditor qui
habet pignus.hæc fuit reſpōſio data per A-
lex in d.l.in quartam.12.col.Sed hæc reſpō-
ſio bene poteſt cauillari:cum quilibet lega ta
rius habeat obligata bona teſtatoris pro le-
ga o.l.1.& 2.C.commu.de lega.ergo idē in
filio;vt pro legitima habeat bona hipothe-
cata.cū l.magis faueat filius in legitima quā
legatarijs.l.Papinia.§.quarto.de inofici.te-
ſta.dicas hoc non eſſe bene expeditum in fi-
lio.ſ.ei competere hipothecariam ſi expreſſe
non eſſet ſibi relicta legitima,ideo B.d.in d.
l.filium quem habentem:non bene nec clare
hoc firmauit,ſolummodo dixit in tertia colū.
quod filius eſt creditor(vt ita dixerim)bono
rum:qui bona tenentur ſibi ad legitimam.
vt ſi dixerim.hæc ille.¶Item quia forte vo- 12
luit dicere Alex.,quod licet filius in vita cē-
ſetur creditor:non tamen habet bona hipo-
thecata in vita pro ſua legitima:cum nō de-
beantur in vita,quod ſecus eſt in creditore
alio.¶Vel verius Alexā.intētus fuit,& recte
loquitur,quod filius nō loquitur hipotheca
ta omnia bona patris in ſolidum pro legiti-
ma cum nō habeat legitimam in ſolidum in
qualibet re:vt ſtatim declarabitur.¶Secun-
do modo reſpondetur,quod licet filius lar-
go modo poſſet dici creditor pro legitima,
tamen non eſt creditor in vnaquaque re in
ſolidū:qa filius in vnaquaꝗ re a patre reli-
cta habet legitimā ipſo iure pro rata cuius li
bet rei d.l.ſcimus §.repletionem & d.l.ſi pa
tronus.§.1.de bo.liber.Bar.in d.l.in quartā.
& ſic ſi in vna re ſolum vult legitimam,vult
habere plus quam ſibi debetur,& ſic male l.
ſi nō ſortem.§.ſi centum.ff.de condi.indebi.
& ſic videtur dominus in ſpecie in omni-
bus rebus.ſed illud quod debetur ſibi in
F 5 vna

vna ſpecie, non poteſt ſibi ſolui in alia de iuris rigore. l. 2. §. 1. ff. ſi cer. peta hanc reſponſionem reperio datam per Bal. ad dictam. l. creditoris. in dict. l. filium quem habentem.
13 12. col. ¶ Ego reſpondeo. 3. ex quadam concluſione Angel. quam ſingulariter tradit. in dict. l. creditoris. ibi enim eſt caſus quod creditor qui recepit pignora cum pacto de vendendo, poteſt ad ſuum arbitriũ alienare pignus quod voluerit, & certa bona debitori reſeruare dicit nũc Ange. quod illa. l. debeat intelligi dum modo vendat res mediocres, ex quibus commode ſibi ſatisfieri poſſet: quia alias non eſſet in bona fide. C. eod. l. in bonæ fidei. per Barto. in l. alio. de alimen. & ciba. lega & quod not. gloſſ. in l. penulti. C. quando decre. opus non eſt. ¶ Et cum hoc voluit concordare Bald. poſt Iaco. in dict. l. filium quem habẽtem. 12. colum. vbi dicit, quod dato quod filio data eſſet poteſtas eligendi legitimam in vna re, deberet intelligi de mediocri ne dum filio ſatis fauendum eſſe exiſtimamus fideicommiſſarij commoda defraudentur. l. finali. §. ſed ſi quis. C. commu. de lega. ff. de lega. 1. l. legato generaliter argu. C. de ſa. ſan. eccle. aucten. hoc ius porrectũ. ¶ Ad alias ineptias Andre. Sicul. ſuperfluum eſſet reſpondere, niſi ad vnum quod profert contra Bart. dicens quod cũ lachrymis profert Barto. male dixiſſe, quas profecto iuſtus pro ſe effudiſſet, ſi errorem ſuum recognoſceret, & ſic teneo iudicis arbitrio legitimã deducendam, & hoc decidit Barto. in dict. l. in quartam. vbi loquendo in falcidia, & trebellianica, quę debet deduci de qualibet re pro indiuiſo. l. Plautius. & l. linea margaritarum. ff. ad l. fal. tamẽ ſi res ſunt indiuiſibiles poteſt in vna re deduci. l. ſed ſi nõ ſeruus. & l. lege falcidia. § ſi inter & l. ſi fundum mihi. cum ſimi ad. l. fal. aut ſunt diuiſibiles. & tunc deducetur de vna, vel de duabus rebus officio iudicis. allegat dic. l. poteſt & dict. l. 2. C. quando & qui. quarta pars.

¶ Vnum poſſet dici ſaluando Bald. quod nõ datur filio abſolute poteſtas eligendi legitimam in re quam velit, vt proxime dictum eſt. Sed bene vt eligat tanquã bonus vir, & in hac electione arbitrium iudicis verſari: vt videat ſi eſt nimis damnoſa electio filij ipſi hæredi, nec ne. ¶ Tamen quod aliquod priuilegium habeat filius in legitima eligenda, cum cenſeatur quodammodo creditor, vt in §. 1. in auctẽ. de trien. & ſemi. & creditor, qui habet pignori plures res ſibi obligatas habet electionem, quas vellet vendere ad commodum ſuum pro debito conſequendo. vt dict. l. creditores, & hoc volunt aliqui ſentire. Sed in idem recidit hoc cum prima opinione. ¶ Sed circa prædicta adde tria verba 14
notanda. Primum, quod licet filius haberet hanc electionem ita quod pro legitima ſua conſequenda poſſet aliquam rem vendere, debet intelligi de tali re quæ eſt ęquiualens, iuxta menſurã legitimę. ſecus ſi eſſet talis res quæ nimis menſuram legitimæ excederet. hoc firmat Bald. ſingulariter in l. magis puto. in. §. ne paſſim. ff. de re. eo. in fine argu. illius tex. Sic dicit debere limitari id quod notatur in auctẽ. de reſti. & ea quæ pa. in §. quoniam ob rem. quod eſt notandum. ¶ Secun- 15
dum eſt quod in re a teſtatore legata ceſſat electio filij, ſi alia bona ſuperſunt, quæ ſint ad legitimam ęquiualentia: hoc fuit elegans verbum *Bald. in rubri. ff. de rerum diui. 2. colum. in verſic. ſed pone dicens quod ſi pater mandauit in teſtamento quod fiat hoſpitale in domibus ſuis, filius vero vult illas domos eligere pro ſua legitima, vtrum poſſet: videtur enim quod ſic per d. l. creditoris. arbitrio. contrarium determinat, ex eo quod teſtator poteſt eligere vnam rem, de qua teſtari poſsit, ſi filius in cæteris bonis relictis poteſt habere legitimam. nã electio quæ datur filio, datur in alijs bonis nõ legatis: quia legata integra præſtanda ſunt, ſi beſſem non excedunt. vt in dict. §. quoniam ob rem dic. aucten. Hæc ſunt verba ſua mirabilia profecto, quæ elegantem limitationem huic legi cõferũt vt. infra. dicitur. Hoc idẽ fuit de mẽte Bald. in dict. l. poteſt. ff. de lega. 1. vbi dicit quod poteſt filius eligere legitimam in vna re, quæ tamen alteri non eſſet relicta. hoc extollit & ſequitur Alexand. in l. in quartam. 12. col. ff. ad l. fal. & in dict. l. non amplius. & in. l. Marcellus. §. res quæ ad finem. ff. ad trebell. ¶ Fundamentum huius concluſionis eſt, quia teſtatori permittitur legata relinquere vſque ad quantitatem legitimam nõ excendentem. Inſti. ad l. fal. in prin. & in l. 1. ff. eodem. tit. diſponitur de falcidia. facit totus titlus. C. de inoffic. teſta. Si ergo hæredi remanet conſultum in alijs rebus, vnde poſſet conſequi legitimam, non eſt ſuper quo cõqueratur: nec tãquã grauatus in legitimã poteſt mittere manus ad res alteri legatas. quã cõcluſionẽ refert & ſequitur quidã modernior

*Adde optime Phili. decium declarãtem in conſi. 18. in caſu propoſito con. ſi. & vide l. ſo. l. filiũ quẽ habẽtem. 8. col. C. fami. herciſ. nu. 1.



dernior Mediolanenſis in dict. §. repletionem, & in dict. l. filium quem habentem. licet vt referunt moderni aliter fuerit conſultum per Paul. quem ipſi reprobant. ¶ Hoc tamen limita: niſi pater legaſſet meliora bona ſua, ita quod deteriora remãſiſſent pro filio. ita Alexand. in dict. l. in quartam & in dict. §. res quę. quod patet ratione. nã licet integra legitima remaneat filio: tamen non poteſt negari. quod non eſt nimis grauatus & minus legitima ſibi relinquitur, reſpectu bonitatis rerum alijs relictarum, & deteriorum ſibi relictorum: vnde cum ſit grauamẽ
16 dicit reijci per hanc legem. ¶ Tertium eſt (& hoc tene menti perpetuo) quod vbicunque filius concurret cum alijs fratribus, quibus etiam debetur legitima, tunc filius nullum ius eligẽdi habet pro legitima: ſed forte dirimetur. hoc fuit elegans verbũ Bald. in. l. ſuus quoque. ff. de hęre. inſti. allegat. d. l. 2. C. quando & qui. quarta pars. ſingulare verbum eſt: ſed non allegat bonum fundamentum, nec aliquid facit dict. l. 2. ¶ Sed teneo ſuum dictum, non per eius fundamentum: ſed per hanc legem iũcto. §. 1. in auctẽ. de trien. & ſemi. cum alijs. ibi enim dicitur quod debeatur filijs tertia pars propriæ ſubſtantiæ paternæ. Sed ſi vnus filiorum poſsit vnam rem, ſeu plures eligere pro legitima ſua, magnum grauamen ex hoc alteri filio generabatur, quod grauamẽ in multis poſſet conſiſtere, vt conſideranti patebit. Verum eſt, quod hoc de ſorte nõ placet Imol. in dict. l. ſuus. penul. colum. cum non ſit deueniendum ad iudicium ſortis, niſi in caſibus in iure expreſsis. vt inquit Bart. in dict. l. 2. & notatur in l. 1. ff. vti poſsi. Imo tũc recurrendum ſit ad iudicis arbitrum & officium: vt in dict. l. non amplius. & per Bart.
17 in dict. l. 2. & hoc mihi placet per ea quæ ante dicta ſunt. *¶ Omnia prædicta eleganter limitabis, addendo vnum caſum in quo filius debet habere legitimã in re certa. puta ſi teſtator reliquiſſet. filio ſuo aliquam rem pro ſua legitima Nam in iſto caſu in illa re ſic aſsignata filius debet habere legitimam ſuam: & iudex debet tunc ſequi volũtatem teſtatoris: & ſic pater poteſt relinquere filio certam rem pro legitima: & in illa ſibi legitimã aſsignare. hoc reperio elegantiſsime decidere Abb. in c. Rainaldus. de teſta. 8. colũ. verſi. in gloſ. finali cõcludens, quod vbi teſtator diſpoſuit ex qua re ſit fiẽda deductio legitimæ, ſeruanda eſt voluntas teſtatoris. ¶ Mouetur Abb. duplici fundamento. Primo ex gloſſ. d. c. Rainaldus & in l. id autem. ff. ad l. falci. melius poterat allegare. l. cum quo. §. finali & l. querebatur. §. finali. ff. ad. l. falci. quę in quarta falcidia hoc permittunt. ¶ Secundo probat hac ratione ſcilicet quia a principio poterit partem certam relinquere loco legitimæ, allegat hanc legem & l. omnimodo. C. de inoffi. teſtam. concluſio eſt famoſa profecto quod teſtator in teſtamento poſsit diſponere, & eligere in qua re filius ſuus debeat habere legitimam, ad quam bene poteſt facere in argumen. l. filium quẽ habentem. C. fami. herciſ. ¶ Aduerte, quia iſte eſt quotidianus punctus: ideo volui inquirere Abb. fundamẽta, ſi hoc probent. ipſe enim adducit autoritatem Bartol. in l. in quartam ff. ad l. falci. quem fatetur hoc dicere: ſed Bartol. re vera hoc non dixit, ſolummodo enim Bartol. loquitur in falcidia & trebellianica: non autem in debita iure naturæ: inter quas maxima eſt differentia, vt ſtatim ſubijciam: nec etiam hoc dixit textus in .l. id autem. cum illa. l. ſolum loquitur in falcidia.

¶ Verum eſt, quod gloſſ. ſingulariter in d. cap. Rainaldus in verſic. portiones. inculcat falcidiam trebellianicam, & quartam iure naturę debitam, & vult quod in vna re poſſit deduci legitima ex voluntate patris. Sed hoc non affirmat clare, maxime quia nullum allegat fundamentum, niſi. l. filium quẽ habentem. C. fami. herciſ. quæ ſolum loquitur in quarta trebellianica, & ſic hoc fundamentum nihil facit. ¶ Allegat etiam hanc legem & l. omnimodo. iſto titu. quę vrgere videntur adductę iſto modo. nam text. in dict. l. omnimodo dicit, quod ſi teſtator in ſuo teſtamento aliquam quantitatem reliquerit filio ſuo in hęreditate, legato vel fideicommiſſo, etiam ſi non aſcendat legitimam tale legatum, non poteſt filius querelare teſtamentum, ſed debet agere ad ſupplementum, & ſic videtur quod valuit illud relictũ ſibi factum, & illud imputet in legitimam: & per conſequens ſtatur ibi voluntati paternæ in eligenda legitima in re certa. de quo textu hæc lex facit relationem. ¶ Sed hæc ne leges fundant propoſitum Abb. & gloſſ. Bartol. quia in dicta. l. omnimodo. ſolummodo Imperator venit ad decidendum quodam nouũ dubiũ ſcilicet quod vbi filio aliquid relinquitur in teſtamento, etiã ſi minus legitima,

*Adde tamẽ quod melioratio. tertiæ & quintæ poteſt aparentibus aſſignari in vna re. vt eſt hodie. l. 19. in deciſionibus tauri cuius legis prouiſio fuit ſatis ſalubris ad tollendas ambiguitates quæ ſæpe per hoc aſsidue verſabãtur in iudicis nam diuerſe & contrarie fuerat antea ſuper hoc iudicatũ ſecũdum docto. de Pal. Rub ſuper illa. l. 19. §. ſecundum & ſic hodie declatur. l. 213.

legitima, nec poteſt querelare, nec impugnare teſtamentũ, ſed ſolũmodo habet ius agendi ad ſupplementum: tamẽ ibi nihil deciditur, ſi de neceſſario filius teneatur acceptare & accipere dictã rem ſibi relictã preciſe pro legitima ſi ipſe nollet ſentiens ſe forte grauatũ in qualitate rei ſibi relictę. Itaq; filius ibi non contradicebat relictũ ſibi factũ, ſed volebat impugnare teſtamentũ, tanquam minus legitima ſibi eſſet relictũ. & ſic filius acceptauit illud relictũ ſibi factum, nõ illud contradicendo. quam reſpõſionem reperio ſenſiſſe Paul. Caſt. in d. §. repletionẽ. in reſpõſione quam dat ad illum tex. dum per illum volebant aliqui fundare: quod pater poſſet filio relinquere legitimã in pecunia: de quo ante dixi. ¶Nec etiam obſtat argu. factum de falcidia & trebellia. nam deceptus fuit Abb. arguendo de diſpoſito in quarta falcidia & trebellianica ad illud ꝙ diſpoſitum eſt in quarta debita iure naturæ: quæ æquiparatio non põt ſtare. nam hodie ſecundum communẽ opinionem, teſtator poteſt prohibere trebellianicam & falcidiã in totum ne deducantur. ergo a fortiori poteſt illas aſsignare in vna re, vel pluribus eſſe deducendas, prout voluerit: ſed legitimam debitam iure naturæ non poteſt prohibere, nec in ea grauamen apponere. ergo a caſus diuerſitate ſtat clara reſponſio, per quæ manet opinio Abb. abſque fundamẽto.
18 ¶Teneo ergo, quod ſi ex hac electione per patrẽ facta
* *filius aliquod grauamẽ ſentiat, quod non valeret talis electio contra filij voluntatẽ. moueor ex d. §. repletionem; vbi legitimæ repletio fienda eſt de teſtantis ſubſtantia, & ſic non de vna re. ¶Item quia tex. in auct. de trien. & ſemi. dicit quod filio pro legitima debetur tertia pars propriæ ſubſtantiæ ipſius patris, quam reliquit tempore mortis. Sed ſi ſolum vna res relinquitur per patrẽ dato quod ſit æquiualens legitimæ: non ſatisfit legi: nec relinquitur ei tertia pars ſubſtantiæ, maxime quia filius habet ius legitimæ in ſingulis rebus vt voluit text. & gloſſ. in dict. ca. Rainaldus; imo habet ius hoc in ſolidũ in ſingulis rebus, vt Abb. inquit ibi. 8. col. verſic. in gloſſ. final. poſt Innoc. & hoc antequam deducatur legitima, licet tempore deductionis iudex poſſet arbitrari de quibus rebus, vel de certa re ſit fienda deductio, vt ante dictum eſt. ¶Item moueor per hanc legem quæ mandat, vt legitima detur filio ſine onere & grauamine. Sed ſi filius ſentiat ſe grauatum in re quam pater ſibi aſsignauit. ergo tollitur dictum grauamen. ¶Et hoc in expreſſo reperio decidiſſe Ang. in l. ſi pater. 2. colum. C. de inſti. dicens quod ſi filius inſtitueretur in vna re hæreditaria pro ſua legitima in qua re pater deſtinauit legitimam filij eſſe deducendam: quod filius poteſt dicere ſe nolle habere legitimam in illa re; ſed accipere eam de vniuerſo, & ad hoc audiendus eſt ſi ex tali aſsignatione filius fraudaretur & grauaretur in legitima, puta quia eſt quędã res ſumptuoſa, & poſita in longinquo. ſecus ſi eſſet æque bona ſicut alię. idem Ang. in l. in quartã. ff. ad l. fal. & ibi ſentiunt Imol. & Alexan. quod perpetuo nota ad intellectum & limitationem Abb. ad quod vide quod dixi ſupra in hac ampliatione prima concluſione. ¶Et ſatis credo per ante dicta, quod vtrum filius recipiat grauamen in re ſibi aſsignata pro legitima vel ne, quod hoc arbitrio iudicis ſit relinquendum. Sed vbi non grauaretur filius, iuſtum eſt quod valeat electio paterna, & quod iudex teneatur ſequi voluntatem patris, qui præſumitur ſanum conſilium velle, & eligere pro filijs ſuis. maxime cum l. permittat patri facere diuiſionem bonorum in teſtamento inter filios, vt dicit text. not in l. quoties. C. fami. herciſ.

Et ſic conſului pronunciandum quibuſdam iudicis arbitris a me quærentibus cõſilium in cauſa quorundam hortolanorum de Ribilla ciues Valliſolid. cũ inter eos pater ſuus diuiſiſſet bona in teſtamentum, capiens pro eis optimum conſilium, ne bona diminuerentur ex ſeparatione & diuiſione incommoda, ſi portiunculam quilibet hæres deberet habere minutatim in qualibet hęreditate. bene notato iſta qꝫ quotidiana.
¶Subiungit Abb. alium caſum ſingularẽ, 19
in quo filius poteſt habere legitimam in re certa ex uolũtate patris & eiuſdem filij, puta ſi pater in vita conceſsit filio aliquam rẽ in peculio. nam poſt mortẽ poteſt filius dicere ſe velle habere & deducere legitimam ſuam in illa re. nam ex quo teſtator dilexit filium in vita, reſpectu illius rei præſumendum eſt, quod idem voluit poſt mortem. dicit eſſe caſum notabilem de hoc in l. filium quem habentẽ. C. fami. *herciſ. hęc ille. * g
¶Ego pondero, quod de rigore pũctualiter ille textus non decidit illud ad quod 20

allega-



**Pro eius text. intelle. ſigna verba Old. in conſilio. 113. & vi. Mod. in ea. l. filium quem habentem.*

allegatur per Abb. *quia ibi text. non loquitur in legitima debita iure naturæ: ſed ſolum in quarta Trebellianica. ideo credo concluſionem Abba. ſic ſimpliciter. prout illam ponit non eſſe veram tam ex eo quod ille textus loquitur in trebellianica: quam etiam quia in trebellianica non tenetur ſimpliciter intellectus antiquorum ſcilicet quod filius poſsit detrahere Trebellianicam in ſolidũ in vna re ſibi deſtinata in peculium, vt ſtatim ſubijciam. ¶Nihilominus eſt dict. l. maximum argumentum ad decidendum idem in legitima debita iure naturæ. nam illa. l. filium quem habentem. inter alias lecturas ad eam datas habet vnam antiquorum, quam ibi ſequitur Bartol. ſcilicet quod trevellianica poteſt deduci in vna re conceſſa filio in peculio profectitio: & in hoc non eſt alibi ille text. ratio eſt ſecundum gloſſ. ibi & Bart. quia cum pater eum prædilexit in vita: eandem voluntatem debet ſequi iudex in bonorum diuiſione: quã facit poſt mortem: quia ſecundum Bartol. licet quarta reſpiciat quamlibet rem patrimonij, non tamen debet fieri diuiſio cuiuſlibet rei patrimonij. vt in dicta. l. ſecunda. C. quando & qui. quarta pars. ¶Sed debet deduci in vna re vel pluribus, prout fuerint in concordia, vel iudex fuerit arbitratus. vt dict. l. poteſt. debet ergo iudex iſtam rem eligere, quam pater conceſsit filio in vita in peculio: quem etiam in hoc præſumitur in morte dilexiſſe. l. penultim. de alim. & ciba. le. & ne auferatur filio quod ſuis ſumptibus laborauit, & laboribus ampliauit de alluuio. & palu. l. fina. & ne ab eo fiat ſeparatio rei ita ſibi cohærentis argumen. l. poſſeſsionum. C. communi. vtri. iudi. ſic reſidet Barto. circa dic. l. intellectum. ¶Nec obſtat huic lecturæ, quædam obiectio, quam gloſſ. ibi facit contra eam ſcilicet quia peculia profectitia, non ſunt præcipua: ſed communia. l. certum. C. famil. herciſcund. ergo. &c. nam vt ait Bart. filius re vera non habet dictum fundum præcipuum: cum pro eo habendo det tantundem: nam quartam quam debebat habere in alijs rebus dimittit, & habet eam in dicto fundo peculiari. Nec etiam obſtat. l. titia ad l. falcid. nam ibi loquitur quãdo detrahit quartam ſecundum voluntatem defuncti in dict. l. filium. detrahebat pręter voluntatem. & ſic dict. l. eius rationes decidendi ſatis ſtringunt etiam in legitima debita iure naturæ. Et dictam lecturam approbabit idem Bartol. in dict. l. in quartam. & Paul. de Caſt. ſimpliciter. vt Bartol. in dict. l. filium. ¶Eſt verum quod Cinus, Baldus, Salycetus, Fulgoſius. & quidam alij non admittunt ſimpliciter hunc intellectum licet in effectu maneat, dicunt enim quod cum pater conceſsit filio ſuo aliquam rem, & ſic ad tempus, non tamen propter hoc ſequitur, quod eo mortuo voluerit hanc conceſſionem eſſe perpetuam argumen. l. epiſtola. §. fina. ff. de pactis. ſed fatentur quod licet filius de rigore, auctoritate propria cohæredibus contradicentibus non poſsit integrã trecellianicam deducere ex dicto fundo peculiari: tamen cum detractio trebellianicæ iudicis arbitrio ſit fienda vt inquit gloſſ. in dict. l. filium. & in iudicijs diuiſorijs iudex habet multum ſequi: non ſolum expreſſam teſtantis voluntatem, ſed etiam coniecturatam. l. ſi cogitatione. C. famil. herciſcund. iudex cuius arbitrio hoc relinquitur: conſideratis dictis coniecturis proxime relatis, debebit aſsignare huic filio totam quartam trebellianicam in dicto fundo peculiari. ſic reſident iſti. ¶Certe Bartol. non meretur reprehendi: quia ſi recte ponderetur, tam in dict. l. in quartam quam in dict. l. filium quem habentem idem firmat referens ſe ad iudicis arbitrium ita quod iudex debeat ſequi voluntatem defuncti & arbitrari: vt habeat filius quartam in illa re, quam in vita pater in peculio ſibi aſsignauit. & hoc ex pręſumpta volũtate teſtatoris, qui hoc voluiſſe pręſumitur. Per quę concludo quod in hac quarta trebellianica relinquitur iudicis arbitrio, quod illam faciat deducere in dicta re peculiari.

Nec hoc relinquitur in abſoluta poteſtate filij: vnde ſi aliud iudici conſtaret de mente teſtantis, vel alia iuſta cauſa poſſet mouere iudicem, bene poſſet hoc iudex alterare ex arbitrio ſibi conceſſo. ¶Ad propoſitum ergo fortius hoc relinquitur in iudicis arbitrio in legitima debita iure naturę: quia cũ peculium profectitium poſt mortem patris communicetur inter omnes filios hęredes. l. certum. C. famil. herciſcund. reputatur, & connumeratur inter bona hęreditaria paterna, & per conſequens alij filij tanquam in ſubſtantia paterna pro legitima ſua debent habere partem in illo: ſicut alius filius cui in vita fuit dictum peculium conceſſum. vt

in

in dicto. §. repletionem.ſed quia licet filius habeatius in ſingulis rebus pro legitima:tamen tempore deductionis, & diuiſionis relinquitur iudicis arbitrio:in qua re vel in quibus ſit deducenda.vt in dicta l,poteſt. & in dicta l. 2. Dico quod cum iudex in diuidendo debeat ſequi voluntatem teſtatoris non ſolum expreſſam,ſed coniecturatam. l. ſi cogitatione.C.famil.herciſcund.iuſtum & æquum eſt vt debeat arbitrari conformando ſe cum deciſione dictæ.l.filium quem habentem.vt ſcilicet aſsignet filio pro ſua legitima rem quam ſibi pater in vita conceſsit in peculium propter rationes ſupra aſsignatas.nõ ergo hoc erit in poteſtate filij:vt propria auctoritate ipſe hoc poſsit eligere: vt dicebat Abba. ſed reſidebit in iudicis arbitrio.& ita temperatum dictum Abba. tenebis menti perpetuo pulchram extenſionem ad dictam l.filium quem habentem.vt procedat etiam in deducenda legitima de re filio aſsignata in peculium. Quod nota,quia hæc pulchra ſunt, & quotidie occurrentia, quæ mihi ſæpius honorem & commodum attulerunt in facto. ¶In quinta,& tertia pater poteſt eligere de quo vide infra in.1.quæſtio.poſita ſuper.l.regni.

*SVMMARIVM.*

2 *Filia non poteſt grauari in dotem quatenus eſt intra legitimam:ſecus in eo quod excedit legitimam & numero.2.*

3 *An in eo quod excedit dos legitimam ſi iure conſolidationis pertinet ad filiam poſſit grauari,diſputatur late cum numero ſequen.*

*Duodecima ampliatio.*

Duodecimo ampliatur hæc lex vt procedat in dote filiæ aſſignata,ita quod filia non poteſt grauari in dote quatenus eſt intra legitimam, cum imputetur in legitima. l. quoniam nouella. C.de inofficio.teſtament.& in legitima ſub-

a * ducitur omne grauamen,* vt hic. ita dixit Barto.in. l.finali.§.filiæ.ff.de legat.2.Cinus in. l.vnica.§.videamus ad fi. C. de rei vxo. actio.vbi dicit,quod ſi pater dotauit filiam ſimpliciter.& poſtea eam inſtituit in dote:& ſubſtituit ei per fideicommiſſum,quod quatenus eſt intra legitimam, reijcitur ſubſtitutio tanquam onus: do caſum ſingularem in expreſſo: & ibi hoc tenet Bartol. in l.lucius.§.maritus.ff.ad Trebell.idem Bald. & Salicet.in l.quoniam nouella C. de inofficio.teſtament.& Bald. idem per iſtum textum. in dicta lege.finali.§.filiæ. ff. de legat. 2.Paul.de Caſt.in dicta l.quoniam nouella per dicto.§.filiæ.Paul.& Alexand.in l. a filia.ff.ad Trebellia. communis eſt omnium ſententia,per quam ampliabis ſingulariter gloſſ.in l.3.§.ſed vtrum.ff.de mino. quæ tenet,quod filia poteſt inſtitui in dote ſibi aſſignata:vt amplietur in tantum quod nec aliquod grauamen in ea poteſt filiæ apponi.

quod nota.¶Sed limita prædictam conclu- 2
ſionem eſſe veram,niſi dos excederet legitimam,quia in eo quod eſt vltra legitimam, bene poteſt in dote imponi grauamen filiæ dotatæ Iſte eſt caſus ſingularis in dicta. l. finali.§.fideicommiſſum filiæ.ali s incipit filiæ. ff. de legat.2.& hoc firmat Barto. per illum in l.lucius.§.maritus ad Trebell. quod etiam ſequuntur omnes in locis ante allegatis. & conſuluit Dinus conſilio. 36.incipit. hæc eſt quæſtio cuius tenor. ¶Sed ſuperuenit.Bald.docto. peruſi.in dicta. l. quoniam nouella.2.quæſtio.qui eleganter limitat.dictum.§.filiæ, dicens, quod licet filia poſſet

grauari in dote *:in eo quod excedit legiti *
mam, illud eſt verum quando dos erat reuerſura ad hæredem grauantis,& non deberet conſolidari in filiam.puta quando pater fuit ſtipulatus dotem ſibi ſoli reddi ſoluto matrimonio,vel ſibi & hæredibus ſuis,iuxta ea quæ notat gloſſ.in dicto. §. videamus. & Bartol.in l.poſt dotem. ff. ſoluto matri-

monio.¶Sed ſi iure conſolidationis pertine 3
bat ad filiam,non valeret grauamen,nec fideicommiſſum,niſi tantum filiæ vltra relinqueretur,quatenus grauatur.l.titia. §. quæ in vita.de legat.2.l.pater filium in princi.ad l.falcid.ita reſidet,referens ſe ſic conſuluiſſe. ¶Pulchra & quotidiana ſunt hæc:ideo non ſuccincte prætereunda. nam reperio quod Paulus de Caſto tam in dicto.§.filiæ, quam in dicta.l.quoniam nouella.loquitur ſatis inhoneſte contra Bald. dicens ipſum vehementer erraſſe in dicta limitatione & intellectu per eum poſito ad dict.§.filiæ.nam ſi il

le tex.



le textus dicti.§.filiæ.intelligeretur quando ceſſabat conſolidatio, & actio de dote erat patris & hæredum,de nullo dubio deſeruiret ille textus:quia ex dicto grauamine non grauaretur filia,ſed hæredes. vnde concludit dictum.§. habere locum etiam quando actio de dote erat communis,vel filiæ:& ſic veniebat conſolidanda,vt & tunc poſſet ei imponi grauamen in eo quod dos eſt vltra legitimam.Ratio eſt ſecundum eum,quia in eo quod dos eſt vltra legitimã, licet ſit proprium patrimonium filiæ:& videatur illud de proprio patrimonio patris exiſſe,tamen non per omnia:cum imputetur in legitima. vt dicta.l.quoniam nouella.Sed ſi in totum exiſſet:non imputaretur. & ſic concludit dictum.§.procedere indiſtincte, dato quod dos eſſet conſolidata in filiam,vel filia iuſſu patris fuiſſet ſtipulata:aut pater ipſi filiæ:quibus caſibus cenſetur ipſi donata.vt in dict. l.poſt dotem.nam & tunc imputatur in legitima.vt eſt caſus in dicta.l.quoniam nouella.in quantum loquitur de matre, vel linea materna,quæ dotando videtur donare. vt in l.vnica.§.accedat.C.de rei vxoriæ actio. ¶Licet ergo donatio ex cauſa dotis teneat dato quod filia ſit in poteſtate.vt l.Pomponius Philadelphus.ff. famili. herciſcun. nec poſſet pater reuocare,in vita filiæ:poteſt tamen filium grauare,ſi deceſſerit ſine liberis. dicit ad hoc eſſe mirabilem caſum in dicto §.filiæ.quem adhoc valde extollit:& loquitur notanter, licet miratus ſum de eo nullum ad hoc allegante niſi Baldum & Ioannem Andream.¶Aduerte,quia Ioannes Andreas,de quo Bald.nullam mentionem facit,mouet hanc quæſtionem in additio.Specula.in titulo de inſtrumentorum æditión. §.compendioſe.18.columna.in verſicu. ſed ſuper forma præcedenti incipit, ſed incidit alia quæſtio,& ad finem reſidet quod in eo quod excedit legitimam nõ poſſet filia grauari,vbi actio de dote veniebat conſolidanda, & ſic tenet opinionem Baldi licet nihil boni allegat: tamen aperte tenet quod in quantum dict.§.filiæ.permittit,vt filia poſſet grauari in dote,quatenus eſt vltra legitimam, debeat intelligi quando pater eſſet ſtipulatus ſibi ſoli reddi ſeu hæredibus ſuis ita quod ceſſaret conſolidatio, alias ſecus. Idem Ioann.de Imola in l.lucius.§. maritus. ff. ad Trebell. quod etiam aperte firmauit Alexander in l.a filia.ff.ad Trebell. dicens quod placet ſibi opinio Ioannis Andreas.licet aliqualiter violet literam dict. §. tamen ita oportet fieri vt iura iuribus concordent.

¶Et in veritate ante iſtos hæc fuit intentio Bartol.in dicto.§.filiæ. licet non loquatur multum clare.dicit enim quod ille.§ eſt intelligendus quando actio de dote non erat quæſita filiæ * ſi enim quæſita eſſet non poſſet grauari,niſi ei vltra relinqueretur & legatum agnoſceret.l.titia.§.quæ in vita.de legatis.2.dicta.l.pater filium. hæc ille. itaque in hac limitatione ad dictum. §. filiæ ſunt Ioannes Andreas,Bartol. & Bald. Imol. & Alexander. quæ licet nimis reſtringat dict. §.filiæ.tamen iuſtum videtur ex eo quia pater non poteſt in dotem præiudicare filiæ iuxta.l.quotiens.ſoluto matrimonio.niſi tãtundem reliquiſſet filiæ quæ agnouiſſet legatum.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ſoluto matrimonio.& dicto.§.qui in vita.Item quia hæc donatio ex cauſa dotis valuit a principio vt dicta.l.Pomponius Philadelphus.& ſic non poteſt in ea apponi grauamen.l. perfectam. C.de dona.quæ ſub mo.ſed quando nõ conſolidatur ratione illius ſpei toleratur grauamen vltra legitimam. ¶Pro alia parte imo quod ille.§.filiæ.intelligatur generaliter prout 5
iacet ſcilicet vt poſſet imponi grauamẽ quatenus eſt vltra legitimam ſcilicet etiam in caſu conſolidationis eſt Dinus,*Paulus,Cinus,Picho.de Neapoli.& tenendo hanc opinionem poſſet reſponderi vt voluit Paulus & alij moderniores,quod licet pater donec filia viuit non poſſet ei præiudicare in dote dicta.l.quotiens.& authen.ſed quamuis. C. de rei.vxor.actio.tamen poſt mortem bene poteſt ei præiudicare grauando eam ſi ſine liberis decederet & iſte ſit caſus in dict.§.filiæ nihilominus articulus eſt dubius,in tantum quod ſi quis pro vna parte plus quam pro alia iudicaſſet,non eſſet increpandus, vt dicebat Alexander in dicta.l.a filia.ff. ad Trebell.¶Vnum notabis.quod dos quam pater præciſe ſtipulatus eſt ſibi & ſuis hæredibus,ita quod filiæ non conſolidetur non imputatur in legitima filiæ dotatæ niſi hæredes patris ſtipulationem remittant,ideſt ius ſtipulationis cedant filiæ.ff. de legatis. 3. l. vxorem.§.pater naturalis & ibi per Iacob. de Arenis & Bal.in dicta l:quoniam nouella ad finem quæ omnia notabis vide quæ dicam in quindecima ampliatione.

**Quæ verba Bart. formaliter ſequitur & approbat Floria.in eodem §.filiæ.*

**Et etiã Raphael Cuma. qui aſſerit hanc eſſe cõmunem opinionem tamen ſibi diſplicet: & ad illum tex.in.§.filiæ. reſpõdet quod ibi fuit filia inſtituta vel ſibi factũ relictũ.*

SVMMA-

*SVMMARIVM.*

1 *Procedit hæc lex in grauamine quantitatis etiam intercedente pacto inter patrem & filium.*

*Decima tertia ampliatio.*

Decimotertio am
plia.hanc l.vt procedat in grauamine quan
titatis reijciendo,dato quod inter patrem &
filium eſſe factum pactum de amplius non
petendo.l.ſi quando.§.illud.C.de inofficio.
a * teſta.l.pactum.C.de pactis.*l.pactũ. C. de
colla.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hære.cum
alijs:& quia hæc eſt materia pacti de nõ ſuc
cedendo quod improbatũ eſt a iure, & eius
materia diffuſe in pluribus locis tractatur
non expedit ſuper hoc inſiſtere:& ſi habeat
locum hęc ampliatio in alijs grauaminibus
ſeu conditionibus filio appoſitis.Vide quæ
dixi ſupra decima ampliatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Etiam in legitima augmentata a ſtatuto reijcitur onus & conditio.*

2 *Filia licet debeat eſſe contenta propter ſtatutum cum quantitate ſibi à patre pro legitima relicta,non tamen poteſt in ea grauari.*

*Decima quarta ampliatio.*

Decima quarta
ampliatio ſit & eſt elegans.ſ.quod ſi per ſta
tutum vel.l.municipalem legitima filiorũ
eſſet augmentata vltra quantitatem filijs ta
xatam a iure communi, quod licet plus nõ
exprimeretur in dicto ſtatuto:tamen ſubin
telligitur vt debeat regulari ſecundum ter-
minos huius legis hoc eſt:quod nullum gra
uamen nec onus filio poſſet apponi in legiti
ma ſic aucta,ſed debeat amoueri & reijci tan
quam ſi appoſitũ non fuiſſet*.hoc fuit ſin-
gulare cõſilium Ioan.Cal.in con.32.incipit.
ſi teſtator quod eſt poſitum ſub titulo de te
ſta.vbi ad literam cõſuluit, quod ſtatutum
augens legitimã filiorum & in hoc iuri cõ-
muni derogans in alijs omnibus recipit in-
terpretationem a iure cõmuni*: ita vt om-
a * ne grauamen de legitima ipſo iure reijcia-
tur;probatur in l.1.§.falcidia.ff.ad l.falcid.
quod dictũ extollit & ſequitur quidã Medio
lanẽſis doctor modernior pro tunc legẽs Pa
piæ in l.omnes populi penul.col.ff.de iuſti.
& iure.idem Romanus in l.ſi quis priore.ff.
ad Trebell.referens ſic ſe conſuluiſſe apud
Valentiam & dicit ſe bene conſuluiſſe.& in
ſpecie hoc dictum refert & ſequitur Alexã.
in dicta l.ſi quis priore.3.col.& in l.inter cæ-
tera.penultima colum.ff. de lib. & poſthu-
mis.& in l.finali.§.in computatione.8 colũ.
C.de iure delibe.Ioan.de Imol.Idem in l.fi-
nali.18.colum.ff.de condi.inſtitu. ¶Et licet
iſti non allegent ego reperio Bartholomeũ
de Salice.in hac l.ad finem qui hoc expreſſe
determinat poſt conſilium cuiuſdam docto
ris antiqui nomine Iacobi Butrigarij.

Dicit enim quod ſi ſtatuto caueatur, quod 2
filia ſit contenta illa quantitate quam pater
ei reliquerit,nec poſſet plus petere, cõtingit
quod pater relinquit ei certam quãtitatem
quæ non aſcendebat ad legitimam, in qua
appoſuit ſibi certum onus,filia contentatur
de quantitate relicta:ſed dicit ſe ad onus nõ
teneri per hanc l.quoniam, concludit quod
filia recte dicat,nec teneatur ad onus, imo
reijciatur & habeatur pro non appoſito per
hanc l.nec ſtatutum ſibi obſtare:imo cũ ni-
hil diſponat de onere manet diſpoſitio iu-
ris cõmunis diſponẽtis ſuper grauamine re-
ijciendo.l.ſi extraneus de condi.ob cau.l.cõ
modiſsime.ff.de lib.& poſthum. ¶Itẽ quia
aliud eſt diſponere de quantitate aliud de
quãtitate vel onere.Sed cum ſtatutum ſolũ
prouidet & corrigit ius commune in quãti
tate,ergo non in onere: imo in eo ſeruatur
prouiſio iuris communis:quæ theorica pro
batur ſingulariter in hac l.iũcta.l.omnimo-
do eodem titul.inducendo ſic.Nam in dict.
l.omnimodo diſpoſuit Imperator de quan-
titate debenda ſine diminutione, hic de one
re ſubmouendo: & ita hæc lex addit quod
non erat diſpoſitum per dicta l.omnimodo.
& niſi fuiſſet facta l.iſta, remaneret diſpoſi-
tio iuris antiqui quo ad onus. Quod repu-
tat valde notandum. ¶Et hoc dictum in ſpe
cie ſequitur Bald.hic licet nullam mentionẽ
de eo faciat Salice.Idẽ ſequitur etiam Paul.
de Caſtr. hic reputans pulchrum dictum &
menti notandum:quia cum ſtatutum corri
git ius commune, vt minus re pro legitima
relinquatur non debet extẽdi,nec etiam ta-
le ſtatutum debet corrigere iſtam.l.quando
minus tempore vel cauſa relinquitur.

Proce-

*Adde Albertum Bru. ſuo tractat. de augmento in.5.concluſio. principale prima col.



*SVMMARIVM.*

1 *Procedit hæc lex etiam in dote quæ loco legitimæ ſuccedit.*

2 *Pater poteſt prouidere per ſtipulationem tempore, quo dotat ſibi & ſuis reddi dotem.*

3 *Dos & legitima differrunt.*

4 *Pater quando poſsit ſibi appropriare actionem de dote.*

5 *Conſolidatio habet locum in tribus caſibus in caſu expreſſæ ſtipulationis.*

*Decima quinta ampliatio*

Quindecima ex-
tenſio ſit.vt non ſolum procedat hæc.l.in le
gitima;ſed etiã in dote,quę ſuccedit loco le
gitimæ;intellige hoc in dote nõdũ data, ſed
*a quę nũc aſsignatur ſeu legatur,* vt differat
hæc ampliatio a duodecima ſupra poſita,
quam vide ad huius ampliationis intellectũ
Allego ad hoc Cinum. in.l.ſancimus. C. de
nuptijs. vbi dicit ſingulariter quod ſi pater
inſtituit filium vniuerſaliter hæredem & fi-
liæ fœminæ relinquit iure inſtitutionis cer
tam quantitatem pro dote ſua. (Nam licet
illud relictum de ſui natura ſit conditiona-
le ſcilicet ſi maritetur ſicut & ſtipulatio do-
tis nomine:vt in.lege tali ſtipulatione.ff. de
iure dotium) quod illa conditio reijcitur: &
ſtatim poteſt petere quantitatem ſibi reli-
ctam antequam nubat: & interim decedens
tranſmittit ad ſuos cum illa dos ſuccedat lo
co legitimæ;& ſicut grauamen ſubmouetur
de legitima per hanc legem:ita de dote quę
in eius locum ſuccedit & ſic fuit diſputatum
per Ricardum. & eſt concluſio indubitata
in terminis iuris communis, quam tenuit
Bart.magiſtraliter quem omnes ſequuntur
in l.titio centum.§.titio.ff.de conditio.& de
monſtration. & ita conſului pridie in facto
arduo illuſtriſsimæ fœminę dominę Mẽtiæ
de Velaſco. & hanc eandem concluſionem
tenet Baldus hic,quando pater relinquit fi-
liæ pro dote. Sed ſi dixiſſet hoc modo relin-
quo filiæ centum pro dote ſi nupſerit tunc
eſt expreſſa conditio: & filia interim eſſet
præterita & haberet contra tabulas & ius di
cendi nullum.ff.de contra tabulas.l.3. ſi ab
ea.Sed etiam iſto caſu dicit Salicetus. hic:qđ
etiam ſi dicat ſi nupſerit, habeat locum hæc
lex & remoueatur conditio.& hoc eſt verius
quod tene menti. ¶Attende tamen ſingulari 2
ter quod dicta hic,& in. 12. ampliatione in
quantum dixi quod dos ſuccedit loco legi-
timæ,ita quod in ea non poſsit apponi gra
uamen:vt in.l.quoniam nouella. iuncta hac
l.quoniam.ſunt intelligenda niſi pater tem-
pore quo dotat filiam prouideret ſibi & ſuis
hæredibus dotem reddi per ſtipulationem
& in continenti.Nam licet actio dotis ſolu-
to matrimonio ſit communis patris & filiæ
vt l.2.§.1.ff.ſolut.matrimonio. & mortuo
patre in vita filię integra actio dotis conſoli
detur in ipſam filiam.l. vnica. §. videamus.
C.de rei vxor.actio.Tamen bene poteſt pa-
ter per ſtipulationẽ in continenti ſibi proui-
dere & impedire ius conſolationis apponen
do in dote onus & conditionẽ: videlicet qđ
ſoluto matrimonio ſine liberis dos redda
tur & reſtituatur ſibi & ſuis heredibus.Nam
per talem expreſſam conuentionem & ſtipu
lationem impeditur ius conſolationis, dato
quod filia ſuperuixiſſet patri ſecundum ve-
ram & magis communem opinionem quam 3
tenuit*Bar.in l.poſt dotem ſolu.ma.repro-
bata glo.l.vnicæ.§.videamus.C.de rei vxo.
actio.facit.l.quotiens.ff.ſolu.matri.vbi per
mittitur patri prouidere ſibi & pręiudicare
filiæ. ¶Per prædicta dicebat quidam doctor
modernus in quodam tractatu de dote in 6.
parte in.17.ſpeciali.61. col. qđ per hoc limi-
tatur valde hęc.l.quoniam.ita ꝙ non pro-
cedat omnino a pari dos a legitima, cum in
legitama nõ poſſet*apponi aliquod onus ta
men ſecus in dote:quia poteſt pater appone-
re onus filiæ quod ſoluto matrimonio dos.
redeat ad ipſum patrem & eius herędes.l.v-
xorem.§.teſtamento.ff.de lega.3.Rationem
optime aſsignat prædictus doctor. Primo
quia ex tali pacto in dote nõ multũ pręiudi-
catur filiæ,cum eo nõ obſtante pater & eius
hæredes illam tenentur redotare in ſecũdo
matrimonio:iuxta: id quod habetur in au-
thenti. ſed quamuis. C. de rei vxor. actione.
& etiam prouidetur ſibi remedio.l. final. C.
commun. vtriuſque iudicij.nec etiam pręiu
dicatur ei quominus poſsit habere legitimã
in bonis patris licet non eſſet hęres inſtituta
in quota hæreditatis ſecundum Bartol. in
dict.l.poſt dotem.ſed ſi in legitima onus ta-
le poſſet apponi, non poſſet ſubueniri filiæ
quominus maneret grauata in legitima &
ſic in hoc caſu magis fauetur legitimæ quã

*Adde Alexan.de Imo. in l.poſt dotẽ hic alleg.col. 8 quãtũ vbi relatis aliquibus pro gl.cõtra Bar.dicit ſe tranſire cũ opinione Bar. quæ eſt communis & verior.

*b

 doti.

doti.hanc cõcluſionem aperte ſentit Cinus
in.l.1.vni.§.videamus.ad finẽ.C. de rei vxo.
actio.vbi dicit quod in dote nõ põt apponi
grauamen quatenus eſt infra legitimã quan
do a principio ſimpliciter dotauit eam ſine
vlla cõditone ſentiens, quod a principio va
leret onus. Sic ergo tene ꝙ iura quæ permit
tunt patri appropriare ſibi actionem de do-
te.vt l.quotiens.ſolut.matri.& l.pen.§.filia.
eo.titul.& auia.& l. cum a ſocero. C.de iure
dot.indiſtincte vendicent ſibi locũ cum filię
4 remaneat integrum ius ad legitimam. ¶ Ex
quo infertur qđ ſi per ſtatutum filia nõ ſuc-
cedit ſtantibus maſculis, qđ ſi pater dotaſſet
iſto caſu filiã & fuiſſet ſtipulatus ſoluto ma-
trimonio dotem ſibi & hæredibus ſuis, qđ
cum per tale onus prę iudicetur filiæ nec re-
manet ſibi ius ad legitimam; cum ab ea ſit
excluſa per ſtatutũ, qđ iſto caſu filij tenentur
ſibi remittere dictum onus & grauamen, cũ
non cenſeatur congrue dotata reſpectu dicti
oneris: & ſtatutum excludens filiam dotatã
intelligitur de cõgrue dotata: & hoc voluit
ſingulariter Bal.in.l.fi.C.de dotis promi. &
in terminis hoc tenuit in d.l.quoniã nouella.
ad finẽ qđ nota. ¶Ex quibus conclude quod
pater a principio poteſt ſibi appropriare a-
ctionẽ de dote, nec tale onus rejcietur ex eo
quod dos ſuccedat loco legitimæ quod
intellige quando ius legitimæ remanet fi-
liæ ſaluum vt modo dixi. ¶ Iſta concluſio
eſſet vera vbi pater mortuus eſſet filia ſuper
perueniente ſi teneatur illa opinio quod ceſ-
ſet conſolidatio in caſu expreſſæ conſolida-
tionis vt tenuit Bart.in.d.l.poſt.dotẽ.& mul
ti eum ibi, & in dict.§.videamus.ſecuti ſunt:
ſed ſi teneatur opinio contraria quam glo.te
net. in d. §. videamus & multi eam tenent,
tunc cum haberet locũ conſolidatio ceſſaret
5 onus nec hæredibus patris venire reſtituen
da. ¶Sed in tribus etiam ſecundum commu-
nem opinionem habet locũ conſolidatio in
caſu expreſſæ ſtipulationis. Primus eſt ſi pa-
ter habebat alios filios pro quibus debebat
dotem vel donationem propter nuptias, nec
fuerit ſtipulatus & illi ex aliquo caſu nõ te-
netur conferre. tunc ne emergat inæquali-
tas: dicta filia haberet ius conſolidationis
vſque ad concurrentem quantitatem. ¶Se-
cundus caſus eſt ſi extranei eſſent hæredes a
patre inſtituti caſus eſt in l.fi.C.commu. v-
triuſque iudi. Quos duos caſus poſuit Bart.
in dict.l.poſt dotem. 10.colum. ¶Tertius ca-
ſus eſt vbi pater a principio ſtipulatus eſt do

tem ſibi ſoli tunc conſoli detur filiæ; quia nõ
interuenit aliquod factum filiæ; quod poſſet
ſibi imputari, ſecus ſi ſtipulatio fuiſſet inter
poſita ex interuallo cum conſenſu filæ vo-
lentis a ſe abdicare ius dotis & transferre in
patrem & eius hæredes, tunc non fiet conſo-
lidatio. hoc probatur in l.penul.§.filia.ff.ſo-
lut.matri.& ibi hoc ſingulariter tenet.Bald.
quod nota. Et ſic in his cabus tribus vbi ha-
bet locum cõſolidatio etiam in caſu expreſ-
ſæ ſtipulationis ceſſaret dictum onus. Quæ
omnia perpetuo nota. Nam vidi plerumque
& habui conſulere de facto, cum fere in om-
nibus inſtrumentis dotalibus apponatur di-
cta cõditio vt ſcilicet dos reuertatur ad pa-
trem & eius hæredes ſi filia decedat ſine libe
ris & alias ſuper hoc iure conſolidationis oc
currit mihi cauſa arduiſsima diſputanda in-
ter illuſtriſsimos duces de Medi. celi, & de
Medi. Sidonia ſuper villa de Huelua. Quã
diſputationem meam inuenies inter conſilia
mea conſi. 5. ¶Caue. s tamẽ te decipiat quod
dam conſilium Decij quod eſt num. 36. inci-
pit hæc eſt quæſtio, cuius tenor talis eſt, vbi
concludit quod in dote danda non poteſt
apponi grauamen infra legitimam, nam lo-
quitur Dinus quando pater in teſtamento
inſtituit filiam in legitima & appoſuit gra-
uamen quod ſi decederet ſine liberis ei ſuc-
cederet quidam Franciſchinus frater ſuus,
qui frater poſtea cum dicta quantitate do-
tauit ſororem & appoſuit ei dictam condi-
tionem, concludit quod non valuit cũ iam
dicta bona erant libera filiæ pro ſua legiti-
ma. ¶Sed cum mihi occurriſſet de facto quę
ſtio conſulenda in cauſa cuiuſdam Martini
de Arriaga dubitaui conſulere ſecundum
opinionem dicti Bald. nouelli. cum aliqua
fundamenta ex ſupradictis hic & in. 12. am-
pliatione concludunt contra eum maxime
vbi ceſſarent rationes ſuæ. Ideo multum co
gita ne præcipites ſententiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Procedit hæc lex etiam in aſcendentibus & pa-
tronis & etiam in fratribus turpi perſona
inſtituta.*
2 *Aſcendentes & deſcendentes æquiparantur
in ſucceſsione.*
3 *Pactum per quod pater impeditur a petitione
legitimæ non valet.*

4 Aſcen-



4 *Aſcendentes & deſcendentes differunt & nu
mero.5.& 6.*
7 *Quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus
an teneantur conferre.*
8 *Aſcendentes an querelam non præparatam
tranſmittant ad ſuos.*
9 *Aſcendentibus & deſcendentibus an compe-
tat reuocatoria pro his quæ ſunt in fraudẽ
alienata.*
10 *Pater an poſsit renunciare hæreditati filij.*

1 *Decima ſexta ampliatio*

## Decima ſexta am-

pliatio ſit.vt diſpoſitio huius legis amouen-
tis grauamen de legitima, non ſolũ habeat
* a locum in filijs verum etiam in aſcendenti-
bus, & patronis, * & fratribus, vbi turpis
perſona per fratrem fuiſſet inſtituta, & idem
in omni alio cui neceſſario debetur nam iſti
omnes non poſſunt grauari in legitima ſeu
portione, quæ de iure neceſſario debet eis re
linqui. eſta eſt gloſſ. valde not. in authenti,
de hære.& falci.in §.ſi vero expreſsim col-
la.1.in gloſ.1.eſt caſus famoſus in l. Pantho
nius.ff.ſi quis a paren.fue.manu.in §.fi.ibi fi-
deicommiſſum non cogetur pater præſtare
ex ſua parte quæ ei debetur.& ibi hoc notat
gloſſ.dicens nota hic quod pater habet ter-
tiam ſine grauamine, allegat hanc.l.eſt text.
iuncta gloſſ. in l. omnino. §. 1. C. de inoffi-
cioſ. teſtamento ibi vel alijs perſonis qui-
bus eadem actio competere poterat. & ibi
gloſ.ſuper parte vel alijs perſonis. intelligit
etiam de parentibus. eſt etiam tex. in hac.l.
in principio & ibi.ne eorum iura.qui ad me-
moratam actionem vocabantur minuta eſſe
videantur, & hoc etiam ſtatutum eſt in patro
no. l. ſi patronus.de dona. l. cum patronus.
de legatis.2.ſed p rens, & patronus in mul-
tis æquiparantur per totum. ff.ſi quis a pa.
fue manu glo.magiſtra. Inſti.qui.mo ius pa.
po.ſol.& magis debita eſt parenti quam pa-
trono legitima.& ſic conſului contra quoſ-
dam religioſos diui Hieronymi a me conſi-
lium petentes: & hoc eſt obſerua dum etiã
ſi de iure regni legitima ſit in parentibus.
probatur in auct. nouiſsima. iuncta hac. l.
quoniam in prioribus.dixi late ſupra in de-
cimaquarta ampliatione. & hoc perpetuo
nota cum hodie de iure regni pater ſit filio
hæres neceſſarius.vt continetur in l.ſexta.in
cipit.* (los aſcendientes.) in curijs. * Thau-
ri in menſe Martij conditis anno Milleſimo-
quingenteſimo quinto. ¶Et bene faciũt ver * *Adde ſcri bentes hiſpa nos in com- mento ſuper hac l.6.*
ba tex.ibi æquiparando vtranque ſucceſsio
nem ibi. (Como lo ſon deſcendientes en e-
llos.) Quæ verba valere poſſunt ad multa
ibi non reperiatur derminatum cõtrarium
ſeu ratio decidendi diuerſa inter eos. facit. l. 2
nam & ſi parentibus.de inofficioſo teſtamẽ-
to.l. Papinianus.§. ſed nec impuberis.ff.eo.
optime faciunt verba text.in.§. iuſtum au-
tem proſpeximus.in authent.vt cum de ap-
pella.cognoſcitur.colla.8.vnde.l. omnimo-
do.de inofficioſo teſtamento. habet locum
in parentibus. caſus eſt ibi & tenet gloſſ. eſt
etiam caſus in §.cæterum. in aucten. vt cum
de appella.cog. ¶ Item ſicut in deſcendenti-
bus requiritur titulus inſtitutionis vt in.§.
aliud quoque capitulum. non in tota legiti-
ma: ſed ſufficit in vno numo. vt notatur in
l.ſi quis priore.ff.ad trebell.eodem modo in
parentibus * vt tenuit Iacobus de Belloui- *c
ſu in §.aliud quoque capitulum. vt cum de
appe.cog.Bald.in l.omnimodo.§.1.C.de in
officioſ.teſtamento per.§. & hoc quidem il-
lius aucten.vbi tex.dicit idem in liberorum
teſtamentis, & in teſtamentis, parentum &
in.§. cæterum dicit Imperator. (Sola enim
eſt noſtræ ſerenitatis intentio a parentibus
& liberis iniuriam præteritionis & exhære-
dationis auferre.) Idem Barto. in §. ſiue igi-
tur ad finem illius aucten. Per dicta funda-
menta & per. §. hæc autem ibi. (Vnde con-
ſtat ad vtriuſque partis vtilitatem.) Ange-
lus in dict.l.nam & ſi parentibus. per dict. §.
aliud verſi.ſin autem hæc obſeruata nõ fue-
rint.& Bal. idem in aucten. ex cauſa de libe.
præte. 8.columna.4.appoſitione licet Bart.
contra in l.ſiue.§.excluditur. ff. de iure pa-
trona.ſed per omnes fere reprobatur & per
eũdẽ Bal.in l.1.C.de bo.po.con.tabu.liber.
alij multi moderni idem & Bal.in d. aucten.
ex cauſa.3.oppoſitione concludit quod dict.
aucten. habeat locum cum parentes præte-
reuntur a liberis, vt & legata pręſtentur om
nibus deducta legitima, concludens quod
iura quę loquuntur de patre erga filium ha
bent locum econtra: quia eadem eſt regula
in natura correlatiuorum.d l. nam & ſi pa-
rentibus.ibi (nõ minus.) Et per prędicta & a-
lia cõſului apud ciuitatem Burgẽſem quod
ſicut non valet pactum inter patrem & fi-
lium per quod filius impediatur a petitione
legitimæ & eius ſupplemento.l.ſi quando.§.
illud.C.de inofficioſo teſtamento ita e con-

 tra non

tra nō valebit pactū inter eos, per quod ipſe
pater impediatur a petitiōe legitimæ & eius
ſupplemento & glo. ſentit in §. & generali-
ter.illius legis.in quantū mouet quandā quę
4 ſtionem ibi tam in patre nolente inſtitui a fi
lio quam e contra.*¶Nihilominus propter
aliquam rationem differentię aliquibus caſi
bus differre reperimus.Nā diſpoſitio.l. cum
acutiſsimi.C:de fideicom.non habet locum
quando parentes inſtituuntur a filijs Bar. ſin
gulariter.l.cum auus.ff.de condi.& demon-
ſtra.ſentit glo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus
ff.ad trebellia.in quantum dicit quod d.l.cū
auus.locum habens in deſcendentibus inſti-
tutis.Idem Ioan.de Imo.in dict.l. cum auus.
Fulgo.in l.generaliter.§. cum autem.C.de
inſti.& ſubſtitu.ſub con.fac.& hanc opinio-
nem Bar.& ſequacium ſequitur per funda-
menta ſatis vrgentia quidam modernus fi-
lius Mariani de Senis.Bartholomeus Soci-
nus in repetitione quam fecit ſuper d.l.cum
auus & notabiliter do.Alexā.in d.l.§.ſi quis
rogatus.licet Ange.in d.§.quis rogatus. di-
xerit quod non meminit hanc quæſtionem
tactam, & tenuit ſub quaddm diſtinctione
hoc intelligendum de liberis alterius matri
monij:ſed in liberis natis ex eodem matrimo
nio bene ſubintelligeretur conditio & hoc
per d.l. nam & ſi parentibus.in verſic. Non
minus.per quam l.hoc idem firmant Cinus
& Albericus Iacob.de Raue.in d.§. cum au-
tem.& ſub hac diſtinctione Angeli viſus eſt
ire Andre.Siculus.in repet.l.cum acutiſsimi.
licet quibuſdam paucis additis a ſe ipſo di-
cit fabricare ſuam & nouam diſtinctionem,
vt moris ſui eſt. ſed ſuperior opinio eſt ma-
gis communis quam. ſequitur etiam Imol.
in d.§.ſi quis rogatus.nec etiam ſubintelligi
tur conditio ſi ipſe aſcendens inſtitutus de-
cedat cum aſcendentibus ſecundum Cuma.
in d.l.cum auus.& ibi ſequitur Alexand. li-
cet Rapha.Fulgo.in l.generaliter.§.cum au
tem. C. de inſtitu.& ſubſtitu.ſub condi. fac.
contrarium tentauit per l. nam & ſi parenti
bus.ſed non firmat pedes per d.l. ſcripto. ff.
vnde liber.& dictus Socinus in d.l. cū auus
probabilius dicit poſſe ſuſtineri hanc opi-
nionem in fauorem aſcendentium, quam a-
liam in fauorem liberorum ipſius aſcenden-
tis inſtituti,& mouetur aliquibus fundamen
tis quæ ipſe vide,quia non eſt præſens ma-
teria niſi incidenter quo attinet ad hanc equi
parationem & differentiam liberorum & pa
rentum.¶Differunt etiam quia liberis primi

**No.differentias inter aſcendentes & deſcendentes & aliā colligere potes ex Barto.in l.ſi quis a liberis §.parēs.ff.de liber. agnoſ. aliā ex Bald. in authen.ex cōplexu.C.de inceſtis nup. aliā ex Sal. in l.quiſquis. §.filij. C. ad l.Iul.mageſt. aliā ex Bart. in l.ex.facto. ff. de vulga. licet aliqui ibi teneant cōtra Bart.& vid. Iaſo.in l.filiū quem habentem.4.col.C. fami. herciſ. verſic.limita eam.*

gradus non imputant fructus in falcidiam
l.iubemus.C.ad trebellian. ſecus in parenti-
bus. Iſte eſt caſus in l.filiusfamilias.ff.ad le-
gem falci.quæ lex non eſt correcta per dic.l.
iubemus ſecundum Barto.in d.l. filius & ibi
moderni & in l.in fideicommiſſaria in prin-
ci.ff.ad trebel.& per d.l.filiusfamilias dice-
bat eleganter Bald.in cap.ſi pater. de teſta-
men.in.6.quod idem in legitima debita pa-
rentibus in qua imputantur eis fructus: de
quo exclamat Alexand.& ſequitur in dic.l.
filiusfamilias. & in l. in fideicommiſſaria. 8.
colum.ad trebel.dicens: non meminiſſe hoc
tactū per aliū: & bene facit ſecundum eum:
quia text.in l.ſcimus.§.repletionem.C.de in
offi.teſtamen.ſolum loquitur in legitima fi-
lij, ſeu deſcendentium, ergo aſcendentibus
remanent incorrecta iura antiqua volentia
quod fructus indiſtincte imputentur in legi
timam.l.Papinianus.§. vnde ſi quis.ff.de in
offic. teſta. ſecus autē in deſcendentibus, in
quorum legitima non imputatur fructus.
vt eſt caſus in.§.repletionem.gl. in dict.l. in
fideicommiſſaria dixi ſupra in 3. ampliatio-
ne.¶Item licet deſcendentes poſsint detrahe 6
re duas quartas,vt in cap. Rainuntius. ſecus
in aſcendentibus,ſecundum Bald.in l.ſi a mi
lite.§.fi.de teſtam mili.licet non multum fir-
met * ſed relinquat cogitandum. ſed firmat
Alexan.in l.in ratione.§. qđ vulgo. 10. co.
ff.ad falcid.Attamen Rapha.Cuma.in dic.l.
ſi a milite tenet contrarium: ſi teneatur il-
la opinio communis quod legitima parentū
ſit aucta,ſicut deſcendentium:& per hoc idē
ibi Angelus.¶Itera.l.hac conſultiſsima.§.ex
imperfecto.C.de teſtamēt.non habet locum
quando parentes inſtituuntur a filijs. ſecun-
dū Salice.& alios ibi.& in l.fi. C. famili her-
ciſc.Bal.in §.ſin autem.eiuſdem. l.& ibi pro
batur & adde Bald.ſingulariter in l.fi.C. de
repu.hære.qui tenet, quod ſi aſcendentibus
eſſet delata hæreditas deſcēdentis ſi ſe abſti-
nuiſſent intra annum non poſſent pœnitere
ſicut poſſet filius emancipatus. nam ſuus hæ-
res infra triennium poſſet pœnitere & ſe im
miſcere.vt ibi eſt caſus.Item licet Iacob.Bu-
tri.dixerit quod ſicut nepos ſuccedit loco fi-
lij: ita auus ſuccedit loco filij ſui præmor-
tui, arguendo ex natura correllatiuorum.
Quia ſicut ſe habet linea deſcendens ad ſuc-
ceſsionem aſcendentis: ſic e contra. tamen
glo.tenet contrarium in authenti. defuncto.
C. ad tertull. quam Bal.ibi approbat, cum
magis debeatur hæreditas deſcendentibus
quam

**Et Iaſo.in l. filium qui habētem. C. fami. herciſ. col.5.*



quam aſcendentibus & pleniori iure. vt in
in authen.in ſucceſsione de legi.hære. & cō-
muniter idem tenent omnes. ¶Item quando
7 filij ſuccedūt aſcendentibus inter eos fit col-
latio ſecūdum titulum de collatio. C. tamē
e contra quando aſcendentes ſuccedunt deſ-
cendentibus,inter eos non eſt locus collatio
ni.ita ſingulariter decidit Bal.in l.ſi emanci-
pati,C. de collationibus & idem Cinus. ibi.
antepenulti.quæſti.& ſequuntur Paulus de
Caſtro Alexander Ludouicus Roman.& cę
teri moderniores ibi.idem ſentit Barto.in l.
pater filium.fin.colum. & Bal.in rubrica. C.
de colla. ad finem & in l. quoniam nouella.
1.columna.C.de inofficioſo teſtamento:quę
deciſio valet multum & tempore peſtis ma-
gnę ſæuientis fere in toto regno anno præ-
terito milleſimo quingenteſimo quinto,ha-
bui cōſulere ſæpius in his ſucceſsionibus aſ-
cendentium. ſed certe iſta concluſio non eſt
ſine magno dubio. Nam reperies Angelum
contrarium tenere in l.vt liberis, in fine. C.
de colla. vbi quærit in hæc verba.ſi pater &
mater facto diuortio de iure veniunt ad hæ
reditatem filij ab inteſtato,an conferent in-
uicem dotem vel donationem propter nup
tias profectam a ſubſtātia filij? hunc caſum
non reperio tactum: credo quod ſic. Quia
cum ſucceſsiones parentum & deſcenden-
tium ſint exæquatæ tam ex teſtamento quā
etiam contra teſtamentum, vt in authentic.
vt cū de appellati.cognoſci.§.aliud quoque
cap.authent.nouiſsima.C. de inofficioſo te-
ſtamento ergo ſicut deſcendentes inter ſe cō
ferunt,cum ſuccedunt aſcendenti: ita econ-
tra.hæc ille.Sed reperio quod Alexāder de
de imol. ſolus in dict. l. ſi emancipati. facit
mentionem de dict.determinatione Angel.
& nihilominus tenet contra eum ſecutus cō
munem opinionem: de qua ante ſermo eſt
habitus:ſed ius fundamenta mihi non ſatis
faciunt.nam mouetur ex aliquibus differen
tijs ante habitis inter vnam ſucceſsionē &
alteram.Et contra dictam opinionem com-
munem, & in fauorem Angel. ſtringit text.
generaliter loquēs in l.inter eos.& §.1.ff. de
collati.per quem & alia quę allegat quidam
modernior Mediolanenſis legens Piſis in d.
l.ſi emancipati optime fundat opinionem
Angel.& reſpondet fundamētis doctorum
tenentium dictam opinionem communem
licet finaliter dicat non eſſe recedendū a cō-
muni opinione.¶Et dicta opinio Angel.op-
time poteſt coadiuuari;& his quæ in princi-

pio dixi eſſe ſimilia inter vtranque ſucceſsio
nem:pro quo etiam facit text.nota.in auth.
de hære.& fal.§.primum colla.1. vbi Impe-
rator æquiparat legitimam parentibus de-
bitam ibi. (Tanquam hæc pars ſecundum ip
ſam naturā eis debeatur:quale eſt filijs & ne
potibus,patribus atque matribus,&c.)facit
text.in authen.de trien.& ſemi.§.1.collat. 3.
vbi poſtquam Imperator locutus eſt de aug
mento legitimæ;ſubdit(Hoc obſeruando in
omnibus perſonis, in quibus ab initio anti-
quæ quartæ,ratio de inofficioſo lege decre-
ta eſt.)Per quem tex gloſſ.ibi tenet legitimā
eſſe auctam in aſcendentibus, ſicut in deſcen
dentibus. cum & aſcendentibus compete-
bat dicta quærella de inofficioſo teſtamen-
to. vt dict. l.nam ſi parentibus & l. 1.ff.de
inofficioſo teſtamento.& in §.1.Inſtit.eo.hoc
idem,ſcilicet. legitimam aſcendentium eſſe
auctam,tenet gloſſ.in authen.nouiſsima. C.
de inofficioſo teſtamento & in §. igitur de
non eligen.2.nube. & eſt communis ſenten-
tia,quam tenet Bart.in dict.l.nam & ſi paren
tibus.Bald.Angel.in l.ſi a milite.ff.de teſta-
mento mili.Bart.& Ange.in dict.§.1. de hæ
re.& fal.Paul.in authen.ex cauſa.de libe.pre
te.& dicit Bart.in dict.l.nam & ſi parentibus
eſſe ibi caſum ad hoc ex eo:quia ibi traditur
per modum regulæ:non minus debere relin
qui parentibus quam liberis. & ſic trahitur.
l. noua ad poſteriores. l. nam & poſteriores.
ff.de legi.facit etiam generalitas dict.l.Thau
ri.ideo apud me dicta concluſio communis
contra Angel.non eſt ſine ſcrupulo magno.
¶ Adde etiam aliam differentiam. nam ho- 8
die deſcendens exhæredatus ad ſuum hære-
dem tranſmittit querelam etiam non para-
tam.l. ſcimus in fine & l. ſi quis filium. C.de
inofficioſo teſtamento. * Secus in aſcenden *d
tibus exheredatis, qui querelam non præ-
paratam non tranſmittunt ad ſuos: cum in
eis iura antiqua non reperiantur immutata.
ergo. l. præcipimus. in fine. C. de appella.
Nec obſtat. dict. §. aliud quoque capit. vbi
videtur facta exequatio per omnia aſcendē-
tium & deſcendentium:ſi prætereantur, vel
exhæredentur:quod illud eſt verum in po-
teſtate rumpendi,non in poteſtate tranſmit
tendi ipſam potentiam. ita ſingulariter di-
xit Angel. in.l. nam ex his. ff.de inofficioſo
teſtamento. licet Cinus in dic.l.ſcimus. inde
ciſum relinquat. ¶ Adde etiā quod ſi pater 9
in fraudem filij alienat bona ſua ex titulo o-
neroſo ita quod emptor participauit frau-

 dem:

dem:tunc filio datur reuocatoria.l.vltima.
ff.ſi quid in fraud.patroni. Si enim hoc con-
ceditur filio arrogato,multo magis naurali
l.ſi quis.de coniun.cum eman.libe.ſed pater
in bonis filij non habet reuocatoriam. Ra-
tio, quia non ita debetur patri hæreditas ſi-
cut filio.ff.vnde libe.l.ſcripto in fine.ita di-
xit ſingulariter Bart. in l.nõ vſq; adeo. ff.ſi
quis a paren.fue.manu.& ibi eſt caſus expreſ
ſus contra patrem. ¶ Aduerte quia nec in fi-
lio eſt expeditum, quod ei cõpetat querela
ad reuocandum alienata per patrem ei titu-
lo oneroſo.Imo contrarium ſentit gloſ.in l.
*e 1.C.de inoffic.dona. * in quantum dicit per
hunc titulũ ſola donata reuocãtur: & huius
opinionis videtur fuiſſe Bal.licet varie & cõ
fuſe loquatur.ideo eum vide in l.2.& 1. C.ſi
quid in fraud.patroni.& in l.1.& ibi moder-
nos.C.de inoff.donat.eundem Bald. in l.1.
C.de reuocan.quæ in fraud.credi.Barto.in l.
hæreditatem.ff.de bon.autho.iudi.poſſ.Sali
ce.& Ange.in d.l.2.ſi quid in fraud. patron.
Ange.in authentic.de immen.donat.§.final.
Sed in fauorem Barto. videtur hodie famo-
ſus text.in c.Rainuntius.de teſtamen.vbi vi
detur probari quod ſit hodie dare querelã
inofficioſæ venditionis filio pro legitima
conſequenda.ſicut ſibi prouidetur per quæ-
relam inofficioſæ donationis. Sed quia ille
text.habet varios intellectus,vide ibi cano-
niſtas vltra legiſtas in locis ante allegatis,
maxime And.Sicul. ibi qui recitat omnium
opiniones.Sed quo ad propoſitum de diffe-
rentia inter patrem & filium, reperio quod
do.Anto.in d.c Rainuntius.refert illam opi
nionem Bart.in d.l.non vſque. & eam ſequi
tur per illum text.dicens,quod dato q; filius
poſſet reuocare alienata per patrem quo ad
legitimam:tamen ſecus erit in patre.Sed re-
peri Cinum qui in l.1.C.de inoffic. dona. in
7.quæſtio.licet moueat.q.ſolum in filio, ſci-
licet,vtrum ei competat querela contra in-
officioſam venditionem:tamen in fine illius
quæſtionis dicit ſibi placere.vt dict.l.nõ vſ-
que adeo.ſit temperanda, niſi emptor frau-
dem participaſſet,prout Pe.dicebat per l.vl
tim.ff.ſi quid in frau.patro.& ſic cum. d. lex
non vſque loquatur in patre, aperte vult Ci
nus quod etiam patri competeret reuocato-
ria contra alienationem factam a filio ex ti-
tulo oneroſo,ſi emptor fraudem participaſ
ſet,& hanc opinionem etiam contra Bartol.
reperi firmaſſe Andre Siculum in cap. Rai-
nuntius.de teſtamen.19, folio motus per tex.
in corpore de hære.& falci §.1.vbi tex.pari
ficat legitimã debitam filio in bonis patris,
& debitam patri in bonis filij. & per.l.nã &
ſi parentibus. vbi traditur regula. quod nõ
minus debetur legitima patri in bonis filij,
ſicut e cõtra,& ſic trahitur illa lex ad poſte-
riores per l.nam & poſteriores.ff.de legib.&
ſic vbi.l.antiqua æquiparat duo l. noua ſu-
perueniens loquens de vno habet locum in
reliquo.l.ſi quis ſeruo.C.de fur.l.vt tãtum.
de ſeru.corrup.gl.in.l.quod vero.ff.de legi.
vnde cum dict. ca.Rainuntius.ſuperueniens
loquatur de legitima debita filio, vt in ea
reſcindatur venditio patris in officioſa:etiã
habebit locũ in legitimã patri debita vt re-
ſcindatur vẽditio filij inofficioſa facta in frau
dem legitimæ patri debitæ:per regulam. d.
l.nam & ſi parentibus.& ita reſidet. ¶ Adde
Bald.in l.quamuis ad finem. C.de fideicom- 10
miſ.vbi tenet,quod licet filius non poſſit re-
nunciare hæreditati paternæ: tamen pater
poteſt renunciare hæreditati filij: ex eo quia
quod pater non ſuccedat filio *, eſt præter na *f
turam: ſed quod filius non ſuccedat patri,
eſt quodammodo contra, vt Vulgarus dice
bat in l.nam & ſi parentibus.Sed ego conſu
lui contrarium apud ciuitatem Burgenſem:
vt ſuperius dixi. eſt verum quod in caſu in
quo ego conſului concurrebant alia ex qui
bus etiam motus fui,ſcilicet quia hodie l. fa-
cta Thauri videtur æquiparare per omnia
ſucceſsionem aſcendentium & deſcenden-
tium.¶ Item quia in caſu quo conſului, ma-
ter neſciens hæreditatem filiæ de neceſſario
ad ſe pertinere, ſecundum diſpoſitionẽ di-
ctæ legis Thauri, dixit filiæ ſuæ quod teſta
retur ad libitum de bonis ſuis: & certificata
de dicta.l.Thauri,reclamauit de hoc ſtatim:
reuocans id quod dixerat. & hanc reclama-
tionem & contradictionem fecit notificare
filiæ ſuæ ante mortem ſuam,ſcilicet, quod
voluntatis ſuæ non erat perdere legitimam
ſibi a iure debitam in bonis ſuis:& alia con-
currebant in caſu illo,ex quibus inclinaui a-
nimum meum contra filiam, & recte inclina
ui attenta qualitate negotij. Item contra
Bald.eſt caſus in l.1.§.ſi vel parens.ff.ſi quis
a paren. fue. manu. ſecundum ſolutionem
approbatam a Docto. in l. ſi quando. §. il-
lud.C.de inoffic. teſtament. quam ibi ponit
gloſ.ſcilicet,quia ibi ideo valuit: quia pater
acceperat integram legitimam alias non,
& idem eſſet tunc in filio,vt gloſſ. & Docto.
ibi dicunt.& in l. pactum quod dotali. C. de





pactis & alijs locis vbi per illum text. limi-
tant.dict.§.illud.

Supereſt nuuc ad
huius.l.limitationem deuenire:vt hoc ordi-
ne extẽſiuo & limitatiuo:fere.l.materia eua-
cuetur. cũ hac via clarius liqueat vtilitas &
practicari iſtius.l. ſumitur enim regula ex
hac lege,q; onus quodcunque & omne gra-
uamen filio appoſitũ in legitima:non valet.
imo reijcitur & habetur tanquam ſi appoſi-
tum non eſſet.vt hic cum concordantijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditio fauorabilis filio non reijcitur, & quid ſi filius velit eam licet fauorabilem reijci nume.6.& 7.*
2 *Fauore filij an titulus inſtitutionis poſsit omitti.numero.3.& 4.*
5 *Lex filijs matrem.an ſit correcta.*
8 *Reſolutio auctoris cõditionem non eſſe reijciendam ſi iſt certum eam eſſe fauorabilem filio.nu.6.*
10 *Mater reſpectu legitimæ filij an poſsit priuare patrem vſufructu vel adminiſtratione bonorum, & nu.11.& 17.*
12 *Mater quæ ſuſpicatur male de moribus mariti poteſt inſtituere filiũ ſub cõditione ſi emãcipetur a patre.*
idem expreſſe Paulus.qui loquitur in ſubſti
tuto pupilli quem a fortiori dicit grauari

*De quo tex tu video ſin. docto. de Seg.in l. ab exhæredati ſubſtitut.ff. de leg.1. car. 30.in.2.not. g*

poſſe per l. in ratione. §. quod vulgo. ad. l.
fal.& l.qui fundum.§.qui filio.eo.titulo. ita
dicit ipſe in d.l.ex tribus.& ita teneas. ¶Ra- 16
tio autem ſtat in promptu quare patri per-
mittatur grauare ipſum ſubſtitutum ſeu ve
nientes ab inteſtato ipſi pupillo & eis onus
fideicommiſsi iniungere; quia dicti venien-
tes ab inteſtato,habent hæreditatem ex vo-
luntate patris teſtantis, non autē ex neceſsi
tate quia cum permittatur patri pupillari-
ter ſubſtituere,poterat ipſe ſi voluerat ſubſti
tuere,filio alium quem elegiſſet,& ſic exclu-
deret venientes ab inteſtato a filij hæredita-
te.ff.de iure codici.l.ſi quis cum nullum.

Vnde videtur eis legare ſeu donare ex
quo nō ademit quod potuit adimere: & ſuc
cedit regula nota quod ad imponendū onus
ei quem honoro,iuxta l.ab eo. C.de fideicō-
paria ſunt alicui quid legare vel ei nōn adi-
mere, cum poſſet. caſus eſt notabi. in l. 1.§.
ſciendum.ff.de lega. 3. hanc rationem aſsig
nant Docto. maxime Cinus in dict. l. ex tri-
bus.& gloſſ.in dict.l.ſi fundum.§. ſicuti. ſu-
per parte filij inſtituti,facit l.conficiūtur. ff.
de iure codi.vnde Ioan.de Imol.in l.1.§. fin.
li.ff.de vulga.in finali. verbis recitans illam
concluſionem quam ibi tenet Bart. poſt Di-
num.& Bal.& Angel.quod poſſet ſubſtitui
filio in legitima per fideicommiſſum ſi ver-
ba grauaminis referantur ad venientes ab
inteſtato,dicit quod eſt intelligendū ſi filius
ſit impubes,& talis cui potuiſſet fieri pupilla
ris. ¶Ex quibus pondera ſingulariter ad ma 17
trem ſubſtituentem fillio pupillariter in le-
gitima quod nec valeret iure fideicommiſ-
ſi etiam ſi verba grauaminis referrentur ad
veniētes ab inteſtato*:cum ceſſet ratio dic. h *
l.ſi fundum.cum mater nō poſſet pupillari
ter filio ſubſtituere: & ſic nec excludere ve-
nientes ab inteſtato ſubſtitutionem alteri
faciendo. Tene menti, quia habui de fa-
cto in quadam ſubſtitutione pupillari ma-
tris.& valet multum ſcire hoc ad recte in
telligendum dict.l.ſi fundum. *. & eſt noua
& mea conſideratio.ſed colligitur ex funda
mento Conſulti in dict.l.ſi fundum. a ratio-
ne decidendi ibi ſumpta quam etiam dedit
Barto,in.l.1.§.ſubſtituere.finali.verbis.ff.de
vulga. ¶ Ex prædictis poteſt dari cōſilium
ſecundum Bald.& Angelum in dict. l. 1.§.
ſubſtituere.vt ſit caſus in quo legitima filij
non detrahebatur poſt eius mortem de bo-
nis patris ſcilicet ſi verba fideicommiſsi non
dirigantur in filium,ſed dirigantur in legiti

* noua conſideratio.

H mum

mum hæredem filij:& ab eo incipiat onus fi-
deicommiſsi.tunc enim ex perſona filij non
poteſt deducere legitimam, quia filius non
fuit grauatus nec ex ſua perſona: quia ſibi
non debetur legitima in bonis teſtatoris:qđ
refert notandum. ¶ Et Angelus ibi dicit
quod ſic eſt dare caſum in quo filius in to-
tum poterit priuari legitima ſua. l.quod le
gitima filij non detrahetur de bonis teſtato-
ris:quod reputat notandum licet iſte pun-
18 ctus egeret declaratiõe & examinatiõe.¶Ad
uerte tamen & tene menti,quia iſtud fideicõ-
miſſum ppoſitũ ſuccedẽtibus ab inteſtato
expirat adueniente pubertate ipſius filij. Iſte
eſt caſus vnicus in l. quod fideicommiſſum.
ff.de lega. 1. tenent omnes vbi ſupra: quod
nota.quia regulariter fideicommiſſaria ſub
ſtitutio durat poſt pubertatatem. l. præci-
bus.C.de impu.& alijs. Ratio quare dictum
fideicommiſſum expirat, aſsignatur clare
per Angelum in dict.§.ſicuti.Quia poſt pu-
bertatem ſuccedentes ab inteſtato puberi
non ſuccedunt ex prouiſione teſtantis: ſed
ſolummodo in caſu in quo pubes inteſtatus
eſt; cum igitur ſolo fortunæ iudicio hære-
ditas illius puberis ad venientes ab inteſta-
to decurrat, non mirum ſi grauari non poſ-
ſunt per patrem.vt l.ſi fuerit.§.1.de legatis
tertio.Ex quo infero quandam ſingularem
limitationem ad dict.l. quod fideicommiſ-
ſum. quod ſi pater eſſet miles, qui poſt pu-
bertatem ſuis liberis poſſet directo ſubſtitue
re cum illa bona tunc decurrrãt ad venien-
tes ab inteſtato prouiſione teſtantis: fidei-
commiſſum non expiraret adueniente pu-
bertate. verba fuerunt Angeli in dict.§.ſicu
19 ti quæ ſunt menti tenenda. ¶ Limitabis ta-
men gloſſ.iſtius.l.& doctrinam ante relatam
quæ habet vt ſcilicet in legitima non poſ-
ſet filio ſubſtitui per fideicommiſſum; pro-
cedere quando filius acceptaſſet legitimam
ſuam.ſed ſi eam non acceptaſſet ſed expreſ-
ſe repudiaret: vel quia ſtatim mortuus eſt
antequam agnouiſſet, in quo caſu legitima
tranſit ad ſubſtitutũ. tunc licet nominatim
dictum fideicommiſſum fuiſſet iniunctum
impuberi,& ſic nihil valet, vt dictum eſt,ta-
men quia legitima trahitur ad ſubſtitutum,
valet & ſubſtitutus tenetur ad fideicommiſ
ſum licet ſibi non fuiſſet iniunctum: ſed im-
puberi.Hanc limitationem ſic in ſpecie po-
ſuit quidam modernior mediolanenſis, le-
gens pro tunc in ciuitate Papiæ.l. ſi arroga-
to,2.decimaquinta columna. verſic. ſecun
do. principaliter limitat. ff. de adoptioni-
bus.extollit hoc valde & cum iactantia re-
ferens ſe mirabiliter & nouiter hoc inueniſ-
ſe,& ſe nouiter ad hoc ponderaſſe textum in
l. cum patronus.ff. de legatis ſecundo. vera
eſt concluſio & ſingularis: ſed miror de viro
docto.qui ſic publice audet affirmare ſe no-
uiter ad hoc ponderaſſe illũ textũ cum re ve
ra per Bald.& Angel. & alios ad hoc fuerit
antea ponderatus vt ſtatim dicetur in quar
ta limitatione. ¶ Iuxta hoc tamen ſupereſt 20
vnum pulchrum dubium:nam vbi a ven-
nientibus ab inteſtato fideicommiſſum reli-
ctũ eſt eis expreſſe & ſpecifice nominatis pla
num eſt*ſed in caſu dubio eſt quæſtio nota
bilis,vtrum fideicommiſſum ſeu grauamen
videatur ab ipſo pupillo relictum vel a ve
nientibus ab inteſtato;puta, quia dixit teſta
tor poſt mortem filij impuberis, hæreditas
integra reſtituatur titio nec exprimit vtrum
per filium vel eius hæredes ſeu per ſubſtitu
tum: & eſt maxime importantiæ ſcire hoc,
quia ſi a filio videatur relictum, nõ venit le
gitimam in grauamine ſeu fideicommiſſo:
alias ſecus;vt d.l.ſi fundum: videtur dicen-
dum quod in dubio fideicommiſſum vide-
tur relictum ab ipſo filio impubere inſtitu-
to;licet relinquatur poſt mortem ſuam.Hic
eſt caſus ſingu.in l.cohæredi.§. cum filię. ff.
de vulga.Quem Barto.ibi ad hoc commen
dat & reputat menti tenendum. Hanc opi-
nionem videtur firmare Bal.in l. præcibus.
C.de impu.& alijs ſubſti.verſi.ſequens quę-
ſtio.& hoc conſuluit Paulus cõſilio.188. in-
cipit in caſu præſenti. motus per capitul. ſi
pater.de teſtamen.in 6.¶Contraria eſt com
munior & verior opinio: imo quod in du-
bio fideicommiſſum videatur relictum a ve
nientibus ab inteſtato:* do.gloſſ. ſingular.
quę hoc tenet in l.qui duos.ff.de vulga.quę
dicit quod ſi verba teſtatoris ſint hoc modo
concepta,ſi talis infra pupillarem ætatẽ de-
ceſſerit, lego tibi centum, quod licet non
exprimatur vlterius ex dictis verbis, vide-
tur relictũ legatum a ſubſtituto.Idem Bart.
ibi dicens quod vbi verba ſunt ſimpliciter
prolata & referantur poſt mortem pupilli,
videtur relinqui a ſubſtituto.argum.l.codi
cillis in prin.de vſufru.lega.Nec obſtat dic.
l.cohęredi.§.cum filię.in verſic. quod ſi hæ-
redem.nam ibi verba fuerunt prolata id ip
ſum impuberem, quoniam ipſum impube-
rem grauauit:quod refert menti tenendum
ex eo quia quando legata relinquũtur a ſub
ſtituto,

*Adde lan & sing. Alexã. de Imol. diſputantem in l.prima.§.ſubſtituere.ff.de vulg. & pupill.



ſtituto, venit legitima: ſecus quando ab im
pubere.Hãc ſententiã ibi omnes fere ſequũ-
tur & Rapha.& Paulus in.d.l.ex tribus.Pau
lus in l.eam quã.C.de fideicom. referens ita
fuiſſe conſultum per Ioan.de Imol.& fulgo.
Bononię.idem firmauit Imol.in ca. Rainun
tius.in materia vulgaris in fine & Rapha. &
Alexan.in dic.l.1.§.ſubſtituere.ff.de vulga.
Paulus & Rapha.in dict.§.cum filię Bald. in
dict.l.eam quam.Paulus in d.l. qui duos. &
ſatis videtur æqua opinio:cum verba am-
bigua ita interpretãda ſunt vt actus valeat.
l.quoties.ff.de re.du.& in ſimile decidit Bar-
to.in l.cẽturio.ff.de vulgar.in verſ.vlterius
quæro. dicens quod ſi teſtator dixerit, Si fi-
lius meus deceſſerit ſine filijs vel eorum filij
ſine filijs,&c.quod in dubio videtur illis in-
iunctum,qui de iure grauari poterãt: & hoc
vt actus potius valeat quam pereat.ad.§.cũ
21 filiæ.reſpondent omnes quod verba fuerũt
relata ad filium. ¶Per prædicta refert Paul.
de Caſt.in dict.l.ex tribus.determinari quã
dam.q.quam Rapha.Fulgo.refert ſe vidiſſe
in ciuitate Mediolani.pater reliquit filię mil
le ꝑ dote ſua quę quãtitas nõ excedebat le-
gitimã.& ſi decederet ſine liberis voluit qđ
diſtribuerẽtur inter pauperes,quia pauperes
non poſſunt venire ex pupillari directa pro
pterea quia illa verba diſtribuantur ſunt o-
bliqua,vt vult Bart.in l.centurio.2.q.prin-
cipali.ff.de vulg.eſt dubiũ an iſtud fideicom
miſſum relictum pauperibus valeat, refert,
Bald. cum pluribus conſuluiſſe non valere,
cum filia per fideicommiſſum non potuit
grauari in legitima: ſed ipſe Raph.cõſuluit
contrarium:& ita refert obtentum fuiſſe: cũ
venientes ab inteſtato potuerũt grauari: &
in dubio cenſetur relictum a venientibus ab
inteſtato.refert etiam Paulus in dict.l. ex tri
bus.quod ipſe habuit de facto hunc caſum
Bononiæ & fuit ſibi portatum vnum conſi-
lium Bal.qui conſuluit valere fideicommiſ-
ſum & quod omnes Docto. Bononienſes ex
illo conſilio decepti, cõſuluerũt idem quia
res videbatur ſine dubio:refert tamen quod
ipſe & Ioan.de Imol.perpenderũt de iſto er-
rore & fecerunt retractari omnia dicta con-
ſilia & omnes fatebantur ſe erraſſe:ſed ſe ex
cuſabant propter auctoritatem Baldi. licet
dicat tunc nec ipſum nec Imolam habuiſſe
notitiam de dicto Rapha.ſubdit etiam Pau-
lus,quod in ciuitate vbi ipſe legebat habuit
iterum iſtum caſum de facto:& quidam Do-
ctor qui reputatur valens, fuit deceptus &
quod ipſe ſcripſit ſibi, & pænitentia ductus
reuocauit conſilium;ideo refert hoc mẽti te
nendum:quia magnum honorem poteſt li-
teratus conſequi ex dicta doctrina. ¶ Refert
etiam Fulgo in l. eam quam quod Bald. &
Chriſtophorus de caſt.conſuluerunt contra
rium ſcilicet fideicommiſſum non valere. ip
ſe conſuluiſſe dicit contrarium & quod pro
eo(vt aſſerit)protulerunt ſententiam arbitri
qui erant ex ſolennioribus Doctoribus vene-
randi collegij illuſtris ciuitatis Mediolani,
de quo ſupremum honorem inquit repor-
taſſe,quo tene menti. ¶Ego etiã habui iſtum
caſum de facto,& ſic cõſului apud Merinam
de rio ſeco in teſtamento cuiuſdam Mancij
nomine;qui inſtituto poſthumo in dicto te-
ſtamento mandauit,quod ſi decederet infra
pupillarẽ ætatem quod bona ſua diſtribue-
rentur in capella quadam quæ fieret in ec-
cleſia beatæ Mariæ & alijs cauſis per eum no
minatis: dicto poſthu. mortuo infra dictam
ætatem mater eius dicebat dictam diſtribu-
tionem in pias cauſas non eſſe fiendam: ſed
ipſam admittendam ad ſucceſsionem filij,
ex eo quia non fuit filius ſuus directo ſubſti
tutus, ſed in modum ſupradictum. Et qui
dam deceptus in dicta cõcluſione conſuluit
in fauorem matris. ego autem detegẽs illius
errorem,conſului contrarium & in fauorem
eccleſiæ. Et bene credo quod ſtatim vbi vi-
dit fundamenta conſilij mei, pœnitentia du
ctus,reuocauit & cognouit errorem ſuum.
Et ſecundum conſilium meum fuit lata ſen-
tentia in fauorem eccleſiæ, & ſi poſſes habe-
re illud cõſilium,inuenies pulchra.Nam la-
bori non peperci cum in fauorẽ eccleſiæ bea
tiſsimæ virginis ſcripſi, cui ſeruio a iuuentu
te mea. & poſtea pluries habui de facto; &
ſic conſului. ¶Sed vnum perpetuo notabis
ad plura dubia tollenda, quod vbi pater mã 22
daſſet in teſtamento vendi bona ſua & filij,
ſi deceſſerit in pupillari ætate diſtribui inter
pauperes,quod cenſetur directa pupillaris;
ſic per plura fundamenta conſuluit Bart. in
conſil. incipienti. Titius condidit teſtamen-
tum. Idem ipſe in.l.centurio.ff.de vulga. in
verſic.quid ſi teſtator dixit.& in lege fundi
Trebatiani.ff.de vſufruct.lega.licet alij con-
tra:de quo pulchre Alexan.conſi.45.1. volu
mine.vbi elegãter inuenies multa ad propo
ſitum ſi iſto caſu mater excludatur. ¶ Quia
quo ad matrem hoc caſu excludendam: caſ-
ſus non procedit ſine ſcrupulo propter au-
toritates aliquas docto.quas ibi videas.nam

in caſu quo ego cōſului.concurrebāt aliq̄ꝫ
23 coniecturæ contra matrem.¶Ex prędictis aſ
ſumpſi materiam conſulend ſuper quodam
dubio ad me tranſmiſſo per quoſdam aduo
catos,in quadam queſtio.de facto occurren
te inter quoſdā ciues Arande anno quingen
teſimo ſeptimo.Quidam in ſuo teſtamento
inſtitutis filijs hęredibus,ſubſtituit eis pupil
lariter matrem ſuam,deinde fecit vnum co
dicilium in quo reuocauit dictā ſubſtitutio
nem, & ſubſtituit eos pupillariter expreſſe
ad inuicem: eis defunctis infra pupillarem
ætatem,vnus eorū ſuperſtes petebat defun
ctorum hæreditatem vigore ſubſtitutionis
ſibi factæ in codicillo: mater ecōtra dicebat
ad eam pertinere vigore ſubſtitutions ſibi
factæ in teſtamento quam affirmabat nō po
*De qua doctrina vide ſingu.Iaſ.l.hac.conſultiſſima.§.finali.C.de teſta.in.2.& 3.col. tuiſſe reuocari in codicillis.Et in fauorē fra
tris ſubſtituti in codicillis,facit quoddam e
legans verbum Bart.ab eo poſitum in l.mi
litis codicillis §.1.ff.de teſta.mili. qui tenet
quod ſi pater inſtituit pupillum filium ſuū
& ei pupillari ſubſtituit quendam extraneū
poſtea in codicilis illam pupillarem ſubſti
tutionem reuocauit & ſubſtituit ei ſorores
ipſius pupilli,deceſſit pupill9,dicebat ſubſti
tutus in teſtamento quod in codicillis non
potuit reuocari ſubſtitutio iure directo: ſed
iure fideicommiſſi, & ſic volebat ſuccedere
de iure directo & reſtituere alijs ſubſtituti
retenta quarta:&ſic tenebant omnes docto.
ipſe tenet cōtrarium. Immo quod in totum
repellatur ille extraneus ſubſtitutus in teſta
mento,& valeat iſta ſubſtitutio facta in codi
cillis iure directo:& ſic refert fuiſſe obtentum
hoc idem tenet in l.hac conſultiſſima.§.fina
li.C.de teſta. & in l.2.ff.de iniuſt. teſta. & eſt
valde ſingularis determinatio ad omnia iu
ra dicentia,quod nō poteſt directo dari, nec
adimi hæreditas in codicillis: vt limitetur,
niſi in patre teſtante inter liberos & codicil
lante, qui in teſtamento ſubſtituerat eis pu
pillariter extraneum.Eſt verum quod mul
ti tenent cum Bartol. & multi contra.tamen
in propoſito ſuper quo requiſitus fui de con
ſilio, non videbatur vrgere hæc determina
tio.Nam Barto.mouetur duobus fundamē
tis.primo: quia in milite hoc ſtatuitur vt in
dicta.l.militis.ergo in patre.quod argumen
tum quidā non admitunt de quo largus fit
ſermo a modernis in dicta.l.hac conſultiſſi
ma.§.finali. ¶Sed ad propoſitum moue
k* tur ex dicto.§.finali vbi valet * teſtamentū
minus ſolēne in quo ſunt inſtituti venientes
ab inteſtato,ad reuocandum primum teſta
mentum,in quo extraneus erat inſtitutus.

Sed in caſu conſultationis, mater ſubſti
tuta in teſtamento habito reſpectu ad bona
pupilla, cui ſucceditur ex ſubſtitutione pu
pillari, mater non erat extranea: cum ſit eis
proximior ad ſuccedendum ab inteſtato ſe
cundum.l.iſtis regni.ſic ceſſat fundamentum
Bartol. Et etiam quia ſi haberetur reſpectus
ad ipſum pupillum non ſunt ſubſtituti ve
nientes ab inteſtato: cum mater ſuccedit fi
lio & non frater.¶Vnde allegam in fauorē
ſubſtitutorum in codicillis valere dictā ſub
ſtitutionem iure fideicommiſſi hoc motiuo.
Nam verum eſt ſecundum iuris principia:
quod hæreditas non poteſt dari, nec admi
iure directo in codicillis: ſed trahatur ad fi
deicommiſſum.l.hæreditatem quę eſt.2.C.
de codicil.l.2.ff.de iure codi.§.finali. Idem
in ſubſtitutione pupillari.l ſi idem.C.de con
ditio. nota. textus. in. l.Sceuola. ff ad tre
bell.Ang. tamen in l.Sceuola. conatur hoc
eleganter limitare & intelligere,quando ſo
lummodo in codicillis fuiſſet facta ſubſtitu
tio pupillaris. nam tunc trahetur ad fidei
commiſſum. Secus ſi fuiſſet facta in teſtamē
to quod præceſſerat codicillos: quia ſi illa
in codicillis reuocetur,*& alius ſubſtitua
tur, iſta ſubſtitutio in codicillis facta, nihil
valebit, nec etiam iure fideicommiſſi, cum
ex hac ſequeretur ademptio hæreditatis
quæ non poteſt fieri in codicillis. Sed com
muniter omnes damnant eum, immo quod
etiam tunc valeat iure fideicommiſſi, vt di
cit Imol.in l.1.ff.de iniuſt.teſtamen. & idem
Angelus ſibi contrarius,ſi recte cōſideretur
in l.noſtram.C.de teſtamento. Salice.in l. ſi
idem.C.de codicill. Alexan in l.2.C. de con
di.mouentur contra eum per dic.l. Sceuola.
& per l.cum quis decedēs.§.Seya.ff.de lega.
3.mihi videtur caſus in l.hereditatem.con
tra eum ad finem.C.de codi cum ergo ſecun
dum omnes trahatur ad fideicommiſſum
& hoc fideicommiſſum eſſet iniunctum ip
ſi matri quæ in primo teſtamento erat ſub
ſtituta, & erat ſuccedens ab inteſtato filijs
ſuis & ſic in dubio præſumitur iniunctum
ipſis venientibus ab inteſtato: ſic dicebam
& allegabam quod etiam in legitima vbi huic
dicta ſubſtitutio iure fideicommiſſi facta
in codicillis: ita quod mater a qua fuit a
dempta prima ſubſtitutio: quæ eſt ſucce
dens ab inteſtato haberet, quartam: &
tres partes haberet alius ſubſtitutus in co-
dicillis



dicillis: ſed nō me determinaui pro tūc, nec
pro nūc,ſed cogitādū relinquo & perpetuo
nota iſta ad multa quia quotidie occurrunt.

Secunda limitatio.

Ex prædictis reſultat ſecunda limitatio *ad hanc legem vt nō
*a habeat locum in ſubſtituto pupillari ſeu ve
nientibns ab inteſtato ipſi pupillo: quia iſti
poſſunt grauari in legitima, vt eſt caſus in
d.l.ſi fundum.

*SVMMARIVM.*

1 *Filio poteſt ſubſtitui pupillariter & quid de ſubſtitutione vulgari.*

1 Tertia limitatio.

Tertio limita hanc legē quod filio bene poteſt ſubſtitui pupillari
ter in legitima: licet hęc non ſit proprie limi
tatio: cū nō dicatur proprie grauamē: imo
prouiſio filij.vt d.l.ex tribus. ¶ Adde tamē
ꝙ quēadmodū filio poteſt ſubſtitui pupilla
riter in legitima: ita etiā poteſt ei vulgariter
a * ſubſtitui, *puta ſi noluerit vel nō potuerit
acceptare: hoc ꝓbatur in l.ſi poſthumus.§.ꝙ
*Adde omnino doct.de Segu.repe.l.cohæredi.§.cum filia.ff.de vulgar.verſi.fallit.5. vulgo*.ff. de libe. & poſthu. vbi ſi filius eſt
inſtitutus in primo gradu in totū vel in par
te: licet ſit prętcritus in ſecundo, teſtamentū
nō rūpit:& eſt ratio quia per ſecundū gradū
filio inſtituto in primo nulla fit iniuria: non
enī admittitur, niſi ipſo volēte, cui nō eſſet lo
cus, ſi ipſe nollet, ſed, acceptare vellet: ſibi er
go imputet: vt l.iā dubitari.ff.de hære. inſt.
ita inquit Pau.de Caſt.hic quod eſt nota. ad
extēſionē.l.ex tribus ꝙ tenet in prima. & fi.
col.huius.legis. Idem firmauit Alex.in d.§.
quod vulgo dicens quod ſubſtitutio vulga
ris nō dicitur eſſe onus filio.ideo pōt fieri in
legitima probatur etiā in l.ſi filius.ff. de lib.
& poſthu.& in l.fi.ff. de cōdi. inſtit. ratio eſt
quia ſi filius vult eſſe hæres nō excluditur a
ſubſtituto: cū vulgari ſubſtitutioni inſit taci
ta conditio.l.cū proponas.C.de hęre inſtit.
ſed an ſaltē quo ad legitimam trāſmittat ad
ſuos hæredes excluſo vulgari ſubſtituto: eſt
materia de qua in.l.ſi pater.C.de inſti.& ſub
ſtitu.ſub con.fa.ibi vide: ſed aliquod dubiū
videntur huic limitationi apponere quæ
dicta ſunt ſupra in quinta ampliatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Is ad quem debet deuenire legitima filij poteſt in ea grauari.*

Quarto limita hanc legem.vt vendicet ſibi locū in filio: ſecus in 1 Quarta limitatio.
alio ad quem adueniret legitima ipſius filij,
puta quia filius repudiauit vel moritur ante
quā agnoſceret: quo caſu deuenit ad ſubſti
tutum, qui ſubſtitutus tenetur ad grauamē
filio appoſitū in legitima: licet filius ipſe ad
illud nō teneretur.*Hic eſt famoſus caſus in a*
patrono.in l.cū patronus.ff.de leg.2.vbi tex.
dicit quod ſi patronus eſt inſtitutus hæres a
liberto ſuo in portione ſibi debita, quæ ho
die eſt tertia vt in.§.1.Inſti.de ſucce.liber. &
in.§.ſed noſtra. quod fideicōmiſſum relictū
ab eo præſtare non cogitur, cum debeat ha
bere dictam partem ſine aliquo onere: vt in
d.§. ſed noſtra: ſubdit text. & in hoc facit ꝙ
ſi patronus omiſerit & repudiauerit inſtitu
tionē: ille ad quē dicta pars omiſſa & repu
diata peruenerit tenetur ad fideicōmiſſum:
ſignat cōſultus rationē per hęc verba (quo
niā quod illius perſonæ pręſtaretur hoc ne
quaquā ad aliū pertinere debet) & ſic in pa
trono eſt ibi caſus ſingularis de queſti. ¶Et
dicit Angel.ibi, ꝙ per illā.l. limitatur hæc
lex quoniam in prioribus.vt non ꝓcedat v
bi filius repudiaſſet legitimā: quia in tali le
gitima quę trāſit ad aliū virtute repudiatio
nis, poteſt imponi onus & toleratur: & hoc
extollit ibi Alexā. in apoſtilis,& etiā firmat
in hac.l.dicēs ꝙ ille ad quē venit legitima vi
gore renunciationis tenetur ad grauamē, qa
licet.d.l.loquatur in patrono tamen ex idē
titate rationis idē erit in filio. ¶Idē Paul.de
Caſt.in d.l.cū patronus in vtraque lectura,
& ſequitur hic quaſi ad finem dicēs quod ſi
filio inſtituto in legitima eſſet datus ſubſtitu
tus vulgaris, quod poteſt fieri, & filius fuiſſet
grauatus de aliquo dando, quod ſi ipſe repu
diaſſet legatum legitimę & vadit ad ſubſtitu
tum, quod dictus ſubſtitutus tenetur ſubire
grauamen: cum hoc priuilegium, vt graua
men reijciatur, fuit introductum in priuile
gium perſonale filij ideo non tranſit ad ſub
ſtitutum.¶Et miror de iſtis, quo modo non
allegāt Bal.in d.l.cū patronus. vbi ſummat
ſic illam.l.grauamen appoſitum in legitima
quod eſt nullum reſpectu eius cui infertur:
eſt aliquod reſpectu eius cui accreſcit: & ſub
dit notabiliter, ꝙ onus ꝙ infertur in legiti-
 ma ha-

ma habetur pro nõ ſcripto:quo ad eũ cui de
betur legitima:ſed ſi ille repudiet legitimã
& accreſcit coheredi:mutatione perſonę:mu
tatur nomẽ legitimæ,& onus iniunctum de-
bet impleri:quod refert eſſe notandũ pro le
gitima filij:& hæc teneas mẽti perpetuo ad-
dẽda cuidã Mediol. neſi legẽti Papiæ, qui in
l.ſi arrogator quarto folio.ff.de adoptio.nõ
ſine iactantia hoc ſibi attribuit, de quo dicto
feci mentionem ſupra eo.in 1.limitatione in
verſi.limitabis tamen glo.iſtius legis.

### SVMMARIVM.

1 *Filius non debet habere legitimam in re quã pater elegit ad teſtandum.*

1 *Quinta limitatio.* Quinto limita
hanc legẽ niſi pater elegiſſet ſibi vnã rẽ ad te
ſtandũ,quia in hac electiõe præiudicat filio,
ita ꝙ nõ põt dicere ſe velle illã rem vel eius
a * partẽ pro ſua legitima. * Non intelligas ꝙ
per hoc poſſet filius grauari in quantitate le
gitimę,ſed ſolũ in hoc quod filius nõ poteſt
dicere ſe habere partẽ in illa re pro legitima
tanquã in bonis paternis,cũ alias in omnibꝰ
bonis paternis debeat habere partẽ. vt in l.
ſcimꝰ.§.repletionẽ iſto tit.hoc fuit elegans
verbũ Bal.in rubr.de rerũ diui.2.col.vbi di-
cit.ꝙ ſi pater mãdauit teſtamẽto,ꝙ fiat hoſpi
tale in domibus ſuis,filius vult illas domos
ꝓ ſua legitima:videbatur enim quod poſ-
ſet argu.eius quod diſpoſitũ eſt in creditore
vt in l.creditoris.de diſtra.pig.contrariũ de
terminat dicẽs quod pater põt eligere vnam
rẽ,de qua teſtari poſſet ſi filius in cæteris bo
nis põt habere legitimã:electio enim quę da
tur filio,datur in bonis nõ legatis. mouetur
quia legata integraliter pręſtãda ſunt, ſi beſ
ſim non excedũt,vt in.§.quã ob rem in auth.
de reſ.& ea quæ pa.idẽ tenet Bald.in l.poteſt
de lega.1.dixi ſupra in 10.ampliatione.

### SVMMARIVM.

1 *Poſthumi inſtitutio ſub conditione caſuali vel mixta valet in caſu.*

1 *Sexta limitatio.* Sexto limita hanc
legẽ nõ habere locũ in poſthumo in hoc ca-
ſu.ſ.quod ſi fuiſſet inſtitutus poſthumus ſub
cõditione caſuali vel mixta, ſi prius quã naſ
catur cõditio extiterit,non rũpitur teſtamẽ
tũ poſthumi agnatione *. Hic eſt caſus in l.
cũ poſthumus.ff.de lib.& poſth.Et Bal.ſingu
lariter & ſpecifice ibi dicit.ꝙ per illũ text.
datur intellectus ad hanc legẽ quę diſponit
vt omnis conditio reijciatur de legitima, ꝙ
habeat locũ in iam nato nõ poſthumo ante
quã naſcatur:ratio eſt ſecundũ eũ, quia dum
eſt in vtero non eſt ſuus hæres. Nec ſibi inte
rim debetur legitima.vt in l.poſthumi.§.ex
his.ff.de iniuſt.teſta.idem ibi Ange.& Imol.
dicens per.d.l.limitari hanc legẽ: vt non ha
beat locũ in poſthumo.vbi grauamẽ defice
ret ante natiuitatẽ poſthumi.¶Et dixit Alex.
in d.l.cum poſthumus illã.l.eſſe in argumen
tũ,quod vbi filius fuiſſet inſtitutus ſub cõdi
tione:vel cum adiectione alicuius grauami-
nis,valet inſtitutio,etiam quo ad legitimã: ſi
talis conditio vel grauamẽ viuẽte adhuc te
ſtatore deficiat,quod reputat notandum ad
intellectum huius legis & eius limitationẽ.

### SVMMARIVM.

1 *Valet conditio appoſita inſtitutioni factæ de perſona incerta.*

Septimo limita 1 *Septima limitatio.*
hanc legẽ niſi apponeretur conditio inſtitu-
tioni factæ de perſona incerta:quia tũc teſta
mentũ eſſet nullũ nec reijceretur cõditio.Iſte
eſt caſus ſingularis in l.cõmodiſſime.ff.de li
be.& poſthu.vbi tex.dicit ꝙ poſthumus re-
cte inſtituitur,ſi in hunc modũ inſtituatur.In
ſtituto poſthumũ ſiue viuo me, ſiue mortuo
natus ſit,idẽ ſi pure inſtituatur,ſed in vnum
caſum inſtitutus ſit & alter caſus ſit omiſſus.
puta inſtituo poſthumũ ſi me viuo naſcatur
in caſu omiſſo natus rumpit teſtamentum.
ſubdit Conſultus rationẽ. * quia hic filius,
nec ſub conditione quidem ſcriptus hæres * a
intelligitur,qui in hunc caſum naſcitur, qui
non eſt in teſtamento cõprehenſus.¶Oppo-
nit Bar.ibi de hac.l.vbi conditio reijcitur,&
ſic remanet teſtamentum firmum. Soluit,
quod hæc lex loquitur in conditione quæ
apponitur de perſona certa:ſecus ſi appo-
natur inſtitutioni factæ de perſona incerta:
& ſic non ſolum habet vim conditionis, ſed
demonſtrationis,qua deficiẽte, non videtur
talis perſona inſtituta. ¶ Per hoc infert ſe
dixiſſe in quæſtiõe de facto,teſtator inſtituit
filium



filium qui ſibi naſceretur, & matrimonium
contraheret,in mile:filiam vero quę ſibi na-
ſceretur & monaſteriũ ingrederetur,in quin
quaginta. Cõtingit quod mulier nata pro-
feſſa eſt religionem tertij ordinis ſororũ ſan
cti Franciſci:& ſic nec nubit, nec monaſteriũ
ingreditur:refert ipſam præteritam & teſta
mentũ ruptũ. Nec poterat dici ipſam ſub cõ
ditione inſtitutam imo nullo modo eſt inſti
tuta,& refert ita de facto obtinuiſſe quod eſt
notandũ.Idem Bal.ibi. contentus ſola Bart.
relatione.Idem Ang.& Imol.idem Barto.&
Bal.in l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.ſub con-
di.fact.& idem Ange.& quidã moderniores
licet aliqui moderniorũ, qui fuerũt Rapha.
Fulgo.& Paul.de Caſtr.in d.l. commodiſſi-
me & in d.l.ſi pater vtrobique inſurgũt cõ-
tra Bart. a quorum latratibus Alex. copio-
ſe & ſingulariter (vt moris ſui eſt) tam in d.
l.ſi pater quam in d.l.commodiſſime defen
dit Bart. & eius opinionem ſequitur, & reſ-
pondet eorum fundamentis quem vide.

### SVMMARIVM.

1 *Si filius in poteſtate fuit ſubſtitutus ſub conditione turpi vel reprobata a iurę an vitiet inſtitutionem.*

1 *Octaua limitatio.* Octauo limita
hanc legen non procedere quando filius in
poteſtate fuiſſet inſtitutus ſub cõditione tur
pi vel a iure reprobata. Nã dato quod talis
conditio eſſet poteſtatiua,non reijcitur, imo
vitiat inſtitutionẽ:ſic reperio firmaſſe Bald.
licet non multum clare in terminis huius. l.
in l.pater.2.col.C.de inſti & ſubſti.ſub con.
fa.in.5.oppoſitionẽ.dicit enim quod d.l.ſi pa
ter.eſt hodię correcta per hanc legẽ.& nimi-
rum ſecundum eum,cum impoſſibilis con-
a * ditio vitiatur &* õ vitiat,& in hoc facit.l.1.
ff.de cõdi inſti. Subdit notabiliter, & in hoc
facit:niſi conditio eſſet impoſſibilis & tur-
pis : quia tunc vitiat odio patris, qui turpẽ
conditionẽ quaſi demẽs appoſuit filio,moue
tur per l.filius.ff.de cõdi.inſti.vbi tex.dicit.
quod filius,qui fuit ſcriptus hæres ſub cõdi
tione quã ſenatus, aut princeps improbauit
ita infirmat teſtamentum patris, ac ſi condi-
tio non eſſet in eius poteſtate.Subdit conſul
tus rationem notabilem.ſ.nam quæ facta le
dunt pietatem extimationis, verecundiã no
ſtram,& generaliter quæ contra bonos mo-
res fiunt nec facere nos poſſe credendum eſt.
& eſt ille caſus ſpecialis in inſtitutiõe filij : cũ
aliæ conditiones turpes,tãquam de iure im-
poſſibiles reijciantur.l.conditiones. ff.de cõ
di.inſtitu.l.obtinuit de condi.& demonſtra.
l.reprehẽdẽda de inſtitu. & ſubſti. cum alijs.
¶Hanc limitationem ad hãc legem firmauit
expreſſe Paul.de Caſt.& reputat notandã in
l.cõditiones.ff.de con.inſti.& Alex. idem in
d.l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.ſub con.fa.15
col.verſi. extra. glo.adde dicẽs quod vbi fi-
lius fuiſſet inſtitutus ſub cõditiõe turpi, vel
a iure reprobata,etiã hodie redderetur teſta
mentũ nullum per d.l.filius. nec hoc corrigi
tur per hãc legem ſecundũ eum.Quod ſatis
probatur per d.l.conditiones.iuncta. d.l. fi-
lius eodem tit.nam etiam illo iure ante. d.l.
filius.conditiones turpes reijciebantur:vt d.
l.cõditiones.tamen per dictã.l.filius.fuit in-
ductũ, & ſtatutũ ꝙ nõ reijcerẽtur de inſtitu-
tione filij in poteſtate. ¶ Sic ergo dicendũ in
propoſito,quod licet per hanc legẽ cõditio-
nes reijciãtur de legitima tamẽ nihilominus
remanebit in ſuo vigore.d.l.filius. idẽ ipſe
Alexan.in d.l.reprehẽdẽda.& ſequitur hoc
dictus moder. Mediolanenſis tam hic, quã
in d.l.ſi pater.ſupreſſa autoritate.Ale.a quo 2 *Cõſideratio autoris.*
ipſe ſubtrahit totũ quod refert. ¶Hæc con-
cluſio eſt ſingularis ad huius.l. limitationẽ,
de qua ego vehementer dubito : nã omnes
iſti qui ponũt hanc limitationẽ,fundãt ſe ſo-
lũmodo per d.l.filius,qui text.poteſt cauilla
ri hoc modo:ibi enim diſponit textus ꝙ ſi fi
lius fuit inſtitutus ſub cõditione turpi vitia
tur teſtamentũ:ſed ratio decidendi ad illam
l.eſt duplex. Prima ponitur per Accur. in l.
1.illius tituli.ſ.quod vbi vitiatur teſtamẽtũ
in cõmodum inſtituti, qui erat ſucceſſurus
ab inteſtato:ideo vitiatur inſtitutio vt ſucce
dat ab inteſtato,& legata non ſoluat Quã
ſolutionem impugnat Bart.in l.1.4.col.ff.de
condi.inſti.quem ibi ſequuntur docto.ex eo
quod attẽta dicta ratione militaret. l. filius
in quolibet veniẽte ab inteſtato.Secunda ra
tio eſt & hæc facit ad propoſitum.ſ. quod in
d.l.filius.ſit ſpeciale in filio,qui nõ poteſt in
ſtitui niſi ſub conditione poteſtatiua : vnde
inſtituẽdo eũ ſub cõditione turpi. de qua in
d.l.diſpoſitio eſt nulla,non propter impoſſi
bilitatem cõditionis ſed propter defectũ for
mę ſubſtãtialis teſtamẽti, videlicet qa filius
fuit inſtitutus ſub cõditione nõ poteſtatiua:
quod fieri nõ potuit, vt.d.l.ſuus quoque. ff.

de hære.in. vnde cēſetur preteritus:&ſic redditur inſtitutio nulla: quia teſtamentū peccat in forma ſubſtantiali.& cum tunc propter defectum formę reddatur nullū:non ſimpliciter propter conditionem turpem: ideo non reijcitur conditio, ſed remanet teſtamētum nullū ex defectu formæ, nec debet fieri reiectio conditionis in teſtamēto, quod alias ex defectu formæ redditur nullū. Hæc eſt ratio ſpecialitatis, de qua in d.l.filius, & hanc approbat Bart. licet breuibus verbis in d.l. 1. clarius ibi Imo. in 7. col. ¶Ad propoſitum ergo ſi propterea in d.l.filius teſtamentū eſt nullū, nec conditio reijcitur: quia filius eſt inſtitutus ſub conditione non poteſtatiua, cū interim reperiat ſe præteritū, iuxta.d.l.ſi pater, habeo intentū contra dictos doctores ex opinione cōmuni, quæ habet ꝙ hæc lex quoniā. obtineat etiā vbi teſtamentū eſſet nullū, quia filius propterea eſſet præteritus, quia inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta. quā opinionē ampliaui latius ſupra in 1. extēſione. Ad hoc pōdero.d.l.ſi filius. ibi teſtamētū infirmat patris acſi cōditio non eſſet in eius poteſtate: ſed in caſu quo inſtitutus eſſet ſub cōditione, quæ nō eſſet in eius poteſtate reijcitur conditio per hanc legem & validū manet teſtamentū, vt latius dixi in dict. prima ampliatione, ergo, &c. Item quia licet in hoc eſſet aliquis fauor filij: tamen hæc lex fuit inducta etiā in fauorē teſtamentorū, & ne teſtamenta euertantur: igitur habebit locū etiam in iſto caſu cum hæc lex generaliter & indiſtincte loquatur, reijciens omnem conditionem & grauamen: itaꝙ retenta cōmuni opinione quod.d.l.ſi pater.C.de inſtitu. ſub condi. factis ſit correcta per hanc legem non credo iſtos recte dixiſſe.

*SVMMARIVM.*

*An hæc lex procedat quādo remoto grauamine adhuc relictum remanet in ſua ſpecie.*

*Nona limitatio.*

Nono limita, quod diſpoſitio huius.l. quæ habet, ꝙ remoto grauamine maneat inſtitutio pura, habeat verū quādo remoto grauamine adhuc relictum remanet in ſua ſpecie, alias inſtitutio redderetur nulla: exemplū, ſi pater inſtituat filiā ſuā in ingreſſu domus ſuæ. 1. vt poſſet habere regreſſum habitationis in domo teſtātis, cū vidua erit vel ſi relinquātur filiæ veſtimēta vidualia titulo inſtitutionis, cum vidua erit: nam dicta inſtitutio etiā hodie erit nulla: ita dicit Ang. limitari hāc legem in l. ſuus quoꝙ in fine.ff.de hęre.inſti. referēs ſic ſe cōſuluiſſe de facto. idē ſequitur ibi Imol. in.5.col. verſ. adde tamē prædictis. * mouetur quia ſi tollis prędictā conditionē de medio, puta cū vidua erit & velles reijcere conditionē prędictā, impoſſibilis videtur ingreſſus & delatio dictorū veſtimētorū & ſic nil reperiretur filiā habere pure, & per cōſequēs teſtamētū erit nullū, tanquā pręterita: quod eſt notandū. de qua limitatione nō parū dubito tā propter generalitatē huiꝰ legis quā propter id quod dixi in proxima antecedenti limitatiōe: & propter id quod Bar. dicit in d.l.ſuꝰ quoꝙ. in illa quę. vtrū illa lex ſit correcta per hāc legē, attamen reperio Bal. in ſimili. in.l.1. in penul. col. C. de iure fiſ. li.10. elegāter limitaſſe hāc legē in ver. itē pone. vbi dicit ꝙ omnia iura, q̄ diſponūt grauamē eſſe reijciendū de legitima debere intelligi de tali grauamīe, quod.ſ. grauamē ſalua diſpoſitiōe ſaluari poteſt: vt ſi grauaſſet filiū reſtituere id quod ſibi relinquit ꝓ ſua legitima ſecus ſi grauamē reſpiceret priuationē diſpoſiti, & ideo nō poteſt executioni mādari ſalua voluntate teſtatoris: vnde infert ꝙ ſi legatū eſt filio a patre minꝰ legitima & ꝓhibuit eū quod plus nō poſſet petere vel habere, quod agnoſcēdo legatū priuatur legitima quaſi renūcians, & imputet ſibi qui legatū agnouit. quia amplius de portione legitima tractari nō pōt ar.ff.de bonis liber.l. nā abſurdū. certe in hoc exēplo ſeu illatiōe, quā facit nō bene loquitur: quia cōtra text. in §. cęterū vt cū de appel. cog. & contra communē opinionē poſitā per omnes in l.ſi quādo in.§. illud. C. de inof. teſt. & dixi ſupra in. 9. ampliatione. ¶Subdit etiā Bal. elegāter ibi hāc legē debere limitari & intelligi in grauamine, ꝙ ordinatur ad differendā diſpoſitionē puta ſi legat ſub cōditione quę reijcitur.l.ſcimus. C. de inoffi. teſtamē. ſed ſi ordinatur ad reuocādā diſpoſitionē nō reijcitur, quia non differt ſed debilitat ius diſpoſitionis, quod notādū. Ponit exēplū in.l.vxorē.§.hæres.ff.de lega. 3. vbi teſtator dixit & rogauit legatariū vt quendam adoptaret his verbis adiectis, ſi alias fecerit, exhæres eſto. facit. l. pater familias teſtamento.ff.de hære.inſti. & in auctēn. de nupt.§. præfatæ. & in auct. de reſtitu. fidei commiſſi. colla. viij.

*SVMMA-*



*SVMMARIVM.*

*1 Si filius inſtituatur in re quæ non extat non valet teſtamentum.*

*Decima limitatio.*

Decimo limitani ſi pater inſtituiſſet filium in aliqua re quę nō extabat exemplum. Inſtituto filiū meū in eo quod mihi debet Sēpronius, cū Sempronius in veritate nihil deberet: nam tūc teſtamentum eſt nullum, * nec reijcitur dicta conditio per hanc legem. ratio eſt, quia tunc teſtamentū eſt nullū: cum in nihilo ſit inſtitutus.l.ſi ſic.in.§.1.ff.de lega.1. coniūcta.l.omnino.C.de inoffi.teſta. ſentit.glo.in l.3. in §. ſed vtrū in.fi.ff.de mino. & ſic in ſpecie reperio decidere Bart. in l.ſuus quoque in 4.col. verſi. quæro quid ſi pater.ff.de hære.inſti.

*SVMMARIVM.*

*2 An hæc lex procedat ſtante ſtatuo quod extantibus maſculis filia non ſuccedat ſed debeat dotari.*

*Vndecima limitatio.*

Vndecimo limitanīi in caſu quo ſtatutum diſponeret, quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat: tamen debeat dotari: nam iſto caſu ſi pater in teſtamento leget dotem filiæ. mortuo patre non debet filia ſtatim habere dotem: ſed debet expectari tempus nuptiarum, nec talis dilatio ſeu cōditio vt expectetur tempus nuptiarū debet reijci de tali legato dotis licet, dicatur ſuccedere loco legitimę. ita reperio determinaſſe * Bar. in l.titio centū. in §. titio genero. penul. col. verſi. ſecundo eſt vidēdū. ff.de condi. & demo. mouetur Bart. quia ſtatutū poteſt minuere legitimam in quantitate: vt tenet cōmunis opinio: ergo & in tempore: vnde ex quo ſtatutū excludit fœminas cū hoc quod eis relinquatur pro dote, & dotatio non poteſt fieri ſine matrimonio.l.3.ff. de iure do. & l.fi.C.de dotis promiſſio. videtur dictū ſtatutum inducere & permittere in hoc legato dotis dilationē in tempus nubilis ætatis. & ſic potuit legitimā diminuere in tēpore, vt poterat in quātitate, & per cōſequēs poteſt pater mādare vt dos nō ſoluatur filię niſi in tēpus nuptiarum ſtāte prędicto ſtatuto: quod eſt notādum. hoc fuit de mente Cini. in l.ſcimus.C.de nupt. & idē ſequitur hic Pau. de Caſt. dicēs ꝙ cū illa filia nō ſuccedat ex forma ſtatuti, nulla legitima ſibi debetur & ſic de illo relicto nō remouetur conditio poſtquā nō ſuccedit loco legitimę, ideo nec poteſt peti antequam nubat, nec interim decedēns ad hæredē trāſmittit: refert ſic ſe pluries cōſuluiſſe. & plerique etiam moderniorū conſuluerūt ſecundū hanc opinionem, de quo deo dante inſiſtā latius infra in illa quęſtione, ſi per ſtatutū poſſet minui legitima.

*Duodecima limitatio.*

Duodecimo limita hāc legem niſi eſſet talis cōditio poteſtatiua, quę nō grauaret nimis: * nā talis nō reijcitur per hanc legem. hoc fuit elegans verbū Bar. in l.ſuus quoꝙ.ff.de hære.inſti.2.col. in verſi. reintro ad glo. intelligens hanc legem in tali conditione quę nimis grauaret, ſcilicet quia hæc limitatio caret vrgenti fundamento. illam non tenui ſupra in quinta ampliatione. ad ibi dicta recurre.

*Terdecima limitatio.*

Decimo tertio limita hanc legem ſ. quod filius debeat habere legitimam ſine onere, verū eſt extrinſeco, ſcilicet cum tali onere quod eſt de natura rei bene poteſt inſtitui in legitima, puta ſi teſtator dixerit inſtituo filiam meam in legitima cōputata dote quā pro * ea dedi in ipſa legitima, vt in l.quoniā nouella. C. de inoffic. teſt. hoc fuit ſingulare verbum Iaco. de Are. in l.ſi cū dotem.§.ſi pater.ff.ſolut.ma. quod reputauit valde no. Bald. hic in.2.col. verſi. extra vlterius oppono.

*Quatuor decima limitatio.*

Decimo quarto limita niſi reciprocū fideicōmiſſum eſſet inter filios relictū: nā ratione talis fideicommiſſi reciproci nō dicūtur filij grauari in legitima cū ratione ſpei & futuri euentus, poſſet ſe habere ad cōmodū. iſte eſt caſus ſingularis in l.ſi pater puellę. * C. de inof. teſt. iūcta gl. hic quæ expreſſe ſentit d.l. nō eſſe correctā per hāc legē. & aliqui ſcribentiū tam antiquorū quā moderniorū ſecuti ſunt hāc opinionē, q̄ probatur ex text. ſingulari in l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. & in l. ea lege. C. de vſuris ſed communior opinio habet contrarium imo quod dicta. l. ſi pater corrigatur per hāc legem: ideo poſui hoc ſub exceptionibus datis ad hanc legem quod plane examinauit ſupra in.6. ampliatione vbi videas.

 *SVM-*

## SVMMARIVM.

1 *Vtrum ſufficiat relinqui legitimam iure ſubſtitutionis.*

*Quinta decima limitatio.*

Decimaquinta limitatio ſit ex queſt.ſingulari,ſcilicet,vtrum ſufficiat filio relinquere legimam iure ſubſtitutionis:nam text.probat quod ſic.in l.ſi filiusfami ſubſtituatur.ff.de heredi.inſtitu.vbi eſt caſus quod filius præteritus in primo gradu & vulgariter ſubſtitutus ſuccedit ex ſubſtitutione vulgari,&nõ eſt alibi ille text: ſecũdum Bald. & mirum eſt de diſpoſitione dict.l.vbi impugnãti teſtamentum
a * conſeruatur vulgaris ſubſtitutio: nã filius ille præteritus a primo gradu oportet quod primũ gradũ dicat nullum & impugnet teſtamentũ,tamen ex eo reportat commodum ſubſtitutionis:ex qua.l.ſumit ibi Bald. argumentũ,quod licet ſubſtitutus vulgaris petat inſtitutionem caſſari tanquã non inſinuatam ex forma ſtatuti, quod licet ipſi impugnet teſtamentũ in inſtitutione: tamen ſuccedit ex ſubſtitutione vulgari,quam.l. ad hoc dicit peregrinam & licet Doctores dicãt illum text.eſſe vnicũ tamen allego aliũ ſimilem in l.ex facto.in §.lucius.ff.de vulg.ibi (& ideo cum idem ſubſtituti proponatur ex teſtamẽto eos heredes extitiſſe videri) eſt verũ quod dicta iura nec Bal.Ange.nec Imol. aperiunt ſi obtinebunt hodie de iure nouiſsimo, vbi eſt neceſſe filio relinqui legitimam iure inſtitutionis:dubium facit quia de iure.ff.ſecundum magis communem opinionem ſufficiebat relinquere legitimam quoquo relicti titulo, vt voluit glo.in.l.ſcimus.§. cum autẽ. C.de inoffi.teſtamen.tenuit Angel.in l.ſuus quoq;.in princip.de here.inſti.videtur caſus in l.ex aſſe.ff.ad l.falci.& ibi idem Ange. facit.l.ſi filius.C.quod cum eo.& l.poſtulante in princip. ad trebel. & l.Papinianus.in §. ſi quis mortis. & l.ſi non mortis. de inoffi. teſtam.probatur aperte in l.qui filiũ. verſi.nequaquam.ff.vbi pupi.edu.debe. de iure. C. hoc eſt indubitatum quod ſufficit relinquere legitimam quoquo relicti titulo.l. omnino.C.de inoffic.teſtam,de iure authenticorũ ſecundum communem opinionem,requiritur quod habeat iure inſtitutionis, vt eſt caſus in. §. aliud quoque capitulũ.in authent. vt cum de appella.cognoſ.in.§.eadem.inſtitu.de hære.quæ ab inteſtã.deferũt.licet glo. in l.ſcimus.§.cũ autem.iſto. tit. teneat quod ſufficit ſi filio relinquatur legitima iure fideicommiſsi,quę communiter reprobatur per d.§.aliud.cum ergo illo iure.ff.ſecundum dictam opinionem ſufficiebat relinquere legitimam quocunque titulo nimirũ ſi iure ſubſtitutionis.ſed cum hodie requiratur titulus inſtitutionis nonvidetur militare diſpoſitio d.l.ſi filiusfam.nihilominus videtur etiam hodie militare diſpoſitio. d. legis cum illo iure.ff.ſecundum quod loquitur d.l.ſi filius. etiã erat neceſſe relinquere filio legitimam titulo inſtitutionis ſecundum communẽ opinionem plurium, quam tenuit Imol. in l. inter cętera.ff.de liber.& poſthu.& ibi Bald. & Ange.in l.gallus.in §.ſi.per illum tex. eo. tit. probatur in. l. poſthumorũ.ff.de iniuſt. teſta.& in.l.ita tamen in §.qui rogatus. ff.ad trebel.eſt caſus ad literam:idem glo.in l. nã his.in verſic.præteritum.ff. de inoffi.teſtam. idem Imo.in l.ſuus quoque.in princip.ff. de hæred.inſtit.& in l.ex aſſe.ff.ad.l.falcid.quã opinio. etiam ſequitur do. Alexand.in d. l. inter cætera,ſi ergo illo iure quo relinquendum erat titulo inſtitutionis erat licitum relinquere iure ſubſtitutionis,ergo & nunc:& quod hoc ſit permiſſum probat glo.not. in l.ſi pater impuberes ff. de vulga. & ad hoc ibi illam extollit Ioan.de Imol.dicens forte non alibi reperiri & hanc concluſionem ſequitur in terminis do.Alex. & in l. inter cætera.ff.de libe.& poſthum. ad finem idem ſequitur & firmat in d.l.ſi pater filios impuberes.in penult.col.referens ſic ſe conſuluiſſe per dictam glo.in ardua cauſa in qua filius legitimatus fuerat ſubſtitutus compendioſe quibuſdam agnatis dicebatur teſtamentum non valere, cum iure inſtitutionis deberet habere,vt in d.§.aliud quoque capitulũ. cõtrariũ refert ſe conſuluiſſe per dictã glo. attento,quod ſub compendioſa comprehenditur vulgaris quæ dicitur conditionalis inſtitutio.l.in ratione.in §. quod vulgo. ff. ad l. falcid.l.cohęredi.§.cohæres.ff.de vulga. de quo eſt caſus notãdus in l.ſi pater filium. ff. de vulga vbi eſt caſus expreſſus, ꝙ teſtamẽtum poteſt incipere,a vulgari, quod eſt clarum in expreſſa.& probatur in l.3.in §.ſi. ff. de liber.& poſthu.& in l.gallus quaſi per totam legem,& in l.Thais in. §. Splendophorus.ff.de fideicõ.liber. ¶ Plus probat elegãs tex.in d.l.ſi pater filium. ſecundum intellectũ Iaco. de Are.& Bart. quod teſtamentum

poteſt



poteſt incipere a tacita vulgari comprehenſa in pupillari etiam ſi ſubſtitutus pupillariter fuerit de liberis teſtantis,& alius non reperiatur inſtitutus quod Imol. reputat valde notandum ad ampliationem.d. §. aliud quoque capitulum.& Alexan.intelligit hoc modo in d.l.inter cætera ad finem & in d. l. ſi pater filium ad finem.quem vide.

*Sexta decima limitatio*

Sextodecimo limita & tene menti quod grauamen ipſo iure non tenet, imo reijcitur de legitima conſiderando legitimam ſecundum bona quæ teſtator poſsidet tẽpore * mortis.l. Papinianus.
a * §.quarta.ff.de inof.teſta. ſed per titulum de inoffi.donatio.cõſideratur legitima retro reſpectu omnium bonorũ donatorum & non donatorum. quo caſu nõ fuit prouiſum per hanc legem quoniam ſed per dictam.l.1.& per totum titulũ. C. de inoffi.donatio.& ſic illud grauamen quod fit in legitima per immenſam donationem a patre factam nõ tollitur ipſo iure per hanc legem ſed opus eſt filio agere querela inofficioſæ donationis & intra tempus limitatum, per illum titulum vt hoc voluit glo.in d.l. 1.clarius Bal.ibi in 2.colũ.in 3.ſolutionem primę oppoſitionis: ꝙ nota vt intelligas principia huius legis.

*Decima ſeptima limitatio*

Decimo ſeptimo limita in regno, prout dixi ſupra in primo notabili huius legis in fine vbi vide.

*Decima octaua limitatio.*

Decimo octauo limita niſi pater haberet facultatem regiã ad bona vinculanda,vt quotidie contigit in licentijs per regem conceſsit ad maioricatum faciendum,in quibus dicitur, quod poteſtis relinquere bona filijs veſtris cum quibuslibet vinculis,conditionibus,grauaminibus,
a * prout vobis viſum * fuerit:nã virtute talis licentiæ, poterit apponere filio in legitima quã ſibi reliquit vinculũ ſeu grauamẽ: quia cum hoc ſit diſpoſitũ de iure ciuili per hanc legem vt non poſſet apponi grauamen cum clauſula:non obſtante hac lege,princeps poteſt reſcribere contra diſpoſitionem iuris ciuilis per hãc legẽ inductã.& derogare huic legi.l.omnes & l.finali.C. ſi cõtra ius vel vtili. publicam.l.reſcripta.C.de pręci.impera.offeren.de quo vide quæ latius dicam infra.in 2.limitatione ad l.regni ſequentem vbi etiã aliquid dicam circa hoc. ¶ Et per hæc deo fauẽte pelago huius legis vt poſsibile fuit termínato ad portum non ſine ſudore & puluere,vt in arena gladiator deuentum eſt. Et quia alię plures ſuperſunt limitationes circa grauamen quod filio in quantitate legitimę apponi poſſet vel econtra hæc reſeruantur pro examine legis regni noſtri,cuius cõmentum eſt in manibus & eiuſdem.l. maxima in conſulendo & iudicando neceſsitas mihi occaſionem tribuit ſubeundi laboris: & quia materia eſt nimis huic legi connexa,ideo venio ad legem,cuius tenor talis eſt.

Ningun home que aya hijos, o nietos, o den de ayuſo que ayan derecho de heredar, no puede mandar, ni dar a ſu muerte mas de la quinta parte de ſus bienes, pero ſi quiſiere mejorar alguno de los hijos o de los nietos, puede los mejorar en la tercia parte de ſus bienes, ſin la quinta ſobredicha, q̃ puede dar por ſu alma, o en otra parte do quiſiere, y no a ellos. *l.regni.*

Hęc lex ſituata eſt in foro legum huius regni noſtri, in libro tertio titulo.5.l.9.incipit. (Ningun home.) cuius materia magis eſt quotidiana quam alia quæ ſit in eodem libro.& in ſumma hoc intendit breuiter,ſecundum intellectum verum communiter practicatum. Omnia bona paterna tempore mortis relicta dicuntur legitima:& filijs debentur pro legima excepta quinta,quam poteſt pater diſtribuere ad libitũ pro anima, vel vbi voluerit ſi nolit di *Summarium*

ſtam

ctam quintam inter filios diſtribuere, & v-
num ex filijs quem voluerit poteſt meliora
re in tertia parte bonorum & etiam in quin-
ta ſi voluerit.h.d.ſecundum planum intelle-
lectum.

*Legitima quæ dicatur de iure codi. auth. & Regn.*

Præmitto quod de iu
re.C.legitima filij erat quarta pars eius qd
ab inteſtato filius erat habiturus.l.parenti-
bus,& l.cum queritur.C.de inoffic.teſtam. a *
& l.*.Papinianus.in.§.quoniam.ff.eod.ſu-
peruenit,ius authenticorum,quod augmen-
tauit legitimam hoc modo,ſcilicet quod to-
ta hæreditas defuncti diuidatur in duode-
cim vncias,& legitima filiorum eſſet triens,
id eſt tertia pars ſi filij erãt quatuor,vel pau-
ciores,ſi autem filij eſſent plures quam qua-
tuor,erat ſemis quæ erat medietas omnium
bonorũ.text.eſt in auth.nouiſsima.C.de in-
offi.teſtamen.ſumpta ex auth.de trien & ſe-
mi.§.1.colla.3.& ibi tex.vocat quadrunciũ
tertiã partem,ſexunciũ dimidiam:quæ por-
tio inter filios equaliter venit diuidenda,vt
ibi diſponunt dicta iura.hodie autem legiti
ma eſt aucta:quia omnia bona patris dicun
tur legitima, ¶.Item reſpectu extraneorum
excepta.5.vt hic diſponitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iura de legitima loquentia an habeant locum & extendantur ad legitimam auctam a lege vel ſtatuto vſque ad nu.5.*
2 *Si teſtator legat medietatem bonorũ in pias cauſas an veniat diſtribuenda integra quinta pars bonorum vel eius dimidia tantum.*
3 *Vtrum lex poſsit patri reſtringere poteſtatẽ relinquandi pro anima per totum.§.*
4 *Legitima an & quando ſit fauorabilior pia cauſa.*

1 Ad principalem hu-
ius legis intellectum ante omnia præmitte
quoddam verbũ ſingulare, & eſt quod om-
nia iura ante hãc legẽ diſponentia de legiti-
ma illam priuilegiando,ſeu diſponendo ſu-
per legitima,alio quocunque modo exten-
duntur ad hanc legitimam auctam ex huius
legis diſpoſitione. itaq; cum ſolum hæc lex
mutet ius commune,quo ad quantitatem le
gitimæ,in omnibus alijs manẽt in ſuo vigo-
re omnes leges loquentes, ſeu diſponentes
ſuper legitima. & hoc voluit dicere noſter
Alfon.hic dicens ꝙ ſtatutũ diſponens de le-
gitima illã augmentãdo,extenditur ad om
nia iura de legitima loquentia.* allegat do * a
ctrinã Bart.in l,omnes populi.in.6.quæſtio
princ.ff.de iuſti.& iu.licet Bar.dicat in quar
ta quæſt.6.q.principalis.dicit enim Bar.ibi
quod ſtatuta recipiũt interpretationem paſ
ſiue puta,ſi ſtatuto ciuitatis eſt inductũ ali.
quod munus perſonale, certe omnes leges
quæ loquuntur de muneribus perſonalibus
ſubeundis, ad illud ſtatutum extenduntur
bonus text.in l.1.§.1.de mune.& ho. item ſi
ſtatutum cõfirmat aliquod teſtamentũ,quod
de iure communi non valet,in tali teſtamen
to habebit locũ lex falcidia, & ſenatuſcon-
ſultum trebellianum,& omnes aliæ leges te
teſtamentariæ etiã ſe extendent ad hoc teſta
mentum.l.1.§.lex falcidia.ff.ad leg. falci.&
ſic intelliguntur.l.2.& l.non eſt nouũ.ff.de
legi.dicentes,quod leges priores trahuntur
ad poſteriores.adducit etiã Bart.in l.2.ff.de
lega.1.vbi dicit,quod ſi ſtatutum prohibet
quod minor viginti quinque annis non poſ
ſet teſtari quod nec etiam poterit codicilla-
ri,quia licet ſtatutũ non extendatur: tamen
lex antiqua ſe extendit ad ſtatutum & ſic lex
dicat, quod qui non habet ius teſtandi non
habet ius codicillandi.l.2.ff.de lega.1.ergo
ſi ſtatutũ prohibet minorem teſtari. ergo &
codicillari. allegat etiam Calde.in conſilijs
ſuis.tit.de conſtit.conſi.12.hæc ille,nihil alle
gans pũctualiter,ad deciſionem dubij.¶Ego 2
teneo principalem determinationem & illã
fundo in terminis ex his quæ ſequuntur. Pri
mo ex authoritate Bal.in d.l. omnes populi
11.col.vbi tenet omnia iſta quæ Bart. ibi te
net,& infert etiã quod ſi ſtatutũ diceret qđ
bãnitus habeatur pro confeſſo & cõuicto,ha
bebit locũ lex quę dicit, qđ confeſſus & con
uictus nõ appellet.ſubdit ſubtilius loquen-
do,qđ ſalua reuerencia doctoris ſui,hoc non
eſt ex interpretatione extenſiua ſed ex inter-
pretatiõe effectiua ex proprio intellectu vo-
cabuli.cum iſtud vocabulum teſtamentum,
ſic ſupponit, & ſic eſt in proprio ſenſu ſuo,
non abhorens diffinitionem, vel deſcriptio
nem, quæ intelligentiam ſubiecti claudit,
pro quo bona gl.in l.quod vero.ff.de lega.
2.allego expreſſa verba Bal.qui hoc decidit
in ter-



in terminis in l.maximum vitiũ.C.de libe.
præ.vel exhe.5.col.in verſ.vlterius queritur
de tali quæſtio.vbi aperte tenet,quod ſi lege
municipali caueatur,quod ſi pater teneatur
relinquere filijs quintam partem bonorum
ſuorum,& alio ſtatuto caueatur quod teſta-
mentum in quo non relinquitur filijs inte-
gra legitima ſit ipſo iure nullum, quod intel
ligitur relinqui integra legitima & ſatisfit
huic ſecundo ſtatuto,ſi relinquatur pro legi
tima dicta quinta pars per primum ſtatutum
requiſita: etiam ſi non relinquatur legitima
prout requirebatur ſecundũ ius cõmune.ra-
tio eſt,quia dictũ ſtatutũ reduxit legitimam
ad quintã,ꝙ facere potuit.vt.l.ſcimus.C.de
nupt.per Cinũ.& infra latius:& quia poſte-
rius ſtatutũ trahitur ad prius.l.ſed & poſte-
riores.ff.de legi.& ita de facto refert ſe cõſu
luiſſe.Hæc determinatio Bal.nõ cõcludit in
ꝓpoſito queſtionis noſtræ loquitur enim in
duobus ſtatuti faciẽtibus mentionẽ de legi-
tima,queſtio noſtra loquitur quãdo ſolũmo
do vnũ ſtatutũ augmẽtaret legitimã: vt ſta-
tuit hæc lex noſtra:ſic extat nũc ſuperius du
biũ,ſi hæc legitima ſic augmẽtata in omni-
bus regulabitur & priuilegiabitur;put legi
tima que erat de iure cõmu.& in hoc caſu ſpe
cifice Bal.poſuit mirabile verbũ in d.l.maxi
mũ vitiũ ead.col.vbi ſentit,quod hæc legi-
tima ſic per ſtatutũ augmẽtata nõ priuilegia
bitur,nec regulabitur vt legitima de iure cõ
mu.dicit enim quod in caſu quo dictũ ſtatu-
tũ cõtinebat,quod pater teneretur relinque
re filijs quintam pro ſua legitima,nõ eſſet ne
ceſſe quod relinqueretur ſibi iure inſtitutio-
nis.mouetur quia iſtud ſtatutum habet ſe ad
ius cõmune derogatiue:ideo nõ recipit inter
pretationẽ a iure cõmuni: ſed ſimpliciter de-
bet intelligi tale ſtatutum vt iacet:& verbis
ſtatuti nihil addendum vel detrahendũ eſt
l.1.§.hũc ergo de Iuſtinia.C.cõpo.l.2.§.re-
petitiam.de emenda.Iuſti.C.l.1.in princ.de
lati.liberta.tol.ff.de verb.oblig.l.in cõuen-
tionibus.§.deniq; facit.ca.Rainũtius.de teſt.
vbi ſufficit ſtatutariã portionẽ relinqui quo
quo relicti titulo.quod verbũ eſt valde cõ-
mendandũ ad hanc legẽ augmentantẽ legiti
mã:vt nõ ſit patri neceſſe illã relinquere filio
iure inſtitutionis.¶Et alia plura poſſent in-
ferri ex hac cõcluſione Bal.ſi vera eſſet.hanc
cõcluſionem licet in alijs terminis: tenet idẽ
Bal in c.cũ non licet de præſcrip.ad fi.vbi di
cit,quod ſi ſtatutũ induceret præſcri.10.an-
norum in quacunque actione reali & perſo-
nali:quod tunc actio non perpetuabitur per
litis conteſtationem in 40.annos: quia iſtud
ſtatutum venit derogatiue ad ius cõmune, &
diſcrepat ab eo præſertim in actionibus per
ſonalibus:vnde cum receſſum ſit a iure com
muni,non poſſumus ſtatutũ ſecundũ ius cõ-
mune interpretari:argu.l.qui cũ vno §.qui
poſt.de re mili.& quia vbicunque ſtatutum
aliquid addit vel detrahit iuri cõmuni,effici
tur ius munipale: nec recipit ſubauditũ in-
tellectũ a iure cõmun.& quia lex quæ corri-
git nouam legẽ,non interpretatur.l.fi.a.C.
de indic.vidui.tollẽ.ex quo infert quod præ
ſcriptio ſtatuaria non interrumperetur per
malam fidem. Item quod talis præſcriptio
minoribus curreret,licet daretur reſtitutio
de in integ.reſti.ca.conſtitutus. itẽ quod per
præſcriptionem ſtatuariam queretur domi-
nium directum:cum ſtatuta debeant intelli
gi prout iacent,& in potiori ſignificatio.l.1.
§.qui in perpetuũ.ff.ſi ager.vectiga.hoc di-
ctum Bald.ab eo poſitum in d.l.maximum
vitium extollit nimis Paul.de Caſtr.in l.
finali in.§.in computatione.C.de iure delib.
& cum Bald.licet aliqualiter, dubius, vide-
tur reſidere dictus doctor Mediolanenſis in
authen nouiſsima.C.de inoffi.teſta.in.4.li-
mita.& Alexan.recitatiue in l.omnes popu
li.9.col.& dixit Paul.de Caſtr.in d.§.in cõ-
putatione. ſe vidiſſe quoſdam doctores &
ſolennes facere maximum feſtum de illo di-
cto Bald.& conſulere illud idem in caſibus
ſimilibus.Nihilominus his non obſtãtibus. 3
teneas quod ſuperius dixi & concluſionem
Bald in d.l.maximum vitiũ eſſe falſam *ma
xime in ꝓpoſito.l.noſtrę:imo dico quod v-
bicunq; ſtatutum augmẽtaſſet,vel diminuſ-
ſet legitimã, in omnibus alijs quam in aug-
mentatione,vel diminutione,talis legitima
ſic regulanda eſt,prout de alia legitima ius
commune diſponebat. & contra Bald.ſic in
terminis tenuit Roman.in l.ſi quis priore.ff.
ad treb.llianum.dicens apud Valentiam ſe
conſuluiſſe cõtra Bald.licet dicat neminem
inueniſſe Baldo contradicentem: & refert ſe
bene conſuluiſſe. idem in ſpecie ſecutus eſt
dominus Alexander in l.finali.§.in compu-
tatione.C.de iure delib.& in l.inter cætera.
in fina.col.ff.de libe.& poſth.& in d.l.ſi quis
priore.& vtrobique per eadẽ verba & fun-
damenta,& loquitur more ſuo notabiliter.
fuit enim Alexan.iudicio meo vir tempore
ſuo celebris,& alios ſui tẽporis excedẽs.idẽ
tenuit Ioann.de Imol.l.ſi vero in.§.de vi-
ro in

** Adde ſin. Iaſ.a quo habuit plura ex his quæ allegat autor cõtra Bal.in re per.l.omnes populi.ff.de inſtit.& in re.12.col.n.60.ver iſtã limitat ſingulariter Bald.*

ro in primo membro principali. in materia
extenſionis. ff. ſolut. matr. dicẽs quod etiam
vbi ſtatutum venit ad ius cõmune correcti-
ue, recipiat modificationem ab ipſo iure cõ-
muni. & ipſe idem Bald. in rubrica de cauſa
poſſe. & pro. in fi. col. tenuit contrarium eius
quod dixer.. t in dict. l. maximum vitium, di-
cens, quod ſi ſtatutum venit ad ampliãdum
ius commune, idem erit in ampliante quod
in ampliato. argu. l. inter ſocerum. in. §. cum
inter. ff. de pactis dota. pro hac concluſione
contra Bald. in d. l. maximum vitium. eſt ca-
ſus recte ponderatus in authẽ. offeratur cũ
glo. C. de litis conteſta. iuncta. l. ſciendum. in
princ. & quod. ibi nota. ff. de ſatiſda. cogan.
nam dicta authẽ. offeratur, venit correctiue
ad. l. 1. C. de lit. conteſt. tamẽ bene recipit in-
terpretationem a dicta. l. ſciendum. ſcilicet,
vtrũ poſſideat immobilia vel non: facit etiã
quod ipſe Bald. inquit in d. l. omnes populi.
14. colũ. vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſponat
quod primogenitus tantum ſuccedat, debet
intelligi de tali primogenito, qui ſit habilis
ad ſuccedẽdum de iure cõmuni. ſed tale ſta-
tutum correctiue veniebat ad ius commune
contra eum: etiam eſt caſus in cap. cum dile-
ctus. de conſuetu. vbi ſtatutum recipit inter-
pretationem declaratiuam a iure communi. &
quia correctio legum non eſt inducenda, niſi
expreſſe dicatur. l. præcipimus. C. de appel-
la. l. ſcimus cum ſimi. C. de teſta. & ſic in alijs
caſibus in quibus non diſponitur ab ſtatu-
to: regulabitur ſecundum ius commune: &
ita eſt interpretãdum vt minus lędat ius cõ-
mune quam poſſit. l. 2. C. de noxa. & d. cap.
cum dilectus. plene Barto. in d. l. omnes po-
puli. 2. principali. benefacit text. in l. 1. in. §.
lex falcidia. ff. ad leg. falcid. vbi eſt caſus, ꝙ
ad teſtamentum confirmatũ per fictionem
legis Corneliæ: pertinet lex falcidia ideo di
cebat ibi Bart, quod ſi filius fam. poſſet face-
re teſta. per formam ſtatuti, in eo habebunt
locum omnes leges teſtamentari diſponen
tes ſuper ſolennitate teſtamenti. præterea ia
terminis hoc conſulit Calde. conſil. 32. ſub
rubr. de teſta. ex relatione Alexan. in d. §. in
computatione. & in. d. l. inter cætera. in d. l.
ſi quis priore. in quibus locis refert Calde.
cõſuluiſſe, ꝙ ſi ſtatutum augeret legitimam
filiorum, tale ſtatutum quoad legitimam ſic
auctam, reciperet interpretationem paſſiuã
a iure cõmuni diſponente quod in legitima
non poſſet filio apponi grauamẽ, prout hæc
lex diſponit: quod eſt notandum ad hanc le-
gem ampliandam, prout dixi ſupra in deci-
maquarta ampliatione. idem reperio tenere
Andre. Sicu. in ca. Raynuntius. in 19. colum.
de teſtam. dicens: quod ſtatutum patris com
pelleret patrem ad relinquẽdum certam rẽ
filio, debet intelligi vt iure inſtitutionis il-
lam relinquat: quia ſtatutum videtur ſe re-
ferre ad legitimam regulatam ſecundum cõ-
ditionem iuris communis. facit l. ſi quando.
C. de inoffic. teſtamen. idem in proprijs ter-
minis fuit conſultum per Iacob. Butr. quod
conſilium referunt & ſequuntur Bald. & Sa-
lice. & Pau. de Caſt. & illud recitaui ſupra. 14.
ampliatione & maxime in propoſito noſtro
ſtat caſus ſine dubio: cum iſta ſit lex. ratio-
nes Bald. in d. l. maximum. tendunt aſt ſtatu
tum quę ceſſant hic. vnde ſ tis adduci poteſt
pro caſu quæſtionis. l. ſed & poſteriores. & l.
nõ eſt nouũ ff. de legib. idẽ reperio cõſuluiſ-
ſe Abb. conſi. 64. ſecundũ numerũ meum: in
cipit ſtãte quadã conſtitutione. vbi ſingu. di-
cit, quod ſtante quadã conſtitutione ædita
per Federicum Imperatorem populo Meſſa
nenſi in qua cõtinebatur quod de bonis mo
bilibus & immobilibus acquiſitis & obuen
tis viro & vxori dũ viuerent, nõ poſſent diſ-
ponere in extraneos, niſi vſq; ad certã ſum-
mam cæteris bonis de neceſſario filijs reſer-
uandis, quod in hac portione & legitima fi-
lijs aucta prædicta conſtitutio deberet ſerua
ri. c. incipien. quicunque. 17. q. 4. vt quemad-
modum legitima filijs debita de iure com-
muni pater non poterat in grauamen filio-
rũ pijs cauſis relinquere: ita etiam in legiti-
ma aucta per dictam conſtitutionem. dicit
enim ꝙ cũ dicta portio ſtatutaria aucta ſuc-
cedat in locum portionis & legitimæ filijs
debitæ de iure communi eodem iure debet
illa cenſeri: cum ſubrogatum debet ſapere
naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l.
parabolani. de epiſco. & cler. de baptiſ. c. ma
iores. & in c. eccleſia. vt lite. penden. vnde ſi-
cut in portione debita de iure communi ma
ter nec pater poterunt ad pias cauſas teſtari
ita in iſta ſtatutaria, quę eodẽ iure debet cen
ſeri. & ſubdit notabi. ad propoſitum, quod
in caſu in quo ipſe loquitur eſt minus dubi
tabile cum dicta cõſtitutio fuit edita ab Im-
peratore. & ſic eſt ius commune quo ad om-
nes. quod not. & ponit hoc in 5. col. in verſi.
cum ergo. faciat etiam quod ſing. dixit Bal.
in. l. ſi quando. §. 1. C. de inoffic. teſtam. vbi
dicit, ꝙ ſi filius per formam ſtatuti nomine
legitimæ debet habere dimidiam, vel vxor
de bonis



de bonis viri debet habere dimidiam, quod
tunc tale ſtatutum valeat: vt in d. capi. Rai-
nuntius. ſi Imperator conceſsiſſet patri libe-
ram teſtamenti factionem, debet relinquere
filio legitimam, non ſecundũ ius commune:
ſed ſecundũ metam augmentatã per dictum
ius municipale. c. 1. de cõſti. li. 6. l. decurioni-
bus. C. de ſilen. lib. 12. ¶ Infero igitur cõclu-
4 ſiue ex ſuperius dictis, quod omnes leges quę
ante hinc de iure communi diſponebant de
legitima, & eius effectib9, & regulis, atq; pri-
uilegijs quãdo legitima erat triẽs vel ſemis,
habebũt hodie effectũ in legitima augmẽta-
ta per hanc legẽ: quę hodie eſt omnes pater-
na facultas excepta quinta. quod inferas ad
5 infinitas quæſtiones. ¶ Attenta hac cõcluſio
ne infereba noſter Alfonſus hic, quod cũ
per hãc legẽ legitima ſit aucta, ſi teſtator ad
pias cauſas legaret medietatẽ bonorũ ſuo-
rũ ꝙ nõ deberet in totũ medietas diſpenſari
ſeu erogari in pias cauſas: * ſed ante omnia
deberet filius deducere legitimã ſuã, quę eſt
vniuerſa hereditas patris excepta quinta. vn
de diſtribueretur in pias cauſas nõ tota quin
ta integra: ſed dimidia quintę. allegat Calde
ri. in conſilijs. cõſ. 15. attẽde, quod iſte doctor
firmat duo: primũ eſt indubitatũ. ſ. quod etiã
ſi teſtator ad pias cauſas legaret medietatẽ
omniũ bonorũ, non valeret legatũ in totũ,
imo filius ante omnia debet deducere legiti
mã quæ legatis eſt potentior. per totũ tit. C.
& ff. de inoffi. teſta. ſecundũ eſt falſum: dicit
enim quod nõ debet diſtribui in pias cauſas
integra quinta ſed dimidia quintæ. quod nõ
eſt verũ imo dico quod tota quinta integra.
nec Calde. credo aliud dixiſſe vt ſtatim dicã
& comprehendi ex alijs recitãtibus etiã illud
conſiliũ Calde * quia pro nũc non vidi, nec
illũ habeo & ſi ipſe Calde. dixiſſet id quod
refert Alfon. nõ dixiſſet verũ quod patet: nã
hoc legatũ nõ põt per filios impugnari, nec
reuocari: niſi vſq; ad legitimã. l. cũ quæritur
& l. parentibus. C. de inof. teſt. vbi iura diſpo
nũt liberã eſſe patri bonorũ ſuorũ diuiſionẽ
dumtamẽ filijs legitimã relinquat. probatur
per totũ C. de inof. dona. ſi ergo tota quinta
poteſt per patrẽ libere reliqui cui vellet, ne
ceſſario debemus fateri, quod licet dictũ le-
gatũ nõ valuit in integra dimidia: tamen be
ne valebit in integra quinta: quã relinquere
patri per legẽ permittitur ad libitũ: vt hoc
aperte dicũt omnes leges. C. & ff. de inof. te-
ſta. & quia vbi filio minus legitima relictum
eſt, & legata facta ſunt vltra legitimã extra-
neis filius ſolummodo agit ad ſupplemẽtũ
legitimę. l. omnino. C. de inof. te. facit tex. in
auth. de trien. & ſemi. in prin. & in auth. vnde
de ſi parẽs. C. de inof. te. vbi ſi teſtator donet
pluſquã poſſet, reducitur donatio ad id quod
potuit donare, & ille donatarius debet ſatis
facere filijs vſque ad legitimã: reſiduum re-
manet ſibi. l. ſi maritus. C. de inof. teſt. & per
totum tit. C. de inof. dona. & contra cum eſt ca
ſus ad literã. in auth. ſi qua mulier. C. de ſac.
ſan. eccleſi. & in authen. nunc autẽ. C. de epi-
ſc. & cleri. ¶ Quapropter teneo integrã quin-
tã diſtribuendã eſſe in pias cauſas, nõ autem
dimidiã quintæ, vt male aſſeruit prædictus
doctor: & hæc nota ad primum euidentiale 6
huius legis. ¶ Et nota primo ex hac lege quod
pater in teſtamento non põt relinquere vl-
tra quintã partem bonorum ſuorũ, ſiue pro
anima, ſiue extraneis: & ſic tota hereditas pa
terna excepta quinta, remanet filijs pro ſua
legitima diuidenda; tamen inter eos patris
arbitrio prout in ſecunda parte legis cõtine-
tur: quia in tertia & adhuc in quinta poteſt
vnum ex filijs meliorare. ¶ Concordat cum
hac lege. l. parentibus. C. de inof. teſta nõ in
meta legitimę filijs debita, quia alia quanti-
tas olim alia hodie: tamẽ cõcordat in hoc ꝙ
patri cõcedebatur arbitrium diuidendi here
ditatẽ inter filios, put vellet: & ſic melioran
di vnum vel plures ex eis: dummtamen legi-
timã a iure taxatã eis relinqueret & cum hac
noſtra lege cõcordat tex. in foro. l. iuzgo in
libr. 4. titulo de los bienes que pertenecen
por natura. excepto quia quo ad relinquen-
dum p anima illa lex videtur permittere da
re ſeu, relinquere pro anima tertiã. vide illã
ſufficit quod hęc lex obſeruetur. ſ. quod pro
anima non poſſet relinqui vltra quintam.
¶ Sed p intelligentia huius primi notabilis 7
ſubijcio quæſtionem valde notabilem & quo
tidianam, vtrum valeat diſpoſitio legis re-
ſtringens patris poteſtatem relinquendi pro
anima vſque ad certam metam, & non vltra
vt diſponit hæc lex non permittens patri re
linquere pro anima vltra quintam. & repe-
rio quandam apoſtillam domini epiſcopi
poſitam ſuper. l. toda coſa. titulo de las dona
ciones. qui videtur dubitare, ſi ad pias cau-
ſas pater poſſet donare vltra quintam. dicit
primo videtur quod ſic: poſtea inclinat in
contrarium per hanc legem & per ea quæ
notat Bartol. in l. ticia. in. §. Imperator. in. 5.
quæſtione. ff. de legatis. 2. in. l. 1. C. de ſac.
ſan. eccleſi. in prima quæſtio. ego dico quod
valet

*opinio autoris de plano procedit pro qui facit regula text. in l. ſancimus. ver. ſi quid autẽ. C. de donatio.*

c

** Quod reperitur ſub tit. de con. in cõ. 15. & in cipit an ſtatutũ [illegible] quod legitima augmẽtata abſq; toto ſicut filius nõ poterat antea grauari nec nũc poterit in augmẽto & ſic nihil facit p Alfonſo &*

valleт huius legis diſpoſitio, quæ in filiorū
fauorem vitans eorum præiudiciū taxauit
patri quantitatē legandi pro anima nihil vl
tra quintam ei relinquere permittens, diffi-
cultas puncti ſtat in hoc. nā per hanc legem
& ſimilem quæ hoc diſponeret reſtringitur
libera facultas relinquendi ſeu diſponēdi ꝑ
anima, quæ debet eſſe libera prout dicit tex.
in l. 1. C. de ſacroſ. eccle. ſed cum relicta pro
anima dicātur ad pias cauſas relicta. l. ſi quis
titio. ff. de lega. 2. ergo maxime cū relicta ad
pias cauſas regulari debēt ſecundum ius ca-
nonicum non ſecundum ius ciuile vel ſtatu
torum. c. relatum. & c. cum eſſes. de teſtam.
& c. ſi.li9. & c. cum tibi, Præterea ꝙ lex vel ſta-
tutum nō poſſent arctare ſeu reſtringere ac-
quiſitionem rerum priuatarum q̃ ad eccle-
ſias vel alia loca pia, patet: Nam imperator
Conſtantinus catholicis conceſſit liberam
poteſtatem relinquendi eccleſijs. l. 1. C. de ſa
croſ. eccle. vnde in generali poteſtate popu-
lis conceſſa ad ſtatuta facienda per l. omnes
populi. non videtur conceſſum ꝙ poſſent ſta
tuentes tali priuilegio derogare maxime cū
concernat ſalutem animæ quæ omnibus re
bus præponenda eſt l. ſcimus. C. de ſacroſa.
eccleſi. & quia quemadmodum ciuitas non
pōt ſtatuere in præiudiciū iuriſdictionis vel
culminis imperialis, arg. l. 1. §. ſi. ita. ff. de no
ui ope. nun. ergo multo minus in præiudiciū
primæ cauſæ, quę concernit animā quæ regi
tur lege Dei, legemq; Dei ſequitur non hu-
manā argu. c. literas. de reſti. ſpolia. & c. ni-
hil. 11. q. 3. præterea omnia ſtatuta & conſue
tudines contra libertatem eccleſiaſticā ſunt
ipſo iure irrita & caſſa auth. caſſa & irrita. C.
de ſacroſan. eccle. in c. nouerint, & capi. graui.
de ſenten. excom. ſed hoc videtur eſſe
contra libertatem eccleſiaſticam: cum ten-
dat contra liberam facultatem conceſſam re
linquendi pijs cauſis, de qua in l. 1. & ſi. C.
de ſacroſan. eccle. maxime quia ex quo pri-
uilegium de quo in d. l. 1. fuit per Imperato-
rem eccleſiæ conceſſum & ſic non ſubdito
fuit irreuocabile ex doctrina. Innocen. in ca.
nouit. de iudi. & in expreſſo hoc videtur de-
cideri Ioan. Andr. in cap. fin. de immu. eccleſ.
lib. 6. vbi quęrit an ſtatutum eccleſiæ, ciuita-
tis, vel domini temporalis diſponēs, ne quis
donet vel vēdat rem immobilem alicui non
exiſtenti de iuriſdictione ſtatuentiū vel quæ
non ſit ſub protectione communis vel do-
mini includat donationem vel vēditionem
in eccleſiam: concludit quod non, & ſi aliud

diceretur propter intentionem ſtatuentium
eſſet etiam tūc contra libertatem eccleſiaſti-
cam & per per conſequens nullū: item debet
quis magis diligere animā ſuam quā filios.
c. Iacobus. de ſimo. 12. q. 1. c. præcipimus. Bar.
in l. C. de ſacro ſan. eccleſ. dicit ꝙ diſpoſitio
ad pias cauſas eſt magis fauorabilis quā in-
ter liberos. hęc & alia poſſent adduci ad hāc
partē fundandā maxime ex his quæ Bal. di-
cit in l. generali C. de ſacroſan. eccle. de ſtatu
to prohibente mulierem contrahere ſine cō
ſenſu propinquorum, vt non extendatur ad
contractum factum cum eccleſia, de quo Ro-
manus late in authen. ſimiliter. C. ad leg. fal-
cid. & ego latius in diſputatione per me fa-
cta ſuper quadam lege huius regni quæ inci
pit Maguer. foro. legum lib. 3. tit. (de las deu
das. & etiam ex his quę Ioan. Andr. in ca. fin.
de immu. eccle. & in cap. quanquā. de vſuris.
lib. 6. in. ſi. quæſt. in nouella. ¶ Nihilominus 8
his non obſtantibus reperio contrariū con-
ſuluiſſe Petr. de Ancha. * in conſil. 25. ſecun
dum numerum meum, quod conſilium in-
cipit videtur prima facie dicendum, vt dicit
quod ſtatuto Caſtri Polimarti cauebatur,
quod mulier habens filios non poſſet diſpo
nere in vltima voluntate vel aliquo tempo
re, inter viuos de bonis ſuis, niſi 10. pro cen
tenario etiā pro anima: & non valeat quod
contrarium fecerit ipſo iure. fuit dubitatum
vtrum valeret dictum ſtatutum ſic reſtrin-
gens poteſtatem relinquendi pro anima: re-
fert ſe conſuluiſſe, ꝙ ſic. mouebatur & ſatis
ad propoſitum; quia cauſa propter quam
dictum ſtatutum ſic diſpoſuit, fuit fauor li-
berorum quæ cauſa iure diuino & canonico
cōprobatur, cum filijs magis * quā pijs cau-
ſis parentū hæreditas relinquenda eſt. & qui
contrarium facere voluerit, alium quærat
pro conſilio quam Auguſtinum. 17. q. 4. ca.
fin. notatur in l. ſi quis ad declinandā. C. de
epiſco. & cleri. vnde ex cauſa ſtatutum iuſte
potuit reſtringere patri poteſtatem diſpo-
nendi de rebus ſuis, & quod plus eſt, iuſta
cauſa ſubſiſtente dominum auferre. vt late
Innocen. in cap. quæ in eccleſiarum. de con-
ſti. & in capi. cum omnes. l. 1. de conſtitut.
princi. mouetur ſecūdo, quia quicquid vult
lex humana condita ab eo qui poteſtatem
habet condendi legem, manifeſtam non cō-
tinens iniquitatem, obligat nedum in foro
iudiciali, ſed etiam in foro conſcientię: vnde
cum tale ſtatutum nullam contineat iniqui
tatem imo magis tendat in prouiſionem fi-
liorum,

* *Adde de hac principali quæſt. ad vtrāque partē plura quę ſcribit, Feli. in c. eccl. ſanctæ Mariæ. de conſti. co. 38. nu. 90. verſ. limitatur, vbi meminit huius conſil. Anchar. & aliorum.*

d *



liorum, vt in d. c. fin. ergo ſeruandum. Nec
ſecundum eum obſtant iura ſupra allegata:
nam loquuntur cum nulla ſubſiſtente cauſa
per legē vel ſtatutū impediretur libera facul
tas diſponendi de rebus proprijs ad pias cau
z ſas. quo caſu cum continerent manifeſtam
iniquitatē, ſeruanda non eſſent: alias ſecus,
& ita reſidet. quod tene menti: nam expreſſe
decidit quæſtio. ad validandam huius l. diſ-
poſitionem. Idem in terminis reperio conſu
luiſſe Abb. in cōſi. 64. ſecundum numerum
meum, incipit ſtante quadam conſtitutio-
ne. vbi dicit, quod ſtabat quædam conſtitu-
tio Federici Imperatoris: quam ipſe edidit
hominibus & populo Meſſanēſi regni Siciliæ
in qua inter alia cauebatur; vt mater de bo
nis aduenientibus eidem, & viro, poſſet ſo-
lummodo de immobilibus diſponere & te-
ſtari vſque ad certam ſummam, in quem vo
luerit: & cætera bona dicta ſumma educta
deberet filijs relinquere. Quædam domina
habens filios, & in ægritudine conſtituta, cō
didit teſtamentum & legauit ad pias cauſas
quandam rem immobilem valentem vltra
ſummam taxatam per dictam conſtitutionē,
fuit dubium vtrum valeret d. relictum? ar-
guit primo quod ſic, aliquibus medijs ante
aductis maxime quia dicta conſtitutio tan-
quam pijs cauſis præiudicialis non deberet
valere, vt d. authē. caſſa. contrarium decidit
& mouetur ex authoritate Auguſtini in di.
c. quicunque. per quem text. ſumit regulam
quod vbicūque lex ſimpliciter defert alicui
aliqua bona vel certam quotam bonorum
ex bonis alterius, ille ſic grauatus nō poteſt
etiam ad pias cauſas de bonis alteri delatis
teſtari. nec ecleſia debet talia bona accepta-
re vt ait Auguſtinus in d. c. quicunque. & ſic
probatur ibi, quod. l. deferens filio portionē
certam in bonis patris priuat patrē poteſta-
te teſtādi de illa portione, etiam ad pias cau
ſas: ſic dicendum in propoſito, cum dicta cō
ſtitutio Federici deferebat bona immobilia
matris premorientis: filio: ergo de illis non
pōt mater teſtari, etiam ad pias cauſas: & ꝙ
d. conſtitutio Imperatoris poſſet augere le-
gitimam filij debitam non eſt dubium. vt
late Dynus in c. indultum de regu. iuris lib.
6. eſt caſus ad literam in c. Rainuntius. de te-
ſtamentis & in authen. nouiſsima. de inoffi.
teſtament. iuncta. l. cum quęritur. C. de inof-
fic. teſtament. & infra. late dicetur. cum ergo
in legitima quæ filijs de iure communi erat
debita; non erat licitum filios fraudare, etiā

pijs locis relinquendo, nec eccleſia tāle relí-
ctum debebat acceptare. vt in d. c. quicunq;
ita etiam in hac legitimā aucta per. d. conſti-
tutionem cum ſubrogatur loco alterius le-
gitimæ: & ſic debet ſapere naturam eius in
cuius locum ſubrogatur de baptiſ. c. maio-
res, & in c. eccleſia. vt lite pendē. adducit & a-
lio modo. d. c. quicunque. vbi colligitur ec-
cleſiā debere dimittere bona ſibi delata quæ
ęquitate naturali ſuadente retinere nōn po-
teſt: licet de iure ſtricto poſſet retinere: ſed ſa
tis reſiſtit ęquitas; ſi eccleſia vellet bona quę
per legem debentur filijs pro ſua legitima,
Mouetur vltra ex his quę notāt. Ioā. Andr.
in cap. 2. de vſuris. lib. 6. & Bald. in. l. 1. C. de
ſac. ſan. eccleſ. dum volunt, ꝙ condemnatus
ad mortem, cuius bona fiſco applicātur non
poteſt teſtari ad pias cauſas: quia teſtaretur
de alieno. Idem dicit ſingulariter Ioā. Andr.
in d. c. 2. eſſe in bonis damnatorum, quæ ho
die non publicantur, ſed deferuntur agnatis
per authen. bona damnatorum. quia in eo-
rum pręiudicium non poteſt ad pias cauſas
teſtari. nam cum lex ex cauſa defert agnatis
ergo in eorum præiudicium non poteſt te-
ſtari, nec illud ius eis auferri, vnde ex quo
per legem bona alijs deferuntur pro non da
to habetur quod ab illo datur, qui de iure
donare non poteſt. 1. quęſtio. 7. cap. Deiber-
tum. cap. quod autem. de iure patrona. l. tra
ditio. de adqui. rerum domi. ſi ergo hoc ob-
ſeruatur, vbi lex defert bona ad alium pro-
ter delictum; fortius vbi defert ex æquitate
naturali fauore filiationis. In ſimili facit quod
notant Bar. & Bald. in dict. l. 1. dicentes, quod
filius famili. non poteſt etiam ad pias cauſas
teſtari de bonis aduentitijs ex diſpoſitione
generali l. prohibentis filium fami. teſtari in
dict. bonis fauore patris. l. penult. & final. C.
qui teſta. face. po. vnde ponit Barr. regulam
ſingularem in d. l. 1. quod vbicunque lex pro-
hibet aliquē teſtari fauore alterius nunquā
fauore piæ cauſæ talis prohibitio cēſetur re
miſſa: quod manifeſte probatur in capitul.
licet de ſepul. libro. 6. ad authenti. caſſa. & ad
alia iura in contrarium allegata, reſpondet
ipſe quod, nec directe, nec indirecte ſit prohi
bitio in odium eccleſiæ, nec prohibētur ho-
mines generaliter donare eccleſiæ, ſed lex
ſiue dict. conſtitutio principaliter tendit ad
prouiſionem filiorum eorum legitimam au
gendo: quod iuſtum eſt ne filij paupertate
laborent, & Deus mandet ſubueniendum
eſſe pauperibus, & eccleſia pauperibus de

bonis ſuis prouidere tenetur. 16. q. 1. c. ſi. 12
q. 2. cap. aurum. fortius non debet eis bona
delata auferre ad aliud, cum dicitur ꝙ debet
magis diligere animã quam filius: fateor tñ
ſine prǫiudicio filiorum, ita ꝙ nõ priuet eos
legitima ſibi debita. vt relinquat eccleſiæ:
ita reſidet concluſiue, quod nota. fortius cõ-
cludit Abb. in d. conſil. quod etiam ſi nihil
diſponatur in l. vel ſtatuto de eccleſia, vel
pia cauſa: tamen eo ipſo quod certam ſum-
mam mandat relinqui filijs pro ſua legitima
intelligitur ꝙ de illa nihil poſſet relinquere
eccleſiæ, ſeu piæ cauſæ: & ſic ſolummodo de
reſiduo poteſt in pias cauſas diſponere, &
non plus. Idem conſulit Cardi. conſil. 142.
incipit ſtatuit ciuitas Viterbenſis. vbi dicit,
quod ſi ſtatutũ diſponit quod mulier nõ ha
bens filios non poſſet facere aliquem cõtra-
ctum extra ipſos, niſi vſque ad certam quã
titatem, quod tale ſtatutum operabitur etiã
in cõtractu quem faceret cum clerico vel ec-
cleſia, ſeu alia pia cauſa. cum nec directe, nec
indirecte hoc tendat in graue præiudiciũ ec
cleſię, nec ad hunc finem factũ ſit: & licet non
ſic his recitatis, tamen optime & copioſe plu
ra allegans ſequitur hanc concluſionem qui
dam Doctor modernus auditor Rotæ non
fruſtra viuens in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ
33. col. verſi. retenta igitur iſta communi o-
pinione de conſtitu. ad hanc concluſionem
facit pulchrum conſi. Federic. de Senis. conſ.
78. ſecundum numerum meum: quod conſi
lium ad literam ſecutus fuit Domini. in cap.
ſi. de immu. eccl. vbi ait, quod ſi ſtatutum au-
get portionem debitam filijs de iure naturę
quæ eſt tertia ad dimidiam: & poſtea teſta-
tor relinqueret filio tertiam, & reſiduum ec
cleſiæ, quod eccleſia non haberet totum reſi
duum ibi relictum: ſed filius deberet habere
integrã dimidiã: quę eſt legitima ſua aucta
per dictum ſtatutũ, & reſiduum dimidię ha-
bebit eccleſia, non reſiduũ tertiæ, quia ſecun
dum eſt aliud eſt per ſtatutum aliqui diſpo-
ni: per quod prohibeatur omnis via transfe
rendi dominiũ in eccleſia, ſine cauſa: & hoc
nõ valet, aliud ex iuxta cauſa facere ſtatutũ,
per qđ ſubditus reddatur inhabilis ad cõtra
hendum cũ quacunꝗ perſona: & hoc tolera
tur. ff. de condi. & demon. l. cũ tale in. §. mu-
lier. & l. cum ita & de hoc cõſilio reperio fa
ctam mentionẽ per And. Sicul. in ca. Rainun
tius col. 52. de teſta. licet alleget illud ꝑ con
ſilio Calderini in titu. de conſtit. conſil. 15. &
mirum eſt vt ipſe multoties cõtra alios in-
hit, quo modo nec vidit Dominicũ, nec alia
conſilia ante per me relata. accedat etiam e-
legans conſilium do. Balp. conſ. l. 19. incipit
in quæſtio. quæ vertitur. vbi dicit valere ſta
tutum prouidens, quod aſcendentibus. ſ. pa-
tri, vel matri, vel alijs non liceat relinquere,
aut dimittere extraneis perſonis, vel locis
niſi tertiam partem bonorum, & ſubdit ele-
ganter quod ſtante. d. ſtatuto, non poſſet re-
linquere eccleſiæ, vel pio loco vltra tertiam
etſi plus relinqueret non valeret: nec tale ſta
tutum iniurioſum dicitur pijs locis: cum a
iure legitima filiorum poſſet augeri per ſta-
tutum: & ſic in dictis duobus tertijs filij dicũ
tur creditores: & reperio extollere hoc con
ſiliũ Bald. quendam aduocatum conſiſtoria-
lem nomine Baptiſtam de Gazalupis de ſan
cto Seuerino in quadam repetitione: quam
fecit ſuper. l. omnes populi. de iuſti. & iure.
48. col. verſic. amplius vidi dubitari. quod
dicit notandum ad ſtatutum Senenſe dictãs
quod mulier habens filios de quarta tãtum
diſponere poſſet: & reliquæ tres partes inter
filios diuidantur: nam valet tale ſtatutum ſe
cundum eum reſpectu piarum cauſarum. 9
¶ Mihi videtur hæc concluſio iuridica tam
per dictum conſilium Auguſt. poſitum in
dict. cap. fin. * dicentis, quod quicunꝗ vult
exhæredato filio eccleſiam inſtituere, alium
quærat qui ſuſpiciat non Auguſtinum, imo
Deo propicio neminem inueniet: de quo cõ
ſi. memini glo. in l. ſi quis ad declinandã. ſu
per parte ſimili modo. C. de epi. & cleri. Item
quia reſpectu legitimæ, fauorabilior eſt cau
ſa filiorũ quã piæ cauſæ. Do caſum ſingula-
rem de hoc in auth. ſi qua mulier. C. de ſacr.
ſanct. eccle. (ibi legitima nulli diminuta.) me
lius in fi. ibi filij legitimam participent. reli-
qua ſubſtantia monaſterio competente. &
Salice. ibi põderauit ad hoc. d. text. ibi idem
Ioan. Fabr. imo ſecũdum eum peccat qui re-
ligionem intrat, & parentum vel liberorum
educationẽ dimittit. 30. diſt. ſi quis filijs. & c.
ſi quis deliquerit. & ad hoc allegauit illum
text. dict. authen. Bald. in l. 1. colum. 4. in re-
pet. C. de ſacro ſan. eccle. verũ eſt, quod Bal.
in dict. authen. ſi qua mulier. 2. col. in quarto
not. dicit not. in §. ſed ſi poſt. quod ſi pater
nil diſponit, prę ſumitur fauorabilius ꝑ mõ
naſterio, quam pro filijs. Sed dicas, quod ha-
bendo reſpectum vltra legitimam verũ di-
cit. & ſic debet intelligi ille tex. vt conſtat ex
litera. ſed quo ad legitimã ſecus eſt: & in hoc
non recte dixit Bald. imo tunc fauorabilio-

** Adde Iaſ. in l. 1. col. ſi. C. de ſac. ſanct. eccl. ver. & ſi tu dicas & per eũdẽ tex. in c. ſi. hic d. leg. vid. ſing. concluſ. Ana. chi in c. ſi. præter de teſta. lib. 6. de quo per Phil. Deci. l. precibus. C. de impube. & alijs. col. 4. num. 20.*





res ſunt filij: quod clare patet in quantum
tex. dicit. (filij legitimam percipient reliqua
ſubſtantia, &c.) & ſic reperio quod intellexit
d. authen. Petrus de Ancha. conſulendo con
ſil. 46. incipit. prima facie videretur dicẽdũ.
& Bar. idem in repetitione. l. 1. C. de ſa. ſanc.
eccleſi. ante penul. col. 5. quæſtio. principali.
Per prędicta limito ſingulariter id quod tra
ditur in. l. 1. C. de ſacro ſanct. eccl. ibi. (idque
bonorum quod optant, &c.) vbi teſtatori vi
detur data libertas relinquendi quod opta-
bit pijs locis, quod fuit argumẽtum potiſsi-
mum ad partem contrariam. Nam illud de-
bet intelligi excepta legitima quæ iure natu
ræ debetur filijs: a qua nec priuari, nec frau-
dari poſſunt per legatum eccleſię, vel pio lo
co factum, vt eſt caſus in dict. authent. ſi qua
mulier & hęc fuit reſponſio Salicet. in dict. l.
1. 11. colũ. per ſupra dicta; & per illud conſi
lium Auguſt. ex quo infert, quod filijs præ-
teritis vel exhęredatis contra eccleſiam inſti
tutam dantur remedia communia, quæ dan
tur cõtra priuatas perſonas inſtitutas. bene
facit. l. generali. C. de ſac. ſanct. eccle. vbi tex.
dicit, quod ad pias cauſas requiritur teſta-
mentũ omni iuris ratione munitũ, & eccleſia
regitur iure communi, niſi appareat de pri-
uilegio ſpeciali de prohibi. feu. alie. capit. 1.
facit etiam quod per illa iura ſcripſit Roma
nus in repeti. authẽ. ſimiliter. C. ad. l. falcidi:
cõtra Bal. in dict. l. generali. & in veritate nul
lo modo poteſt dici, quod hæc. l. & ſimiles
ſint cõtra libertatem eccleſiaſticã cum lex
illa non dicitur contra libertatẽ eccleſię per
quam limitatur poteſtas ſubditorum circa
res ſuas, vt aperte probatur in 1. §. Inſti. ad l.
fal. & in. §. ſed noſtra de ſucceſsio. liber. & in
l. 1. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. niſi talis li-
mitatio induceret priuatiões lucri piarũ cau
ſarum ſeu perſonarum eccleſiaſticarum. no-
ta. text. in l. 1. §. ad municipiũ. ff. ad. l. falcid.
vbi text. dicit ad municipiũ quoque legata.
vel etiam ad ea quę deo relinquũtur, lex fal-
cidia pertinet. ita etiam tenẽt docto. in dict.
authent. caſſa. præterea lex cuſtodienda eſt.
11. quæſt. 2. c. qui reſiſtit. exodi, per totũ. &
in foro conſcientiæ lex ciuilis ſeruanda eſt
quando eſt iuſta facta ab habente poteſta-
tem. fundans ſe ſuper certa glo. in cap. quæ
in eccleſiarum de conſtit. ibi iure poli & ibi
doct. Abb. in proœmio de conſt. Ioan. And.
in capit. 2. de verbo. ſignifi. lib. 6. ſuper quo
copioſiſsime ſcripſit dictus auditor in capit.
1. de conſtit. 12. col. ver. extra prędictos tres
caſus. & vide pulchre ſanctum Tho. in 1. 2.
quæſti. 96. articulo. 4. vbi dicit, quod leges
iuſtæ habent vim obligandi in foro conſciẽ
tiæ a lege ęterna a qua deriuantur. Prouerb.
6. per me reges regnant & legum cõditores
iuſta decernunt. & Pau. ad Roma. 13. Omnis
poteſtas humana a deo eſt. & ibi pulchre tra
ctat Thomas, ex quibus lex redditur iuſta
vel ne. & dicebat pulchre Bal. in cap. in omni
negotio de teſti. in princ. ꝙ ille, quẽ lex hu-
mana excuſat: nõ peccat niſi talis lex huma-
na eſſet contraria legi diuinæ: vt ſi lex huma
na dat cauſam delinquẽdi de præſcripti. c. ſi.
ideo ſecundũ eũ leges ſacratiſsimæ ſunt ſer-
uandæ, etiã in foro conſcientiæ alias ſeque-
retur quod omnis legũ forma, & ſubtilitas
deduceret ad inferos, & conſcientia legũ eſ-
ſet magis damnata quam maleficiorũ. ¶ Per
quæ concludo diſpoſitionẽ huius legis eſſe
validã, nec vltra quã hic diſponitur ad pias
cauſas in præiudiciũ filiorũ quẽquã relin-
quere poſſe: & alia plura quæ ad hanc con-
cluſionem facere poſſunt, ſcripſi in d. diſputa
tione, quã feci ſuper d. l. maguer. in illa quæ-
ſtio. vtrũ valeat ad pias cauſas contractus
mulieris factus abſque licentia viri.

*SVMMARIVM.*

*1 Si pater eſt ditiſsimus poterit pro anima vltra quintam relinquere.*

Limitabis tamen 1
egregie hanc legem quo ad hanc partem ni
ſi hæreditas patris eſſet adeo opulẽta, quod
exceſſus quantitatis taxatæ per hanc legem
parum præiudicaſſet filijs, puta quia pater
erat valde diues, * in tãtum quod etiam ſi vl *a
tra quintam legaſſet pro anima, paruũ præ-
iudicium filijs induceretur. conſideratis am-
pliſsimis facultatibꝰ quas eis pater relinque
bat. nam tunc tale legatum etiam vltra quin
tam validum eſſet & adimplendum. Hoc in
terminis reperio decidere quendam moder-
niorem auditorem Rotæ nomine Felinum
Sandeum in ca. 1. de conſti. 14. in verſi. extra
prædictos tres caſus. vbi dicit qđ in caſu in
quo per formam ſtatuti mulier nõ poſſet re
linquere extraneis, niſi certam quantitatem
taxatam in præiudicium filiorum haberet
verum, niſi hæreditas eius eſſet adeo opulẽ-
ta, quod exceſſus quantitatis taxatæ per ſta-
tutum parum præiudicaſſet filijs: quia tunc
legatarius quantũ ad conſcientiam videtur

*Prima limitatio.*

tutus: ſic dicit ſe cõſulendo Ferrariæ limitaſſe prædictum ſtatutum: ſed quia hoc nõ concludit, niſi ad forum cõſciẽtiæ clarius ſe determinauit prædictus Doctor in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. 33. colum. in verſi. retenta igitur iſta cõmuni opinione. ibi quarto, q̃a ſaltem de cõſti. vbi poſtquã dixerat valere ſtatutum, ne in præiudiciũ filiorum poſſet relinqui eccleſię vel pio loco vltra certã ſummam, dicit, quod ſaltem vno caſu tale ſtatutum nõ valebit, videlicet vbi filij vel veniẽtes ab inteſtato ſunt adeo diuites, quod propter inſtitutionem factam de eccleſia contra formam ſtatuti non depauperantur ex eo: quia tunc ceſſat ratio poſita in. d. c. quicunq; 17. q. 4. quod nota. pro quo allego elegans conſi. Pe. de Ancha. a quo prędictus Doctor aſſumpſit fundamentum, & eſt in meis numero. 46. incipit prima facie videtur dicẽdum, vbi conſuluit in caſu ſimili, videlicet cũ quidam pater feciſſet teſtaamẽtum, reliquit certam ſummam cuidam hoſpitali pro animã ipſius a filio vltimo moriente fuit dubiũ ex quo ille filius vltimo moriens deceſſit relictis filijs, ſi illud legatũ pro loco factum eſſet ſoluendum: videbatur enim quod non, ex eo quod fideicõmiſſum vel legatum vniuerſale, vel ſingulare relictũ a filio poſt mortem ſuam expirat eo cum liberis decedẽte. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. l. cum. auus. de condi. & demõſt. l. generaliter. de inſti. ſub condi. fact. contrarium refert ſe cõſuluiſſe: imo quod hoc nõ obſtãte legatum debeatur pię cauſę, prout relictum fuit. Mouetur primo quia. d. l. cum acutiſſimi. cũ alijs procedũt præſumptiue pręſumẽdo, quod ſi teſtator de nepotibus cogitaſſet alienam prolem non prætuliſſet ſuis nepotibus in prædictis legatis & fideicommiſſis. cum ergo. d. ll. fundantur in præſumpta volũtate teſtantis, ſi eſſet caſus in quo poſſet præſumi de mente cõtraria ipſius teſtatoris, ceſſaret legis pręſumptio, & per conſequens dictarum legum diſpoſitio. l. in teſtamento. C. de teſtamen. 4. l. precibus. de nupt. & alijs: igitur conſiderata cauſa relicti: quia pro anima (quæ omnibus rebus præferenda eſt) vt. l. ſancimus. ad finem. C. de ſacro ſanct. eccle. & quia in dubio ſequenda eſt opinio quæ animæ fauet. vt. l. ſunt perſonę. ff. de religio. & ſump. funerum. dicendum eſt hoc legatum præſtãdum eſſe, atque ſoluendum piæ cauſæ, dato quod filius vltimo moriens, a quo relictum eſt cũ liberis deceſſiſſet: & piam cauſam iſto caſu liberis eſſe præferendam ex præſumpta voluntate, pręſertim quia vltra legitimã fauorabilius prouidet lex piæ cauſæ, quam liberis. vt in authentic. ſi qua mulier. C. de ſacro ſanct. eccl. & ſic reſidet hoc conſilium eſt ſingulare ad hoc, ſed ad propoſitum quæſt. noſtræ non vrget multum, cum ſic recte ponderetur quando illud legatum vltra legitimã erat factum piæ cauſæ: non dubitamus eſſe validum, quia quintam quæ eſt vltra legitimã hæc lex bene concedit relinqui piæ cauſæ. ſed de hoc non eſt quæſtio noſtra tamen ad aliud propoſitum eſt ſingulare illud conſiliũ, ſcilicet quod diſpoſitio. d. l. cum auus. & l. cum acutiſſimi, & l. generaliter. non habeat locum in eccleſia ſubſtituta vltra legitimam: itaque ſi pater inſtituat filium, ſeu ei aliquod legatum vltra legitimam relinquat: & ei ſubſtituat eccleſiã, puta * relinquo filio meo centum: ita quod poſt mortem ſuam reſtituat eccleſiæ quod ſi talis filius decedat cũ liberis, iſti liberi non excludunt eccleſiã, imo eis præfertur eccleſia per quod ſingulariter limitantur dicta iure. & hoc conſilium Petri de Anchar. refert & ſequitur do. Alex. in conſi. 457. incipit ſuper eo, de quo quæritur in ſuperiori themate in quarta columna. hanc deciſionẽ ſequitur quidam modernior Mediolanenſis in dict. l. cum acutiſſimi, motus ex eo quia quando eccleſia eſſet ſubſtituta dictæ leges cum auus, & aliæ cum ſint ciuiles non habent locum in diſpoſitionibus ad pias cauſas, quæ regulantur de iure gẽtium maxime, quia cum iſto caſu lex ciuilis eſſet præiudicialis & damnoſa eccleſijs non eſt recipienda niſi per Romanum Pontificem eſſet approbata, vt dicunt Canoniſtæ in dict. c. ſi. de ſolu. per Abb. in c. 1. in quarto notabili. de noui ope. nũ. melius in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ ad hoc argumentum facilis eſſet reſponſio ſi eſſet propria materia. Certe iſta deciſio non eſt ſine contradictione: nam Bal. in. d. l. cum acutiſſimi tenet contrarium, imo diſpoſitio dictarum legum haberet locũ dato quod eccleſia eſſet ſubſtituta. Idẽ Paul. de Caſtr. ibi & Rapha. Cuma. in d. l. cum auus. quos vide. & vltra eos Andr. Sicul. in repe. d. l. cum acutiſſimi. & cum nõ ſit pręſens materia, hoc ſufficiat. Subdit Pet. de Anchar. in d. conſilio. & hoc facit ad propoſitum, nam poſtquam firmauit quod eccleſia excludit liberos (vt ſupra dictum eſt) dicit non obſtare ſi dicatur, quod in ſucceſſione patris fauorabilior eſt cauſa liberorum, quam pia cauſa,

*b



ſa, vt in dicto conſilio Auguſtini. nam reſpõdet ſe intelligere illud. c. pro vt iacet videlicet quando ex tali relicto ſequeretur totalis priuatio & exhæredatio filiorum, non autẽ cum delato, ſiue amplo patrimonio teſtator
2 de certa particula pro remedio animæ ſuæ diſponeret. * Quæ concluſio habet maximã æquitatem, vt, ſcilicet, ſtatutum prohibens vltra certam ſummam relinqui piæ cauſæ limitetur niſi teſtator eſſet homo ditiſſimus, & ex ampliſſimo patrimonio ſuo aliquid non nimis vltra quintã relinqueret pijs cauſis pro remedio animæ ſuæ, ex quo non multũ grauabantur filij. nam valebit tale relictum fauore animę & piæ cauſæ & ſic iudicarem & conſulerẽ ſi caſus occuriſſet. ¶ Et ſi dicas, hoc eſt contra deciſionem proxime poſitam in qua dixiſti valere diſpoſitionem legis, vel ſtatuti diſponentis quod vltra certã quantitatem non poſſet relinqui piæ cauſæ & hoc fauore liberorũ, nã concedo: ſed principale fundamentũ omniũ tenentiũ dictam concluſionem fuit conſilium Auguſti. poſitum in dict. capit. quicunque, ſed quia illud debet limitari, vt nunc dixi, habeo. intẽtum cum filijs paruum generatur præiudicium ſi pater homo ditiſſimus ex ampliſſimis facultatibus aliquid vltra quintam relinquat pijs cauſis p̃ remedio animę ſuæ. Bene facit quod refert idem Petrus de Anch. in regula poſſeſſor. de regu. iu. li. 6. 14 colum. in repet. in verſi. quidam vero venerabilis. vbi cõcludit quod inſtitutus in teſtamento minus ſolenni licite in foro conſcientiæ retinet hæreditatem ſibi relictam; quando verus conſenſus teſtantis concurrit niſi teſtatori incõſulte prætuliſſet extraneũ propinquis: quia tũc cum non ſit ſecutus ordinem charitatis non retinebit hęres licite in foro conſcientiæ talem hæreditatem; ſubdit dominus Petrus de Anchara. ibi ad propoſitum hoc eſſe verum, niſi tales cõſanguinei, quos teſtator ſic inconſulte comiſit & extraneos illis prętulit, eſſent diuites & dictus hæres inſtitutus eſſet indigens. Nam tũc licite in foro conſcientiæ dictus hæres poteſt bona retinere. & refert Petr. de Ancha. ſi reſpondiſſe ſibi inſcriptis fratrem Thadeum de vrbe veteri ordinis prædicatorum: quæ conſideratio eſt æquanimis ſecundum eum: & hoc nota ad huius. l. limitationem quam vt nũquam non obliuiſcaris: & iſtud ſit quo ad hanc partem, quæ habet vt vltra quintam non poſſet relinqui pro anima.

** Et licet ſit opinio quia eſt tñ dubia & contra eã põt cõſiderari in text. in rõne ſui. in c. apoſtolice p̃ dona. verſ. ſi vero in tantum abundet de donatio.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Si pater habet facultatem regiam poterit ſecundum eam diſponere, & minuere legitimam. num. 7. & 8.*
2 *Quo iure ſit dubita legitima filijs.*
3 *Opinio autoris in prædicto caſu.*
4 *Ius naturale quotupliciter ſumatur.*
6 *Legitima poteſt minui per reſcriptum principis, ideſt facultatem regiam ad maioriam, & per ſtatutum, & numero. 7.*
9 *Princeps per reſcriptum ſuum non poteſt filios in totum priuare legitima debita in bonis parentum.*
10 *Quando ſoror poſſit agere contra fratrem habentem iure maioriæ bona, quæ pater tenuit vt illam debeat dotare.*
11 *Bona maioriæ an poſſint alienari vel obligari pro dote abſque licentia regis.*
12 *Quod pater tenetur relinquere filijs pro ſua legitima filiorum eſt proprium patrimonium ipſorum.*
13 *Pater virtute facultatis regiæ poteſt prohibere perpetuo alienationem bonorum & apponere alias conditiones.*
14 *Facultates regiæ ad faciendum maioricatum de omnibus bonis ſunt iniuſtæ & patres priuantes in totum legitima filios etiam ex facultate regia, peccant.*
15 *Princeps qui ſine cauſa iuſta concedit facultatem ad faciendum maioratum, an peccet.*
16 *Facultas regia ad maioratum quare ſit neceſſaria & qualiter ſit impetranda & ordinanda.*
17 *Non habens hæredem neceſſarium cui debeatur legitima, poteſt facere maioratum de ſuis bonis, & ea perpetuo vinculare abſque facultate regia*

I 3 Secundo

*Secunda limitatio.*

Secūdo limitabis
hanc legem determinantē taxationē & quā
titatem meliorādi & relinquendi filijs pro-
cedere niſi pater haberet licentiā, ſeu regiam
facultatē ad diſponēdū de bonis ad libitum
faciendi maioricatum in vnum ex filijs, ſeu
in plures: nam virtute talis licētiæ & facul-
tis, poterit pater diſponere de bonis ſuis nō
ſeruādo taxationē hic poſitā, & quia caſſus
eſt valde quotidianus in hoc regno propter
facultates regias, quæ plerumq; ad maioriā
faciendā conceduntur neceſſariū atq; vtiliſſi-
mum cēſui ſuper e rū inſtificatione & vali-
2 ditate aliquid inſiſtere. ¶Vnde ad veritatem
quæſtionis eſt præmittendū vtrum legitima
a * ſit filijs debita de iure naturali * vel de iure
ciuili: & videtur quod de iure ciuili, vt pro-
bat text. in l. lege duodecim tabularū. C. de
legi. hæredi. ibi (qui vnā conſonantiā, &c.) &
Bald. ibi dicit, ꝙ omnes ſucceſsiones de mū-
do ſunt de iure ciuili, & ſi quę dicātur de iu-
re naturali debent exponi de iure perſuadē-
te naturali in quoadunatione cōſtituto. ff. de
verb. ſigni. l. pronuntiatio. §. fami. idem fir-
mauit Salice. in auth. nouiſsima. C. de inoffi.
teſta. per dictam. l. lege. dicens ꝙ legitima de
betur filijs a iure ciuili poſitiuo: a lege enim
non a iure naturali quo omnia erant cōmu
nia. l. 1. in. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. li-
cet cōiūctio naturalis, & ratio naturalis quę
eſt in homine, ſuadeat legitimā filios in bo-
nis patris habere, ſic dicet debere intelligi. l.
ſcripto. ff. vnde libe. & l. cū ratio. de bonis da
mna. & §. 1. & §. ſi quis autem. de hęre. & fal.
vbi imponitur neceſsitas patri, ergo de iure
ciuili. idem Dinus a quo Salice. & alij ſub tra
xerunt in c. indultum. de regul. iur. lib. 6. di-
cens, quod portio bonorū parentū debetur
filio a iure ciuili, per d. l. lege. & per. §. 1. de
trient. & ſemiſ. non autem de iure naturali,
quo omnia erant communia. vt in. §. ius na-
turale. l. 1. ff. de iuſtitia & iure, licet ſecūdum
eū coniunctio & ratio naturalis ſuadeat ho-
mini legitimam in filios relinquere, vt d. l.
ſcripto, & d. l. cū ratio. quia a iure ciuili legi
tima aſſumpſit nomen: & quota eius poſtea
aucta eſt, & ſic nomine, origine, quotitate ne-
ceſsitate de iure ciuili dicenda eſt, maxime
cum omnia remedia per quę petitur, vel ad
ipſam peruenitur, omnia ſunt de iure ciuili.
hęc ille. idem Bart. in auth. de hęredib. & fal.
§. 1. col. 3. dicens eſſe ibi caſum expreſſum de
hoc in quantum ibi lex imponit neceſsitatē
relinquendi. ex quo videtur quod antea nō
erat neceſsitas. Nec obſtat text. ibi in quan-
tum dicit ſecundū naturam. quæ verba vi-
dentur denotare quod ſit de iure naturali,
nam debent illa verba intelligi & poſtillari
ſecundum Bart. id eſt, ex quodam inſtinctu
naturæ & ex quodam curſu naturali, vt ait
glo. in d. l. cum ratio. & hanc reſponſionem
prius dedit glo. ad illum tex. in. §. 1. in auth.
de trient. & ſamiſ. in parte debite vocant, &
ſuper parte quod debetur. hoc idem proba-
tur aperte in dict. auth. de trien. & ſemiſ. §. 1.
iuncta glo. in parte debite vocant vbi gl. ex-
ponit, ſcilicet iure communi Imperatorio. &
Bart. dicit ibi eſſe caſum expreſſum quod le
gitima debetur filijs de iure ciuili: & reſpon
dit d. §. 1. de hære. & falci. prout ſupra reſpō
ſum fuit. idem Angel. in l. Papinianus. in. §.
quarta. ff. de inoffi. teſta. per illum tex. & an-
te proximum refert ſe pluries ſic conſuluiſ-
ſe, idem Bart. in l. 1. §. ius naturale. ad finem.
ff. de iuſtit. & iure. mouet quæſtionem vtrū
legitima filiorum ſit de iure naturali: ſentit
quod non. Nec obſtat ſi dicatur quod ſucce
dit loco alimentorum, nam reſpōdet, quod
mortuo patre deficit ſubiectum in quo fun-
dabatur ius naturale, ergo & qualitas. ff. de
op. lib. l. qui libertinus. §. poſthumus. l. huic
ſcripturæ. & hanc reſponſionem tanquā ſin-
gularem nota menti. idem Cardi. in c. rainun
tius. de teſta. dicens, quod legitima habet or
tum a iure ciuili ex eo quia ius teſtādi eſt de
iure ciuili. inſtit. de teſta. §. 1. & 2. pro quo do
glo. ſingu. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. in
parte dominia diſtincta. vbi glo. dicit, quod
de iure ciuili quandoque diſtinguntur do-
minia, vt per vſucapionem, ſententiam & te-
ſtamenta: ſimilis eſt in. l. 1. ff. de acquir. re. do
mi. in parte noſtræ ciuitatis. quæ dicit domi
niū acquiri de iure ciuili, ex preſcriptione, &
& ex teſtamento, & ex ſucceſsione: intellige
quod iſti modi acquirendi dominia ſunt de
iure ciuili: nam dominium per ſe ſimpliciter
ſumptum de iure gentium eſt: de quo latius
Bart. & Bald. in dict. l. ex hoc iure, & ibi An-
ge. in tertia oppoſi. dicit, quod tria ſunt quo
rum vnum non eſt alterum, inuentio domi-
nij: & hæc fuit ab initio rationalis creaturæ
de iure diuino: diſtinctio dominij & hæc de
iure gentium: modus acquirendi & iſte quā-
doque eſt de iure gentium, quandoq; de iu-
re ciuili. facit. l. teſtamenti factio. ff. de teſta.
idem And. Sicul. in ca. rainuntius. de teſtam.
col.



col. 53. & 54. concludens per aliorum funda-
menta quod legitima non debetur filijs de
iure naturæ. ad §. 1. de hære. & falci. vbi tex.
dicit ſecundum ipſam naturā. exponit id eſt
ſecundum ipſam rationem naturalem: quod
ſatis demoſtratur ibi in quantum tex. æqui-
parat legitimam, quæ debetur filio a patre:
& econtra: ſed patri nō debetur legitima de
iure naturali: quod verbum ſic reperio expo
ſuiſſe Bar. in. l. ſi quis a liberis in §. ſi parens.
ff. de libe. agnoſ. in quantum text. ibi dicit ꝙ
ſecundū naturam parens alendus eſt. expo-
nit Bart. non a iure naturali: ſed ratione ſum
pta ex humano ingenio, ſcilicet, vt bene fa-
cientibus, bene faciamus; & ſubdit And. Si-
cul, neceſſe eſſe fateri ſic exponenda eſſe om-
nia iura, quæ dicunt quod legitima ſuceſsio
debetur iure naturæ. vt omnia intelligātur
& exponantur id eſt ratione naturali. & ſic
exponit Dynus in d. c. indultū, ſcilicet, quod
dicatur debita iure naturæ. id eſt iure ciuili
perſuadente naturali coniunctione conſtitu
to. vt & alias exponitur de verb. ſignifi. l. pro
nunciatio in. §. familię. & facit ad hāc expoſi
tionem. l. fina. C. quorum bonorū. vbi text.
dicit quod lege naturæ conſanguinei vocā-
tur ad ſucceſsionem conſanguineorum: ſed
clarum eſt quod diſpoſitio naturalis nō in-
troduxit quod conſanguineus ſuccedat cō-
ſanguineo: ſed ſolum ratio naturalis incli-
nauit ad hoc. quod conſtat ex dict. l. cum ra-
ratio. quæ dicit ratio naturalis non autē ius
naturale. Nec obſtat qđ legitima ſuccedat
loco alimentorum: nam non ſequitur: ergo
eſt de iure naturali, cum ius ciuile non natu-
rale fecerit hanc ſubrogationem, vt d. §. pro
hibemus. vnde licet ius ciuile tolleret legiti
mam: non per hoc tollerentur alimenta, &
hæc concluſio euidentiſsime probatur ſecun
dum eum ex eo ꝙ legitur Numeri 27. vbi li
tera dicit (homo cum mortuus fuerit abſq;
filio ad filiam tranſibit hæreditas.) Ecce qua
liter lex diuina aufert hæreditatem filiæ fæ-
minæ. ergo talis ſucceſsio non eſt de iure na
turali; & de illo text. facit mentionem Salic.
in l. cunctos populos. & Angel. conſil. 299.
vides igitur qualiter omnes ſupra dicti do-
ctores indiſtincte ſe in hanc ſententiam con-
firmant quod legitima filiorum non ſit de
iure naturali, ſed de iure ciuili ſic. Abb. in d.
c. Rainuntius locutus fuit breuiter & male
ideo eum non refero. ¶Mihi autem alia vide
3 tur veritas, & excludo vnum membrum in
dubitatum. ſ. quod legitima filiorum, quan-
tū ad quotā eſt de iure ciuili: quod clare pa-
tet ex tantis variationibus in quota legiti-
mæ precedentibus, nam primo fuit quarta.
l. cum quęritur de inof. teſta. poſtea aucta eſt
vſque ad trienten. vt in authenti. nouiſsima
poſtea per hanc legē aucta fuit. ita vt excep-
ta quinta reſiduum dicatur legitima: ſaltem
reſpectu extraneorū: ſed ſi fuerat de iure na-
turali non poterat mutari. vt in §. ſed natu-
ralia inſti. de iure natu. ¶His preſuppoſitis ſa
tis poteſt iuridice ſubſtentari * ꝙ legitima
ſimpliciter ſumpta licet nō taxata in quāti-
tate ſit de iure naturali: ꝙ probo per iura ſe-
quentia. Primo per tex. ſingu. in. l. fin. C. quo
rum bo. vbi text. dicit, quod vir repellitur a
ſucceſsione vxoris inteſtatæ, quæ cōſangui-
neos habet. ſubdit tex. rationem: cū pruden-
tium omniū reſponſa & lex ipſa naturę ſuc-
ceſſores eos faciat: eſt verum ꝙ And. ſicul. in
d. c. Rainūtius. 53. col. expoſuit illū. text. id eſt
ratio naturalis: alias non deferret cōſangui-
neis, quibus de iure naturali non debetur
ſucceſsio: ſed hęc reſpōſio bene poſſet repel-
li per verba generalia illius. l. quę generali-
ter loquuntur, & videtur manifeſtari eſſe de
lege naturæ, quod conſanguinei excluderēt
extraneos. & ſatis videtur naturę conſonum
hoc, vt conſanguinei extraneis preferantur:
vt educatio magis ad filios quam ad extra-
neos iure naturali inclinatur; qđ ſatis vide-
tur eſſe ibi de mente Angel. dicentis illū eſſe
pulchrum caſum & pulchrum modum lo-
quendi ibi eſſe, ſcilicet, quod reſponſa prudē
tum, & lex naturæ inuitet agnatos ad agna-
torum ſucceſsionem: maxime poteſt hoc di-
ci ſi ſumamus ius naturale largo modo. vt
Bald. ſentit in dict. l. fina qui dicit, quod dic.
l. loquitur de lege naturæ largo modo, per
quā ſucceſsio debetur conſanguineis omni-
bus non de iure naturę ſtricto modo per qđ
debetur ſucceſsio liberis ergo his deficienti-
bus in lege naturæ largo modo ſumpta de-
betur conſanguineis, quæ lex ad hoc alibi
non reperitur ſecundum eum: & hoc modo
poteris euadere reſponſionē Andr. Sicul. &
dicebat Bald. in dict. l. fin. quod de iure ſtri-
cto modo tale ius naturæ ſumptum debe-
tur ſucceſsio. Idē And. Sicu. in repetitio. ru-
bri. de teſtament. in 8. columna poſt multa
concludit quod ſucceſsio eſt de iure gētium
originaliter: approbatiue autem & formali-
ter eſt de iure ciuili per tex. in l. final. C. quo-
rum bono. nec intelligas de iure gentium
primæuo, vbi homines vt beſtię viuebāt, &

**Adde quā plurima relata per Philip. Dec. & Hero. chuca hiſpanū in additi. in l. iura ſanguinis. ff. de regul. iuris.*

omnia erant abſq; diſtinctione cõmunia q̃d
ius gentiũ primeuũ,dicitur proprie ius natu
rale:ſed ex alia iure gentiũ quaſi ſecundario
vbi iã inceperãt gentes habere dominia di-
ſtincta.nam inducta occupatione & rerũ di-
ſtinctiõe incepit filius ſuccedere patri in d.c.
ius naturale.& iſta fuit diſtinctio Antonij in
cap. per venerabilẽ:qui filij ſint legitimi. &
Paul.de Caſt.in repeti.l.ex hoc iure.ff.de iu-
ſtitia & iur.dicit,quod ſucceſsio hæreditaria
eſt de iure naturali quo ad facti ſucceſsionẽ
& quo ad occupationem.ſic dicit procedere
tex.in d.c.ius naturale:ſed quo ad formam
ſucceſsionis,quod hæres repræſentet perſo
nã defuncti q̃ debeat adire, & ſimilia , eſt de
iure ciuili.Hoc idem firmauit Ioan. Andr.in
addi.ad Specu.de ſucceſsio.ab inteſta.5.col.
incipit additio,ſed reducitur ad queſtio. di-
cens q̃ ius nature vocat filios ad ſucceſsionẽ
ſed quota certa legitimæ non eſt de iure na-
turæ alias nõ eſſet variabilis,dicit eſſe expreſ
ſum in Lombardia,quod ſi pater maritat fi-
liã, debet eſſe dote contenta in tit. de ſucceſ-
ſionib.l.ſi pater filiã.& allegat alia que fue-
runt Oldra,conſi.134.firmatur hoc: qa cer-
tum eſt quod alimenta debentur filio de iu-
re naturali.l.1.§.ius naturale.ff.de iuſtit. &
iure.ſed notũ eſt quod legitima introducta
eſt,& ſuccedit loco alimentorum,nota. tex.
in authẽ.de trient.& ſemiſ.§.1.colla.3.ibi.(&
natura primo curata competenter: ſic ad ex
traneas largitates accedere) iuncta gloſſ. in
parte natura.que exponit,ſcilicet filij qui na
turaliter procreantur ſine iure naturali.hoc
idem probat text.ſingu.in §.prohibemus e-
iuſdem authenti.aſsignando rationem,qua-
re in vſufructu legitime non poteſt filio ap-
poni grauamen. dicit text. filijs forte fame
peremptis.vnde nec etiam in medio guber-
nabuntur:& quotidie habeant cibum quod
eis quotidianam gubernationem accipiat:
& vlterius dicit text.& vſumfructũ inſuper
& proprietatẽ,ſcilicet, legitime relinquat ſi
vult filiorum non repente fame morietium
ſed viuere valentium vocari pater. idẽ Bal.
in.l.lege.12.tabularũ.C.de legi.hære.& Sa-
lice.in l.ſcimus.C.de nupt.& in authenti. no
uiſsima. Angel. in l. Papinianus. §. quarta.
Bal.in d.l. prima. §.ius naturale. omnes iſti
pluribus alijs in locis fatentur legimam ſuc
cedere in locum alimentorum:ergo debet ſa
pere alimentorũ naturam quæ ſunt de iure
naturali,vt in.l.parabolani.C.de epiſco. &
cleri.propter hoc dicebat Bal,in l. vnica. C.
quan.non peten.par.15.col.q̃ pater qui de-
cedit cum filijs non dicitur decedere inteſta-
tus,etiam ſi nõ faciat teſtamentũ. bene facit
tex.ſingu.in l.ſi teſtamentũ.C.de teſtament.
vbi caſus quod princeps non poteſt auferre
hæreditatẽ alicui delatam ex teſtamento:ex
quo videtur quod hereditatis acquiſitio nõ
ſit de iure ciuili,ideo Bar.in d.l.interdum.2.
col,ff.de condi.indebi.dicit, quod licet teſta
mentum quo ad formam & ſolemnitatem
ſit de iure ciuili.l.3. de teſtament. tamen te-
ſtamentum per ſe & ſimpliciter eſt de iure gẽ
tium,vt patet in multis locis in veteri teſta-
mento vbi antiqui patres diſponebãt de bo
nis ſuis.idem ſentit Bar.licet non clare in ru
brica.ff.de acquir.hæred.ibi clarius Alexan.
glo.& Bart.in l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iu-
re.aliquid Bart.in l.qui a latronibus.ff.de te
ſtament.eſt verum,vt ante dixi quod And.
Sicu.in d.c.Raimuntius.de teſtam. & ali ante
eum quos ipſe tacuit,conati ſunt euertere a-
liqua fundamenta ex ante allegatis,dicẽtes,
quod illa iura debent intelligi de ratione na
turali,ita q̃ legitima non ſit debita filio de
iure naturali,ſed de ratione naturali que in
ter ſe diuerſificant. dicit per hoc euadi om-
nia fundamenta quæ videntur dicere quod
legitima debeatur filijs de iure nature quod
exponãtur,id eſt ratione naturali,quomodo
reſpondit Salice.in d.authent.nouiſsima.
¶Quorum motiuum videtur mihi non ex-
cludere quin legitima non debeatur filijs de
iure naturali,& niſi fallor,contrariũ tenẽtes
decipiũtur in æquiuocatione terminorum.
¶Et vt hoc aperte videas * cõſidera quod ſi * b
ius naturale * ſtrictiſsimo modo ſumatur, 4
illud eſt quod brutis & hominibus commu-
ne eſt,& ſic conuenit homini in quantum a-
nimal & hoc ius beſtiale quodam modo vi-
detur diffiniri a iuris conſulto in l.1.ff.de iu
ſtitia & iure.dicẽte ius naturale eſſe quod na
tura omnia docuit animalia, quod propriũ
eſt omniũ animantiũ puta maris atq; fœmi-
ne coniugatio,liberorum procreatio & edu
catio,& ſecundum hoc habentia in ſe ratio-
nem naturalem non ſunt de iſto iure natura
li,quod patet ad ſenſum:nam ſi illud ius na
turale eſt quod brutis commune eſt,quæ ra
tione carent, vbi verbum naturale refertur
ad rationẽ,nõ poteſt ad hoc referri tale ius:
& hoc eſt quod iuris conſultus vult in d.l.1.
ad finem inquiẽs ius gentium eſſe quo gen-
tes humane vtuntur,quod a naturali recede
re,inde licet facile intelligere qa illud oĩbus
anima-

**b** *Adde latiſ ſime de mate ria hiſpanum Fortu. garſiã in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iu. & vi.tra cta.Io.oldendor.de iur.na tur.gent.& ciui.17.vol. tract.ſecũdũ nouã impreſ ſionẽ & vi.l. 2.tit.part.1. quæ incipit ius naturale.*



animalibus hoc ſolis hominibus inter ſe cõ
mune ſit.facit.l. omnes.eo. tit.vbi cõſultus
ait,q̃ vera naturalis ratio inter omnes homi
nes conſtituit id apud omnes gentes pereq;
cuſtoditur,vocaturque ius gẽtiũ,quaſi quo
iure omnes gentes vtuntur veluti erga Deũ
religio vt parentibus & patrie pareamus,vt
vim atque iniuriã propulſemus, vt hec & a-
lia exemplificat conſultus in d.l.1.cum qua
tuor.ll.ſequentibus:itaque cum verbũ natu
rale refertur ad rationem nõ intelligitur de
illo iure naturali beſtiali hominibus & bru-
2 tis communi: ſed de iure naturali gentium,
quod non eſt commune animalibus carenti
bus ratione,ſed ſolis gẽtibus:& ſic loquitur
dict.l.omnes.dũ dicit quod vero naturalis
ratio & poſtea ſubdit illud eſſe de iure gen-
tium:idem quando verbum naturale refer-
tur ad hominem:intelligitur de iure natura
li gentium.eſt caſus in l.vt vim ff.de iuſti.&
iure.vbi ait conſultus:& cũ inter nos cogna
tionem quandam natura conſtituit, conſe-
quẽs eſt hominẽ homini inſidiari nefas eſſe.
Hec eadẽ magiſtraliter docuit Bar.in d.l.om
nes.2.col.tertia oppoſi.hoc modo intelliges
glo.in d.l.venia. C. de in ius vocan. nam cũ
text.ibi dixiſſet naturali ratione honor hu-
iuſmodi perſonis debeatur,exponit glo.non
dicit iure naturali,quia hoc falſum eſſet,ſed
naturali ratione quæ dicta vt bene facienti-
bus bene faciamus,vt l.ſi nõ ſortem.§.liber-
tus.ff. de conditio inde. & recte loquuta eſt
gloſſ. cum ratio ſolum hominibus conue-
niat cum homo ſit animal rationale, ſed ius
naturale ſine additione hac conuenit omni-
bus animãtibus,vt in d.§.ius naturale. ideo
cum text. dicat naturali ratione non poteſt
referri ad dictum ius naturale ſtrictiſsimum
omnibus animalibus commune. vt idem di
xit gl. in l.1.ff.de lega.preſtan. hinc eſt quod
Bart.in l.ſi quis a liberis in §.parens ff. de li-
be.agnoſ.cum text.ibi dixiſſet quod parens
debet ali a filio ratione a naturali;ſubdit ip-
ſe quod educatio parentum a liberis nõ eſt
de iure naturali ſed naturali ratione,que ha
bet vt benefacientibus bene faciamus, vt l.
ſed ſi lege in.§. conſuluit.ff. de peti. hæredi.
& ſecundum eum hoc apparet ex eo quod
huic verbo naturali adiungitur ratio , quæ
non competit alijs animantibus:ideo verba
text.ibi dicentis ratione naturali exponi de
bent.i.iure gentium vt etiam exponit glo.
in d.l.omnes dicens naturalis ratio.i.de iure
gentium ſecundum eum quidem tenuit in l.
1.ff.de iuſti.& iure.¶Et conſidera etiã, quod
hoc ius naturale omnibus animãtibus cõmu
ne proprie loquẽdo vocatur quidẽ ſtimulus
ſiue inſtinctus naturæ:vt glo.inquit in d.l.1.
& in c.ius naturale.1.diſtin.& in §.1.Inſtitu.
de iure natu.nã nec reſpectu brutorũ poteſt
hoc ꝓprie ius naturale dici: eſt enim differẽ-
tia inter homines & alia animalia ratione ca
rẽtia;nã licet omniũ illorũ ſit aliqs determi-
natus & proprius finis,& contingat cõſequi
illum finẽ,tamen ratione carentia nõ cogno
ſcunt rationẽ finis nec proportionem operis
ad finem;hoc eſt quia habent finẽ quem ali-
quando conſequũtur per operationem pro-
priã cõuenientẽ ſpeciei generi ipſorum:& ta
men neſciũt eſſe finẽ ſummũ quẽ conſequun
tur:etiã neſciũt quis ſit modus veniẽdi in fi-
nem vel deuiandi,quod eſt non cognoſcere
rationẽ finis & proportionẽ operis ad finẽ:
homo autem quia ratione vtitur,habet hoc
ſpecialiter,quia cognoſcit finem ſicut cætera
cognitiua,& inſuper cognoſcit rationem fi-
nis & proportionẽ operis ad finẽ: & ideo li-
cet tam in eo quã in omnibus animantibus
ſit naturalis conceptio & inclinatio,tamẽ cõ
ceptio naturalis indita homini quæ dirigi-
tur ad operandũ cõuenienter in finẽ dicitur
lex naturalis vel ius naturale. In brutis au-
tem illa naturalis conceptio proprie voca-
tur naturalis æſtimatio.Ratio differẽtiæ pa
tet quia lex nominat regulã ad aliquid agẽ-
dum,& ſic non cõpetit niſi illis qui ad regu-
lam aſpicere poſſunt ſecundum eam cõpo-
nere actiones,hoc autẽ ſolũ eſt eorũ qui actio
num ſuarũ libertatẽ habẽt & dominiũ, bru-
ta autẽ non habẽt dominiũ actionũ ſuarũ ſed
ex vi inſita naturæ mouentur magis ad con
uenienter exercendũ actiones,quaſi impulſa
quam regulẽtur quaſi agẽtia ex proprio ar
bitrio:aguntur enim magis quam agunt, &
ſic proprie in ſolis hominibus eſt lex natura
lis vel ius naturale , q̃ eſt cõceptio quedã na
turaliter homini indita,qua dirigitur ad agẽ
dum in actionibus proprijs ſiue competant
ei ex natura generis vt comedere & gignere
ſiue ex conditione ſpeciei,vt ratiocinari & ſi
milia.¶Sed adhuc loquendo de illo iure na-
turali ſtrictiſsimo brutis & hominibus com
mune eſt liberorum educatio vt in dictis iu
ribus continetur , nec tamen ſic groſſæ hæc
educationis cura intelligenda eſt in brutis
& hominibus eodem modo nam natura
hominis inclinat ad aliquid dupliciter :
vno modo quia eſt conueniens naturæ ge-
neris &

neris & hoc eſt commune omnibus animalibus, alio modo quod eſt conueniens naturæ differentiæ;& ſic eſt naturale homini actum prudentię vel temperantię habere. In quantum eſt animal rationale & ſicut eſt ſibi natura eſſe rationale: ita eſt naturale habere actum rationis quod ad prudentiam & virtutes pertinet, & ſicut natura generis quanuis ſit vna omnibus animalibus tamen non eſt in omnibus eodẽ modo ſed ſecũdum quod vnicuique competit ita inclinari ad propagationem & educationem, licet ſit omnibus animalibus communis modus: tamen propagandi & educandi ad quem inclinat, non eſt omnibus animalibus idem: ſed vnicuiq; ſecundum ſuã ſpeciem. & quia humana ſpecies viget ratione competit ei propagatio & educatio ſecundũ rationẽ, hoc eſt vt taliter iungantur ſic educẽt filios qualiter ad cõuenientẽ educationẽ prolis & ipſorum conuenientiũ bonum ſtatum cõpetat: nã etiam in animalibus educatio nõ recipitur eadem in omnibus: cum in quibuſdã ſufficiat ſola femella, & in alijs filij nati, ſtatim poſſunt cibũ quęrere, & ita nõ indigent aliqua educatione parentum: alia ſunt in quibus & ſi maſculorum cura ſit aliquantulum neceſſaria, tamẽ pauco tempore. In hominibus autem eſt aliud, nam vtriuſque parentis cura neceſſaria eſt in educatione filiorum longo tempore;& cum ſit animal rationale prouidet etiam eis aliquid poſt mortem relinquere, vnde ſe ſubſtentare poſſent cum theſaurizare parentes filijs ſuis debeant iuxta apoſtoli ſententiam. 2. Corinth. 12. & ad hoc naturali ratione inclinatur: itaque loquendo de illo iure naturali ſtrictiſsimo brutis & hominibus communi, quod proprie ſtimulus vocatur ſeu inſtinctus naturæ, poſſunt verificari multæ doctorum expoſitiones, de quibus ſupra. & adhuc de iſto iure naturali eſt liberorum educatio, licet aliter in hominibus, aliter in animalibus, vt ante dictum eſt & quod legitima in locum alimentorũ a iure ſucceſsit, patet in iuribꝰ allegatis. ¶Aliud eſt ius naturale non ſic ſtrictiſsimo modo ſumptum prout brutis & hominibus commune eſt ſed quia tantum hominibus cõuenit, quod proprie ius naturale gentium appellatur: ſic cum appellat Imperator in §. ſingulorum. Inſti. de rerũ diuiſio. & in §. ſed naturalia. Inſti. de iuſti. & iure. & in §. ius naturale. 1. diſtin. & in §. & quidẽ Inſti. de rerũ diui. & in pluribus iuribus. facit. l. omnes verſi. quod naturalis ratio. ff. de iuſti & iure. & in pluribus iuribus hoc eſt expreſſũ. vbi iuriſconſulti appellant ius naturale illud quod ſolum gentibus non brutis conuenit. ſic ab Acurſio & alijs doctoribus hoc appellatur ius naturale gentium: quia hoc gẽtium proprium eſt, non autem brutorum quæ ratione carent, nam cum ius naturale eſt illud qđ eſt ex principio, quod a natura eſt inductũ, iſtud principium eſt ratio in homine, quia non acquiſita fuit homini: ſed innata. quicquid directe deſcendit de dictamine rationis ſine aliqua lege poſitiua ius naturale vocatur ſiue illud ſit de actionibus pertinentibus ad homines ſolum in quantum ſunt vel etiã in quantum animalia, omnibus enim rebus naturaliter inſunt quędam principia quibus nõ ſolũ operationes proprias efficere poſſunt, ſed etiam quibus eas fini ſuo cõuenientes facere poſſunt, quia natura cum ſit optime inſtituta vt dicitur. 12. Machabe. in fine non ſolum prouidet rebus, vt agant ſed etiã vt conuenienter agant: & quia quicquid a natura datur, naturale eſt. dicẽdum eſt quod principia in quibuſlibet rebus ad reddẽdas operationes ſuas conuenientes ſuo fini ſunt naturalia;& ſic reddere opera conuenientia ſuo fini ſit eis naturale:& hoc eſt generale ſiue quãtum ad actiones, quæ conſequuntur rem aliquam ex natura ſui generis, ſiue quãtum ad eas quę conſequuntur ex natura ſpeciei: ſicut magneti competit ferri deorſum ex natura ſui generis, ſcilicet, in quãtum eſt lapis & conſequenter grauis & competit ei trahere ferrũ ex natura ſuę ſpeciei:& ad vtranque actionem eſt principium naturale ſicut in homine eſt ratio, vt ſupra dictũ. Eſt & de hoc iure naturali gentiũ eſt liberorum ſucceſsio, vt dicit tex. in d. c. ius naturale vbi literas (ius naturale eſt cõmune omniũ nationum eo quod vbique inſtinctu naturæ non conſtitutione habetur aliqua vt viri & fæminæ coniunctio, liberorum ſucceſsio, puerorum educatio, &c. Probatur in l. ſcripto. in fine. ff. vnde libe. ibi (liberos naturæ ſimul & parentum commune votum) & in l. cum ratio. ff. de bono. damnato. cum alijs. abſurdum ergo imo abſurdiſsimũ eſt quod affirmant aliqui. ſ. legitimam poſſe in totũ tolli cum ſit de hoc iure naturali gentiũ qđ immutabile eſt vt in d. §. ſed naturalia q tex. loquitur de hoc iure naturali gentiũ, & alia iura ſuperius adducta idẽ diſponunt. ¶Et loquendo de hoc iure naturali hæc differentia



quã ſcribentes faciũt de ratione naturali ad ius naturale, non probatur iure imo propria ratio naturalis cẽſetur lex naturalis animalibus rationalibus cõueniens, pro quo adduco in expreſſo verba notanda Archi. in d. c. ius autẽ naturale. 1. diſtin. vbi dicit ꝙ duplex eſt lex. ſ. naturalis communis:& iſta omnibus animalibus brutis & alijs communis eſt, alia eſt lex naturalis rationalis, cui animalia nõ participãt, & de hac loquitur text. in d. c. ius autẽ. & ſecundum eum iſtę duæ leges fuerunt ante legẽ Moſaycã: & ſubdit ad propoſitũ ꝙ iſta lex naturalis rationalis nil aliud eſt quã naturalis ratio & ita cõcludit ꝙ iſta ratio naturalis eſt lex naturalis, & in hoc differt ab alia cõmuni quia hęc rationalis ꝓcedebat inſtinctu naturę raõnali. ¶Vnde dico ꝙ ſi lex humana præcipit legitimam filijs relinqui. ideo præcepit quia tanquã ſecundũ ipſam naturã & ius naturale rationale eis debebatur, vt dicit tex. in auth. de hære. & fal. ibi tanquã, &c. Eſt enim primo de ratione legis humanæ ꝙ ſit deriuata a lege naturę; vnde inquit Auguſt. in lib. de libero arbitro, ꝙ non videtur eſſe lex quæ iuſta nõ fuerit & in quantum habet de materia tantũ habet de veritate legis: & in iuribus humanis dicitur eſſe aliquid iuſtũ ex eo quod eſt rectũ ſecundũ regulã rationis: rationis autẽ prima regula eſt lex naturę: vnde lex humana tantum habet de ratione legis in quantũ a lege naturę deriuatur. Si vero a lege naturę in aliquo diſcordet iam non erit lex ſed legis corruptio vt latius per Archi. in. d. c. ius autẽ naturale, & ſubdit Archi. in. c. ſequenti, incipit ius naturale. quod ſecundũ hãc rationem eſt inclinatio hominis ad bonum ſecũdum naturam rationis, quę eſt ſibi propria ſicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc vt veritatem cognoſcat de Deo & ad hoc quod in ſocietate viuat:& ſecũdum hoc ad legem naturalem pertinent ea, quæ ad huiuſmodi veritatem ſpectant vt pote quod homo ignorantiam vitet, & aliquos non offendat cum quibus debet conuerſari & huiuſmodi. Præterea hoc declarat notabiliter S. Thom. in prima ſecundæ. quæſt. 94. per totam quæſtio. vbi dicit quod lex naturalis eſt aliquid per rationem conſtitutum, & omnia illa ad quæ homo habet naturalem inclinationem, ratio naturaliter apprehendit vt bona & per conſequens vt opere proſequenda contraria eorum vt mala euitanda. Vnde ſecundum ordinem inclinationum naturalium eſt ordo pręceptorum legis naturę: ineſt enim primo inclinatio hominis ad bonum ſecundum naturam in qua communicat cum omnibus ſubſtantijs, prout quilibet ſubſtantiam appetit conſeruationis ſui eſſe ſecundum ſuam naturam;& ſecundũ hanc inclinationem pertinent ad legem naturalẽ ea per quę vita hominis conſeruatur & contrarium impeditur. Secundo modo ineſt homini inclinatio ad aliqua magis ſpecialia ſecundum naturam in qua communicat cum cæteris animalibus & ſecundum hoc ea dicũtur eſſe de iure naturali, qua natura omnia animalia docuit, vt eſt commixtio maris & fœminæ, educatio liberorum & ſimilia. Tertio modo ineſt homini inclinatio ad bonum ſecundum naturam quæ eſt ſibi propria, ſicut homo habet naturalem inclinationẽ ad hoc quod veritatẽ cognoſcat de Deo, ꝙ in ſocietate viuat. & ſecundũ hoc ad legẽ naturalem pertinent ea quę ad huiuſmodi inclinationẽ ſpectãt, vt ꝙ homo ignorantiam vitet & ꝙ alios non offendat cũ quibus debet cõuerſari & cętera huiuſmodi vt ſingulariter dicit Thom. in art. 2. illius quęſtionis. & ſic loquendo de lege naturali prout conuenit homini ſecundum ſuam naturam quę eſt vt ſit animal rationale ad legẽ naturæ pertinet omne illud ad q̄d homo inclinatur ſecundum ſuam naturam: quia vnũquodq; inclinatur naturaliter ad operationẽ ſibi conuenientẽ ſecundum ſuã propriam formam, ſicut ignis ad calefaciendũ. vnde cum anima rationalis ſit propria forma hominis, naturalis inclinatio ineſt cuilibet homini ad hoc quod agat ſecundum rationem, & hoc eſt agere ſecundũ veritatem, vt ipſe ait in tertio argumento, & ſic homini propriũ & naturale & de lege naturę eſt, vt inclinetur ad agendum ſecũdum rationẽ. Et ſic cõcludit in articulo quinto ad finẽ ꝙ aliquod dicitur de iure naturali dupliciter. Vno modo quia natura ad hoc inclinat, alio mõ quia natura non inducit contrariũ, vt late hoc exẽplificat, & ſic hoc erit in homine ius naturale & erit in hominibus de lege ſeu iure naturali illud ad qđ inclinatur ſecundum ſuam naturã, quæ eſt rationalis, & in hoc multi decipiũtur vt ait Tho. in art. 2. quia licet iſta propoſitio, hõ eſt animal rationale ſit ꝑ ſe nota ſcđm ſui naturã, qa qui dicit hominẽ dicit rationale, tñ ignorãti non eſt nota. ¶Tertio, quia dato quod omnia ceſſaſſent cum legitima ſuccedat loco alimẽtorum & alimenta ſint de iure naturali: ergo

& legiti-

& legitima eſſetur de iure naturali: nec hoc
argumentū videtur .. ibi habere reſponſio
nem. verum eſt ꝙ B..l.in d.l.1.in §. ius natu-
rale.reſpondet dicens ꝙ mortuo patre defi-
cit ſubiectum in quo fundatur ius naturale:
ergo & qualitas. nam & ante quā deficeret
ipſa lex & ratio naturalis patrem inclinauit
ad relinquēda alimenta filijs ſuis, vnde ſe ſu
ſtentarent poſt mortem ſuā: & ſic licet defe-
cit ſubiectum ꝙ erat pater, quia mortuus eſt
tamen antequā deficeret. ſ. in vita prouidit
relinquere bona filijs ſuis. vnde poſt mortē
ſuam ſe ſubſtentent, a quod ad ipſa natura
inclinatus erat ex maximo amore, quē parē
tes habent ad filios tanquā ſint pars ipſius
vt ait philo. 8. Ethicorū & hoc eſt quod dice
bat apoſtolus ſecundę Corinthio. 13. ſ. parē
tes debent theſaurizare filijs. i. parētes debēt
aliqui reſeruare in q̃ filij ſuccedant eis mor-
tuis. Hoc probatur clare in. §. primo. & in §.
prohibemus. in authent. de trien. & ſemi. ibi
filijs forte & in authen. de here. & falci. §. pri
6 mo. ¶ Ex quibus concluditur manifeſte qđ

Concluſio.

cum legitima in quota ſeu taxatione nō ſit
de iure naturali, imo de iure ciuili, qđ bene
poteſt minui per reſcriptum principis & per
conſequens per licentiā a Rege cōceſſam ad
maioriam faciendam, non autem in totum
tolli. ¶ Et loquendo in caſū magis dubio, ſci
licet, in ſtatuto hoc firmant omnes quod le-
c * gitima poſſet minui* per ſtatutū, licet non
in totū tolli. Principio in hac opinione fuit
Dynus in capitulo indultum. de regulis iu-
ris. libro. 6. Saliçet. poſt eum in authenti. no-
uiſsima & in l. ſcimus. & ibi Cinus. C. de nup
tijs Bar. licet nō determinate in l. titio centū.
in §. ſed cum ante nuptias. ff. de cōd. & demō
ſtra. Bald. in d. l. 1. in §. ius naturale. Rota de
ciſione. 29. quæ refert Anto. in capitulo Raī
nuntius & Abb. ibi idem Bal. in capit. 1. de
feud. & in l. cum lege de epiſ. & cle. & in l. fi.
in. §. ipſum autem. C. de bo. quæ lib. & in
authen. nunc autem C. de epiſ. & cle. Calde.
in titulo de conſti. con. 15. Cardi. in d. c. Raī.
nuntius allegans rotā deciſione. 21. incipit
fuit dubitatū Imol. in d. l. titio centum di-
cit hanc eſſe opinionem communem. Hanc
opinio. alij multi ſequuti ſunt quos recitauit
Andre. Sicu. in d. c. Rainuntius. 44. col. verſ.
nota quod prætextu conſuetudinis. vbi fir-
mauit plus quod per ſtatutū, nec in totum,
nec in parte poſſet minui legitima. dicit eſſe
caſum in l. hac edictali. in principi. ibi ita ta-
men vt quarta pars quæ ei debetur nullo
modo minuatur. C. de ſecun. nupt. ſed. ver-
ba nullo modo tollunt poteſt tem ſtatuēdi
contrarium glo. in Cle. si qui. de æta. & qua
li. l. fi. de teſta. milli iuncto eo quod dicit An
ge. in l. ſi quæramus. ff. de teſtam. dicit eſſe ca
ſum in. §. prohibemus. de trien. & ſemi. ibi
(nec licebit de cætero) & multo minus ſecun
dum eum poſſet minui a ſtatuto comitis vel
marchionis, vt ibi per eū latius & licet An-
dre. Scu. ſibi hanc. opinio. appropriauerit ta
men prius fuit Salicet in. d. authent. nouiſsi-
ma. 8. colū. per dicta iura eo modo inducta
vt induxit Siculus licet non perſiſtat in ea.
¶ Tu tene opinionem communem, quæ ha-
bet quod poteſt minui: imo voluerūt aliqui
quod in totum poſſet tolli * & huius opinio.
fuit Ange in. §. 1 in authen. de heredi. & fal.
& in dic. l. Papinianus in. §. quarta. Cinus in
d. l. ſcimus fin. verbis Franciſcus in cle. paſto
ralis. §. 1. ad finem de re iud. & adhuc Abba.
in d. ca. Rainuntius inuenit aliā opinionē di
ſtinguēdo, ſcilicet, quod vbi filius nō habet
vnde viuat, non valeret ſtatutū in totū ab
ſorbens legitimam, alias ſecus; quia tūc ceſ-
ſat æquitas naturalis & ſuccedit alia regula,
ſcilicet, quod in re ſua quilibet eſt modera-
tor & arbiter (vt ante dixi) etiam in ſtatuto
teneo communem, ſcilicet, quod poſſet mi-
nui non in totum tolli, cum ſimpliciter ſit
de iure naturali non in quota. ¶ Ad propoſi
tum idem teneo in caſu in quo ſumus, ſcili-
cet, in licentia alicui per regem conceſſa ad
maioricatum faciendum: nam virtute huius
licentiæ pater minuēdo legitimam aliorum
filiorum poſſet vni maioriam conſtituere
vltra tertiam & quintam, de qua hic atten-
to principio ſupra poſito, ſcilicet. quod taxa
tio legitimæ & eius quotitas eſt de iure ciui-
li: nam princeps cōtra tale ius ciuile reſcribe
re poteſt apponendo clauſulam non obſtan
te tali lege vt communiter apponitur in di-
ctis facultatibus *. patet in l. omnes & in l. fi.
per totum. C ſi contra ius. & in l. reſcripta de
preci. Impera. offerent. & hoc in terminis de
cidit Ioan. Faber. in l. ſi quando C de inoffi.
teſt. dicens quod legitima poteſt tolli per re
ſcriptū principis. Hoc idē tenuit Andr. Sicu.
in d. c. Rainuntius ad finem. allega Dynum
vbi ſupra. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iuris li-
cet loquatur nimis generaliter dādo regulā
quod legitima poteſt tolli per reſcriptū prin ci
pis Hoc idē tenuit And. Sicu. in d. c. Raīnun.
58. col. verſi. & ideo elicio iſtā concluſionē. di
cēs ꝙ in ſtatuto quæſtio. poſſet eſſe dubia ſi
poſſet

* Et vltra ſuperius allegata hanc dicit cōem op. Phil. Dec in conſi. 19. co. 4. vbi refert plures autoritates, & de ſtatuto minuente legitimā filiorū vi. Alexand. de Imo. conſi. 55. viſo puncto q. col. 2. vel. 2. & adde cōcordia in hac materia inter opi. cōtrarias per Docto. de Pala. Rub. repe c. per veſtras. §. 21. in prin. fol. mihi 39.



poſſet tolli vel minui legitima, ſed per legem
imperialē tenet quod in totū pōt tolli & mi-
nui mouetur quia lege ciuili prohibitū eſt le
gitimā in totū tolli vel diminui vt in d. §. p-
hibemus. ergo eadē diſpoſitione poteſt tolli
& derogari derogādo diſpoſitioni. d. §. pro-
hibemus. Nam procedit hoc argumentum:
iſtud eſt de iure ciuili ergo eodem iure ciuili
tolli poteſt. l. captatorias. ff. de teſt. milit. ibi
ſenatus reprobauit, ergo approbare pōt. l.
moribus. ff. de vulgari. & pupillari. l. more.
ff. de acquir. hæred. iſtud nō teneo in quantū
firmat ꝙ in totum poſſet tolli, nā nego ante-
cedens. ſ. quod in totum ſit de iure ciuili vt
nūc pleniſsime ꝓbaui & ſic manēt deſtructa
eius corolaria. ¶ Adde etiā Bal. ad propoſitū
in. l. fi. in. 2. col. C. de fru. & liti. expen. qui di-
cit, ꝙ princeps poteſt alicui concedere pote-
ſtatem teſtandi diminuta legitima: ſubdit ꝙ
iſtud priuilegiū minuens legitimā non eſt ini
quum, quia licet legitima ſit de iure naturali
loco alimentorum non tamen eius meta ſed
8 de arbitrio legislatoris. ¶ Ex quibus maneo
in hac concluſione, per quam ſecundo limi-
tatur hæc lex vt obtineat niſi princeps con-
ceſsiſſet alicui licenciam faciēdi maioricatū
& diſponendi ad libitū, de bonis ſuis in vnū
filiū, quem vellet: nam virtute talis licentię,
& facultatis poterit relinquere vni ex filijs
quē elegerit vltra tertiā & quintā hic taxa-
tam. & ex hoc principio ſubſtentātur hodie
licentiæ tales & maioricatus, qui earum vir-
tute cōſtituuntur vt valeant, nec filij poſſunt
ſuper hoc conqueri nec illorū conſenſus re
quiritur ad maioriam validandā, vt vulgus
aliquando credit. & iſta cōcluſio poteſt dila-
tari ex fundamentis in locis vulgaribus tra-
ditis, vbi diſponitur principē poſſe reſcribe
9 re cōtra ea, quę iure ciuili inducta ſunt. ¶ In-
tellige tamē ſingulariter hanc cōcluſionem,
quę habet quod per ſtatutū vł reſcriptū prin
cipis non poſſet in totū auferri legitima, li-
cet diminui ſic, ꝙ ſi pater haberet licentiā ſeu
regiā facultatē ad maioricatū faciendū licet
vigore talis licentiæ bene poſſet grauare fi-
lios in quantitate legitimę & relinquere fi-
lio maiori vltra tertiam & quintā per hanc
legē taxatā; tamen vigore talis licentiæ non
poſſet dictos filios in totū priuare legitima
ſua * & vniuerſum patrimoniū filio maiori
relinquere, ſed debet alijs filijs minoribus a-
liquid pro ſua legitima relinquere: vnde ſe
ſubſtentare poſſent & ſi hoc non facerent di-
cti filij haberent recurſum contra filiū in quē
fuit factus maioricatus, vt ſibi daretur ali-
qua portio * ad ſe ſubſtentandū. allego Bal.
in auth. nunc autem. C. de epiſco. & cler. vbi
dicit ſe pridie cōſuluiſſe quod valet ſtatutū
quod nō poſsit peti legitima ſi aliquid ſucce
dit loco legitimæ, puta dos filiæ nuptæ: tūc
enim nō aufertur in totum ſed minuitur. idē
Bald. in. l. cum lege eo. tit. ibi enim tractādo
vtrum per ſtatutum poſſet minui legitimā
concludit ꝙ ſi in totum non tolleret, ſed li-
mitaret, ꝙ valeret niſi limitaret in fraudē ali
mentorum. Ratio eſt ſecūdum eum quia me
ta quæ imponitur portioni eſt de iure ciuili:
ſed meta legitimæ & alimentorum eſt de iu
re naturali: vnde non poteſt in totū tolli ſed
diſtingui. Idem Salice. in authen. nouiſsima.
col. 7. C. de inof. teſtam. dicēs quod licet ſta-
tutum poſsit ex cauſa minuere legitimā ſed
tamen ꝙ nō poteſt in totū tollere, niſi de ali-
quo prouideatur per ſtatutū quod loco le-
gitimę habeat ſuccedere, ſicut videmus quo
tidie ſtatuta fieri quæ prohibent fœminas
ſuccedere cum maſculis & legitimam pete-
re: ſed prouident vt arbitrio propinquorum
dotentur: dos enim iſta ſuccedit loco legiti-
mæ licet forte diminutæ. Vn̄ dicit ꝙ ſi ſtatu
tū nō prouideret in aliquo, qđ puta nō tene-
re tanquam irrationale, & contra omnē legē
tam naturæ quam diuinam canonicam & ci
uilem, tenent etiam Doctores quos nunc re-
tuli in hac quæſtione vtrum per ſtatutum
poſſet tolli legitima, iuuat quod not. Ioann.
And. in regula ſine culpa. de regu. iur. li. 6. in
mercuria. quem refert Abb. & ſequitur in c.
licet. de voto fin. col. vbi tenent quando hæ-
reditas ex conſuetudine debetur primoge-
nito, debet ſubueniri ſuis fratribus & eis aſſi
gnare tantum attenta facultate & dignitate
principatus ſeu maioratus, vnde congrue
poſſent ſubſtentari, ita tamen quod tantum
remaneat primogenito vnde poſſet honori-
fice regere principatum, alias conſuetudo eſ
ſet irrationabilis, quod bene nota, quia vidi
multoties filios habere recurſum contra fra
trem maiorem cui maioria relicta eſt. Idem
tenet Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumma
trini. & fid. catho. vid. infra in 11. limitatiōe.
¶ Ex quibus infertur ad quæſtionem quoti-
dianā, quod ſi filia illius qui fecit maioriā in
filiū ſuū maiorē, nō habet de paternis bonis
vnde poſſet ſe dotare qđ poteſt agere cōtra
fratrē ſuū maiorē * cui maioria facta eſt vt
illam dotet etiā de bonis maioriæ, & hoc in
dubitatum eſt vbi eſſet filia illius qui fecit
maio-

* Et ideo doctor de Pala. Rub. in repe. rubri. de donat. inter virum & vxo-rem. fol. 10. §. 16. fi. co. dicit qui ergo vult recte facere maioratū relinquat filijs legitimā vel dote competentē vel faciat quod filij renūtiēt expreſſe legitime & eius ſupplemento cum iuramento.

* Adde Doctores de Pala. Rub. in re

*pe.ca.per ve ſtras de duna tio.inter vir. & vxo. §. 2.4.incipien tẽ auus carta mihi. 120. in verſi. Ex hoc infertur ad vnũ val de ſingu.*

maioriã nihilo aut modico ſibi relicto,p ſua
legitima, vnde poſſet ſe dotare ſeu alimenta
re & ſic multoties vidi pronunciatũ in Can-
cellaria, quod manifeſte probatur ex ante di
cta concluſione, ſcilicet, quod per licentiã re
giam alicui cõceſſam ad maioriã faciendam
nõ põt pater totũ patrimoniũ vni relinque
re, alios filios a tota legitima priuãdo, licet
eorũ legitimã minuere poſſet. ¶ Vbi autem
maioria eſſet ab auo vel proauo & ſic ab an
tiquo vtrũ tunc deſcẽdens maioriã poſsidẽs
teneretur dotare ſororẽ ſuã nõ habentẽ vn-
de cõgrue ſe poſſet dotare, ſecũdũ ſtatũ ſuũ?
quæſtio. eſt dubia valde quia in ea ceſsãt fun
damẽta, ante dicta, ęquitas videtur ſua dere
*f ꝙ ſic, * vbi frater haberet bona maioriæ ex
quorũ fructibus ſine magno incõmodo ſta-
tus & perſonę hoc poſſet facere: nã frater te-
netur dotare ſororẽ ſuã ſi non habet vnde ſe
dotet. Notab. tex. in. l. nõ omni ibi glo. C de
admi. tuto. doct. in. l. fi. C. de dotis promi. fa-
cit. l. cũ plures in. §. cum tutor. ff. de admi. tu-
to, a cõtrario ſenſu. Idem Cinus & do. in d. l.
nõ omni, quia tenetur ipſam alere. ff. de tu. &
ra. diſ. l. 1. §. 1. l. q filiũ. ff. vbi pupi. edu. de. er
go & dotare ꝙ intellige ſi eſſet ex eodẽ patre
nata, vt docto. dicunt. Sic vidi pronunciatũ
in Cancellaria pluries, ſuper quo feci quan-
dã pulchrã allegationẽ quã inuenies in meis
11 conſilijs ſi ad lucẽ venerint. ¶ Vtrũ autẽ bo-
na maiorię quę ſunt ſubiecta reſtitutioni &
alienari expreſſe prohibita poſsint alienari
*g ſeu obligari ,p dote abſq; licẽtia regis? * nã
per auth. res quę. C. cõmunia de lega. videba
tur ꝙ ſic. ſed glo. in l. nulla. C. de iure do. quę
eſt valde ſing. tenet cõtrariũ imo ꝙ diſpoſi-
tio dictę auth. nõ vendicet ſibi locũ in re quę
expreſſe in contractu vel alia diſpoſitione eſ
ſet prohibita alienari de qua gl. Bal. ibi facit
maximum feſtum. Idem tenuit ipſe Bal. in c.
1. in §. donare. quali. olim feu. ali. po. idẽ vi-
detur ipſe tenere in §. imperialẽ de pro. feu.
alie. per Fede. contrariũ tenẽt Bal. Salic. Iac.
de Are. & Cinus in l. voluntas. C. de fideicõ.
Salic. in l. fi. in pe. quęſt. C. de re. alie. per text.
in arg. in d. auth. res quæ in l. mulier. in §. cũ
proponeretur & l. a filia. ff. ad trebe. idẽ ſen-
tit Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. Alex. in
l. filius in §. diui. ff. de lega. 1. idem ibi Barto.
quando nulla alia bona ad dotẽ conſtituen-
dã ſtarent, vt dicunt prędicti docto. & ſic lo
quitu. d. auth. lõga eſt quæſtio tacta per mo-
derniores in diuerſis locis. in vno caſu nõ eſt
dubiũ vbi per conſtituentẽ maioriã expreſ-
ſe eſſet prohibita alienatio vel obligatio ex
cauſa dotis vt firmãt quidã moderniores in
d. au. h. res quę & Alex. con. 56. 1. volumine
in 1. col. per fundamẽta quę videas & ita cõ-
ſului in cauſa cuiuſdam magni militis & pro
pter iſtas diuerſitates ſemper cõſ lui & vidi
ſic conſultũ per viros doctos vbi aliquis no
bilis habẽs bona maioriæ contrahit matri-
moniũ, ꝙ ad obligãdũ bona maiorię pro do
te & arris impetretur a rege licẽtia & ſic ſem
per vidi fieri, Infero etiã aliã cõcluſionẽ con-
tra Bal. in. l. 1. in. §. ius naturale in fi. ff. de iu-
ſti. & iure. ꝙ iſtud quod pater debet relinque
re filijs pro ſua legitima diminuta erit pro-
priũ patrimoniũ ſuũ non ſubiacens regulis
alimentorũ. * ideo trãſmittit ad hæredes. Mo *h
ueor quia iſtud ſuccedit loco ſucceſsionis &
legitimæ ſibi debitæ de iure naturali. quod
eſt manifeſtũ: nã vt ſupra probatum eſt, legi
tima nõ põt in totũ tolli cum ſimpliciter li-
cet non in quota ſit de iure naturali. Vnde cũ
hoc ſit verũ neceſſe eſt fateri, ꝙ illud qđ filio
non põt tolli imo debet ei relinqui, debeat
ei relinqui, tanquam proprium patrimoniũ
ſibi debitũ ita quod libere tãrſmittat & ei de
beatur ſiue ſciat operari vel non ſeu dato ꝙ
ceſſaſſent regulæ in alimentis adhibitæ cum
non debeatur ſibi ſimpliciter & abſolute tã
quam alimenta ſed tanquam legitima quæ
ſuccedit loco alimentorũ. ¶ Nec obſtat fun-
damentũ ex quo Bal. videtur moueri ſ. legi-
tima ſuccedit loco alimentorum: ergo in ea
vel integra vel in parte ſeruari debeat regu
la quę in alimentis traditur. nam dico quod
non extat iſta regula * ꝙ pater quia ſi eſſet
vera legitima non eſſet filio diuiti relelinquẽ
da nec ei qui ex opera ſua & induſtria ſe poſ
ſet ſubſtentare, nec illam tranſmitteret cum
alimenta vita finirentur. Ita Salic. in authen.
nouiſsima. melius Cinus in. l. ſcimus. C. de
nup. vbi aperte tollit hãc æquiparationẽ de
alimẽtis ad legitimã, hoc aperte demõſtrat
Cinus in. d. l. ſcimus in fi. ver. legitimã. vltra
conſiderationẽ alimentorũ eſſe a lege ſtatu-
tam: nã ſi ſolum conſideraremus rationẽ ali
mentorũ bene potuiſſet filius agere cõtra hę
redẽ patris vt ei alimenta præſtaret tamen
hoc non obſtãte tex. in. d. §. prohibemus. cõ-
pellit patrẽ ad legitimam filio relinquẽdam
vt inde poſſet viuere filius etiam alijs inſti-
tutis hæredibus, vt ſic pater cogatur reſpõ-
dere naturę nõ hęres eius tanquã egenis ali-
mẽta pręſtare. quid. n. ſi hęres de facto nõ o-
bediret iudici? Quid ſi diſsiparet bona a te-
ſtatore

** Adde plures inſtantias inter dotem & legitimã per Ludo. gome. in §. fuerat inſtit. de actio. col. 6. verſi. 6. fallit.*



ſtatore relicta, interim muſſaret filius ,ppter
quod viſum imperatori iuſtum fuit patrẽ
neceſsitare ad legitimam filijs relinquẽdam
non obſtante quod ipſi filij haberent pro ali
mentis actionem contra hæredem patris, cũ
dicta alimenta ex cauſis ante dictis deficere
poſſent, & ſic ille tex, manifeſte probat legi. i
mam nõ eſſe in totum regulandã regulis ali
mentorum. ¶ Et quod hoc ſit verũ. ſ. ꝙ legiti
ma non ſubiaceat regulis alimentorum te-
nuit Abb. expreſſe in dict. c. Rainuntius. nã
ſequeretur quod nec mater nec auia teneren
tur relinquere filio legitimam, cum pater te-
neatur alere. l. ſi quis a liberis. de libe. agno.
& ipſe & nõ mater dotare. l. fi. de dotis pro-
miſ. idẽ ipſe Abb. in c. Rainũtius. 2. col. in 1.
nota. dicit, nota. ꝙ in legitima non põt filius
grauari vt poſt mortẽ ſuam reſtituat, & ſic
non obſtante paterna volũtate poteſt diſpo
nere de bonis ſibi relictis pro legitima, vt eſt
caſus hic, ex hoc dicit ſe inferre ad propoſi-
tum, quod legitima iure naturali filio debi-
ta non ſuccedit omnino in cauſam alimen-
torum: quia cum alimenta deficiãt per mor
tem filij, ſi hoc eſſet verum, ſequeretur quod
pater poſſet de illa legitima diſponere poſt
mortem filij, quod eſt contra iſtum tex. & il-
lum præterea in eo quod ſuccedit loco legi-
timæ diminutę non poteſt apponi onus ſeu
grauamen Iacob. Butri. Salice. & Paul. & alij
in iſta l. quoniam in prioribus. Imol. in l. fin.
ff. de condit. inſti. in antepen. col. Bart. in l. ti
tio centum. in. §. titio genero. ff. de condit. &
13 demon. ¶ Tenebis menti. ꝙ vigore dictę licẽ
tiæ & facultatis regiæ nõ ſolum pater poteſt
grauare filios in quãtitate legitimæ; verum
etiam in tempore & in prohibendo aliena-
tionẽ & in alijs, puta in eo qđ pater relinqt
filio maiori vel alijs ,p ſua legitima prohibe
i* re ne vllo tẽpore alienẽt: * ſed ſemper quili
bet conſeruet hæreditatem ſibi relictã abſq;
diminutione, ita quod ſemper poſt eius mor
tẽ in ea ſuccedat filius maior deſcẽdẽs abſq;
diuiſione: & ſic de alijs cõditionibus quæ ap
ponuntur ab his qui faciunt maioriam. Hęc
cõcluſio probatur ſatis aperte ex his quæ an
te dicta ſunt, quia quod filius non poſſet gra
uari in legitima eſt đ iure ciuili, vt hac. l. quo
niam, & l. omnimodo iſto tit. ſed hcc alio iu
re ciuili, & per cõſequens a rege tolli poteſt
vt. l. moribus. fi. de vulg. & per totũ. C. ſi cõ-
tra ius & quia omnes ſupra relati tenẽt qđ le
gitima ſit de iure ciuili, quo ad quotã & ad
alias formas, puta qđ iure inſtitutionis relin
quatur, & quod in ea non apponatur graua-
men & conſimilia: vnde omnes has formas
quas ius ciuile induxit eaſdem & ius ciuile
tollere poteſt. ꝙ prime ad hoc facit quod ſcri
pſit Bart. ſingu. in l. titio centũ. §. fi. in col. fi.
ff. de condi. & demonſt. quod ſi per formam
ſtatuti legitima poſſet minui in quantitate,
ergo in tempore. Intentio Bar. eſt, quod vbi
permiſſum eſt grauamen quantitatis appo-
ni in legitima ita & aliud grauamẽ valet er
go conſequentia; legitima poteſt minui per
principem in quantitate: ergo etiam in qua-
litate & forma relinquendi. ¶ Ex ante dictis 14
infero ſingulariter qđ facultates ſeu licẽtiæ
quæ cõceduntur a regibus ad maioricatum
faciendũ, ſunt iniuſtæ * in quantum in eis cõ-
ceditur licentia ad faciendũ maioriã filio ex
filio ex omnibus bonis in multis enim quas
vidi cõtinetur hæc clauſula (de os licencia y
facultad para que de todos vueſtros bienes
o de qualquier parte dellos podays hazer y
hagays mayoradgo en vno de vueſtros hi-
jos, qual quiſieredes, y por bien tuuieredes,
&c.) dico enim qđ in quãtum dicitur de om
nibus bonis, dicta licentia eſt valde iniuſta,
& cõſcienciæ ipſius cõcedentis aduerſa. * Pri
mo, quia per eã expreſſe tollitur legitima a-
lijs filijs, quod aperte eſt, contra ius natura-
le, vt ſupra ,pbaui cum legitima ſit ſimplici-
ter debita filijs a iure naturali, licet nõ in qta
& ad hoc faciunt omnes deciſiones ſupra ad
ductæ ad probandũ, qđ legitima ſimpliciter k*
ſumpta licet non in quota, debetur filijs a iu
re naturali, & in totum non poſſet tolli qua
tenus eſt de iure naturali. licet minui ſic cũ
eius taxatio ſit a iure ciuili, vt dictum eſt. Se
cundo ex hoc dicebat Bal. notanter in l. fin.
in ſecunda colum. C. de fru. & lit. exp. quod
princeps poteſt alicui concedere poteſtatem
teſtandi diminuta legitima, ſubdẽs expreſ-
ſe, quod priuilegium conceſſum ad minuen
dam legitimam non eſt iniquum, ſed ad tol
lendam in totum ſic: cum legitima ſit de iure
naturali loco alimentorum, non tamen eius
meta ſed de arbitrio legiſlatoris. Tertio, qa
princeps ſine iuſtiſsima cauſa non poteſt in
pręiudicium priuati concedere reſcriptum
contra ea quæ ſunt de iure naturali vel gen-
tium. Hæc eſt communis omnium tam legi-
ſtarum quam canoniſtarũ opinio. eſt caſus
expreſſus in Clementi. paſtoralis. de re iudi-
ca. vbi dicitur Imperatorẽ nõ poſſe tollere
ea quę ſunt de iure naturali. Ideo dixit gloſ.
in l. Barbarius, ff. de offic. præto. quod prin-
ceps

*Concluſio.*

** Et ideo facultas vel reſcriptũ datũ alicui ad faciendũ maioratũ de bonis ſuis vel maiori parte ipſorum ipſumq; facere eſt odioſum nõ fauorabile, ita firmat Doctor. de Pala. Rub. repe. cap. per 26. fin. colũ. fol. 110.*

ceps poteſt alicui auferre rē ſuam cum cau-
ſa ſed nō ſine iuſta cauſa, hoc tenent omnes
Canoniſtæ in. c. quæ in eccleſiarū de conſti.
Bal. & omnes in. l. fi. C. ſi cōtra ius vel vtili.
publi. & in l. reſcripta. C. de pre. Impera. offe.
& Bar. in l. 1. ff. de cōſti. & in alijs locis. & Bal.
in l. fi. in penul. col. ver. immediate oppo. C.
ſenten. reſ. non poſſe. dicit quod quædā ſunt
iura quę qui poteſt acquirere etiam contra
principis voluntatem; quia acquiruntur de
iure gentium vt dominia, & iſta nō poſſunt
per principē auferri ſine iuſta cauſa. Idē Bar.
in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. & dicit Rap.
fulgo. in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pu. quod
ſecundū hanc opinionem pluries conſuluit,
quod vbi princeps ius vnicuique nō tribuit
non eſt in eo iuſtitia. Quarto quia clarū eſt,
quod per dictam clauſulam manifeſte prin-
ceps concedit patri poteſtatem exheredandi
alios filios ſine cauſa, cum dicit ꝙ faciat ſi ve
lit in vnū filiū maioriam de omnibus bonis
ſuis. quod valde iniquū & cōtra ius eſt: nam
iura cum magna ponderoſitate & iuris con-
ſultorum labore inuenerūt & ſtatuerūt cau-
ſas iuſtas propter quas pater poſſet filios ex
hæredare vt in. §. cauſas. in auth. vt cum de
appel. cognoſ. Quomodo ergo princeps iu-
ſte & ſine magno onere cōſcientiæ poteſt in
legum derogationē abſq; vlla illarū cauſa-
rum iuſte patri cōcedere ad libitū exhæreda
re filios. Sed ſi illarum aliqua cauſa ſubeſſet
patre ſine licentia regis iure permittēte poſ
ſet filios exhæredare: imo crederem ꝙ pater
quia vigore talis facultatis faceret maioriā
omnium bonorum in vnū ex filijs priuādo
alios bonis ſuis ſine iuſta cauſa, de qua in d.
§. cauſas. peccaret, nec eſſet tutus in foro con-
ſciētiæ, nec excuſaretur prętextu dictę facul-
tatis argu. glo. ſingula. in c. non eſt de voto.
quæ dicit quod vbi papa diſpenſat cum ali-
quo ſine cauſa vera & iuſta in his quæ ſunt
de iure diuino, diſpēſatus nō eſt tutus quo ad
deum in foro conſcientiæ. quam omnes ſe-
quuntur quia illa eſt magis diſſipatio, quā
diſpenſatio, vt late vltra Canoniſtas proſe
quitur Richardus in. 4. ſentē. diſ. 38. quæſti.
9. art. 1. & S. Tho. 2. 2. quęſtio. 88. ar. fi. vnde
dicebat ſing. Archi. in c. ius ciuile. 1. diſtinct.
ꝙ ſi princeps ſtatueret ſine iuſta cauſa quod
aliquo caſu dominum de vno in aliū tranſ-
feratur, nec in foro animæ nec in foro ciuili
talis conſtitutio eſſet ſeruanda. Idem tenuit
Innocen. in. c. quia plerique. ad finem de im
mu. eccleſi. idem Domini. in cap. 1. in 3. colū.
de ſumma trini. li. 6. & quod plus eſt; etiam
vbi cum cauſa iuſta princeps alicui auferret
rem ſuam, ceſſante cauſa deberet idem reſti-
tui ſi poſſet fieri. & nec in foro conſciētiæ nec
in foro cōtentioſo actus principis teneret ceſ
ſante illa cauſa, vt ſingu. firmat Inno. in dict.
cap. quia plerique. do. Anto. & Imo. in d. ca.
quæ in eccleſiarum. & poſt eos quidam mo-
dernior ibi notanter in. 10. col. verſi. ſecun-
do declarat. imo loquēdo in legibus firmat
S. Thom in 1. 2. quæſtio. 96. articulo quarto,
in corpore quæſtionis, quod legi iniquæ &
iniuſtæ non eſt obediendum in foro con-
ſcientientiæ: nam etiam ſi apoſtolus dicat
ad Roma. 3. omnis poteſtas humana a deo
eſt, ideo qui poteſtati reſiſtit ordinationi
Dei reſiſtit, debent ſic poſtilari, ſcilicet, in his
quæ ad poteſtatis ordinem pertinent, ſed ad
ordinem poteſtatis humanæ non pertinet
ſtatuere id quod inducat peccatum ſed quia
quandoque contrarium fit per poteſtates ter
rarum ſiue concedendo aliquid iniuſtum, ſi-
ue ſtatuendo per quod frequenter ingerunt
calumniam & iniuriam hominibus, iuxta il-
lud Eſaiæ. 10. Væ qui condūt leges iniquas
& ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt vt opri-
merent in iudicio pauperes, & vim facerent
cauſæ humiliū. & iudicium conſcientiæ ma-
xime dependeat ex diuinis mandatis, non
eſt in talibus obediendum contra præceptū
ſuperioris id eſt dei, vt pulchre declarat ſan-
ctus Thomas in dicta quæſtione. 96. articu-
lo. 4. ideo multum debent ſemper animad-
uertere, terrarum principes quod ſiue con-
cedendo, ſiue ſtatuendo vt deum præ ocu-
lis habeant ne per ea quæ ipſi faciunt diuina
mandata euacuentur, ne incidant in id quod
Saluator dicebat Matthæ, 15. irritum feciſtis
mādatum Dei propter traditiones veſtras.
¶ Concludo ergo quod dicta clauſula eſt in
iuſtiſsima, ideo conſulo excellentiſsimis re-
gibus noſtris quorum zelus eſt iuſtitiam mi
niſtrare ex recta voluntate ſua, vt dictā clau
ſulam de cætero amoueri faciant, in faculta
tibus concedendis. Idem conſulo dominis
qui præſunt in ſuo conſilio vt non ſignent
facultates cum dicta clauſula cum ab eis in
ſimilibus dependeat exone ratio conſcien-
tiæ regalis. ¶ Plus dico, quod etiā vbi prin- 15
ceps non concederet licentiam ſeu faculta-
tem ad maioriam faciendā de omnibus bo-
nis ſuis, ſed ſolummodo cōcederet alicui fa-
cultatem ad faciendū maioriam in vnum ex
filijs de parte bonorū ſuorū, etiam vltra ter-





tiam & quintam per hanc legē taxatā, & cū
facultate vinculandi nō obſtante hac l. quo
niam in prioribus, quod ſi non præcederet
iuſta cauſa quę principem mouere poſſet ad
hoc* concedendum non iuſte nec cum bo-

*Adde quæ ſcribit Albe. de Roſ. in l. princeps ff. de legib. & doct. in c. quæ in eccleſiarū. de conſtitut. & vid. in ſimili dictū ſingula Arch. in ca. nō liceat pro pe. 12. q. 2.

na conſcientia hoc faceret & concederet; nā
licet verum ſit quod princeps cum ſit lex ci
uilis, poteſt reſcribere contra ius ciuile cum
clauſula non obſtante. iuxta. l. omnes & l. fi.
C. ſi cōtra ius vel vti. pu. & l. reſcripta. C. de
preci Imperatori offeren. tamē cui dubium,
niſi quod derogando leges ſine iuſta cauſa
peccat? Ad hoc moueor quia Imperatores
& Reges cum iuſtiſsima cauſa & magna cau
ſæ cognitione & ex plurimorum deliberato
conſilio leges condiderunt propter bonum
commune & ad optimum & bonum finem,
vt reſpublica bene & iuſte gubernaretur, &
ſic ſtatuerunt legem condendo vt pater non
poſſet relinque vni re ex filijs pluſquā alijs ni-
ſi tertiam & quintam: ſi illam non relinquiſ-
ſet pro anima, vt hic. Item quod in legitima
non poſſet apponi aliquod grauamen. cum
ergo rex in fauorem priuati & in præiudi-
cium aliorum filiorum cōcedit patri licētiā
relinquendi vni ex filijs vltra tertiā & quin-
tam & etiam vinculandi legitimam, certum
eſt quod reuocat dictas leges in præiudiciū
& damnum tertij. Sed hoc facere peccatum
eſt iuſta cauſa non præcedente. Hoc in ex-
preſſo firmat Abbas in cap. quæ in eccleſia-
rum. de conſtitu. ad finem. vbi dicit quod
licet princeps poſſet reſcribere contra ius po
ſitum cum ſit ſupra ipſum vt cap. propoſuit
de conce. præ. tamen vbi non ſub eſt legiti-
ma cauſa veniendi contra ius poſitiuum prin
ceps peccat* illud violando, quia debet face
1* re vt bonus pater familias. & data eſt ei po-
teſtas paſcendi oues, non autem turbādi ſeu
moleſtandi. & debet procedere ex rectitudi-
ne iuſtitiæ & æquitatis nō autem ex affectio
ne ſpeciali, ſecundum Abba. recte loquen-
tem. Idem tenuit Abb. in conſilio. 85. incipit
illud in ſumma. ad finem idem ſentit in ru-
brica de appellat. 2. col. in verſi. ad tertium
in fine in quantum dicit, quod princeps bene
poteſt committere cauſam appellatione re-
mota, vt iura dicunt, quia cum ſtatuit quod
poſt duas ſententias tertio appellare non li-
ceret in cap. ſua. de appellat. &. C. ne liceat
tertio prouo. ita ſuadētibus iuſtis cauſis poſ
ſet a principio hoc facere poſt primam ſen-
tentiam, & ſic requirit iuſtam cauſam ad
veniendum ſeu reſcribendum cōtra ea quæ
a iure diſpoſita ſunt. & hoc eſt veriſſimū quic
quid aliqui diaboli ſcribentes dicant, ad qđ
allego elegantem determinationem B. Tho
mæ in 1. 2. quæſt. 97. artic. 4. vbi tenet quod
cum iuſta cauſa, licite princeps diſpēſat cum
aliquo mutando ſeu derogando id quod a
iure communi ſtatutum eſt, quia contingit
quandoq; quod aliquod præceptū quod eſt
ad cōmodum multitudinis vt in pluribus
non eſt cōueniens* huic perſonæ vel in hoc *m
caſu quia vel per hoc impediretur aliquid
melius vel etiam induceretur aliquod ma-
lum: ideo ille qui habet regere multitudinē
habet poteſtatem diſpenſandi in l. humana
quæ ſuæ authoritati innititur vt ſcilicet, in
perſonis vel caſibus in quibus lex defecit, li
centiam tribuat vt præceptum legis non ſer
uetur, ſed vbi non interueniret iuſta cauſa,
ſed abſq; ratione iuſta, ꝑ ſola voluntate licē
tiam tribuat, iniuſte facit & peccat nam nec
erit fidelis in diſpenſatione, cū nō habeat in-
tentionē ad bonū cōmune, ſed illius priuati:
imo erit imprudens ſi rationem diſpenſandi
ignorat iuxta verba Saluatoris Lucæ. 12.
Quis putas fidelis diſpenſator & prudens
quem conſtituit dominus ſuper familiā ſuā:
hæc Thomas in d. art. 4. in corpore quæſtio-
nis. Idem tenet ipſe in quæſtione. 96. art. 2.
ad finē dicēs, quod princeps eſt ſupra legem
& quantum expediens fuerit poteſt legē mu
tare pro loco & tempore. Nec eſt acceptio
perſonarū, ſi concedat vni ex iuſta cauſa qđ
non concedit lex omnibus: quia ſi non ſeruē
tur æqualia in perſonis inæqualibus iuſte
fit ex iuſta cauſa, vnde quando cōditio alicu
ius perſonæ requiret vt rationabiliter in ea
aliquid ſpecialiter obſeruetur, non eſt per-
ſonarū acceptio ſi ibi aliqua ſpecialis gratia
fiat; vt ait. S. Tho. in d. quęſt. 97. arti. 4. in reſ-
ponſione ad arti. 2. cum cauſa ergo iuſte fa-
cit: ſi ſine cauſa peccat: cū lex ſtatuta ſit ꝑ cō-
muni vtilitate ſecundū Iſidor. & cōmune bo
num non debet intermitti ꝑ priuato cōmo-
do alicuius perſonæ, nam vt dicit Philoſo.
in. 1. Ethico. Bonum gentis diuinius eſt quā
bonum vnius hominis. Itaq; cū apud Deum
non ſit acceptio perſonarū, nec apud eū qui
eius vicem gerit in terris. c. nouit. de iudi. cu
ius iudiciū debet eſſe conforme iudicio Dei
in c. vt noſtrum. vt eccle. bene. diſpenſatio
enim eſt contra ius, ſed lex cōmunis funda-
ta eſt ſuper bono publico. 4. diſt. erit autem
lex & ſuper naturali ratiōe. 1. diſt. c. cōſuetu
do. Sed bonū publicū nō eſt propter cōſide-

derationem priuatam relaxandum in. c bo-
næ de poſtu. prela.& ſic diſpenſatio, per quã
iura relaxantur, ſine iuſta cauſa fieri non de
bet. 23. quæſt. 4. cap. diſplicet. ¶Ex prædictis
Abb. nota: in. c. de multa de preben. 3. colũ.
infert contra Innocen. qui in ca. cum ad mo
naſteriũ. de ſtatu. relig. tenuit papam ſupra
ius poſitiuum diſpenſare ex ſola voluntate:
nam putat quod licet illud procedat quo ad
eccleſiam militantẽ, qui nulli licet de ſuo iu
dicio iudicare, ſecus tamen quo ad deum, cũ
non debeat ſine cauſa relaxare ius funda-
tum ſuper bono publico, cum teneatur ex of
ficio paſcere oues ſuas & facere ſicut bonus
diſpẽſator Lucę. 10. c. ¶Aduertant igitur re
ges & principes ſeculares ad verba Saluato
ris Mathæi. 24. Quis putas eſt fidelis ſeruus
& prudens, quem conſtituit dominus ſuper
familiam ſuam vt det illi cibum in tẽpore
&c. quod & ad principes ſeculares referri po
teſt parabola illa quibus familia gubernan
da commiſſa eſt: nam hi a patre familias id-
eſt deo conſtituti ſunt ſuper familiam ſuam
ſcilicet ſuper populis quibus pręſunt: nam
poteſtas iſta temporalis a deo eſt, vt dicitur
ad Roma. 13. reges enim per deũ regnãt Pro
uerb. 8. & nõ ſolum boni, ſed etiã mali Iob.
cap. 3. qui facit regnare hypocritam propter
peccata populi. eſt enim regnũ & omnis prin
cipatus terrę in manu dei Daniel. 4. donec
ſcias qđ altiſsimus dominatur in regno ho
minum & cuicũque voluerit dabit illud. Si
enim bene & recte gubernent abſque perſo
narum acceptione beatus ille ſeruus quẽ vt
venerit dominus eius inuenerit ſic faciẽtem:
amen dico vobis quoniam ſuper omnia bo
na ſua cõſtituet eum: ſi autem dixerit malus
ſeruus ille in corde ſuo, moram facit domi-
nus venire & cępit percutere ſeruos ſuos. &c.
veniet dominus eius die qua non ſperat, &
hora qua ignorat, & diuidet eũ partemque
eius ponet cum hypocritis; illic erit fletus &
ſtridor dentium, vnde Chryſoſto. in homil.
ſuper dictis verbis, adaptatur etiã & ad prin
cipes ſeculares hæc parabola: vnumquenque
enim his quæ habet ad communem vtilitatẽ
vti oportet non ad nocumentum conſeruo-
rum nec ad perditionem ſui ipſius. Hæc ille.
¶Nec enim nos Chriſtianos quoſdam Impe
ratores ideo fælices dicimus, quia vł diutius
imperarunt, vel imperantes filios morte pla
cida reliquerũt, vł hoſtes reipublicę domu
erunt, vł inimicos ciues aduerſus ſe inſurgẽ
tes opprimere potuerũt, hæc enim & alia hu

ius vitæ ęrũnoſæ vel munera, vel ſolatia qa
dam etiam cultores dæmonũ accipere mer-
uerunt qui nõ pertinent ad regnũ dei, quo
pertinent iſti. & hoc ipſius miſericordia fa-
ctum eſt ne ab illo iſta qui in eum crederunt
velut ſumma bona deſiderarent: ſed fælices
eos dici ſi iuſte imperant ſi inter linguas ſu-
bliniter honorãtium & obſequia nimis hu
militer ſalutantium non extolluntur, ſed ſe
homines eſſe meminerint, ſi ſuam poteſtatẽ
ad dei cultum maxime dilatandum maieſta
ti eius famulam faciunt: ſi deum timent dili-
gunt & colunt: ſi plus amant illud regnum,
vbi non timent habere conſortes; ſi tardius
vindicant, facile ignoſcant: ſi eandem vindi
ctam pro neceſsitate regendæ tuẽdæque rei
publicæ non pro ſaturandis inimicitiarum
odijs exercent: ſi eandem veniam non ad im
punitatem iniquitatis, ſed ad ſpem correctio
nis indulgent; ſi quod aſpere coguntur ple-
rũque dicernere miſericordię lenitate & be-
neficiorum largitate compenſant: ſi luxuria
tanto eſt eis caſtigatior, quanto poſſet eſſe li
berior: ſi malunt cupiditatibus prauis, quã
quibuslibet gentibus imperare: & ſi hęc om
nia faciunt non propter ardorem inanis glo
riæ ſed charitate fęlicitatis ęternę: ſi pro ſuis
peccatis humilitatis, & miſeratiõis, & oratio
nis ſacrificium, vero deo ſuo immolare non
negligunt, tales Chriſtianos Imperatores di
cimus eſſe felices interim ſpe poſtea re ipſa
futuros cum id qđ expoſcimus aduenerit.
hæc pulcherrima ſunt B. Augu. verba in li. 16
de ciui. Dei. lib. 5. ca. 24. Prædicta nota per
quæ a radice cognoſces, quo fundamẽto va-
dunt & ſubſtentãtur maioricatus regni no-
ſtri, qui fiunt quotidie cum licentia regis* nã
duo ſunt quæ obſtant alicui, vt per ſe non
poſſet abſque regia licentia facere maiorica
tum. Primum quia quota legitimę eſt a lege
certa & determinata, vltra quam pater non
poteſt excedere, vt hic & in dict. authen. no-
uiſsima, ſecundum quod in ea nullum gra-
uamen poſſet filio apponi ſcilicet quod non
alienet, quod veniat ad filium maiorem: &
ſic de ſimilibus vt eſt caſus in hac lege. Quę
omnia derogantur per principem, vbi cõce-
dit dictam licentiam. ergo derogando & po
nendo clauſulam derogatoriam dictarũ le-
gum manet firmus maioricatus dato, quod
in eo apponatur grauamen quantitatis & ſi
milia. ¶ Sẽper etiam aduertas vbi impetras
licentiam ad maioricatum faciendum, quod
late facias illam ordinare, in qua cõtineatur

*Et an pa... tes habent licentiam ... principe ... ciẽdi maio... rũ poſſint vti ſalua ſciẽtia. ... Co. de Pala. Ru. rep. c. per veſtras de do. inter vi... rũ & vxo... §. 26. i. ... cepi. reſta... nunt exam... ndre.
* n

quod



quod princeps dat & concedit patri licentiã
& facultatẽ ad diſponẽdum & faciendũ ma-
ioricatum de bonis ſuis in vita vł in morte
per viam teſtamenti vel contradictus inter
viuos. vel alio quouis modo, & quoquo ti-
tulo dare vel relinquere vni ex filijs in quẽ
cõſtituere vellet maioriã & memoriã domus
ſuæ, vel etiã in duos vel plures ex filijs, put
voluerit cum omnibus cõditionibus & vin
culis, quæ apponere voluerit, grauãdo filios
in quantitate legitimæ per leges taxata & ap
ponendo alia onera & grauamina, prout ſi-
bi viſum fuerit, non obſtantibus legibus di-
ſponentibus, quod pater debeat relinquere
filijs pro legitima certã taxationem, & quod
vltra tertiam & quintam non poſſet melio
rare vnum ex filijs, & non obſtantibus legi-
bus diſponentibus quod in eo quod pater re
linquit filio pro ſua legitima, nullum graua
men nec onus, ſeu conditionẽ apponere poſ
ſet, nã alias ſi ſub nube & implicite aliquis
impetraret a principe liberam teſtamenti fa
ctionem non ſpecifice ad ſupradicta nec cum
derogatione dictarum legum, non poſſet vi
gore talis facultatis facere nec diſponere ma
ioriam cum dictis vinculis in præiudiciũ fi-
liorum. Allego ad hoc tex. ſing. in l. quando
C. de inoffi. teſta. vbi eſt tex. ſing. qđ quando
princeps conceſſerit alicui liberã teſtamenti
factionem: nil aliud videtur principem con
cedere niſi vt ille cui cõceſsio facta eſt habeat
cõnſuetam & legitimã teſtamenti factionẽ,
nec enim credendũ eſt Romanũ Pontificem
qui iura tuetur huiuſmodi verbo totam ob
ſeruationem teſtamẽtorũ multis vigilijs ex
cogitantem atqꝫ inuentã, velle euertere: & di
cit ibi glo. illud eſſe verũ, vbi dicta cõceſsio
fieret inhabili ad teſtandũ, cũ ſatis ſit qđ ope
retur conceſsio eum habilitando: ſi tamen
dicta cõceſsio fieret habili cõcludit glo. quia
etiam tũc omnis ſolennitas videtur remiſſa
cum alias nil operaretur conceſsio, qđ non
eſt fiendum l. ſi quãdo. ff. de legat. 1. l. fina. ff.
de conſtit. princip. Subdit Cynus notabi. in
d. l. ſi quãdo. quem ibi ſequitur. Bald. quod
in quantum gloſſ. tenuit quod ſi conceſsio
fiat habili videatur remiſſa omnis ſolenni-
tas, debeat intelligi de tali ſolennitate quæ
non ſit in præiudicium alterius, & ſine alte-
rius iniuria poſſet omitti pura ſolennitas nu
meri teſtium & ſimilia, ſed ſolennitas quæ
eſt alteri pręiudicialis & ſine alterius iniuria
omitti non poteſt, puta ſolennitas inſtitutio
nis, & ſimilia: hæc non videtur remiſſa, ſed

cum diminuere legitimam filijs, item in legi
tima grauamen eis imponere, ſit eis maxi-
me præiudiciale, ſequitur quod hoc non vi
detur concedi per principẽ, vt hoc poſſet fie-
ri vigore generalis licentiæ regis conceden-
tis alicui liberam facultatem teſtandi, quod
etiam ſequutus fuit Salice. in dicta. l. ſi quan
do. dato quod princeps ſcilicet iſtum cui li-
beram teſtandi facultatem concedit habere
filios, ideo cautius eſt ſecundum eum quod
princeps deroget expreſſe legibus permit-
tentibus filio relinqui legitimam & ſine one
re. quæ omnia nota perpetuo in practica.
¶ Ex prædictis infero ad practicam, quod ſi 17
eſſet aliquis qui non haberet filios nec alios
deſcendentes, ſeu aſcendentes quibus de ne-
ceſſario a iure debetur legitima, quod iſte ta
lis de bonis ſuis poterit ad libitum diſpone
re faciendo & conſtituendo de eis maiorica
tum ſuo conſanguineo vel extraneo, prout
ſibi placuerit; & vinculare dicta bona cum
quibuſcunque vinculis & cõditionibus vo-
luerit: & ſic de is facere maioricatum vt cõ-
muniter ſolet fieri in hoc regno nulla ad hoc
neceſſaria licẽtia, ſeu regia facultate Pro hoc
ſume fundamentum ſic. Primo, in authen. de
nup. §. diſponat. Secũdo, in. l. ſcimus. in. §. cũ
autem. C. de inoffi. teſta. vbi eſt tex. quod in
eo quod pater relinquit filio ſuo vltra legiti
mam, poteſt apponere cõditionem, & quod
cunque onus, ſeu grauamen quod voluerit,
quanto magis relinquendo extraneo cui ni
hil debetur: Tertio hoc patet ad ſenſum ex
hac. l. quoniã in prioribus, & ſimilibus vbi
ſolum remouent onus & grauamen de legi
tima, ſed vbi non debetur legitima nulla eſt
quæſtio nec dubitatio. facit. l. ab eo. C. de fi-
deicom. cum concordantijs. & hoc nota con
tra imperitos qui credũt eſſe impoſsibile ma
ioricatum poſſe fieri abſque licentia regis.
¶Vnum eſt quod obſtare videtur huic mai 18
ioriæ factæ extraneo vel conſanguineo hæ-
redibus non neceſſarijs; & eſt quod vbi teſta
tor prohiberet alienare fundum vt in fami-
lia remaneat, talis prohibitio non extendi-
tur vltra quartã * generationem poſt teſta- *
torem. Iſte eſt caſus not. & ibi tenent docto-
res in auhentica. de reſti. fideicom. §. pene. &
Bar. ibi dicit per illũ tex. qđ prohibitio alie-
nationis facta. vt perpetuo bona permaneãt
in familia & non exeãt de noĩe teſtatoris: nõ
extenditur vltra quartã generationẽ. ¶Sed
hoc obſtaculũ bene poteſt prouideri & eui-
tari ex quadã ſingulari concluſione poſita

 per

per Iaco. de Belui. in d. auth. vbi dicit quod ſi teſtator prohibuit liberos vel hęredes alienare volens dictas res quas prohibet alienare ad ſuos deſcēdentes perpetuo peruenire. nā tūc iſta phibitio extēditur vltra quartam generationem in infinitum: * & idem ſequutus fuit Bar. ibi facit. l. final. C. de ſuis & legi. hæred. & in. §. 1. in auth. de hære. ab inteſta. item quia ratio diſpoſitionis poſitæ in di. §. penul. de reſti. fideicommi. eſt quia ibi nomine familiæ fuit prohibitio facta. ideo vſque ad quartam generationem & non plus extēditur. Ideo caueas quod facias vt teſtator ſic diſponat, quod perpetuo bona ſua deuiniāt in ſuum deſcendentem, maiorem, & prohibeat filium nepotē & deinceps omnes deſcēdentes in perpetuum alienare, volens perpetuo bona deuenire ad ſuum deſcendentem maiorem; quia ſi prohibitio ſolummodo dirigatur ad filios, * nō extenderetur ad nepotes, vt dicit gl. in. d. §. nos igitur in authē. de reſtitutione fideicom. quam ſequuntur Rainu. Bart. Bald. Imol. in l. filius familias. in. §. diui. ff. de legat. 1. & alij multi relati ibi per modernos, quos vide; & hæc de ſecunda limitatione dicta ſufficiant.

* Adde Phi. Dec. in conſi. 516. col. 3. & in conſil. 635. in 1. col. ibi vide.

* p

### SVMMARIVM.

1 *Iuri agendi ad ſupplementum præſcribit ſpatio triginta annorum limitando vt in fine.*

1 Tertia limitatio.

## Tertio limita hanc

legem, niſi filio minus eſſet relictum quam legitima ſibi debita, & ipſe ſtetiſſet per multum tempus quod non petijſſet ſupplementū legitimæ, propter quod eſſet excluſus ab actione ſupplementi. Quo caſu etiam ſi vni filiorum relicta eſt a patre portio vltra metā hic taxatam valeret dictum ratione excluſionis alterius. ſed per quantum tempus filius excluderetur a petitione ſupplementi legitimæ ſi minus legitima ei eſſet relictū? fuit diuerſitas inter doctor. nam Bar. in l. ſi quis filium. C. de inoſ. teſta. fuit in quadam opinio. ſingulari dicens quod ius agendi ad ſupplementū tollatur quinquennio. * mouetur ex eo quia ius querelandi finitur quinquennio: ſed ius agendi ad ſupplementum ſucceſſit in locum quærelæ. l. omnino. C. de inoffi. teſt. ergo eius naturam debet ſapere. l. 1. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fue. in. §. hæc actio. hāc opinio. firmauit latius ipſe Bar. cōſulendo in conſilio incipiente. in nomine domini vtrum iuri agēdi ad ſupplemētum, quā opinio. ſequutus fuit etiam Roma. in l. certi cōdictio. in prin. 6. col. ff. ſi cer. peta. facit. l. fin. C. de inoffi. donatio. cō. opinio eſt in contrarium, quā tenet Bal. in. d. l. ſi quis filiū. 3. col. ver. 3. quero. concludēs ius agēdi ad ſupplementū non tolli præſcriptione quinquennij Hanc opinio. contra Bar. ſequutus eſt Bal. nota. in auth. præsbyteros. C. de epi. & cle. & in l. 2. C. in qui. cau. in integrū reſti. nō eſt neceſſa. & in repetitione. l. pater filium. 6. co. C. de inoffi. teſta. & in l. nam his. §. 1. ff. eo. & in l. ſi arrogator. ſecūda oppoſi. ff. de adop. & in. l. 2. ſi. quæſt. C de lib. prę. idem Salice. Flori. & cæteri moderniores etiam nūc viuētes in d. l. ſi quis filium. Ange. ſing. in. l. Papinianus in. §. ſi conditioni ff. de inoffic. teſta. referens de facto ſe ſic conſuluiſſe & obtinuiſſe cum pluribus: Peruſinis cōtra Bar. idē ipſe in authē. de trien. & ſemi. in. §. 1. & in d. l. ſi quis filiū, & in l. omnino in prin. C. eo. ti. & in. l. certi conditio in prin. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi eum in. §. qui iniuriarū. ff. ſi quis cautio. & in l. ſi a domino in prin. ff. de rei ven. Pau. de Caſt. in con. 122. incipit dubita de quibus quęritur referens hanc eſſe, tam antiquorum, quā modernorum cōmunem opinionem Alex. cōſi. 197. col. 3. incipit viſo. ti. quæſt. & in alijs pluribus conſilijs. quorum omnium fundamenta & reſponſiones ad motiua Barto. videbis per iſtos in dictis locis latius perſequentes. Ideo non eſt opus hic trāſcribere. ¶Supereſt tamen ſingulare dubium. & eſt, quod habito pro conſtanti quod ius agendi ad ſupplemētum non tollatur quinquennio, quanto tempore tollatur, nam omnes ante dicti ſi eos bene conſideres, vidētur ſe determinare in hoc ſcilicet quod tollatur ſpacio. 30. annorū; ex eo quia ius agendi ad ſupplementū petitur per condictionem ex lege, vt ait gl. in. d. §. ſi conditioni. ſed cum condictio ſit actio perſonalis, durat tēpore ſtatuto actionibus perſonalibus ſcilicet. 30. annis. l. ſicut. l. ſi quis emptionis. C. de præſ. 30. an. l. 2. C. de cōſti. pec. idē ſi petatur per hæreditatis petitionē, quæ etiam non durat regulariter niſi. 30. annis. l. hęreditatis. C. de peti. hęred iſta eſt cōmunis omnium concluſio. * Sed hoc non videtur eſſe ſine ſcrupulo, cum hoc videatur eſſe grauamen in legitima quod grauamen ipſo iure tollitur vt eſt caſus in hac lege quoniam

* a

2

* Adde plura per Philip. Dec. in conſ. 303. in principio.

& in



& in §. repletionem. l. ſcimus. * quia filio debet repleri legitima & repletio fit ipſo iure vt probatur in. d. §. repletionē. etiā ſi fili⁹ nil petat vt tenent ibi omnes reprobata gloſ. & quia in legitima non valet conditio ſi filius inſtituatur cum hac conditione, ſcilicet ſi volet, imo talis conditio habetur pro nō appoſita vt omnes tenent in hac. l. quoniam. & latius dixi ſupra in quinta ampliatione. ſed ſi filius in vita deberet petere legitimam non tranſmitteret liberam legitimā ad hæredes. & induceretur in legitima tacita cōditio, ſcilicet ſi volet & petat legitimā. Sed ſi non valet talis conditio expreſſe appoſita, imo habetur pro nō adiecta, a fortiori in tacita. Propter hoc Salice. & alij in dic. l. ſcimus. dicunt expreſſe filium tranſmittere ad hęredes legitimam liberam, dato quod in vita ipſe nihil petijſſet, quod ſatis videtur repugnare prædictæ concluſioni, quæ tenet filium excludi a iure ſupplementi per triginta annos. Hoc dico vt dem materiam cogitandi nō autem vt nouas dubitationes ſuperaddam, ideo potes tenere communem opinionem, ſcilicet filium excludi lapſu triginta annorum. & ad dictum argū. potes reſpondere prout ſenſit Ange. in dict. §. ſi conditioni, ſcilicet verum eſſe quod dictum grauamen quātitatis reijcitur & ipſo iure fit repletio. tamen quo ad realem effectum acquiſitionis eſt impoſsibile quod acquiratur niſi petatur. Ideo ne immerito ſi eo ipſo quod filius ſtetit per triginta annos quod noluit petere legitimæ ſupplementum ſit excluſus, cum videatur illud repudiaſſe quod poteſt, & loquitur ibi Angel. etiam in caſu in quo filius in vita ſua ſtetiſſet per triginta annos quod non peteret, nam etiam ſi ipſe poſt dictum tempus petat excluditur. & ſatis eſt quod ſi ante lapſum triginta annorum decedat tranſmittat libere dictum ius agendi ad ſupplemētum dato quod in vita ſua ipſe nil petijſſet nec aliquem actum feciſſet ſuper ſua legitima conſequenda. & ſic intelligatur dict. §. repletionem. & quæ ibi dicunt omnes, ſcilicet ſuppletionem legitimæ fieri ipſo iure etiam ſi nil petatur & ſufficit quod tranſmittat ad ſimilitudinem cæterarum actionum perſonalium, vt dicit Salice. in. d. l. ſcimus. & vide quę dixi ſupra in extēſione decima: quia ex ibi dictis ad intellectū dicti. §. repletionem. deciditur clare hoc dubium. Sed hanc opinionem communem limita ſecundum Angel. in. d. §. ſi conditioni. quam limitationem recitaui & reprobaui in 10. ampliatione. ideo eam hic nō repeto. Secūdo limita & intellige in iure agēdi ad ſupplementum ſed ius agendi ad totam legitimam bene tollitur quinquennio, puta quia ſi filius fuiſſet exhæredatus. & quinquennio tacuiſſet non mouens querelam inofficioſi teſtamenti lapſu dicti quinquennij excluſus eſſet à querela. eſt caſus * in dict. l. ſi quis filium, & ſic tolleretur quinquennio ius petēdi legitimam, & per conſequens videtur eſſe deterioris conditionis ille cui nihil relictum eſt, quam ille cui aliquid relictum fuiſſet, vt dicebat Angel. in. §. in authē. de trien. ſemi.

* b

3

* c

### SVMMARIVM.

1 *Filius vigore renunciationis paternæ ſucceſsionis cum iuramento excluditur a legitima ſibi alias debita.*

2 *An creſcentibus facultatibus paternis poſt renunciationem factam poſsit qui renunciauit petere legitimam in bonis augmentatis.*

3 *Pater an poſsit præueniendo vltimum iudicium aſsignare filio ſuo legitimam in vita.*

4 *Et an in prædicto caſu facultatibus paternis augmentatis poſsit filius agere ad ſupplementum ratione augmenti.*

5 *Renuntiatio ſucceſsionis paternæ iurata facta per filiam an & quando noceat nepotibus vſque ad nu. 10. late.*

11 *An eo caſu quo nepotes non excluduntur propter renuntiationem matris iuratam dos data eorum matri ſit imputanda in legitimam & num. 12.*

1 Quarta limitatio

## Quarto limitabis

hanc legem niſi filius in vita patris renunciaſſet hæreditati paternæ & cum iuramento & etiam legitimæ: nam vigore talis renuntiationis iuratæ ipſe excludetur a ſucceſsione paterna; & per conſequens alij fratres ſui habebunt portionem ſuam ſic renūciatam. Caſus eſt in. ca. quamuis pactum. de pactis. lib. 6. in tantum & hoc eſt notandum quod ſi filia renuntiaſſet vni fratrum hæreditatem paternam præſenti & recipienti nihilominus accreſcit omnibus, & non ſibi ſoli. Bald. poſuit in l. pactum. 8. quæſtio. C. de colla. allegans conſilium Dyni numero. 3. dicit B l.

cit Bald.quod ſi ſoror renunciauit hæredi-
tati paternæ vni fratrum præſenti & reci-
pienti, quod omnibus fratribus accreſcit
* a dicta portio renunciata non ſibi ſoli.*& re-
uera hoc fuit conſilium Dyni.eſt in meis nu-
mero.6.incipit ex teſtamento domini Alber
ti,vbi dicit,quod quidā Fredericus, & Ioan-
nes remiſerunt fideicommiſſum ſibi factum
ex teſtamento domini Alberti Hugulino fi-
lio prædicto dicti domini Alberti, fuit con-
ſultus vtrum dicta remiſsio fideicommiſsi
prodeſſe ſoli Hugolino cui facta fuit, an alijs
omnibus eius fratribus? concludit omnibus
prodeſſet.& hoc patet,quia quoties vnus ex
his quibus ſucceſsio defertur directo vel
per mediam perſonam alterius per repudia
tionem excluditur a iure petendi, eius por-
tio defertur alijs iure accreſcendi aliquan-
do volentibus & aliquando inuitis.ff.de bo.
poſſe.l.3.§.vt bonorum cum tribus.ll.ſe-
quenti.de adqui.hære.l.cum hæreditate. ad
Tertu.l.ſi nemo.de ſuis & legi.hæred.l.ſi ex
pluribus.C.quando non peten.par.l.vnica.
de cadu.tollen.§.his ita.cum ergo prædicti
per pactum repudiauerunt. ſequitur quod
eorum repudiatio faciat partem per eos re-
pudiatam deferri alijs.Hoc limitauit ſingu-
lariter Bald. in dict. l. pactum. niſi appareat
præſumptio donationis collate in illo fra-
tre recipiente dictam renunciationem: quia
tunc illi ſoli quæritur.ff.de donatio.l.in ędi
bus ver.veluti.l.ſi actionem.C.de pactis, &
l.ſi creditori in.2.glo.quod nota & proprie
Dynus loquitur quando poſt mortem pa-
tris fiebat remiſsio fideicommiſsi.¶Ad pro
poſitum ergo renunciatio hæreditatis pater
næ facta in vita patris cum iuramento eum
excludit vt eſt caſus.d.c.quamuis, ideo Bal.
Cinus, & Salice. & cæteri moderniores in l.
ſi quando.§.illud.C.de inoffi.teſtam.firmāt.
expreſſe quod in quantum ille text.diſponit
quod per pactum initum inter patrem & fi-
lium non poteſt tolli filio ius petendi legiti
mam & eius ſupplementum, debeat intelli-
gi niſi filius iuramento firmaſſet tale pactū:
& hoc per dictum.c.quamuis pactum & gl.
dict.§.illud quæ contrarium tenuit. intelli-
gatur attento iure ciuili: ſed attento iure
canonico quod pręualet in materia iuramē-
ti,ſeruāda eſt diſpoſitio.d.c.quamuis pactū.
2 ¶Attende tamen ſingulariter quod dictū.c.
& doctrinam hanc debes intelligere & ſingu
lariter limitare rebus ſic extantibus, prout
erant tempore iuramēti.ſecus autē ſi poſtea
creuiſſent facultates paternæ;& ſic reperirē-
tur augmentatæ tempore mortis patris. nā
tunc non obſtante iuramento & renunciatio
ne facta filia poſſet petere legitimam ſuper
excreſcentem reſpectu bonorum *augmen
tatorum.hoc probatur argumentum cuiuſ * b
dam ſingularis.ca.quod eſt.c.cum.M.Ferra-
rienſis de conſti.ibi enim eſt caſus, quod li-
cet canonici habeant conſtitutionem de cer-
to numero confirmato per papam, & etiam
iurato cum decreto quod ſit irritum & ina-
ne,ſi contra contigerit attētari ſi ſupercreuiſ
ſent facultates poſſunt ſuperaddi alij canoni
ci,nec eligentes ſunt periuri,cum iſte fuit ca
ſus improuiſus cui prouideri non debuit:&
argumēto illius tex,dicit ibi Bal.ad propoſi
tum,quod filia quæ recepit centum pro inte
gra legitima ſua augmentatis facultatibus
patris,poſſet non obſtante iuramento & re-
nuntiatione a ſe facta petere legitimā in bo-
nis ſuperexcreſcentibus: *Reperio inter mo
derniores quendam Mediolanenſem in d.§.
illud.facere mentionem de hoc dicto Bal.&
dicit ſe multum aliquando dubitaſſe de illo
tex.ſed ad finem tranſit cū dicto.Bal. licet in
ter dentes illū mordeat:dicēs illum tex.hoc
non probare:cum potiſsima ratio illius ca.
fuit:quia agebatur ibi de cultu diuino augē
do,vt plures cultui diuino inſeruirent ca.1.
de conce.pręben.quaſi ille tex.ſecundum eū
non probet doctrinam Bal.quę loquitur de
fauore priuato.Si ponderas verba Bal.mo-
uetur alio fundamento,ad quod non aduer-
tit reſpondere prædictus doctor. dicit enim
Bal.rationem illius deciſionis eſſe; quia iura
mentum debet intelligi rebus ſic ſe habenti
bus.ff.de condi.ob cauſam.l.quod ſeruus.&
vltra hoc etiā dicta doctrina Bal.poteſt cor
roborari per text.in authent.vt deter.ſit nu.
cler.in verſi.quoniam vero.vbi eſt caſus,qđ
ſi quis dotat.& fundat eccleſiam pacto appo
ſito: quod ibi non debeant eſſe niſi tot cleri
ci,quod ſi bona eccleſiæ non ſunt augmenta
ta illud ſeruandum eſt:nec plures clerici ibi
eſſe poſſunt: ſed augmentatis bonis nume-
rus augendus eſt per illū tex. Infert ibi An-
ge.ad aliquas quæſtiones quas vi[illegible]e: quia in
propoſito non pungunt. facit l.in honori-
bus in.§.his autem.ff.de vaca.mūne. ¶Mihi
autem videtur ipſum Bal.ſibi ipſi fuiſſe con
trarium:nam certe ſubtiliter cōſideratus cō
trarium tenuit in l.quamuis.C.de fideicom-
miſ.ad finem vbi dicit,quod ſi pater aſsigna
uit filio legitimam plenam tempore aſsigna
tionis

*De hac pul chra concluſione Bal.vide Iaſ.in.l.quod ſeruius in pen.& fi.col.ff.de conditio.ob cauſam diffuſius que alibi per Frāciſcū Curtium ſeniorē in cōſ.fi.& vid.diſputationē Alb.de Roſa.in.3.part.ſta.quæſtio.26.



tionis & filius cum iuramento renūtiaſſet pa
ternę hereditati,ꝙ etiā ſi poſtea pater ſuper
lucratus eſſet:& per cōſequens bona patris
* c ſupercreuiſſent: ꝙ non per hoc poſſet filius
plus petere *ratiōe legitimę;quia nec pater
condiceret ab eo ſi eius facultates eſſent dimi
nutę. In terminis idem ſequutus fuit Pau.de
Caſt.in l.in ratione.ff.ad leg.falci referens ſe
ad caſum in quo renūciatio & pactū fieret cū
iuramento,vt nihil vltra poſſet petere ratio
ne augmenti,prout Bal.loquitur in d.l.quā-
uis,licet illū nō referat. Idem ſequitur Alex.
in d.l.in ratiōe.& ſic videtur mihi, ꝙ omnes
iſti directe tenēt cōtrariū eius quod ipſe Bal.
poſuit in d.c.cū.M.licet ad hoc propoſitum
non reperiā eos allegatos.niſi maliciose vel
les eos cauillare:dicendo ꝙ loquūtur in caſu
quo integrā legitimā pater aſsignaſſet filio
præueniens vltimū iudiciū & Bal.in d.c.cū.
M.loquatur quādo filia recepiſſet aliquid ꝓ
ſua legitima, & renūciaſſet in totū iuri plus
petendi iuxta formam.ca.quamuis pactum.
ſed certe nulla poteſt aſsignari ratio cōgrua
differentiæ inter iſtos caſus. Ideo dictorum
Doctorum deciſio & fundamentū aperte de
ſtruit doctrinā Bal.poſitā in d.c.cum.M. ¶In
fortiori caſu dixit Iacob.Butri.in l.pactū.C.
de colla. ꝙ ſi do aliquid filio meo pacto ap-
poſito,ꝙ illud ſibi cōputet in legitimā,& cō
tra teſtamentū non veniat,qđ hoc valebit ſe
cundum,eū,& ſi dicas qđ eſt de futura ſucceſ
ſione,reſpondet ꝙ excluditur filius non tam
ratione pacti quam perceptionis:quia habet
legitimam.Subdit plus ꝙ nec etiā agere pōt
ad ſupplementum ſi illud non ſufficiat ad in
tegram legitimā. Mouetur quia filius illud
accipit pro ſua legitima;& dubiū erat an mi
nuerentur in futurum bona patris. Hæc ad
literam Iaco.But.nullo ſumpto fundamēto
3 niſi ab autoritate ſua. ¶Duo valde notanda
inferuntur ex hac concluſione Iaco.vnum ꝙ
licet non valeat pactum de futura ſucceſsio
ne,vt in d.§.illud.cum alijs.tamen hoc ſit ve
rum niſi pater præueniendo vltimum iudi-
cium aſsignaſſet filio legitimam ſuam in vi
ta,& ipſe filius promiſiſſet plus non petere,
nam excluderetur filius a plus petendo & va
leret tale pactum etiam ſine iuramento non
vigore pacti de non ſuucedendo,ſed vigore
perceptionis, quia percepit & aſsignata eſt
legitima ſibi ante tēpus: quia in vita patris
(quod potuit fieri vt infra dicetur, & ratio
huius dicti eſſe poteſt)contigere poteſt quod
diminuerentur bona paterna; & per conſe-
quens ipſe filius cōmodum conſecutus fuit
ex dicta perceptione ante tempus. Sed hanc
deciſionem Iaco.But.retulit Bald. in d l.pa-
ctum.6.oppo. & illā impugnat tanquam pa
ctum de futura ſucceſsione continentē, dicit
eſſe caſum cōtra eum in d.l.ſi quādo.§.illud
C.de in inof.teſt. Idem tenet.in l.quāuis.C.
de fideicō.niſi tale pactum fuiſſet iuratum:&
hoc eſt clarū contra Iaco.But. Eſt etiā quidā
modernior de mediolano in.d.§.illud.q af-
firmat ꝙ per illū.§.deſtruitur & cōfunditur
Iaco.But.Idem Alex.in l.in ratione.verſi.ñ.
dicit eſſe caſum contra Iaco.non violando li
terā in d.§.illud. maxime cum præſumatur
patrē ſuperlucrari.l.ſi defunctus C.arbi.tu-
te.Idem Pau de Caſt in d.l.in ratiōe, firmās
ꝙ vbi non interueniſſet iuramentum nō va-
leret tale pactum,quo non obſtante ſi auge-
rentur facultates patris poſſet filius petere
augmentum:ſi diminuerentur,teneretur ad
reſtitutionē eius quod plus habet. Mouetur
quia legitima debetur tēpore mortis,vt d.l.
cum quęritur.C.de inof.teſtam.pro hoc bo-
nus tex in l.ſi vero.§.ſi ſeruo.ff.de bo.liber.
verſi.cæterum ibi qa pōt dici ſperaſſe.quem
ad hoc ꝓpoſitum allegauit Pau.de Ca.cōtra
Iaco.etiā tenent Imo.& Rom.in l.ſtipulatio
hoc modo concepta.de verb.oblig. & ſic vi
des quomodo omnes iſti ſcribentes ſumpſe
runt arma contra hanc primam concluſionē
Iaco.Butr.* ¶Ego dico,ꝙ vbicunqꝫ pater in
vita ſua aſsignaſſet & dediſſet filio integram
legitimam ſuā reſpectu bonorum quę habe
bat tēpore aſsignationis,& filius in hoc con
ſentiret accipiēs dicta bona pro ſua legitima
feciſſet pactum de amplius nō petēdo, quod
valeret tale pactū & preiudicaret filio. & in
telligēdo ſit Iaco.But.prout reuera fuit eius
intentio dico eſſe verū dictū ſuū, & male eū
reprobaſſe dictos Docto. Moueor ad ſic di-
cēdum & credēdum:quia hoc tale ꝓprie nō
eſt pactū de non ſuccedendo, ſeu de futura
ſucceſsio. nam ex quo integra legitima ſibi
datur,non eſt iam futura ſucceſsio:imo per
ceptio legitimę ante tempus quod patri con
ceditur dare præueniēdo vltimū iudicium;
& quia poteſt euenire in cōmodū ipſius filij
quia forte diminuerētur facultates paternę,
ita ꝙ in tempus mortis ipſius patris forte fi-
lius non haberet tantum pro ſua legitima
quantum nunc ſibi datur,& ita reperio tene
re Bal. approbans expreſſe in hoc caſu illud
dictum Iacobi Butri.in.l.fi.in.§.& cum anti-
quit.s.colum.penu.C.de vſuris rei iudi.ex

*Opinio autoris & vi.Frāciſ.Cur.in alleg.cōſi.fi.3.co.& melius per Georg.natā in repet.c.quāuis pactū.de pact.li.6.in.2.col.verſi.3.fallit.

 eo qui

eo quia nõ eſt proprie pactũ de futura ſuc-
ceſsione: ſed eſt quædam perceptio legitimę
pręueniens tempus ordinatum a lege. Idem
Bal. in. l. in ſucceſsione. C. de reuo. his quę in
in frau. cre. vbi etiã facit mẽtionẽ de hoc di-
cto Iaco. But. & illũ ſequitur. hoc idem ſentit
Bal. licet nõ clare in l. 2. C. de adoptio. poſtil
lans partem prębeatur. hoc idem reperio te
nere Ang. in l. ſi proponas. §. ſi hæreditatem.
ff. de inof. teſta. faciens expreſſam mentionẽ
de illo dicto Butrica. & adhuc intelligit illũ
magis late quã ipſe loquatur: dicit enim ex-
preſſe quod ſi pater aſsignauit filio inter vi
uos aliqd pro legitima & ꝑ patrimonij por
tione debita ſibi iure naturæ, ꝙ conſiderato
quod tunc bona patris poſſunt diminui, &
ſic contingenter poſſet habere plus legitima
non poterit petere ſupplementum legitimę,
quia non excluditur pacto: ſed perceptione.
quod reputat menti tenẽdum. Idem tenet ip
ſe Angelus in. l. ſtipulatio hoc modo conce
pta. ff. de verb. obliga. decima fallentia vbi
dicit, quod vnus caſus fallentiæ in quo
valet pactum de futura ſucceſsione, eſt ſi
filius a patre pecuniam recepit pro ſua le-
gitima portione cum pacto quod contra
eius teſtamentũ non veniret. nã etiam auctis
bonis patris nõ poteſt ſupplemẽtũ legitimę:
conſiderato quod bona potuerunt etiam di-
minui, alleg. t I. co. vbi ſupra. Idem Imol. &
Roma. in l. ſtipulatio hoc modo. & Alexan.
ſequitur hanc concluſionẽ in d. l. pactum. in
fine. Nec obſtat. d. l. ſi quãdo. §. illud. per quã
mouentur contrariũ tenentes, quia ille text.
loquitur quãdo filio aliquid daretur a patre
cũ pacto de nõ agendo ad ſupplementũ legi
timæ: nõ tamẽ dabatur ſibi tota integra legi
tima. noſtra quęſtio loquitur quando pater
in vita volens præuenire vltimum iudiciũ
aſsignaſset filio totã integrã legitimam ſuã
inſpectis facultatib9, quas habebat pater tũc
temporis: & latius reſpondet ad illum text.
Imol. in dic. l. ſtipulatio hoc modo concepta.
Iſtam concluſionem probo etiam ex tex. ſin-
gulari in. l. cum quæſtio de peculio in §. fin.
ff. ad l. falci. ibi (qui viuus videtur hęredi fu
turo prouidere) vbi caſus ſingularis qui lo-
quitur in falcidia, quod non detrahat hæres
falcidiã, ſi teſtator, in vita ſua de ea prouidiſ
ſet hæredi ſuo. & reperio ſingulariter ibi An
ge. dicentẽ eſſe idẽ in debita iure nature. Nec
obſtat ſecundum eũ. d. §. illud. quia ibi filius
non habuerat integrã legitimam. Præterea
probo etiam ſic dictam concluſionem. nam
omnes fatentur patrem in danda legitima
filio ſuo poſſe vltimũ iudiciũ præuenire, &
illã ſibi aſsignare in vita, vt expreſſe firmãt
Bal. in d. l. in ſucceſsione. & Alexã. in l. in ra-
tione la. 2. ff. ad l. falci. ad finem. & Bart. in l.
in quarta penult. col. ff. eodem. & Salic. in l.
in ſucceſsione. probatur in d. l. ſi quãdo §. &
generaliter. pro quo allego duo iura ſingu-
laria: ſcilicet. l. Papinianus. §. ſi quis mortis
cauſa. ff. de inof. teſtamen. & in. § igitur. Inſti.
de inoffi. teſta. vbi tex. dicit quod quartã de
bet quis habere ad hoc vt excludatur a que
rela ſiue iure fideicõmiſsi vel legati ſiue per
donationẽ inter viuos. & idẽ dicit tex. ſingu
laris in l. ſi non mortis. ff. de inoffi. teſtamen.
per quæ videtur defenſatum primum quod 4
infertur ex dicta cõcluſione Iaco. Butri. ¶ Se-
cundum quod infertur ex dicta concluſione
Iaco. Butri. quod in caſu in quo valeret pa-
ctũ de non petendo plus, puta quia eſſet aſsi
gnata filio integra legitima reſpectu faculta
tum, quas pater tunc temporis habebat: qđ
etiam ſi poſtea tempore mortis patris facul-
tates paternę eſſent augmentatę: quod filius
non poſſet agere ad ſupplementum ratione
patrimonij augmẽtati. & in hoc illum ſequi-
tur & approbat Bald. in l. quãuis. C. de fidei-
com. dum dicit quod ſi pactũ eſſet iuratũ, ita
quod valeret: cũ alias ipſe ibi ſibi cõtrarius
non conceſsit valere (vt ſupra dictum eſt) ꝙ
excluderetur a ſupplemento. idem Paul. &
Alexã. in d. l. in ratione & Bald. in l. fi. in §. &
cum antiquitas. C. de execu. rei iudi. in pe. co
lũ. & idẽ ipſe in d. l. in ſucceſsione. vbi dicit,
quod ſi pater aſsignaſſet filio legitimam in
vita, vel quia vult vltimũ iudiciũ præueni-
re, vel quia ex forma ſtatuti filio delinquen-
ti cõpellitur legitimam aſsignare, vel quia
filius petit alimenta, pater dicit tolle portio
nẽ ſubſtãtiæ quæ te contingit vt in euange-
lio Lucæ: quod vtroq; caſu debet inſpici tẽ-
pus aſsignationis. vnde quicquid poſtea cõ-
tingat viuo patre legitima non augeretur
nec minuitur: idẽ Salice. ibi Ang. in l. ſi pro-
ponas in. §. ſi hæreditatẽ. ff. de inof. teſt. & in
d. l. cũ quo. in. §. fi. Ang. Imo. Lud. Ro. in dic.
l. ſtipulatio hoc modo Alex. in d. l. pactũ ꝙ
dorali. C. de colla. ad fi. cõmunis eſt omniũ
cõcluſio, quæ vt dixit directe videtur cõtra
ria concluſioni quã firmauit Bal. in d. c. cum
M. Ferrarienſis. Hoc etiã tenet Bald. in d. l. ſi
quãdo. §. illud. in quãtum vult, ꝙ ille tex. nõ
habeat locũ ſi iuramentũ interueniſſet: imo
tũc excluderetur filius. Et idẽ tenet Paul. &
Alexan.



Alexã. in d. l. in ratione. ff. ad l. falci. & idẽ di
ctus modernior Mediolanenſis in d. authen.
nouiſsima. 3. col. impugnat dictũ Bal. in d. c.
cũ. M. dans eandẽ ſolutionẽ. ſ. quod vbi agi-
tur de diuino cultu augendo. hęc nota q̊ ad
pactũ de nõ ſuccedendo factũ inter patrẽ &
filiũ, & quia materia eſt valde diffuſa, & va-
rijs modis ampliata & limitata, tã in l. pactũ.
C. de colla. quã in l. fi. C. de pactis. & in l. ſti-
pulatio hoc modo cõcepta. per vtroſq; anti-
quos & modernos, & per canoniſtas, ſpeciali
ter per quẽdã moderniorẽ, nomine Georgiũ
Nata in repet. c. quãuis pactũ. de pactis. li. 6.
nõ me intromitto amplius in hac materia. ¶ So
lũmodo placuit vnũ verbũ circa hoc ſcribe
5 re cũ ſim pollicit⁹ ſupra in illa queſt. vtrũ gra
uamẽ appoſitũ in legitima de cõſenſu filij ſit
validũ? ſcilicet filia renũtiauit hæreditati pa
ternæ & legitimę cũ iuramento: itaq; valuit
renũtiatio, & pactũ de nõ ſuccedendo: & ſic
ipſa eſt excluſa a petitione legitimæ & eius
ſupplemẽto iuxta formã traditã in d. c. quã
uis pactũ. vtrũ filijs eius nepotib9 teſtãtis prę
iudicet talis renũciatio, & excluſio paterna
vel materna? Breuiter ſcđm modernos duo
ſunt caſus: nã quãdo filius vl' filia quę renun
tiauit deceſsit viuo patre de cuius hæredita
te agitur, tũc cõmunis opinio eſt ꝙ non no-
ceat nepotibus filijs ſuis. *hoc firmãt fere o-
*d mnes, inter quos ſunt Bal. Ful. Pau. de Caſtr.
Alex. ĩ l. pactũ. C. de collatio. Bar. Imo. Pau.
in. l. qui ſuperſtitis. de aqui. hęre. Bal. in l. fi.
C. de pactis. mouentur iſti: quia excluſio ma
tris quę deceſsit in vita illius de cuius hęredi
tate agitur nõ nocet nepotibus. l. ſi ex patro
nis in. §. fi. ff. de bonis liber. l. ſi quis filio ex-
hęredato circa prin. ff. de iniuſt. teſta. ideo iu
ramentũ matris nõ debuit nocere filijs, l. 3. §.
pe. ff. de iureiu. per. glo. in d. l. pactũ. Itẽ quia
renũciatio facta ꝑ matrẽ, videtur habere ta-
citã cõditionẽ ſcilicet ſi ſucceſsio ei deferatur
& ſic deficiente illa tacita cõditione renũcia-
tio reputatur tanquã nõ facta, arg. l. quoties
ad finẽ. ff. de nouatio. & miror de Pau. Caſtr.
qui in d. l. pactũ in. 2 co. C. de colla. dicit, qđ
ratio huius concluſionis eſt: quia qui renun-
tiat ſucceſsioni paternę cum iuramento vult
ſe excludere ab ea ſi contingat eam ad ſe de
uoluere ſed ſi nõ deuoluatur ſuperflua eſt re
nuntiatio & habetur pro non facta & ſimili
ter iuramentũ præſtitũ, ſicut quãdo interue-
nit ſtipulatio pura animo nouãdi ſuper obli
gatione cõditionali. nam antequã cõditio e-
ueniat nil operatur: ſed ea veniente eodem
puncto debitor obligatur ex prima ſtipula-
tione: & liberatur ex ſecunda. l. ſub cõditio-
ne. ff. de ſolutio. & conditio nõ extiterit ſecũ
da ſtipulatio pro nõ facta habetur & refert
quod doctores ſcribentes ſuper hoc articu-
lo non viderũt hanc rationẽ; ſed certe iſta ra
tio prius fuit Bal. aperte illam aſsignantis.
¶ Iſta concluſio limitatur dupliciter. Primo
niſi quando nepos deberet venire neceſſario
ex perſona matris: *vt quia concurreret cũ
patruis ſuis qui ſunt priores in gradu, iuxta *e
§. cum filius, inſti. de hęred. quæ ab inteſt. de
fe. & in auth. poſt fratres. de legi. hæredi. &
tunc quemadmodum mater excluſa eſt, ita
& filius eius in. §. ſoluto. verſ. ſi vero filiorũ
in auth de nup. Hæc limitatio impugnatur
per modernos in d. l. pactum. per Imol. in. d.
l. qui ſuperſtitis. Ad fundamenta in oppoſi-
tũ reſpondet. vt per Bar. notabiliter in. l. quę
ſuperſtitis, & in l. liberorum de verb. ſignifi.
& in l. 1. in. §. ſi filius. ff. de coniungen. cum
emanci. libe. & in l. 2. C. de libe. præte. ¶ Se- 7
cundo limitatur dicta concluſio per Roma. *Quã opi-
*in. d. l. qui ſuperſtitis ſcilicet niſi filia acce- *nionẽ Roma*
piſſet dotem, aſſerens *ſe ſua portione fore *ni defẽdit cõ*
contentam, nam tunc ſecundum eũ exclude- *tra Paul. &*
rentur etiã nepotes: non tantum vi repudia *Alex. Philip.*
tionis: quã ex eo quod mater ſua habuit par *D. c. in l. pa-*
tem, quam ipſi vlterius habere nõ poſſunt, *ctũ. C. de col*
nil allegat ad hoc niſi authoritatẽ Bal. in d. *la. in antepe.*
l. pactum. hanc opi. Ludou. Roma. ſequitur *col. eũ ſequen*
Old. con. 40. incipit. breuiter videtur. per. l. *ti. ſed no vi*
ex qua perſona de reg. iuris. & per l. Pompo *dentur vrge*
ponius in. §. cũ quis, ff. de adqui. poſſ. cõtra- *re eius conſi-*
ria opinio videtur verior: imo quod nec etiã *derationes.*
tunc præiudicet nepotibus, vt firmat Alexã. *f
in d. l. pactum in 4. co Paul. de Caſt. idẽ in. d.
l. qui ſuperſtitis. vbi mouet queſt. ſi filia acce
pta dote renuntiauit hæreditati paternę cũ
iuramento, ſi decedat patre viuere filij ex ea
ſint excluſi. dicit primo, quod videtur quod
ſic; quia perinde eſt ac ſi totã portionem quę
ſibi tãgebat ab inteſtato fuiſſet conſequuta
per ea quæ notat Bal. in l. 1. §. pen. ff. de con.
ta. ſed ſi hoc eſſe. ſ. ꝙ totam portionẽ mater
ſua fuiſſet conſequuta, filij ex ea non poſſent
plus petere: cum non debeant bis idem con
ſequi. l bona fides. de reg. iuris. nam id quod
mater fuit conſequuta tranſiuit ad eos; & ſic
cum eadem cauſa contrarium tenet: refe-
rens ſe habuiſſe iſtum caſum de facto, & con
tingere quotidie: mouetur; quia, conſecutio
dotis vl' alterius portiõis in vita patris ſi nõ
interueniſſet repudiatio cum iuramento de

 reſi-

reſiduo non petendo, non excluderet ipſam
filiam quæ dotem recepit quo minus, ſi ſu-
peruiuat patri, poſſet ſuccedere etiam cõtra
teſtamentū, dicendo ipſum nullū: ſi fuit præ
terita, dummodo quod habuerit cõferat fra
tribus, vel filijs fratrū cum quibus ſuccedit
vel in ſuam portionem legitimæ illud com-
putet. Hoc probat tex. not in l. ſi vero. de bo
nis liber. illud ergo quod poteſt eam exclu
dere eſt repudiatio reſidui cum iuramento:
ſed filij ex ea non repudiauerunt. & nunc ve
niunt ex perſona propria poſtquam mater
in vita patris deceſsit, licet quodam reſpectu
videātur venire ex perſona matris; in quan-
tum veniūt in ſtirpem. & ſic reſidet. Hoc idē
firmauit Bal. in d. l. pactum in 2. quæſt. ad fi-
nem quæſt. arg. l. Gallus in prin. ff. de libe. &
poſthu. de iniuſt. teſta. l. poſthumorum in §.
cum filius. Inſti. de here. quæ ab inteſt. & li-
cet iſti omnes taceant Bal. & nil allegent: ta-
men reperies Bar. hoc expreſſe firmaſſe in d.
l. qui ſuperſtitis. vbi loquitur expreſſe in ca
ſu in quo filia recepit dotem, & renunciauit
cum iuramēto, quæ deceſsit in vita patris. cõ
cludit non excludi nepotes. ¶ Ex quibus ha
bes cõmunem concluſionem in hoc primo
caſu ſcilicet quod ſi filia deceſsiſſet viuo pa-
tre: etiam ſi dote accepta, & renunciatione fa
cta cum iuramento decederet, non obſtaret
nepotibus: nec illos excludit dicta renuncia
tio ab hæreditate aui. & hoc de primo caſu.
8 ¶Secundus caſus eſt quando filia quæ renū
ciauit cum iuramento, prout dictum eſt, de-
ceſsiſſet poſt mortē patris, * & in hoc varia-
*g
uerunt aliqui ſcribentes; maxime in verbis.
nam Paul. de Caſt. in d. l. pactum dicit quod
vbi filia ſuperuixit patri: tunc ſucceſsio fuit
ad eam deuoluta tanquam præcedentem in
gradu. Ideo nepotes ex ea ſunt excluſi: & ſi
dicatur ex quo filia excluditur nepotes de-
bent admitti ex ſucceſſorio edicto, reſpõdet
hoc nõ obſtare, nam ex quo renūciatio facta
fuit ipſi patri qui videtur eam recepiſſe pro
filijs ſuis maſculis. illis ſolis debet proficere
argu. l. ſi actionem. cum ibi not. C. de pactis.
ſecus dicit quando precedens in gradu renū
ciaret ſimpliciter: non cõtemplatione alicu-
ius alterius: ſed propter ſeipſum nolens im
plicari oneribus hereditarijs. quod dicit ve
riſsimum & ſubtile, propter quod menti te
nendū: qui ſecundum eum hoc nõ ſic bene
per alios declaratum: adde gloſ. quam ipſe
non allegat, quę tenet hanc opinionem ſcili
cet quod dicta renunciatio præiudicet nepo
tibus in d. c. quamuis pactū in gl. fi. de pactis
lib. 6. idem Bal. in. l. fi. 4. col. verſ. ſed hic in-
cidenter quæritur. C. de pactis. tenēs indiſtin
cte nepotem excludi ex eo, quia talis renun
ciatio habet vim pacti: & parit vniuerſali hę
redi pacti exceptionem. Vnde vniuerſalis hę
res aui videtur hoc ius habere ex liberalitate
matris: & ſic aliud eſſe hæreditatem delatam
matri, ipſam matrem renunciare. & hoc non
obſtat nepoti per edictum ſucceſsoriū. ff. de
inoffi. teſta. l. pater filiū. & l. ſi is qui. cum tūc
veniat nepos ex propria perſona, & per con
ſequens non debet ei nocere materna renun
ciatio. l. non tantū. in §. ſi emancipatus. ff. de
con. ta. aliud eſt de hæreditate deferenda, pa
ciſci non petere eā. nam iſtud pactū eſt quæ
dam tacita donatio a matre nepotis in hære
dem vniuerſalem patris ſui collata, & perin
de nepos excluditur acſi mater poſsideret:
quia ille poſsidet qui habet cauſam a matre
Sicut ergo mater præcedit filiū, ita iſte poſ-
ſeſſor habens cauſam a matre: & ſic ſeruatur
de conſuetudine ſecundum eū. Subdit tamē
quod optima cautela eſt quod verba nõ ſint
concepta per modum ſimplicis renunciatio
nis, ſed magis in forma pacti de non petēdo:
quia cenſetur quædam donatio. l. ſi quis o-
bligatione, de regu. iu. & ſic reſidet. Idē tenet
Salice. in d. l. pactum quod dotali. C. de pa-
ctis. dicens quod aut nepos venit vt hæres
matris, & nõ eſt dubium quod repellitur ob
ſtante exceptione quæ matri habet obſtare,
aut venit proprio iure: & tunc indiſtincte cõ
cludit idem ſcilicet quod repellatur. Moue-
tur ex fundamētis Bal. licet eū taceat, vt mo
ris ſui eſt. reputat hoc mēti tenēdū tanquam
quotidianū. Idē Bal. in d. l. pactū de colla. ſe-
cūda. q. videtur variare aliquid quod talis
renūciatio facta a matre cū iuramēto, nõn no
cet nepoti, ſi fuiſſet ſimplex renūciatio, ſecus
ſi partis debitæ perceptio: nam tūc obſtat ſe
quētibus, non vi repudiatiõis: ſed vi ſucceſ-
ſionis: q̄a ſuccedit in parte ſua in 18. q. eiuſdē
legis vadit per aliam ſemitā. idem Bar. in d.
l. qui ſup iſtis. licet aliqualiter, loquatur ma-
gis ſpecifice ſub alia diſtinctione. dicit enim
quod aut iſti nepotes volunt ſuccedere auo
cū filijs eius, qui eis ſunt in potiori gradu. &
nocet eis matris renūciatio, cū non poſſunt,
tunc venire niſi ex perſona matris: ſed ma-
ter erat excluſa, ergo & ipſi. aut volunt venī
re cum aliis nepotibus defuncti, qui ſunt in
eodem gradu cū eis: & tūc ſecus, quia veniūt
ex perſona propria, & ſic factum matris non
nocet



nocet eis: licet hoc non videatur ſtare poſſe:
imo etiam iſto caſu veniūt ex perſona ma-
tris quod patet quia veniūt in ſtirpem, nam
ſi venirent ex propria perſona, venirēt in ca
pita, vt dicebat Paul. in d. l. qui ſuperſtitis.
9 ¶ In concluſione veritas videtur id quod
Bal. & Salic. firmant in dict. l. fi. quos ſequi-
tur Pau. de Caſt. in dict. l. qui ſuperſtitis ſci-
licet quod vbi filia ſuperuixit patri, noceat
nepotibus eius renunciatio: quia certum eſt
quod ſtatim mortuo patre defertur filiæ hæ
reditas patris: & eodem inſtanti ſuccedit
virtute repudiationis; propter quā ipſa ex
cluditur: & tota hereditas accreſcit maſculo
fratri ſuo; non autē tranſit ad ſuos filios qđ
probatur a ſimi. in. l. quoties in. §. finali. &
in. l. Stichum in. §. ſi ita in fine. ff. de noua. &
ſic filijs eius. non nocet repudiatio & iura-
mentum matris, ſed potius ſuperexiſtentia
eius, propter quam hæreditas fuit illi delata
tanquam præcedenti in gradu. non autē fi-
lijs eius, & excluſio quæ poſtea ſubſequitur
ex dicta repudiatione cum iuramento, non
prodeſt filijs, ad quos non tranſmittitur ius
repudiatum. l. ſi quis filium. de inof. teſtam.
ſed prodeſt cohæredibus filiæ, quibus accre
ſcit. C. quando non pete. par. l. vnica. & ita in
hoc caſu ſcilicet quando ſuperſunt fratres
iſtius filiæ renunciantis omnes quaſi concor
dant, quod nepotes qui ſunt filij huius filiæ
renunciantis excludantur; & ſic etiam tenēt
Barto. in dicta. l. qui ſuperſtitis. quod patet
clare. nam ex quo habet ius accreſcendi di-
ctis fratribus excluſione ſororis ſuæ neceſſa
rio excluduntur dicti nepotes. cum ius accre
ſcendi potentius eſt ſucceſſorio edicto, & ſic
de neceſſario nepos qui eſt ſequens in gradu
impeditur venire per edictum ſucceſſorium.
l. 1. ſecundum vltimam lecturam glo, appro
batam. C. quando nõ peten. par. l. cum emā-
cipatus in. §. qui duos. ff. de con. ta. eſt caſus
not. in l. meminimus. C. de legi. hæred. ibi ex
10 ſecundo gradu. quem Bald. ad hoc pondera
uit. ¶ Teneas ergo pro regula communi * q̄
ſi filia quę renunciauit, mortua eſt in vita pa
tris (vt proxime dictum eſt) non præiudica-
bit nepotibus; ſecus ſi ſuperuixerit patri. vt
Bal. & alij fatentur, quæ diſtinctio ſatis pro-
batur a ſimili in l. ſi quis poſthumos in. §. ſi fi
lium. de libe. & poſth. & in l. ſi quis filio ex-
hæredato. circa princi. ff. de iniuſ. teſta. vbi fi
lius exhæredatus ſi moritur patre viuēte. nõ
obſtat nepotibus ex eo quominus poſſent
venire ex eorum perſona ad ſuccedēdū etiā

*Adde Georgiū natā in repeti. c. quāuis pactū de pactis lib. 6. co. 21. ver. 2 caſu nu. 79. & Phil. Dec. in l. pactū co. pe. C. de collat.

contra teſtamentū, & illud rūppendo ſi repe-
riunt ſe præteritos: ſecus ſi ſuperuiuāt patri
& ſic illud quod ibi dicitur de filio excluſo
per exheredationem ex identitate rationis.
Idem dicendum in filia excluſa per repudia-
tionem cum iuramento. & ſic pater etiam q̄
ſi filij filiæ fuerūt præteriti in teſtamēto aui:
& filia mortua ſit viuo auo, poterunt dicere
teſtamentū nullū de iure communi, ſecus ſi
mortua eſſet poſt mortem patris. & ad hoc
propoſitū reperio allegata dicta iura referē
tem per illa ſic ſe conſuluiſſe illo anno Paul.
de Ca. in. d. l. quis ſuperſtitis. ¶ Limita tamen
iſtam regulam communem quæ habet; vt ſi
filia quę renunciauit ſuperuiuat patri, noce
at nepotibus renunciatio: vt debeat intelligi
quando ſuperſunt alij qui erant ſucceſſuri
cum dicta filia ſi non renunciaſſet cum iura-
mento, vt fratres vel filij fratrum. ſed ſi non
extarent aliqui qui cum illa eſſent ſucceſſuri
ſed alij agnati trāſuerſales in gradu * inferio *h
ri tūc dicta renunciatio filiæ non nocet ſuis
filijs. Ratio eſt quia tunc non deuoluitur hæ
reditas per ius accreſcendi ad dictos trāſuer-
ſales; ſed ad ſequētes in gradu per edictū ſuc
ceſſoriū. Inſti. de ſucce. cog. §. placebat ſed cū
filijs eius reperiūtur in potiori gradu admit
tuntur ex edicto ſucceſſorio, cum non ſuper
ſit alius qui poſsit eos excludere. ita Pau. in
d. l. qui ſuperſtitis. & in hoc de filijs fratrū ex
preſſe dicit contra Bar. in eadem lege. Idem
Alex. in d. l. pactū. licet in hoc de filijs fratrū
non ſe declaret, dicit enim quod vbi nõ ſunt
fratres dictæ mulieris; ſed ſunt alij remotio-
res in gradu, qui non poſſunt venire per ius
accreſcendi, tunc admittūtur nepotes per e-
dictū ſucceſſorium; dato quod filia quæ re-
nūciauit ſuperuixiſſet patri. Benefacit. l. ſi is
qui in prin. ff. de inoffi. teſta. & l. fi. de ſucceſ-
ſo. edi. l. 1. §. quibus de ſucceſſo. edi. itaq; vbi
ſuperſunt fratres filiæ renunciantis omnes
ſunt concordes quod renūciatio prēiudicet
nepotibus. Idem etiam ſunt cõcordes quod
vbi ſuperſunt remotiores vt trāſuerſales nõ
noceat: ſed vbi nepotes concurrunt cū alijs
nepotibus, eſt diuerſitas. Secundo limita, niſi
renunciatio fieret ſimpliciter: non in contē-
plationem alicuius alterius: ſed preter ſe ip
ſum nolens implicari oneribus hæreditarijs
ſecundū Pau. de Caſt. ſingulariter in l. pactū 11
¶ Sed ſuper eſt quęſtio elegās * huic neceſſa-
ria: ſi in caſu q̄ nepotes nõ excludūtur p renū
ciationē matris ſuę, ſi dos ſeu quātitas data fi
lię in dotē, ea decedēte in vita patris īputabit
nepo-

*De qua quæſtione vi. latiſſime per Vin. de Hercula.

*nis in. l. in quartā ff ad l. falcidiam in. 9. ca. ver. querit etiam Bar. de not. quæſtio. vbi cōſiderat plures caſus in quibus doct. concordāt & diſcordāt & vi. Phil. Dec. referentē plura cōſilia doctorum in l. illā. C. de colla. in pe. & fin. col.*

nepotibus in legitima, prout matri ſuę veniebat imputanda. Hæc eſt famoſa quæſtio & quotidiana. pater dedit dotem filiæ ſuę: quę deceſsit in vita patris relictis filijs: vtrū dicta dos data filiæ imputetur in legitima eius filijs nepotibus teſtantis, prout veniebat imputanda matri ſuæ: reperio. Bar. illā mouere & in deciſam relinquere in l. poſt dotem. in penul. col. ff. ſolu. ma. ſed idem Bart. optime videtur illam decidere in l. in quartā. ff. ad l. falci. refert ſe vidiſſe bis de facto: & conſuluiſſe quod imputetur dictis nepotibus. Refert quod idem hodie conſuleret ſi caſus occurriſſet, quanquam plerique aduocati & doctores contrariū dixiſſent. Mouetur per l. illam. C. de coll. §. fi. vbi tex. dicit quod dos data matri debet a filijs conferri: & in quartā imputatur. vt in l. quoniam nouella, C. de inoffi. teſta. quæ lex generaliter loquitur. Secū-

*i do per l. omnino. C. eo. tit. vbi non requirit tex. quod habeat a patre, ſed occaſione eius quod pater fecit lucraretur. Mouetur etiam quadam ratione difficili, cui non poteſt reſponderi ſcilicet quia quādo filia decedit viuo patre cum liberis de iure cōmuni dos debet reuerti ad patrem: & nō ad liberos. l. dos a patre. C. ſolu. ma. ſed de cōſuetudine remanet apud virum pro filijs: & ſic talis cōſuetudo non facit illos filios heredes matris: quia illa dos nō erat matris: nec matris eſſe debebat. vnde dicta conſuetudo aufert auo immediate, & dat nepotibus: & ſic nepotes nō dicuntur habere dotem ex perſona filię matris ſuæ, ſed ab auo & ex perſona ipſius aui merito debent imputare. & refert Bar. quod in hac ratione poſuit totum ſuum fundamētum contra aduocatos patris. Aduerte, & eſt ſingularis deciſio & menti tenenda in practica. Hæc deciſio non placuit Bal. nam in l. illam. C. de colla. mouet hanc quęſti. & refert. hoc conſilium Bar. in totū reprehēdens eius doctrinam; & loquitur iratus nimis, dicēs ſe omnino contra dicere Bar. & contra eum cōſuluiſſe, & quod rationes ſuæ ſunt phātaſticę & coloratæ, non efficaces, concludens eū nimium erraſſe, & loquitur more aduocatorum, nam fuit aduocatus contra Bart. in illa cauſa. vt refert Pau. in d. l. quoniam nouella & ob hoc vult deſtruere motiua Bart. & refert Pau. de Caſt. in d. l. illam. ſe audiuiſſe a Bal. in ſcholis, quod in dicta cauſa fuit aduocatus contra Bar. inuehit etiam Bal. in d. l. illam contra Iaco. But. qui conſuluit idē quod Bar. quod ſtudio contradicendi ſepe fefellit Salice. in l. ſcimus. in §. repletionē. C. de inoff. teſt. Ioa. de Imo. in d. l. in quartam. & in l. poſt dotem. ff. ſolu. ma. diſtinguit. quod aut nepos ſuccedit cū alijs nepotibus, qui ſunt ſibi pares in gradu: & tunc non computatur in legitima dos matri ſuę data. Si autem ſuccedat cum patruis ſeu auunculis, tunc ſecus: imo debet computare. Ratio quia tunc oportet quod ſuccedat ex perſona matris: nec excludatur a patruis prioribus in gradu. & hāc diſtinctionem ſequitur Bald. de æquitate in dict. l. illam. nihilominus tene opi. Bart. qui habet optimum fundamentum, & abſonum videtur quod nepos ſit melioris cōditionis quam filius: & iniquum videtur quod nepotes maiorem legitimam in bonis aui habeāt quam fuiſſet habitura mater ipſorum cuius loco ſubrogantur. l. ſi eum in §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Sed cum mater deberet imputare. vt l. quoniam nouella. ergo nepotes. Item optime facit. d. l. quoniam nouella. quę vult quod dos data a matre cōputetur in legitima: & tamen illa exiuit de patrimonio matris abſq; ſpe reuerſionis; quia videtur donaſſe. l. 1. §. extraneū &. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & per hāc legem dicit Pau. in dict. l. in quartam. ſe motum fuiſſe principaliter ad conſulendum. ſecundum opinio. Bart. ſequitur Ange. in dict. l. in quartam. & Pau. de Caſt. ibi dicit. quod licet alias opinio Bal. viſa fuit ſibi vera; tamen poſtea melius cogitas cōſuluit pluries ſecundū opinionem Bart. & concludit adhærendum eſſe Bart. opinioni. idem tenet in d. l. quoniam nouella. Idem in dict. l. illam vbi refert ſalua reuerentia doctorem ſuum Bald. plurimum erraſſe. nec Barto. bene perpendiſſe. idem Ludouic. Roman. in dict. l. illam & cōſuluit idem Bartol. in conſilio incipienti. Gilibertus dedit dotem. idem conſuluit Petr. de Ancha. In conſilio quinquageſimo ſecundum numerum meum. incipit. viſis diligenter verbis teſtamenti ſtatutorum. Fundamenta huius opinio. vide per doctores in dictis locis; quia omnes ſumpſerunt præcipuum fundamentum a Bartol. & hanc opinionem ſequutus eſt doctor Alexand. in dict. l. illam. & in d. l. in quartam. ¶ Hoc tamen debes intelligere quando nepotes habent iſtam dotem matris ſuę, & ad eos perueniſſet ſolummodo ex dicta conſuetudine; cum alias de iure ad auum deberet reuerti; ſed ſi pater tempore quo dotauit filiam, fuiſſet ſtipulatus dotem ſibi reſtitui, quo caſu videtur eidem donaſſe

& va-



& valuit donatio ex cauſa dotis per. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. herc. vel fuiſſet ſibi in vnum caſum ſtipulatus: & per cōſequēs in altero caſu videretur filiæ ſtipulat* & eidem donaſſe. vt in l. ſi cum dotē in princi. ff. ſolu. mat. tunc filij eius idemq; nepotes haberent a matre, & tanquam hęredes matris, & ſic ſuccedentes auo non cōputabunt *ita firmat Bal. in d. l. quoniam nouella. quē ſequitur ibi Pau. de Caſt. & in dict. l. illam. & in d. l. in quartam. & reuera idem tenuit Bar. in l. poſt dotem in penul. col. ff. ſolu. ma licet dubitanter ponat in dict. l. in quartam. & ſic Bald. videtur Barto. reprehendiſſe ex odio: cum ipſe Barto. dixerit illud idem quod ipſe Bal. affirmat. Iſtam concluſionem ſequuntur moderni, inter quos eſt Alex. in d. l. illam in penult. colū. & in d. l. in quartam. & in dict. l. poſt dotem ſecundum eam conſuluit. Pe. de Ancha. cōſilio. 50. incipit. viſis diligēter verbis teſtamenti. & in conſi. 315. incipit dominus Bar. & plures alij ſic conſuluerunt. voluit Iac. But. & ibi Bal. aliquid in l. ſcimus in princi. C. de inoffi. teſta. fundamentum potiſsimum iſtius concluſionis eſt, quia quādo auus dotauit filiam: & expreſſe vel tacite eſt ſtipulatus dotem reddi filię ſolu. ma. tūc dicta dos cenſetur eſſe filiæ pleno iure. & ſic nepos habebit dictā dotem a matre iure hæreditario matris & tanquam hæres eius, & ſic dos vadit ad liberos filiæ vt ad hæredes filiæ vt tenet Bar. & alij in l. poſt dotē. 4. quęſt. in d. l. ſi cum dotem eodem titul. per. l. inter ſocerum. in. §. cum inter. ff. de pactis dota. Ideo iuſtum & iuridicum videtur quod nepos nō computet dictam dotem in legitimā aui: in qua non debet imputare niſi illud q̊d immediate habet ab auo. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſt. per Bar. in l. cum oportet in princi. C. de bonis quę libe. ad argumēta contraria reſpōdetur latiſsime per doctores prædictos in antedictis locis: maxime per Alex. in d. l. illam. ideo hic non repeto.

** Et hoc cōmuniter tenetur ſecūdum Phi. Dec. poſt alios per eū relatos in al leg. l. illā. C. de colla. in fi. col. vbi ampliat habere locū quomodocunque nepo. tanquā hæredes matris haberent dotem.*

¶ Hæc procedunt quando filia deceſsit cum
12 liberis patre viuente. Alia quæſtio eſt quando filia deceſsit poſt mortem, patris: quę filia aliquid receperat p̱ dote & integra portione ſuæ ſucceſsionis, ſi nepotes tunc excludantur ab edicto ſucceſſorio an admittātur ex eo: & debes hanc quæſt. intelligere quando non ſuperſunt fratres matris ſuę, ſed ſunt alij remotiores in gradu, qui non poſſunt venire per ius accreſcendi ad patrem renūciatam & repudiatam per. d. l. filiam. nam tunc admittūtur nepotes* per ſucceſſoriū edictū *k
excluſa matre ſua per repudiationē vel aliter. l. is qui. in princi. ff. de inoffi. teſt. l. fin. C. de edi. ſucce. l. 1. §. quibus. ff. eo. q̱a alias quæſtio nō haberet dubium ſi nepotes eſſent excluſi. Itaque iſto caſu, quo iſti admittuntur per ſucceſſoriū edictū, dato quod mater ſua decederet poſt mortē aui, ſi repellentur in caſu quo mater ſua aliquid recepiſſet pro dote & integra portione ſuę ſucceſsionis. & Bald. in d. l. pactum tenuit, quod ſic. eo quia filia tunc obſtat nepotibus non vi repudiationis, ſed vi ſucceſsionis: quia cum ipſa videatur ſucceſsiſſe, non eſt tractandum quod nepotes veniant per ſucceſſorium edictum. allegat notata per Bar. in l. 1. in. §. filiū. in. 4. quæſtio. de con. ta. quod intelligit Bal. quando filia accepit aliquid pro ſatisfactiōe ſuę partis: ſecus ſi accepiſſet vt nullo modo ſuccederet: ſed repudiaret, argu. l. fuit. ff. de adqui. hęre. Ioā. de Imo. tenet contrariū in dic. l. qui ſuperſtitis. Sed Alexan. in d. l. pactum. ſequitur opinio. Bald. ex eo quia filia habet illud loco ſucceſsionis hæreditariæ: cui ſucceſsioni renunciat propter illam portionem quā habuit. ergo ſicut propter partem ſucceſsionis quam habuiſſet filia ab inteſtato excluderentur nepotes ita excludi debent ſi filia habuit aliquid quod ſit loco ſucceſsiōis ſubrogatum, arg. l. ſi non mortis. in princi. ff. de inoffi. teſtam. quod optime probatur ex notatis per Bart. in d. l. filium. & in d. l. duobus. & ibi hoc vult Bal. ff. de lega. 1. Bal. & Ang. in l. Papinianus. in. §. vnde ſi quis. ff. de inof. teſta. ¶ Regulariter autem ſi id quod datum eſt filio per patrem in præmium emancipationis vel alias, quod tenebatur imputare in legitima, ſi decedat in vita patris filius ſuus, & ſic nepos teneatur imputare a patre ſuo acceptum in aui ſucceſsione. vide Salic. in l. ſcimus. §. repletionem. C. de inof. teſta. & hęc de quarta limitatione.

## SVMMARIVM.

1 *An valeat pactum inter filios de hæreditate patris certo modo diuidenda de conſenſu & voluntate patris.*

2 *Examinatur veritas dict. Bald. in cap. ad noſtram. 2. de iure iuran.*

3 *Renunciatio cum iuramento facta abſque voluntate patris de cuius hæreditate agitur an valeat.*

4 *Pactum*

*4 Pactum de non ſuccedendo patri abſque iura-
mento an valeat.*

*5 Si pater præueniens vltimum iudicium diui-
ſit bona inter filios quam diuiſionem filij iu
ramento firmarunt poteſt nihilominus pa-
ter mutare voluntatem.*

*6 Lex finalis.C.de pactis an habeat locum,quã
do vltra pactum de hæreditate viuentis in
teruenit ſtipulatio circa vnam quamque rẽ
hæreditariam.*

*7 Renuntiatio iurata cum pacto expreſſo de
non ſuccedendo etiam ex teſtamento an va-
leat.*

*8 Tex.in.c.quamuis de pactis.lib.6.an habeat
locum in filia viuo patre renunciante hære-
ditati patris non tamen ipſi fratri, nec ipſo
conſentiente.*

*9 Pactum factum inter duos de inuicem ſucce-
dendo quando valeat & de intellec. l. licet.
C.de pactis.cum nu.ſeq.*

*12 Ex duobus in vna eadem carta teſtantibus ſu
perſtes poteſt reuocare pro ſua parte teſta-
mentum.*

*13 Conſentiens quod aliquis teſtetur de re ſua te-
ſtamento morte teſtantis confirmato nõ po
teſt reuocare conſenſum.*

*14 Cautela ad impediendum quod ſuperſtes non
reuocet meliorationem vel maioriam fa-
ctam de bonis communibus videlicet diſpo-
nentis & ſuperſtitis.*

*15 Si inter conſentientem & diſponentem nõ poſ
ſit cadere donatio an præiudicat conſenſus.*

*16 Pactum reciprocum donationis: vt ſuperui-
uens, vel eius liberi habeant omnia bona de
cedentis ſine liberis an valeat.*

*17 Intellectus. l. regni ſcilicet.l. 8. de las heren-
cias ſoro legum.*

*Quinta limitatio.*

QUINTO ſuperiori
limitationi cõtigue limita ſingulariter hãc
legem & eius taxationem, niſi inter filios in
vita patris præceſsiſſet pactum de heredita
te certo modo diuidenda de conſenſu, & vo
luntate patris in qua perſeueraſſet vſq; ad
vltimæ vitæ exitum.nam attento tali pacto
&,conuentione poſſet pater inter filios bo-
na ſua diuidere non attenta huius legis taxa
tione.Iſte eſt caſus ſingu.in.l.fi, C. de pactis,
& licet ille textus ſit vulgaris ego ſolenni-
zaui illum nouiter ad vnum propoſitum.ſ.
in.10.ampliatione ad l.quoniã in prioribus
ver.& quia ego timeo. & ibi vide vtrũ hæc
limitatio careat ſcrupulo:cum ibi fundatur
quod non habeat locum in legitima: & ſi il-
lud eſſet verũ ceſſaret hæc limitatio. & Bal.
*extollit nimis illum tex.in ca. ad noſtram. 2
el.2.in.2.co.de iure iu.ad hoc quod ſi filia re
nunciauit cum iuramento hæreditati patris
viuentis in manibus fratrũ & patris: tãdem
pater in ſuo teſtamento fecit ſibi legata quæ.
dam,vel voluit quod nõ obſtante iuramen-
to ſuccedat cũ fratribus ęquis portionibus:
videbatur quod nõ poſſet pater hoc facere,
cũ iuramentũ fuit præſtitum fratribus:& ex
eo ipſis ius queſitũ.* vnde pater iuri filiorũ
renunciare non poteſt.contrariũ dicit eſſe ve
rũ.Primo quia Bernardus in d.c.dicit quod
iuramentũ poteſt relaxari in teſtamento. &
quia agit ex noua cauſa de qua prius nõ fuit
cogitatũ.Itẽ quia inuito patre, de cuius hæ-
reditate agitur,non tenet dictũ pactum.im-
mo requiritur perſeuerantia patris vſq; ad
mortem, dicit eſſe caſum vnicũ in iure.in d.
l.fi.C.de pactis, ſubdens quod licet illa lex
ſit omnibus nota:tamẽ,per aliũ neminẽ quã
per eum fuit ad hoc ſpecialiter allegata. &
in veritate Bal.loquitur famoſe, ſi detracto-
ribus caruiſſet.nam reperio quendã moder
num Mediolanenſem qui in d.l.fin.C.de pa-
ctis,refert hoc dictum Bal.& loquitur cõtra
eũ ſatis impudenter & inhoneſte, dicens Bal.
erraſſe in intellectu.d.l.fi.dicit enim quod d.
l. fi. loquitur in pacto facto inter tertios de
hæreditate viuentis. Caſus in quo loquitur
Bal.eſt pactum de non ſuccedendo; in quo
non loquitur. d.l. fi. & in pacto de non ſuc-
cedẽdo non requiritur cõſenſus patris, imo
firmatur iuramẽto ſine tali cõſenſu. vt in d.
c.quamuis pactum,& ſic dicit Bald.æquiuo-
care ad d.l.fi. ¶Mihi videtur verius ipſum
erraſſe & Bald. ſubtiliter & recte loquitur:
quia ſi ponamus caſum ſolummodo, quod
filia renunciaſſet hæreditati paternæ in ma-
nu ipſius patris tunc eſt propria materia pa-
cti de nõ ſuccedẽdo.nec Bal. loquitur illo ca
ſu.ſed quando vltra hoc dictã paternã hære
ditatẽ renunciaſſet in manibus fratrum &
patris & pro ipſis fratribus.vt Bal.loquitur
quis dubitat,niſi quod ex dicta renunciatio
ne efficitur quodammodo inter eos pactum
de deuidenda patris hæreditate,& per conſe
quens efficitur pactum de hæreditate certo
modo

*2 * Et hãc doctrinã Bal.ſequitur Georgi.in repet.c.quãuis pactũ de pactis.lib.6.co.4.in 1.limitatione.vbi dicit eſſe omni cum memoria cõmẽdandam. & eã defendit Phi. Dec. ab impugnatione Iaſ. in l.fi. C.de pa. in 4 notab. & ſequitur idẽ Phi. Dec. in cõſ. 475. col.2. *2*



modo diuidenda,vt loquitur d.l.fin.quo ca
ſu vt hoc pactum obtineat in effectu requiri
tur patris conſenſus & perſeuerantia vſque
ad mortem:itaque etiam loquendo proprie
in materia pacti de non ſuccedendo iuramẽ-
to vallati prout loquitur.d.c.quãuis. pactũ
non extenditur ad ſucceſsionem ex teſtamẽ-
to vt inquit Bal.in d.l.pactum.per.d.l. fina.
& eſt communis omnium conclu. & ſic recte
locutus fuit Bal. tam in ſentẽtia quam in põ
3 derando ad hoc.d.l.fi.¶Et ad cõuincendũ in
aduertẽtiam iſtius doctoris adduco quandã
limitationem poſitã ad.c.quamuis pactũ.per
Fulgo in l.pactum.C.de coll.quãm ſequitur
Raphael.Cuma.in l.ſtipulatio hoc modo cõ
cepta.ff.de verb.oblig.& Alex.ibi in.5. col.
dicunt enim quod in quantũ.d.c. approbat
pactũ de non ſuccedendo ſi fiat cum iuramẽ
to,non habeat locum quando patre viuente
filius non renunciaſſet ipſi patri ſcienti,& vo
lenti:ſed renunciaſſet fratribus vel alijs abſ-
que voluntate patris quia tunc nihil valet
b talis renunciatio cũ iuramẽto.*ſaltẽ vbi pa
ter non conſenſiſſet.& licet Roma.in d.l. qui
ſuperſtitis non admittat hãc limitationem,
tamẽ eſt vera:& vltra predictos doctores il-
lam approbant Domi.Imo.Pe.de Ancha.in
d.c.quamuis pactũ.moti per tex.in d.l.fi.C.
de pactis.& ſi dicatur & hoc facit ad propo
ſitũ quod.d.l.fi.loquatur in pacto de ſuccedẽ
do, ſeu de hæreditate patris viuentis certo
modo diuidenda, quod pactũ non valet tan
quam inducens votũ captandę mortis.vt in
d.l.fin. ſed caſus in quo loquitur Fulgo. Cu-
ma. Domi. & alij loquũtur in pacto de non
ſuccedẽdo.& ſic in renũciatione facta iuri ſuc
cedendi per quod pactũ ſeu renunciationem
tale votũ nõ inducitur. Ideo firmatur iura-
mẽto vt in d.c.quamuis.nã ad hoc reſpõdet
Alexã.in d.l.ſtipulatio.& ſatis ad propoſitũ
noſtri caſus,prout ego dicebam quod reſpe
ctu fratrũ cum quibus apponitur pactum:&
quibus fit renũciatio paternæ hæreditatis ſa
tis dicitur eſſe pactũ de ſuccedendo,& de hæ
reditate viuentis certo modo diuidẽda,& ſic
militet ratio & diſpoſitio.d.l.fi.& per conſe
quens non debet valere ſine voluntate & cõ
ſenſu illius,de cuius ſucceſsiõe agitur:in qua
perſeuerat vſque ad vltimę vitæ exitũ.Nec
obſtat id quod Bar.dicit in d.l.ſtipulatio.dũ
limitando.d.c.quamuis pactum dicit. quod
pactum iuratum ſororis factũ fratribus de
non ſuccedendo patri,excludit eam a ſucceſ
ſione inteſtati.nã illud debet intelligi patre
conſentiente vt ipſe & omnes fatẽtur:& hęc
omnia menti teneas ad extenſionem d.l.fina.
C.de pactis,vt non ſolum procedat quando
inter fratres fiat pactũ de hęreditate patris
certo modo diuidenda:ſed etiam quando fi
lia renunciaſſet hæreditati paternę, nõ ſolũ
in manibus patris:ſed etiam in manibus fra
trum:& pro ipſis fratribus,cum ex dicta re-
nũciatione reſpectu fratrũ reſultet inter eos
quoddã pactũ de ſuccedẽdo:quod in verita
te prius dixerat Cinus per iſtos non allega-
tus in l.pactũ quod dotali.C.de colla.vbi di
cit quod illa regula,quę habet nõ valere pa
ctum de non ſuccedendo,debet limitari niſi
filia faceret pactum de nõ ſuccedẽdo ipſis fra
tribus & cum ipſis pactũ celebrando,& pa-
ter conſentiret & perſeueraret in cõſenſu vſ
que ad mortem.nam validum eſſet tale pa-
ctũ per d.l.fi.quod bene nota.¶Plus reperio
firmaſſe Ange.in l.ſtipulatio hoc modo con
cepta.2.col.vbi etiam abſque iuramẽto fir-
mat valere renunciationẽ ipſi fratri factam:
ſeu pactum de non ſuccedendo ipſi patri Po
nit exemplum ſi filia accepiſſet dotẽ a fratre
viuo patre:& paſcitur cũ eo de non ſuccedẽ
do patri.quod valet illud pactum etiam abſ
que iuramẽto patre inteſtato defuncto; qua
ſi vẽdiderit ius geniturę:ſicut fecit Eſau qui
iura primogeniturę vẽdidit Iacob.quod no
ta:quia Ang.nil dicit de cõſenſu patris & ſic
videtur cõtra.d.l.fi.ſed tamen ſecũdum eum be
ne ſuccederet eidẽ patri ex teſtamẽto nõ ob
ſtãte pacto:nec ſi aliter diceremus auferre-
tur patri libera facultas teſtãdi,quod eſt cõ-
tra.d.l.pactum.de pactis.& re vera hęc con-
cordare videtur cũ eo quod Bald.dixit in d.
c.ad noſtrã.vid.Bal.in c.1.§. moribus. ſi de
feu.fuc.controuer.habeo eum corruptum
ſed ſingulariter loquitur.& attende: * quia
videtur ibi Ang.ſentire valere pactũ ſi filius
primogenitus paſciſcatur cum fratre de nõ
ſuccedendo in primogenitura cedendo ſibi
iura primogeniturę motus authoritate ve-
teris teſtamẽti,vbi Eſau iura primogeniturę
renunciauit capit.quam ſit periculoſum.7.
queſt.1.glo.in l.quoties.C.de here.inſti. ſen
tit Bal.in d.l.pactum.contrarium tenet Ro-
ma.in d.l. ſtipulatio.10. col.verſi. ſed certe.
per.l.quidam in iure.§.fina.ff.de donatio.&
per.l.2.§.fi.ff.de his qui.vt indig. vbi iura di
cunt nullam eſſe cõuentionem per quã quis
de hæreditate viuentis paciſcitur:immo tan
quam indignus debet illa priuari: improbe
enim facit qui de viuẽtis hæreditate quãuis

** Sunt hæc verba Georgij in rep.ca. quãuis ſuper alleg.col.3.*

legitime a ſe ſperata nimis ſolicite agit. ait
Iuriſconſultus in l. 1. in §. interdũ. ff. de vul-
ga. & pu. & dicit ipſe qđ non obſtat authori
tas Eſau: quia illa quæ ſunt veteris teſtamen
ti, cuius dicta non tenentur in hoc niſi in no
uo teſtamento reperiantur approbata. §. his
itaque. 6. diſtin. notatur in cap. finali de con-
ſue. per ſanctum Thomam. 2. 2. quæſt. 4. arti.
3. Rom. reſpondet in dict. l. ſtipulatio. quod
illud ius primogeniturę eſt ceſsibile capi. li-
cet. de voto per Archi. in dict. c. pit. quam ſit
periculoſum: quia dicitur eſſe cõtra ius natu
rale deferens ſucceſsionem filijs ęqualiter nõ
inſpecto caſu natiuitatis. ſcripto. ff. vnde li-
be. l. cum ratio. ff. de bonis damna. & ſic faci
lius tollitur, quam ius ſuccedendi, quod cõ
petit de iure cõmuni. arg. l. ius militis. §. mi-
litia miſſus. ff. de teſta. mili. & ſic videtur reſi
dere Roma. in hoc quod ius primogeniturę
conſideratum in abſtracto a ſucceſsione poſ
ſet per pactum tolli: ſed non vna cũ ipſa ſuc
ceſsione. & in hoc reſidet quidam modernus
repetens dict. ca. quanuis pactum. 3. colum.
verſi. 5. fallit. quos vide: quia nõ eſt materia
5 tangens propoſitum, ommitto. ¶Adde aliũ
& ſecundum modum ampliandi. d. l. finalẽ.
C. de pactis. vt procedat etiam ſi pater præ-
ueniens vltimum iudicium bona diuideret
inter filios: quam diuiſionem filij cum iura-
mento firmaſſent: & hoc fuit ſingulare ver
bum Bal. in c. 1. in §. item ſacramenta. 5. colũ.
in verſi. quæritur ſi faciens teſtamen. de pace
iura. fir. in vſi. feu. vbi dicit quod fuit quęſtio
de facto in rege Aragonũ, qui habebat duos
filios vni aſsignauit regnum Arogonię: alij
regnum Maioricarum, & iurauerunt ipſi
fratres dictam diuiſionem perpetuo ratã te
nere authoritate & conſenſu dicti regis inter
ueniente: poſtea idem dominus rex fecit in-
ter filios quaſdam ſubſtitutiones, querebā-
* c tur quid iuris? Oldra. * dicebat ante omnia
eſſe videndũ qualiter iſte actus cognomina-
retur. nam videtur quod eſſet quædam ordi
natio facta a patre ſupremi iudicij diſpoſitio
nem præueniens: & inde naturam mutabilẽ
ſumens vſque ad ſupremum vitæ exitũ. ff.
de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus. ff. fami.
herciſ. l. filia. §. Papinianus. C. de pactis. l. fi-
nali. & ſic domino rege mutante volũtatem
iuramentum, quod fecerunt inter ſe fratres
uiribus euacuatur vel moderatur prout do-
mino regi placuerit cum illam tacitam con
ditionem videatur habere dictum iuramen-
tum prout alias dicitur. C. de non num. pec.

l. final. In contrarium dicit facere ex eo quia
dicti fratres iurauerũt ſub certa forma: a qua
non videtur quod aliquis eorum poſſet rece
dere altero inuito. vt in d. §. item ſacramẽta.
finaliter concludit quod dictus rex bene po
tuit facere dictam diuiſionẽ de voluntate fi-
liorum. Item quia rex potuit facere donati o
nem filijs ſuis etiam in poteſtate poſitis pro-
pter authoritatem regiam. l. pe. C. de dona.
inter vi. & vxo. ita tamen quod ſi rex vult ꝙ
donatio ſua valeat authoritate regia debet
hoc exprimere ſcilicet ſe facere authoritate
regia argu. l. bonorũ. C. qui admi. ad bo po.
Finaliter deueniẽs ad deciſionem dubij prin
cipalis dicit quod ſupra dicta diuiſio & diſ-
poſitio regis non eſt donatio inter viuos. de
qua loquitur, l. vt liberis. C. de colla. & gl. in
auth. ex teſtamento. & in l. ſi donatio. C. eo.
tit. Sed eſt quædam ordinatio ſupremi iudi-
cij ordinationem præueniens argu. l. tale pa
ctum. §. finali. ff. de pactis. in qua cadit ſubſti
tutio. ff. de lega. 2. l. vt hęredibus. & ſic licitũ
fuit regi remutare voluntatẽ. l. 4. de adimẽ.
lega. & per conſequens onus iuramenti fuit
ſolutum argu. l. cum quis decedens in princ.
de lega. 3. benefacit gl. poſita in d. §. ſacramẽ
ta. & tex. in d. l. finali in verſi. perſeuerauerit
C. de pactis. & hanc deciſionem nota quia vi
di plures eam allegantes in cõtrarium. dedit
eis occaſionem quædam interpoſitio quam
Bal. facit ſed ad finem ſi bene eum conſide-
res decidit vt ſupra dixi ſcilicet talẽ ordina-
tionem non obſtante iuramento fratrũ poſ-
ſe mutari per patrem regem & cõditionari.
& erit hæc notabilis extenſio ad d. l. quæ vi
detur quaſi concordare cũ prima. adde eun-
dem Bal. ſingulariter in auth. hoc amplius
C. de fideicom. in. 3. col. vbi dicit quod filij re
gis viuo patre poſſunt inter ſe diuidere Ba-
ronias pro futuris diſſentionibus declinan-
dis: tñ conſenſu regis in quo perſeueret vſq;
ad mortem. l. finali. C. de pactis. non tamen
rex poteſt promittere: ſed permittere, cũ per
miſsio in qua poteſt habere locum pœniten
tia non aufert libertatem teſtandi. & ſubdit
quod illa lex poteſt tolli per ſtatutum re-
gium ca. 1. §. preterea. de prohi feu. alie cum
ſit lex animata in regno ſuo: & ſic põt pluſ-
quam lex communis vel conſuetudo. & his
concluſionibus aliquam dubitationem po-
nere videntur ea quæ dicta ſunt ſupra in. 4.
limitatione. verſi. in fortiori caſu. dixit Iaco.
But. cogitabis quomodo iſta concordentur
quia Bal. in d. c. 1 videtur loqui quãdo illa.



non eſſet donatio inter viuos: ſed quædam
6 diuiſio quæ ſapiebat vltimum iudiciũ. ¶Et
licet illa lex finalis patiatur plures limitatio
nes * tamen quia non eſt propria materia o-
mittuntur, ſolummodo vnum verbum hic
placuit inſerere circa eius intellectũ, hoc eſt
ꝙ illa lex intelligatur in proprijs terminis
in quibus loquitur. ſ. vbicunq; aliqui paciſ-
cuntur ſuper hæreditate tertij certo modo
inter eos diuidenda poſt eius mortẽ. alias au
tẽ ſi vltra procederent cõtrahentes. ſ. ꝙ non
ſolum paciſcantur ſuper hęreditate eius qui
viuit: ſed vltra ſtipulentur ab eo qui ſperat
hæreditatem habere licere vnamquãq; rem
hæreditariam, & ſuper hoc vt adimpleatur
& effectualiter ſubijciat ſtipulationẽ pæna-
lem: nã ſi mortuo illo de cuius hęreditate a-
gitur, promittens venerit contra promiſsio
nẽ a ſe factã committetur ſtipulatio pęnalis
niſi conſtaret de fraude. ſ. ꝙ fieret in fraudem
d. l. fi. nam tunc non valeret. Iſta fuit ſingula
ris cõcluſio Rapha. Cuma. in l. ſtipulatio iſta
habere licere. in. §. quæſitũ. ff. de verbo. obli.
quã refert, & ſequitur modernior quidã Me
* d diolanenſis in d. l. * fi. 3. col. C. de pactis. mo-
uetur per d. §. quęſitũ. refert hoc tenere Bar.
Cepo. in ſuis cautelis. Volũt ergo iſti, quod
ſi inter te, & me fieret pactũ de hæreditate pa
tris noſtri certo modo diuidẽda & vltra hoc
ego promitterẽ tibi pręcedẽte ſtipulatione,
ꝙ tibi liceret habere rem hæreditariã, prout
fuit in pacto, & ſubijcitur pænalis obliga-
tio & ſtipulatio contra non parentẽ, ꝙ iſto
caſu nullo modo paciſcentes poſſunt cõtra-
uenire. imo ſi contraueniant incident in pæ-
nã. ita ꝙ ſi pater in teſtamẽto bona ſua filijs
relinqueret, non iuxta formam pacti. nihilo
minus committeretur ſtipulatio pænalis cõ
tra non parentem. quod eſt valde notandũ.
Hæc determinatio dura mihi viſa eſt, contra
quam primo facit tex. eius ratione conſidera
ta in d. l. fi. ibi (Quare enim quodã viuẽte &
ignorãte.) Item quia tex. ibi expreſſe impro-
bat illud pactũ dicens illud eſſe nullius mo-
menti, & tanquã contra bonos mores debe-
re repelli, & nihil ex his pactionibus obſer-
uari, niſi conſenſerit ille de cuius hæreditate
agitur, & in conſenſu vſq; ad mortẽ perſeue-
rauerit: ergo ſi nihil valet pactũ, nec per con
ſequens committetur pænalis ſtipulatio cõ-
tra venientem aduerſus tale pactum. Ridicu
lum eſſet dicere quod ſtipulatio faceret non
eſſe contra bonos mores illud quod alias eſ
ſet, & impoſita videretur lex verbis. Item cõ

tra eos eſt caſus expreſſus in d. l. fi. iuncta gl.
in parte declarabitur. vbi expreſſe dicit gl.
quod etiam ſi conuentio de qua in d. l. fi. fie-
ret per ſtipulationem, puta dabo tibi tertiã
partem hęreditatis ſi ad me peruenerit tota:
& tu mihi idem facies, nil valeret dicta con-
uentio & ſtipulatio: & ſic quomodocunque
interueniſſet conuentio de diſponẽdis rebus
per ſucceſsionẽ deuoluẽdis dato ꝙ fieret per
ſtipulationẽ, nil valeret vt ibi concludit gl.
Nec obſtat d. §. quęſitum. in quo poſuerunt
totum fundamentum ſuum Rapha. & eius
relator: quia nil facit. Ibi enim eſt caſus ꝙ ſi
quis promiſit tibi habere licere rem quæ nõ
erat ſua tempore promiſsionis, cõmittitur
ſtipulatio & promiſsio habebit effectum. qñ
dicta res promiſſoris eſſe cœperit. & ſic ille
tex. nec loquitur nec aliquid diſponit quan
do aliqui paciſcũtur ſuper hæreditate tertij
certo modo diuidenda. nec ibi dicitur quod
illa conuentio eſſet ſuper hęreditate certi ho
minis. ideo nihil ad caſum. ¶Nec ſi iudex eſ
ſem multum curarẽ de hac determinatione:
extrahere enim leges a proprijs terminis eſt
deuiare a vero earum intellectu, & per cõſe-
quens errores & opiniones cauſare & dare
prauis iudicibus occaſionem delinquendi.
tene ergo * vnamquãq; legẽ in caſu in quo
loquitur. & in cauſis decidendis dum fueris
iudex non adhæreas logicis argumentis mo
dernorum Italorum, non dico de omnibus.
Excipio enim do. Alex. inhæreas ergo ſem-
per textui & regulariter Accurſio eius glo-
ſatori & rationem decidendi in lege poſitam
ſemper cõſidera. ¶Bene facit ad hanc meam 7
opinionem fundandã cõtra iſtos illud quod
in ſimili decidit Bal. in materia pacti de non
ſuccedendo in d. l. fi. in. 3. col. C de pactis. ver
ſic. venio ad ſecundam. q. principalem. certũ
eſt vt omnes fatentur, quod licet filia cũ iura
mento renuntiet hæreditati paternæ ſecun-
dũ formã. c. quãuis pactũ. nõ excluditur per
hoc a ſucceſsione ex teſtamento ſubdit Bal.
ſingulariter ad propoſitũ in d. l. fi. in tantum
hoc eſſe verũ, quod etiam ſi filia expreſſe re-
nuntiaſſet iuri ſuccedendi ex teſtamento hoc
ſibi non præiudicaret cum hoc eſſet auferre
teſtamenti factionem homini ſanę mentis.
quod es contra naturalem æquitatem & cõ-
tra bonos mores. l. pactum quod dotali cũ
alijs. C. de pactis. quod nota. ¶ Sed Roma. in
l. pactum. in. 4. col. C. de colla. facit mentio-
nem de hoc dicto Bald. verſi. aduertendum.
& in fundamentis videtur illum reprobare:
L ſed

** Quarum ſeptem cum ſeptem ampliationibus ſeu extenſionibus ordinauit ibidẽ Iaſ. & vide Phi. dec. conſ. 31.*

** Conſilium pro iudicibus*

ſed in effectu poſtea illum ſequitur. Primo enim dicit ſibi non placere dictum Bald. ex eo quia in d. c. quãuis non ponderatur an renunciatio facta fuerit ex teſtamento, vel ab inteſtato cum iuramento: ſed ſolũ hoc quod dictũ iuramentum in renuntiatione appoſitum ſeruandum eſt cũ non vergat in diſpendium ſalutis æternę. de iureiuran. ca. veritatis. & cap. cum contingat. quę ratio ſecundũ eum militat pariter in vtroq; ſ. tam ex teſtamento quam ab inteſtato. Dicit non obſtare fundamentum Bald. ſ. quia per hoc tollitur libera facultas teſtãdi: quia hoc videtur falſum, nam licet non poſſet teſtari inſtituendo renuntiantem: attamẽ poſſet teſtari inſtituẽdo alios, & per conſequens remanet ſibi libera teſtamenti factio, nec illa videtur adempta reſpectu vnius, qui inſtitui non poteſt. Adducit ſimile; nã libera debet eſſe vnicuiq; facultas nuptias contrahendi de inutil. ſtipu. l. libera. & l. nec. C. de nupt. & tamẽ libertas illa non cẽſetur adempta licet prohibeatur mulieri matrimonium contrahere cũ aliquibus perſonis ſingularibus. ff. de condi. & demo. l. cum ita, quibus non obſtantibus poſtea inclinat cũ Baldo dicens, quod ſi poſtea quam filia renuntiauit cũ iuramento, vt prædictum eſt pater inſtituiſſet eam hæredem, videtur ei iuramentum remittere, quod poteſt: vt in capitulo præterea. cũ ſimi. de ſpon. & ſic Roma. tam in d. l. ſtipulatio. quã in d. l. pactum. ſequitur concluſionem Bald. Idem ſenſit Salicetus & videtur veritas licet doct. Alexander in d. l. ſtipulatio. in tertia col. dicat quod concluſio Baldi iure nõ probatur. nam ſi vera eſſet ſequeretur, quod illa verba etiam ex teſtamento eſſent ſuperfluo appoſita* quod eſt contra verba & mentem paciſcentis. l. labeo cum ſimili. ff. de ſupelle. lega. vnde cum pater a principio pactus fuit ne ſibi filia ſuccederet caſu quo eam inſtitueret videtur voluiſſe a principio proteſtari & declarare: quod actus in futurum faciendus nõ valeat. Ideo cogitabis ſuper omnibus ante dictis. & vide Angelũ in d. l. ſtipulatio octaua fallentia. vbi dicit, quod vbi non impediretur directe libera teſtandi potẽtia: ſed reſeruatur paciſcenti alia forma teſtandi & diſponẽdi generaliter de bonis ſuis, valeret tunc pactum ſuper futura ſucceſſione fienda vel non fienda iuxta. d. l. fina. & l. pactum. C. de pactis. & de collatio. l. pactum. & l. ſi quãdo. §. 1. propter quod dicit ſe non conſentire opinioni magiſtri ſui dicentis, nõ valere donationem omnium bonorum præſentium & futurorum: de quo latius ibi per eũ dicit eſſe caſum in l. quidam cum filium. coniuncto ſine glo. magnæ. ff. de verb. obli. ¶Adde quod per d. l. fi. C. de pactis. reperio conſultũ fuiſſe, quod licet valeat pactum de non ſuccedendo cum iuramento, vt in d. c. quamuis pactum. tamen illud non habeat locum in
8 filia viuo patre renuntiante hæreditati paternæ non ipſi patri, ſed fratribus vel alteri perſonæ patre non conſentiente;*c quia talis renuntiatio non firmabitur iuramento. Ita dicit Fulgo. in d. l. pactum. ſe conſuluiſſe. idem Rapha. in d. l. ſtipulatio. idem Pet. de Ancha. in d. c. quamuis. referens ſic conſuluiſſe per d. l. fin. idem ibi Imol. & Domi. & Bal. & Salice. in d. l. fin. tam quia illud pactum eſt contra bonos mores, vt in d. l. fin. Igitur non firmatur iuramẽto. cap. non eſt obligatorium. de regul. iur. lib. 6. Item quia dictum capitu. quamuis. ſolum loquitur in pacto facto patri, ergo non extenditur ad renuntiationem ſeu pactum factum fratri; licet Roma. in d. l. qui ſuperſtitis. ff. de adqui. hæred. & in conſilio. 180. quod incipit. clarum eſt in fi. teneat contrarium; imo validari iuramẽto: & hoc voluit tenere quidam modernus repetens dictum cap. quamuis pactum. 14. col. in verſi. decimo limita. licet ad finem cogitandum relinquat. Ad dict. l. fi. dicit poſſe reſponderi quod loquatur in pacto de ſuccedendo, ſeu de diſponẽda hæreditate cum acquiſita erit. Quod eſt contra bonos mores cum inducat votum captandæ mortis. ideo non firmetur iuramento. prout ibi dicunt Docto. nos loquimur in renuntiatione de non ſuccedendo per quam tale votum non inducitur; imo tollitur: ſed nil dicit quia verum eſt, quod reſpectu renuntiantis eſt pactum de non ſuccedendo: ſed reſpectu eius in quem fit renuntiatio pactum eſt de ſuccedẽdo. & licet alter non captet mortem captabit ille in cuius fauorem, pactum ſeu renuntiatio fuit facta: de quo aliquid ſupra dictum eſt in hac quinta limitatione. Additio. Hic mihi inſerere placuit quædam quæ a patre meo ſcripta reperi ſuper quadam. l. fori quæ fuit igne cõſumpta; quia conferunt ad materiam iſtius limitationis & ſcribã nullo addito, nec mutato. Alia eſt captatoria, quæ a lege vocatur adulatoria, quæ fit dupliciter. ſ. aut in prętèritũ & valet, puta qua ex parte Titius me hæredem inſtituit ex ea parte Mæuius hęres eſto, quia in præteritũ non in futurum inſtitutio

** Adde Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obli. col. 7. vbi defendendo opinionẽ Bal. cõtra Alex. reſpondet quod illa verba: etiã ex teſtamento nõ ſunt ſuperflua quia debent intelligi contra voluntatem patris ſecus autẽ ſecundũ voluntatẽ illius per tex. in l. ſi patronus alienauerit. ff. de bonis libertorum.*

collata



collata eſt. iſte eſt caſus in l. ille autẽ. ff. de hæredi. inſtitu. & in l. 2. & in l. hoc. ar. ff. eod. tit. & in l. mulier. §. fin. ff. de condit. inſtitu. aut in futurum; & hęc non valet. puta qua ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit ex ea parte hæres eſto. Iſte eſt caſus in l. 1. ad finẽ. ff. de his quæ pro nõ ſcript. hab. ratio diuerſitatis eſt: quia iſto caſu pono teſtamentum meum in arbitrio alterius.
*f Ideo tanquam captatoria * non valet, vt in l. captatorias, & l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſtitu. in primo notab. & ſic eſt caſus in d. l. 1. & in d. l. ille autem. ſecundo reſponſo, quod non poteſt quis aſtringi ad inſtituendum ſpe præmij. ¶Per quæ iura infert Bal. ad quæſt. quæ fuit de facto, Duo dederũt ſibi fidem de
*g inſtituendo ſe inuicem, vnus inſtituit alterũ* ſed ille alter non inſtituit alterum: vtrum teſtamentum valeat, & inſtitutio quæ eſt facta ſpe alterius inſtitutionis, vt in d. l. ille. in contrarium facit. C. de pactis. l. licet. & C. de inoffi. teſta. l. ſi pater puellę. finaliter reſidet quod non valeat. Primo, quia dicta verba fuerunt expreſſa in forma inſtitutionis; & ſic fuit vitium formę. Secundo, per glo. in d. l. ille. quę dicit quod inſtitutio debet fieri ex mera affectione non cupiditate lucri vel alterius ſucceſſionis. Hanc concluſionem firmat Bald. in l. ille autẽ. ff. de hære. inſti.* & reperio Ange. tenere idem in l. captatorias. ff. eo. & in d. l. ille autem. dicens allegari contra homines armorum, qui ſocietatem contrahunt data fide de ſe inſtituendo viciſſim, vt nil valeat data fides, nec pactum ſuper hoc factũ. Hoc limitat primo Ioan. de Imol. in d. l. ille aũt. in. 2. col. quando inſtitutio, de qua loquitur Bal. fuiſſet facta ab eo qui putaſſet conuentionem valerę, quia tunc non valeret inſtitutio, quia eſſet facta ſub ſpe præmij. ſeu alterius ſucceſſionis, quod a iure eſt reprobatum ſecus ſi ſciebat non valere: nam tunc tenuiſſet ex quo non eſſet vitium in forma, & ſciret cõuentionem non valere. Sed ſi dubitatur an ſciuerit vel ignorauerit conuentionem valere, vel non Præſumitur ſciuiſſe ſi eſſet in loco in quo potuiſſet peritos cõſulere per l. leges. cum ſimilibus. C. de legi.

** Adde Rapha. Cuma. in l. captatorias. ff. de hære. inſti. dicenti quod ſi fuiſſet ſolũ pactũ nõ valuiſſet, niſi in milite, ſed ſi fuit conditũ teſtamẽtũ: & ſequuta inſtitutio nihil repugnat quin valeat, & ſequitur Iaſ. in l. licet. C. de pactis. col. 2.*

10 ¶Secũdo limitat Ange. in d. l. ille autem. eſſe verum niſi eſſent milites militantes in ſeruicio Eccleſiæ vel imperij: quia tũc talis fides, ſeu pactũ valet & ſtringit ad inſtituendum, & hoc per l. licet. C. de pactis. Ioan. de Imol. in d. l. ille autem. non admittit hanc limitationem; imo firmat quod talis cõuentio, per quam dant fidem & ſe adſtringũt ad inſtituẽdum vnus alium, non valeat etiam in militibus, qui militant in ſeruitiũ Eccleſiæ, vel Imperij: mouetur quia hoc non reperitur iure cautum, imo potius contrarium: cum non debet quis poſſe obligare vel aſtringere ſe ad inſtituendum alium. l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. obl. nec ſecundum eum obſtat. l. licet. C. de pactis. per quam Angel. mouebatur, quia ibi non dicit lex ꝙ poſſunt milites ſe adſtringere per pactũ ad inſtituendum vnus alterum, ſed ſolum dicitur quod poteſt fieri pactum inter eos euntes ad bellũ quod ille qui ſuperuixerit habeat portionẽ alterius, & ſic in effectu ſuccedat alteri. Item quia exorbitans eſt a iure quod per pactum detur hæreditas alicui cum illa dari debeat per teſtamentũ. l. hæredi. ff. de pactis conuen. & ſimiliter eſt exorbitans a iure quod quis cogatur aliquem inſtituere, & non poſſet libere inſtituere quem vellet, vt patet in d. l. ille autem. & in d. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ideo cum in d. l. licet. ſolum dicatur ꝙ valeat pactum factum inter milites, q̃d ille qui ſuperuixerit ſuccedat alij, ſatis operatur illa lex ſi ſuperſtes ſuccedere poteſt præmorienti in caſu in quo alteri non reliquerit hæreditatem: vnde cum ibi non dicatur quod pręmoriens non poſſet alium inſtituere ſi velit, & ſic non dicat quod aſtrictus ſit ad inſtituendum ſuperuiuentem, non debet ad hoc dicta lex extendi cum eſſet hoc nimis exorbitans a iure: & in exorbitantibus tanquam odioſis debet fieri reſtrictio & nõ ampliatio. l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. l. ꝙ vero. ff. de legi. de regu. iur. cap. quæ a iure. lib. 6. quæ verba perpetuo nota. ¶Ex quibus colligitur notabilis concluſio & intellectus ad d. l. licet. ſ. quod pactum & fides data inter milites de ſe inuicem inſtituendo non obligat ad illos adſtringendos pactum adimplere; imo eo non obſtante habent liberam teſtamenti factionem, & poſſent bona ſua relinquere quibus vellent. Sed ſi pactum non fiat de inſtituendo ſed quod ille qui ſuperuixerit ſuccedat alteri, quod inter milites valet & ſuccedere poteſt ſuperſtes præmoriẽti: ſi præmoriens mortuus fuit ſub illo pacto, nec alium inſtituit hæredem. Et ſic intelligatur. d. l. licet. quia ſi alium vellet inſtituere hoc bene poſſet pacto non obſtante. & idem Imola. ad finem. d. l. dicens, quod vbicunque tale pactum factum eſſet, vt ſuperſtes ſuccedat alteri quod vbi non fieret teſtamentum, ſed de-

*verſ. 7. & aliqua de captatoria voluntaria. vide per Laurẽ. calca. in cõſ. 157.*

*plura per noſtrũ autorẽ in volu. allegatio carta. 110. cum ſequen. de captatoria voluntate.*

cederet ſine teſtamento vnus ex paciſcenti-
bus: quod vi pacti ſuperſtes ſuccedere non
poſſet, & ſic de iure vocarentur venientes ab
inteſtato niſi eſſent milites, vt d. l. licet. certe
hic intellectus datus per Ioan. de Imo. ad d. l.
licet. iudicio meo, quamuis ipſe non alleget,
probatur aperte in d. l. licet. ibi (vim poſtre-
mi iudicij obtineat) nam ibi eſt caſus quod ſi
inter priuatos fiat pactum: vt is qui ſuperui
xerit rebus alterius pręmorientis potiatur
non valet: ſed inter milites valet & habet
vim vltimę voluntatis, & glo. fin. dicit ibi ꝙ
vocatur ſimpliciter vltima volũtas. Si ergo
eſt vltima voluntas: igitur irreuocabilis, &
Cinus ibi ſequutus primã opin. o. gl. dicit ꝙ
eſt teſtamentum; & idem Bart. ibi, & illã ſum
mat ſic, pactum de inuicem ſuccedendo non
habet vim vltimę voluntatis niſi inter mili
tes: & in hoc non eſt alibi ſcd̃m eum, & Bal.
& Fulgo. & Pau. de Caſt. & expreſsius Alex.
in d. l. licet. in penul. col. hoc tenent contra di
ctam opinionem Ang. per dictum fundamen
tum. ſ. quia iſtud pactum inter milites nõ va
let vt contractus, ſed vt vltima voluntas: &
quia ſi miles non poſſet reuocare auferret ſi-
bi liberam teſtamenti factionem: vnde iſtud
eſſet militibus odium nõ priuilegium. Tene
ergo quod in milite eſt ſpeciale: vt illud pa-
ctum interpretetur teſtamentum, vt eſt ibi
caſus. ¶Et idem erit ſi iſtud pactũ fiat ad pias
cauſas * vt fauore piæ cauſæ dictum pactum
interpretetur teſtamentum, argu. d. l. licet. cõ
iuncta. l. 1. C. de ſacr. ſan. eccle. ſecundũ Bart.
intellectum ſic reperio tenere Bal. in d. l. fin.
C. de pactis. 5. col. verſi. venio ad ſecundam
quæſtionem. & quanquam Roma. in aucten.
ſimiliter. C. ad l. falci. in. 8. col. in verſi. 7. per
fundamenta quædam teneat contrarium: at-
tamen Alexan. in d. l. pactum. quod dotali te
net opinio. Bal. nec obſtat ſi dicatur, quod d.
l. licet. loquatur in pacto reciproco ſucceſsio
nis poſt mortem, quod pactum non cadit in
eccleſia cum nunquam moritur. cap. gratio-
ſe. de reſcrip. lib. 6. quod fuit argu. Romani:
nam ſecundum eum etiam ille text. haberet
locum, quando pactum nõ eſſet reciprocum:
vt probatur ex generalibus verbis illius. l.
ibi cum voluntas. Et ita concludit quod pa
ctum de ſuccedendo tendens in fauorem piæ
cauſæ ſit validum. ¶Et ſubdit notanter Ioã.
de Imol. ibi, quod non obſtante quod dictũ
pactum non valeat inter non milites: imo ve
nientes ab inteſtato vocentur: tamen de con
ſuetudine ſuperſtes vſurpat & occupat bona

** Adde late Phil. deci. in eadẽ. l. licet. C. de pactis. tertio notabili poſt Iaſ. ibi pri. col.*

præmorientis, & forte ſecundum eum, ſi ta-
lis conſuetudo probetur & appareat ſecun-
dum notata in l. 2. C. quæ ſit longa conſue.
& in l. de quibus. ff. de legi. videtur ſatis de
iure poſſe ſuſtineri, ex quo etiam ius ciuile ap
probat tale pactum & talem conuentionem
inter milites, vt patet in d. l. licet. & hæc erit
ſecunda limitatio ad regulam, quæ habet
quod inter non milites non valet pactum,
vt vnus alteri ſuccedat: imo pacto non ob-
ſtante admittuntur venientes ab inteſtato:
nec ſuperſtes ſuccedet præmorienti, vt di-
ctum eſt: nam illud eſt verum niſi conſuetu-
do eſſet in contrarium: & licet ipſe non alle-
get facit in contrarium id quod Barto. ſcrip-
ſit in l. 2. in 3. col. C. quæ ſit longa. cõſue. vbi
tenet non valere ſtatutum vel conſuetudi-
nem dantem robur pacto de ſuccedendo.
quem ſequitur Alexan. in l. fi. ad finem. C. de
pactis. ſecus in pacto de non ſuccedendo, vt
eſt caſus in cap. 1. de filijs natis ex matre. ad
morga. contra. & Bart. & Bald. in l. pactum.
C. de colla.
¶Limita etiam d. l. licet. & tertio quod tale 11
pactum inter priuatos non tenet quando cõ
ceptum eſſet in forma pacti: puta quod vnus
promittet alteri & alter alteri: nam * tunc in *h
ducitur votum captandæ mortis, & ſic repro
batum l. fina. & l. pactum. C. eodem titu. ſed
ſi non in forma pacti, ſed in forma cuiuſdam
inſtitutionis, reciprocæ hæc diſpoſitio facta
eſſet, tunc tenet. ita dixit Ange. in d. l. licet, &
refert ſe ita vidiſſe de facto tempore mortali
tatis quia in eadem carta duo fratres ſcribi fe
cerunt teſtamenta eorum, & vnus inſtitue-
bat alterum, & alter alterum ſic reſidet. nil
plus allegans vt moris ſui eſt: ſed hoc prius
tenuit Bal. eius frater in d. l. licet. in princ. di-
cit argu. illius. l. permittentis reciprocam in
ſtitutionem inter milites vigore pacti eſſe ar
gumen. quod duo poſſent in eadem carta te-
ſtari ſe inuicem inſtituendo: & ita refert ſe de
facto vidiſſe: ſed licet ipſi non allegent, ego
allego Bar. qui expreſſe hoc tenet in d. l. licet
vbi aſsignans rationem, quare dictum pa-
ctum, ſeu conuentio non operata eſt donatio
nem cauſa mortis, & non valuit, dicit quod
aliqui aſsignant rationem, quia non interue
nit ſolennis numerus teſtium, alias ſi interue
niſſet etiam inter priuatos valeret iure te-
ſtamenti ſi fuiſſent verba teſtamenti: puta
per modum inſtitutionis: ſecus ſi eſſent ver-
ba paciſcentium vt promitto tibi, & tu mihi:
cum per hoc infringatur libera voluntas &
facul



facultas condendi teſtamentum, vt l. pactũ.
C. eodem titu. hæc ille. quod eſt notã. & ego
pondero caſum expreſſum in d. l. licet. vbi
propterea illud pactũ reciprocum toleratur
inter milites, quia habet vim vltimæ volun
tatis, vt clarę demõſtrant verba tex. ibi (vim
poſtremi iudicij obtineat:) & hoc pactum fa
uore militum ex eo interpretatur teſtamen-
tum propter ſimplicitatẽ militũ, qui neſciũt
verba apta iuris proferre, vt in ſimili dicit
glo. in l. quoties. C. fami. herciſ. quæ interpre
tatio in caſu dubio ceſſat in pagano, ſed ſi eſ-
ſemus in caſu certo teſtamenti & inſtitutio-
nis ceſſat tunc etiam in priuato prohibitio
dictæ legis, quæ ſolum loquitur in pacto: &
12 hoc perpetuo tenebis menti. ¶Ad prædicta
facit in ſimili quoddam conſilium Oldra. ſe-
cundum numerum meum. 174. * incipit the
ma tale eſt vir & vxor; vbi conſuluit in caſu
quo vir & vxor conſtante matrimonio filiã
ſuam vnicam hæredem monaſterio tradide
runt cui monaſterio legauerũt bona ſua mo
bilia & immobilia inſimul in eodem teſtamẽ
to. deceſsit pater: mater ſuperſtes de bonis
prædictis citra decimam partem ad alia loca
vel alijs perſonis aliquid legat, quod bene
poſſet ſuperſtes hoc facere & reuocare teſta-
mentum, quo ad bona ſua ſalua ſemper legi-
tima filiæ. Mouetur quia licet fuerit vnũ par
gamenum quo ambo coniuges ſunt teſtati;
iuris tamen poteſtate duo teſtamenta cenſen
tur ſicut fuerunt duo teſtãtes. ſicut dicitur de
*i teſtamento in quo pater ſubſtituit filio, * ꝙ
quantum ad aliquid cenſentur duo teſtamẽ-
ta. de inoffici. teſtam. l. Papinianus. §. ſed nec
impuberis. l. patris & filij. ff. de vulga. & ſic
eſt etiam in pluribus contrahentibus. l. eo ꝙ
C. ſi cer. peta. ſed quod poſſet reuocare ſuper
ſtes probat generalibus fundamentis. l. 1. C.
de ſacro. ſan. eccle. l. 3. §. conditio. ff. de addi.
lega. l. Diuus. in. §. licet. ff. de iure codi. l. ſanci
mus. C. de teſtamen. in ſpecie probatur nota
biliter in l. Lucius. in. §. Caio Seio. ff. ad treb.
vbi eſt caſus quod teſtator inſtituit Caium
Seium in ſemiſſe, Titium in quadrante: & ita
cauit fidei veſtræ mando Cai Sei. & Lucia Ti
tia: vt poſt obitum veſtrum reddatis, & re-
ſtituatis Titio & Sempronio ſemiſſem patri-
monij, portionis eius, quam vobis dedi. di-
cit ibi Conſultus quod ſi Caius Seius deceſ-
ſiſſet Lucia Titia hærede inſtituta: quod iſta
Lucia Titia ſtatim debet reſtituere dimidiã
ſemiſsis quam Caius Seius rogatus erat re-
non ſimul,ſed proximus videtur vocatus.l.
Gallus in princi.ff.de libe.& poſthu.& vide
pulchre Ancha.in d.conſi.qui per multa cõ-
cludit, ꝙ in regno Aragonum ſuccedit filia
quod conſilium nota.quia in tempore poſſet
te valde honorare.¶In alijs autem dignitati- 3
bus,ducatibus,cõmitatibus,& ſimilibus Ab
bas ſingulariter dicit idẽ vt ſuccedatur ordi-
ne primogeniturę, & loquitur ſine fundamẽ
to.miror equidẽ de doctoribus Italis qui vt
plurimum,neſcio qua furoris audacia ex ca
pite

** Adde quo iure ſuccedat filius regis in regno old. con.94. eleganter circa negociũ maxime in 2. co.& ibi per eum an ſentẽtia contra patrem lata noceat ipſi filio primogenito.*

pite & ſine fundamento audet nouas cõcluſiones affirmare, maxime in concurſu lectionum parum curantes de veritate ſcrutanda: quod non eis accidiſſet ſi iudicando aut conſulendo ſcriberẽt, maxime ſi eſſent timoratæ conſcientiæ. ¶Tu conſidera, ꝙ ſumẽdo dignitatem de per ſe puta Marchionatus, comitatus, ducatus & ſimiles tales dignitates ſunt indiuiſibiles: imo non tranſeunt ad hæ-
*c redes ſed finiuntur * cũ perſona, cui cõceſſa eſt dignitas, niſi princeps inueſtiret, ſeu concederet hæredi dictam dignitatem de nouo. Itaq; in feudis dignitatum non ſuccedit hæres niſi ſit inueſtitus. Iſte es caſus in c. 1. in princi. de feudo mar. heres enim nõ ſuccedit vllo modo niſi ab Imperatore per inueſtituram adquiſierit. c. 1. §. & ſi clientulus de alie. feu. & ſic aperte ſeruatur hodie in Hiſpania vbi ſi moriatur aliquis dux vel comes ſiue Marchio ſtatim expirat dignitas: nec filius ſuus etiam ſi ſuccedat in domo paterna, vocatur comes, donec rex expreſſe filio tali conferat comitatum dando ei licentiam ſeu facultatẽ vt vocetur comes. Bar. etiam adhoc allegat dicta iura conſulendo in conſilio incipienti ex facto proponitur. dicens quod de iure in his dignitatibus nõ eſt ſucceſſor. Vnde mortuo patre non ſuccedet filius, nec filius ei ſi de nouo ei non concederetur, licet obſeruetur contrariũ de conſuetudine ſecundũ eũ. ¶Sed vbi daretur in feudũ ducatus vel marchionatus, ſeu comitatus, & ſic daretur dignitas cum territorio adiuncto dignitati vt in duce Calabriæ qui eſt dominus Calabriæ, in domino Prouinciæ, qui eſt dominus comitatus: & ſic in tali comitatu ſunt terræ & vaſſali, quorum eſt dominus & tunc bene tranſmittitur feudum ad hæredem, tamẽ vnicum ſolum: quia non poteſt diuidi ſed maior natu ſuccedet. iſtud probatur in ca. 1. §. præterea ducatus. de prohib. alie. per Federicum. ibi (præterea ducatus, marchionatus comitatus de cætero non diuidantur) & ad hoc propoſitum extollit illum tex. And. de Iſer. de feudo marchię in fine principij, dicens ſic debere intelligi illum tex. idem dicit de alie. feu. §. & ſi cliẽtulus in verſi. comitatus idem dicit in d. §. præterea ducatus in prin. ſ. quod in his maior natu ſuccedit ſicut quando viuitur iure Francorum licet ibi referat aliquos dicere, quod nõ habeat maior natu niſi quãdo probaretur viuere iure francorum: quia ſi hoc non probaretur omnes filij ſunt hæredes & habebunt comitatum & marchionatum pro indiuiſo & diuidere nõ poſſent ſine conſenſu principis, & in hoc reſidet ibi in princ. & ſecunda col. verſi. ſed nunquid ſit neceſſe. ſ. quod ad omnes filios pertineat regulariter, indiuiſe tamen niſi probaretur ꝙ iure francorum viuerent: quia tunc ad maiorem natu. & ſic verificabitur tex. in d. §. præterea. quia ibi non dicitur quod maior natu ſuccedat, ſed quod non diuidatur. Sed Bald. in d. §. præterea. non aperit bene ſi in his ſuccedat maior natu, licet non poſſent diuidi, tamen videtur inclinare quod pertineant ad maiorem natu in quãtum in principio dicit, quod feuda principatuum non diuiduntur: & hoc eſt primum notabile quod elicit ex illo text. Ratio eſt ſecundum eum: quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. ¶Item quia ſecundum Ariſtotelem, vnus debet eſſe principatus: & quia nihil eſt tam magnum quod per ſectionem non fiat paruum. in aucten. de trien. & ſemi. poſt princi. facit etiam glo. notabi. in l. communi diuidundo, la. 2. ff. communi diuidundo, quæ dicit illam legẽ eſſe argumentum ad feuda vt non diuidantur inter heredes vaſſali: & mirum eſt quod non fuit memor text. expreſsi in d. §. præterea. bonus tex. in capit. omnes. ſi de feud. fuerit controuer. inter do. & agna. facit ſingulare dictum Barto. in hac materia quam vide in l. inter tutores. ff. de admini. tuto. & idem Bart. in dicto conſilio incipienti ex facto vbi loquitur notabiliter. ſed omnia iſta tendũt ad probandum quod non diuidantur non tamen quod in eis maior natu ſuccedat. Ideo multum commenda illud dictum Andreæ de Iſer. in dicto. c. 1. de feud. marchi. qui loquitur in proprijs terminis: & ſic iſta determinatio cum dictis iuribus iuuabunt concluſionem Abbatis ſatis nudam in fundamẽto, vt in hoc caſu poſſet verificari, ſcilicet, vbi princeps inueſtiret aliquem de comitatu cum terris & locis dicto comitatui annexis, ſeu de nouo illum creãdo comitem alicuius loci, quem ſibi aſsignauit pro comitatu, vt talis comitatus non ſolum nõ diuidatur ſed in eo ſuccedad maior natu. Sed cogitabis cũ non ſit abſq; dubio & adhuc maximo, cum non ſit lex hoc probans niſi ſolum vt nõ diuidantur. quod bene poteſt ſtare & compati quod non diuidantur & ſuccedant omnes ſine diuiſione, & non ſolum maior natu. & Andreas videtur ſe reſtringere vbi viuerẽt iure Francorum: eum vide & adde Bar. in dicto conſilio incipiente ex facto proponitur.

in



in. 2. col. loquendo in cauſa quorundã nobilium dominorum habentiũ plura loca. dicit ad fundandã eorum intẽtionẽ ſuper quibuſdam dubijs, quod in talibus ſicut in marchia ducatu, & comitatu non habent locum iura ciuilia cõmunia quibus debent filij ęqualiter ſuccedere, vel debere habere legitimam. 10. colla. de prohibi. feu. alie. per Freder. cap. imperialem. in. §. præterea. cap. licet de voto. & hoc glo. expreſſe tenet ibi ſecundum eum: & hoc etiam iuuat opinionem Abbatis.

4 ¶Sed vbi aliquis haberet loca propria ſui patrimonij quæ habuit ab anteceſſoribus & eſſet miles abſq; dignitate: & crearetur comes vel dux a rege vt fit quotidie non propterea ſequeretur quod talis comitatus cum territorio pertineret ad maiorem natu, imo terra & vaſſalli diuiderentur inter hæredes comi-
*d tis, niſi maioria probaretur ex priuilegio * vel alias ex cõſuetudine immemoriali: quia in talibus bonis non video congruam rationem, quare legitima in eis alijs filijs relinquẽda non ſit iuxta tenorem huius l. & authent. nouiſsima. C. de inoff. teſta. quod patet: nam de iure communi regulariter bona diuiduntur inter filios pro legitima. l. Papinianus. §. 4. C. de inoff. teſta. & in authẽ. nouiſsima. C. de inoffici. teſtamen. & quia filij omnes ſuccedũt & filij filiorum iuxta totum titulum. C. de ſuis & legiti. hæred. qui ergo ius ſpeciale allegat, & ex illo ſe vult iuuare, illud debet probare. ca. diſ. contra morem. extra de priuilegijs. cum plantare. C. de teſta. publicati. Et quia priuilegia ſunt leges priuatorum. 4. diſtin. priuilegia & ius Romanum eſt ius cõmune. C. de Iudęis. l. Iudęi communi Romano. & vbi ius commune facit pro aliquo intẽtio ſua fundata eſt niſi alius probet ius ſpeciale. 15. q. 5. cap. omnes Baſilicæ & in vſi. feudo. quid ſit inueſti. §. pen. & ſic etiam loquendo in Marchionatu & comitatu firmat And. de Iſer. in d. c. præterea ducatus in. 3. col. fina. imo plus dicebat Bal. in d. §. præterea in col. 3. ad fi. quod ſi marchionibus noua caſtra cõcedantur vtrum intelligantur eſſe de marchia: ita quod non diuidantur: reſpondet quod non: quia marchia metoica eſt. ff. de rerum d. l. in agris. & licet nominetur marchia. iſtud eſt cauſa honoris: ſed ſi vniatur marchiæ marchia eſt. ff. de pactis do. l. inter. in. §. cum inter. hæc Bald. quæ omnia nota.

¶Et cum iſta quæſtio genitori meo accidiſſet de facto calamum extendit, & quæ ſuper ea ſcripſit hic reponam nullo addito nec mutato: & nota illam, quia eſt ſingu. & ab eo prius in lucem edita & conſuluit contra comitem de Valencia. ¶Recolo me apud Eccleſiaſten illud legiſſe. 5. c. ſi tibi ſit intellectus reſpõde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris: vnde cum inter iuris ſubtilitates iamdiu conuerſatus: nunc autem ſim vir per lõgum ætatis tempus decurſum in alios mores componendam fruendamque ętatem decreuiſſem, nihilominus importune pulſantibus plerunque reſpõdere compellor & compulſa manus, vt ita dixerim, licet timẽs & tremẽs accedit calamo, ne ſicut ſeruus ille nequam, de quo Matthęi. 25. redargui poſsẽ de talento abſcondito in agro. Accipe igitur reuerendiſsime domine has pauperis ingenij lucubratiunculas quæ dominationis tuæ determinationi ſubmiſſæ vadunt.

## SVMMARIVM.

1 *Dignitas ducatus, & ſimiles an ſint perſonales & non tranſmiſsibiles ad hæredes.*

2 *An in feudis regalium dignitatum de conſuetudine detur ſucceſsio.*

3 *Fœmina an ſuccedat in dignitate, & feude ducatus.*

4 *Filius ducis vel comitis petit confirmationem tituli ducatus, a rege, nec antea vtitur illo nomine ſecundum conſuetudinem huius regni.*

# Primum dubium.

¶Si la merced que fizo el Rey don Iuã el primero al Infante de Portugal de Valencia, &c. Con titulo de ducado, para que el ſe llamaſſe Duq̃ ſi fue perſonal en quãto al titulo de Duq̃, o ſi ſus herederos y ſucceſſores ſe podrá llamar Duq̃s aunq̃ la merced no lo dize.

M Hæc

1 *De origine horũ dignitatum ducatus comitatus & Marchionatus cũ alijs. vi. Vldaricũ Zaſiũ in tractã.de feu.in 5.part.ſub titu. de ijs qui feu. da. poſſ. & adde lib. 11.titu.1.parti.2.*

Hæc dignitas ducatus,& ſimiles nõ acquiruntur ſucceſsione:ſed per electionem ſeu *conceſsionem regiam. Caſus eſt peregrinus in l.2.C.de offic.præfc. præ.Africæ.ibi (duces militum ordinare diſponimus) vbi fit mentio de multis ducibus. facit.l.1.ad l.Iuliã.de amb.ff.&l.ſacrilegij.C.de diuer.reſcrip. ibi ſuper quibuſcunque adminiſtrationibus vel dignitatibus.& cum illud beneficium dignitatis ſit perſonale,nõ egreditur perſonam eius,cui conceſſa fuit talis dignitas.* l.1.in fi.ff.de conſti. princip.& l.1.ff.de offic.præ.vrb.l.ſi ſeruus.ff.de ſta.libe.in verſi. perſonæ cui demonſtratur adhæret maxime cum iſtæ dignitates a iure requirunt induſtriam perſonæ.& ſic non tranſmittuntur l.1.C.de cadu.tollen.in.§.ne autem.ſibi in ipſius ſolius perſonam intelligitur concluſiſſe &c. Hoc igitur priuilegium cum ſit perſonale regulariter perſonam ſequitur,vt in regula priuilegium.de regu.iu.lib.6. ſed ne in his generalibus inſiſtamus.Caſus eſt ad literam hoc dubium decidens in libro feudorum in cap.1.de feudo.Marchiæ * cuius verba ſunt, De marchia vel ducatu, vel aliqua regali dignitate, ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tãtum debet habere,hæres enim non ſuccedit vllo modo niſi ab Imperatore acquiſierit. Idem diſponitur in cap.1.in fine,de alie.feu.vbi hec litera in feudo comitatus vel Marchiæ, vel aliarũ dignitatum,non eſt ſucceſsio,& in cap.1.quis dicatur dux marchio.inquit tex. qui a principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt,dux ſolito more vocatur.& ſic requirit ibi tex. principis conceſsionem: non ergo ſucceſsione acquiruntur.Sic Doctores noſtri in varijs locis hoc principium magiſtraliter pro indubitato docent,vt ſcilicet hæ dignitates nõ trãſmittantur,vt Bald.in c.Imperialem.in.§.preterea. el.2. de prohibi. feud.alie.per fe.& in d.c.1.de feud.mar.& in alijs capitulis ante allegatis:vbi idem ſequuntur qui poſt & ante eum ſcripſerunt.vnde quidam Doctor antiquus maximus feudiſta nomine Andreas de Iſernia in d.c.1.de feud.mar.dicit q vbicunque ducatus & comitatus alicui cõceditur a principe,tanquã officium aut dignitas, tunc tantum in vita durabit dignitas:ſic intelligãtur dicta iura,quia iſtæ dignitates cõmiſſariæ ſicut & tutelæ non tranſmittuntur ad heredes ff.de tutel.l.ſolent in glo.ff.de his qui nota.infa.l.furti.§.illud idem ipſe in d.c.1.in prin. quis dicatur dux.

*a *b

** Adde eundem autorẽ in. §. ſupra proximo in 4.col.*

Inde eſt quod Bart.conſulendo in conſi.72. incipit ex facto proponitur.3.col.loquendo in ducatu; dicit q cum iſta dignitas non habeatur licite niſi a principe in.§.1.in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.de iure in his dignitatibus non eſt ſucceſſor & mortuo patre nõ ſuccederet filius, nec filius ei ſi de nouo ei non concederetur:& ſic concludit ibi eſſe rationabilem vſum, quod in dictis dignitatibus non ſit ſucceſsio.& fuerunt verba text.in d.§.in feudo. de alie. feu. ibi ſecundum rationabilem vſum. & ratio prædictæ concluſionis extat in hoc quia iſtæ dignitates ſunt quid publicum proueniens ex regali munificentia.in authen. de exhibẽ.reis.§.optimum,& ſic facilius reuertũtur vnde prouenerunt & perinde habentur ac ſi nũquam fuiſſent a regia maieſtate ſeparatæ. argu.l.lucius.in prin.ff. de lega.2. ita quod ex parte regum nouum dominium non acquiritur:& ſic iſtæ dignitates cum iuriſdictione ſunt iura reipublicæ, & apud ipſam rempublicam nec ab ea ſeparari poſſunt in totum; ſicut nec radij ſolis a ſole. Cum ergo hæ dignitates ſint proprium munus totius vniuerſitatis: ideo nemo priuatus in alium priuatum tranſmittere poteſt. ſecundum Bald. in dict.cap.1.de feud. march. cuius fuit iſta ratio. & quod collationes regalium dignitatum pertineant ad principem eſt caſus in d.c.1.de feud.march.quem ad hoc ibi notãt omnes;& ſic ſecundum rectam iuſtitiam & iuris diſpoſitionem non ſunt perpetuæ nec tranſmiſsibiles,ſed temporales,& ad vitam poſsidentis.Ratio eſt quia acquirũtur per electionem,& nõ per ſucceſsionem, vt eſt ibi caſus. Ratio huius rationis & deciſionis eſt. quia iſta talia ſunt iuris publici vt text. notanter dicit in d.§.optimum in authen. de exhi.reis colla.5.ibi(cum vtique omnis militia publica exiſteret & nullum quæſtum omnimodo alium quam ex imperiali munificẽtia habẽs) ¶Conſtat ex hoc non poſſe perpetuo abdicari & ſeparari ab ipſo iure publico, quod fieret ſi in eis haberet locum ſucceſsio ſecũdum ſcribentes, ibi. ¶Item quia cum ex natura harum dignitatum ſit electa induſtria perſonæ conſiderato officio eis annexo: quia duces & capitanei alia plura inconuenientia darent, ſi in eis eſſet ſucceſsio; quorum plura exprimuntur in lege quæ incipit. con iuſta cauſa in ordi.de Toledo incurijs ibidem factis anno milleſimo quadringẽteſimo octuageſimo.vbi omnia officia redacta ſunt ad vitam,



reuocatis facultatibus in contrariũ conceſsis cauſis ibi numeratis:quare aliquæ conuenire poſſunt propoſito,de quo agimus.

2 ¶Eſt verum quod tex. in.§. in feudo de alie. feud.finalibus verbis;poſtquam dixit,quod in feudis regalium dignitatum non eſt ſucceſſio,ſubdit hoc eſſe vſurpatum per conſuetudinem, *quæ conſuetudo videtur approbata in cap.imperialem.§.preterea ducatus.de prohi.feu.alie.per Fede. ſecundũ aliquos, cũ tex. dicat ibi quod non diuidantur;& ſic videtur quod in eis ſuccedebatur: alias fruſtra eſſet tractandum ſi poſſent diuidi vel ne.vnde coactus And.de Iſer. ex hoc inquit in d.c.1.de feu.marchiæ.q̃d vbi ducatus. aut marchia daretur alicui tanquam dignitas & adminiſtratio officij:& tunc non habeat locum ſucceſsio.ſic intelligatur illud cap.ſecus ſi daretur marchionatus,aut ducatus, & comitatus in feudum, vt in duce Calabriæ; qui eſt dominus Calabriæ: & ibi ſunt terræ, & vaſſalli:quorum eſt dominus:cum illud iam ſit proprie feudum conſiſtens in rebus immobilibus, bene tranſmitteretur tale feudum ad hæredem licet non poſſet diuidi,& ſic debeat intelligi illud.c.imperialem.*.§.præterea,& in hoc reſidet ibi Iaco.de Alua.& ſic dicit eſſe in duce Mediolani, & in duce Auſtriæ, & in Marchione Ferrariæ. ¶Hoc non obſtare in propoſito in puncto dubij aſsignati euidenter oſtenditur ex diuerſitate caſus noſtri ad terminos in quibus iſti loquuntur; nam ipſi loquuntur in feudo alicuius terræ habẽte ſecum dignitatem annexam vt in Mediolano, qui ſemper fuit ducatus.idem in Auſtria,Ferraria,marchionatus & hoc a tempore immemoriali.noſter caſus non eſt ſic; quia Valencia nunquam fuit ducatus, ſed tũc temporis facta fuit infanti de nouo eiuſdem donatio, titulus ducatus, non erat eidem annexus de nouo ad maiorem honorem ei fuit cõceſſus, nec fuit,nec eſt feudũ dignitas ducatus vt infra dicetur. Item quia ille text.d.§. præterea ducatus.recte conſideratus in quantum permittit ſecũdũ eos ſucceſsionem in regalibus dignitatibus,loqui videtur quantũ ad terras & loca in ducatu contenta quæ ſibi conceſſa fuere. Quod conſtat aperte ex litera in quantum tractat,ſi poſſent diuidi vel ne. Punctus quæſtionis noſtræ eſt in dignitate de per ſe abſtracta a bonis in comitatu contentis, de qua proprie videtur loqui tex.in d.cap.1.de feudo mar.in quantum dicit. (vel aliqua regali dignitate) vbi in tali dignitate prohibetur in diſtincte ſucceſsio niſi per nouam conceſsionem regiam hæredi factam. q̃ caſu vt ante dixi etiam ſecundũ eos non habet locũ in dignitate ſucceſsio,nec eſt hoc incõueniẽs, vt in eodem ſuppoſito cõcurrant duæ diuerſæ naturæ, vt ſuccedat filius ducis in bonis ducatus abſque cõceſsione noua,ſi hoc habeat ex priuilegio, vt bona deueniant perpetuo ad primogenitum ſecus autem in dignitate, in qua requiritur regia conceſsio ſeu confirmatio. Suadet hoc,quia dignitas ducis aut marchionis de per ſe non eſt feudum, cũ feudum proprie conſiſtat in rebus immobilibus ſolo cohærentibus.in cap. fina. de feud.contro. & ſic licet hæ dignitates. ſ. ducatus aut marchionatus inuentæ ſunt pro feudo:tamẽ dignitas non eſt feudũ.ſic dicit And. de Iſer. in d.c.1.de feudo marchiæ.col.2.& hoc videtur dici in cap.1. quis dicatur dux vel marchio.Præterea tex.in d.§. præterea ducatus, non dicit niſi quod non diuidantur ducatus, comitatus &c.Nec ex hoc ſequitur quod dignitas tranſmittatur adhæredes perpetuo, quod eſſet directo corrigere dicta capitula de feud mar.& de alie.feu. quæ hoc ſic clare prohibent & requirunt in hærede nouam regiam conceſsionem,& cum legum correctio ſit vitanda in quantum ſit poſsibile vt in l. vni.C de inoffici.dona.& in capit. cum expediat.de electione lib.6.preterea hoc deciſum videtur in.4.parti.tit.26.l.6. in fine vbi diſponitur quod comitatus aut alia regalis dignitas,quæ fuiſſet data in feudum non tranſmitteretur ad filios vel nepotes,niſi expreſſe pro eis Rex conceſsiſſet hoc. *Lex partite* Sed in propoſito licet dicta villa cum titulo ducatus fuit conceſſa a rege dicto infanti pro ſe & hæredibus: tamẽ de titulo ducatus nil exprimitur, ſcilicet,quo ad filios ſolummodo ipſi conceſſit vt dux vocaretur. ſtant igitur iſta ſimul quod ſuccedant filij in huiuſmodi bonis ex regia conceſsione patri pro ſe & filijs conceſſa:ſed non in dignitate ſine noua conceſsione:aut confirmatione cum ſuper hoc nil prouiſum fuit in donatione regia.Item quia ille §.præterea ducatus.loquitur in bonis feudalibus; ſic etiã loquitur dicta lex partitæ vbi iſta bona darentur in feudum. Sed cum iſta materia feudorum habeat ſuas conſuetudines,& leges ſpeciales deuiantes a principijs iuris communis,& natura feudi ſit valde diuiſa & diſtincta a donationibus quas hodie tam reges quam priuati faciunt, non caret ſcrupulo arguere de materia & principijs

** Adde Thide.in conſil. 389.viſa lõga ſerie col.2*

*c

feudalibus ad donationē regiam, ſuper qua eſt ſermo. Vnde in propoſito, in quo ſumus, iudicandum videtur ſicut de donatione regia, quæ ſecundum regulas iuris communis tranſmittitur ad hæredes ſecundum formā traditam a rege donante, per totum de condit.appo.& de donat.quæ ſub modo.C.quę forma fuit in dicta donatione infanti facta, vt ſcilicet dictus infans donatarius haberet dictam villam de Valēcia pro ſe & filijs, &c. Sic eam tranſmiſit ad eos: ſed titulum ducatus eidem ſolo conceſsit vt dux nominaretur, nec quo ad hoc hæredū fecit mētionem, & ſic manſit illud in iuris cōmunis diſpoſitione, vt tanquā titulus ille ſit, dignitas perſonalis non trāſmittatur, nec perſonā egrediatur abſq; noua conceſsione: cum hic donationis contractus non aſſumpſit nomen, nec naturā feudi: ſed ex eo quod aliquis eſt dignus dignitate ducatus & ſimilium tā attenta qualitate perſonæ quam ſeruitiorum, quæ fecit regi in eadē dignitate. Propterea rex ei fecit aliquam donationem aut cōceſsionem, ſiue mercedem alicuius loci, ita vt dux illius nominaretur non inducendo feudū cum feudi regulis & conditionibus. Hic fuit intentus cuiuſdam.l.poſitæ in ſegunda part. titul. 1. lib. 11. incipit principes.

3 *Lex partite* ¶Sed eſto, quōd omnia prædicta ceſſaſſent & toleraretur hoc argumentum in fauorē partis aduerſæ, vt ſcilicet, iudicaretur hęc dignitas.feudum & tranſmiſsibile abſq; noua conceſsione: adhuc habeo intentū in dubio aſsignato. Nā cōſtat q; dictus infans primus donatarius deceſsit ſine filijs maſculis relictis duabus filijs fœminis: ſed feudum non trāſit ad fœminas *nisi expreſſe pro eis nominatim ſit conceſſum.c.1.de ſucceſ.feud.& in ca. 1.de gradi.ſucce.& cum dixit tex.in dicta donatione, vt dicto infanti concedebat pro ſe & filijs non fuerunt incluſę fœminæ, imo quod plus eſt, etiam ſi dixerat pro ſe & hæredibus ſuis, intelligitur maſculis ſecundum regulam feudorum.c.1.de alie.feu.facit.l.6.4.part.tit.26. & maxime procedit hoc ſine dubio attenta natura & qualitate iſtius dignitatis ducatus, quæ non poteſt cadere proprie in fœmina. cum dux proprie ſit capitaneus in bellis vt dicit tex.in d.l.2.C.de offi.præ.Afri. & in d. l.part.quæ incipit principes.& in c. 1.quis dicatur dux cum alijs. Extincto igitur feudo ſi feudum erat Rex Henricus eiſdem duabus fœminis fecit donationem dictæ villæ pro ambabus nulla facta tituli mentione, ad quē

*d

** Adde plures concluſiones in materia ſucceſsionis fœminarum in feudū per Vdalricū Zaziū in tracta.feu.in 8. par. §. incipien. circa ſecundam particulā de fœminarum ſucceſsione.*

ipſi erant incapaces de iure, & ſic fuit truncatus & conſumptus atq; extinctus titulus ducatus, nec ipſa quæ ſucceſsit in dicta villa de Valencia vigore diuiſionis inter eas factæ, quæ vocata fuit.d. Maria, nec maritus ſuus vſi ſunt dicto titulo ducali: ſed vocabatur eius maritus comes.d.Martin Vezquez, nec filius ſuus.d.Petrus hoc titulo vſus fuit: nec iſte nunc viuens: ſed comes de Valencia nūcupatur. Ex quo ipſa rei euidentia conſtat dictam dignitatem ducatus non fuiſſe tranſmiſsibilem ſine noua conceſsione, & dato quod fuerat extinctam fuiſſe.

¶Et vltra hoc ſemper vidi & audiui cōſuetudinem huius regni hanc eſſe indubitatam & notoriam, vt mortuo duce, aut comite, aut marchione, q; filius petit conceſsionē a rege ſeu confirmationem tituli ducatus, aut comitatus, quo pater ſuus vtebatur: nec ante confirmationem vtitur nomine illo dignitatis: quæ conſuetudo in his regalibus dignitatibus ſeruanda eſt quantum ad formam in eis ſuccedendi, vt eſt text.de aliē.feud.§in fin.quē ad hoc valde extollit Bald.de feudo march. 2.col.& dato quod hæc dignitas tranſmiſsibilis eſſet abſque noua conceſsione, tranſmittitur indifferenter ad omnes hæredes non facta differentia maioris ad minorem, vt dicetur in ſequēti dubio: & ſic ſiue ſit trāſmiſsibilis ſiue non, habeo intentum. 4

*SVMMARIVM.*

1 *Filii habent fundatam intentionem quod bona parentum ſunt libera & æqualiter diuidēda & non vinculata, nec bona maioriæ.*

2 *An ſit ſpeciale in regno quod ſuccedatur in eo ordine geniture, & de intellectu.c. licet de voto.*

3 *Intellectus & materia tex.in.c.imperialem §.præterea ducatus.ponitur extenſe cum pluribus ſequentibus.*

7 *In his quæ diuidi non poſſunt ſuccedunt omnes filij æqualiter & non maior natu ſolus late per plures nu.ſeq.*

11 *In quibus caſibus ſuccedat in dignitatibus ſolus maior natu excluſis fratribus.*

15 *Quid ſit ſuccedere iure Francorum & quid iure Longobardorum.*

16 *Ad hoc vt per præſcriptionem poſſit maioricatus conſtitui requiritur quod poſsidens habeat contra quem poſsit præſcribere.*

17 *Item requiritur vt præſcriptio procedat quod ſint tales aduerſarij qui poſsint conqueri de præſcribente.*

18 *In regno ſemper debet ſuccedere primogenitus ſine diminutione & an illud ſit de iure naturali nu. 22.*

19 *In ſucceſsione regni admittuntur qui ſunt de ſanguine regio etiā ſi ſint in milleſimo gradu.*

20 *Quid ſi duo ſimul filij regis naſcuntur vel exciduntur de vtero matris.*

21 *Primogenitus quando ſolus ſuccedit debet ſalua ſua dignitate fratres congrue ſubſtentare.*



# Secundum dubium.

¶Si por aquellas palabras hago os merced de Valencia, &c. Con titulo de Duq para vos & para vueſtros herederos, & ſucceſſores. &c. El rey hizo mayoradgo deſtos bienes para que en verdad por ellas eſtos bienes ſeā de mayoradgo, y no bienes partibles, o ſi non obſtante aquellas palabras eſtos bienes ſean bienes partibles.

1 ## Præſupponitur.

Primo quod cum iſta villa remāſit in bonis & hæreditate patris harum dominarū: ipſæ vt filiæ habent intentionem ſuam fundatam de iure communi, quod debeat diuidi æqualiter *inter filios & hæredes dicti patris ſui per totum titulum.C.de ſuis & legiti. hære. l.inter filios.C.fami.hercis.& bona a parentibus relicta præſumuntur libera, non vinculata titulo maioriæ niſi probetur per hoc allegātem.l.quoniam in prioribus & l. omnino & l. ſcimus.C.de inoffi.teſt.Sāper.n.lex amauit æqualitatem inter liberos in bonis parentum.l.fi.C.communia vtriuſq; iud.l.illud.§. fi.C.de colla.& ſic ſuadet patri qđ inter liberos æqualiter teſtetur.in auth.de nup. §.pen. colla.4.& prætor dicit, fac æquales liberos. ff.de contra.l.ſi poſt mortē.§.fi.& in materia feudali adhuc loquendo ſemper res pręſumitur libera allodialis nō feudalis.c.2.ſi de feu. fue.controuer.& ibi Bal. Cū ergo hoc ſit ius cōmune indubitatū allegās bona ſic eſſe vinculata, vt ad maiorē natu peruenire debeant probare debet. ¶Secundo etiā vltra hoc iuris cōmunis fundamentū, cōſtat in propoſito de origine primi tituli huius villæ, q; nō fuit donata niſi libere infanti Portugaliæ ab inclitæ memoriæ. do. Ioanne Rege Caſtellę & Portugaliæ ita vt eſſet pro dicto infante & filijs ſuis legitimis, in quorū defectū deuolueretur ad Regiā coronā: & ſic nulla facta differētia filij maioris ad minores ęqualiter oēs filij legitimi dicti infātis, cui facta fuit cōceſsio & donatio dictæ villę vocati fuerūt ex dicta donatione ad dictā villam, vt latius hoc cōtinetur in dicta prima donatione facta anno 1387. Cōſtat etiam idem & adhuc pinguius & clarius contineri in donatione & confirmatione facta duabus filiabus dicti infantis, cū ipſe ſine filijs maſculis deceſsiſſet: quæ conceſsio eidem facta fuit a Rege Henrico filio dicti Regis Ioannis nulla facta diſtinctione aut prærogatiua maioris ad minorem. Sed æqualiter ambabus tanquam bona hęreditaria diuiſibilia, quæ a patre remanſerunt fuit conceſſa & confirmata dicta villā eiſdem, vt latius continetur in ſcriptura ſuper hoc a dicto rege Henrico conceſſa anno 1396.& hoc modo dictarum filiarum nomine earum mater & tutrix accepit & acceptauit poſſeſsionem dictæ villæ, vt ex inſtrumento poſſeſsionis hoc conſtat eodem anno celebrato. Conſtat etiam per proceſſum quod in deuiſione bonorum paternorum, vni dictarum filiarū nomine doña Maria pro portione obuenit d.villa cum alteri ſorori.d.Beatriz alię villę & bona obueniſſent. Conſtat etiam quod comes.d. Martini Vazquez, & d. doña Maria eius vxor in donatione, quam fecerunt dictæ villæ. d. Petro filio ſuo, illam fecerunt tanquam eſſent bona diuiſibilia, vt in multis cōſtat ex dicta donatione, in qua continetur, quod donant eam eidem pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus & quod poſſet de ea facere tanquam de re propria ſua; & ad maiorem

*a

forem validationem,ſi valere in totum non poſſet,meliorauerunt eum in tertia,vt latius hoc in dicta donatione continetur. quæ fuit facta anno.1417.Conſtat etiam ex reclamatione & reuocatione dictæ donationis,quam fecit dicta.d Maria, cuius erat dicta villa vxor dicti comitis filia dicti infantis anno millesimo quadringenteſimo trigeſimo tertio. aſsignans cauſas dictæ reuocationis & reclamationis principaliter, ſcilicet quia hoc fuerat in grauamen & magnum præiudicium aliorumfiliorum.Conſtat etiam ex renunciationibus quas fecerunt fratres ſui dicto.d. Petro de portionibus ad dictam villam eiſdem pertinentibus : ex quibus omnibus & alijs in proceſſu deductis euidenter cõſtat ab ipſo initio vſq; ad dictum.d.Petrum patrem harum dominarum dictam villam nullo titulo maiorię ſubiectam nec vinculatam,ſed liberam ad eum perueniſſe: & ſic eã in bonis ſuis reliquiſſe,vt alia bona libera hæreditaria non ſubiecta reſtitutioni filio maiori ex aliquo titulo,ſed indifferẽter ad omnes filios tranſmiſſam; & ita æqualiter inter filios & filias ſuas diuidendam, ſecundum iuris cõmunis regulas.Vnde ex hoc fruſtrantur imaginationes aduocatorũ aduerſæ partis,qui per teſtes articulando voluerunt probare ab initio hanc villam poſſeſſam & habitam eſſe vt bona maioriæ,ita vt ad maiorem natu ex dicta poſſeſsione pertinere perſuadere conentur.Nam hoc fundamentum funditus euellitur ex antedictis,quia cum conſtet contrariũ per dictas ſcripturas fruſtra recurrẽdum eſt ad præſumptiones etiam in factis antiquiſsimis.Vbicunq; igitur ex ſcriptura deprehendi poteſt veritas actus , qui præceſsit & eius qualitas.non amplius præſumendũ eſt, quã ipſa cantet;cum tunc magis eſſet præſumere
*b contra ſcripturã*,quam eam ex antiquitate temporis coadiuuare.Hoc fuit de mente Bar. in l.hi qui ad ciuilia. C. de appell. & in l. 1.ſi tutor vel curator.Abba.poſt Ant. in c.quoniam contra falſam.de proba.12.col. verſi. prædict.procedũt, & ſatis ad propoſitum ad multa conſuluit Paulus de Caſt.egregie conſil.48.per multa fundamenta quæ videri poterunt & vitandæ prolixitatis cauſa omittũtur. ¶Hæc profecto ad cauſæ deciſionem fundamentalia principia ſufficere debuiſſent, ſi aliquibus argumentorum ſuaſionibus ex aduerſo inductis ſatisfaciendum nõ ſupereſſet, quæ in imagine quodammodo demulcere aures videntur , ſi eiſdem non reſpondetur.

¶Ad fundandum enim hanc villam ad maiorem natu pertinere aduocatis aduerſę partis illud videtur potiſsimum fundamẽtum: de quo loquitur tex.in dicto cap.imperialẽ. §.præterea ducatus,de prohi. feud. alien. in quantum ibi dicitur(præterea ducatus,marchia, comitatus de cætero non diuidantur) & hoc videtur fundamentum aſsignatum in ſententia dum in ea dicitur , por ducado indiuiſibile,&c.Item ad hoc poteſt induci text. in capitu. licet de voto.ibi ordine genituræ quem text.Abba.ibi extollit ad hoc, quod in regnis & dignitatibus ſecularibus succeditur per filios ordine genituræ * vt ſic progenitus *debeat primo ſuccedere.& adducit etiam dictum. §. præterea.facit etiam gloſſ. illius capituli licet.ex cuius mente Abba.ibi in ſecunda columna. dicit eſſe quod licet in rebus priuatis fiat diuiſio æqualiter inter filios , vt in authentic. in ſucceſsione.de legi. hæred. tamen in dignitatibus progenitus præfertur alijs: & ſic poterit ſecundum eum contingere caſus quod alij filij etiam ſine eorum cauſa priuabuntur legitima ſi pater nil habebat præter dignitatem ſecularem.Forte adducent glo.in capitul. ſi hæredes. de teſtamen.ſentit aliquid idem Abba. in capitu. prudentiam.in princip.in.2.colum.de offic. delega. Sed hæc & alia his ſimilia non obſtare ſic oſtenditur.¶Primo quia tex.illius cap. licet.per quem ſe fundat Abba. in quantum loquitur de ſucceſsione ordine genituræ nõ loquitur in alijs dignitatibus , ad quos eum extendit Abbas imo pręciſſe loquitur in illis verbis in regno. quod clare conſtat ex litera; nam verum eſt quod ille filius Regis Vngariæ erat dux vt conſtat ex ſupra ſcriptione tamen illa verba ordine genituræ non diriguntur ad ducatum , niſi ad regnum quod eidem pertinebat ordine genituræ. Hoc euidenter dicit litera ibi (& iure quod tibi ſi dictus rex ſine prole decederet in regno Vngariæ competebat ordine genituræ priuando, & regnum ipſum ad minorem fratrem tuũ deuoluendum ) cum ergo illa verba ordine genituræ pręciſe loquantur in regno,in quo ſunt plures rationes diuerſitatis ad alias dignitates,quis dedit licentiã Abbati extẽdendi illũ tex.ad alias dignitates, vt etiam in eis ordine geniturę ſuccedatur,cum erubeſcere potius debuiſſet ſine lege loqui vt Imperator inquit in. §. conſideremus. in authentic. de trient.& ſemiſ. Notabile igitur quod Abb. elicit ex tex. in quantum illum extẽdit ad alias

a

*Adde ſin gula. Pan. in conſi.3.in 3. par.cõſi.in pien.... præſenti cauſa.

*c



lias dignitates,non eſt verum: nec probatur ex textu.& ſi glo.ibi recte conſideretur ſic in regno videtur loqui: nam ipſa eſt ſituata ſuper parte priuando , quæ loquitur in regno, & dicit quod ideo non habet locum diuiſio, quia regnum vnicum debet eſſe & ſi diminueretur cito per diuiſionem deſtrueretur , & licet aliæ hæreditates diuidantur inter hæredes: ſed hic vnus tantum debet eſſe rex , hæc in gl.cuius intentio clare aperit quod loquitur in regno.& ſic nec tex.nec gl.probat dictum Abbatis intentũ.Habeo ad hoc autoritatem Innocen.in d.cap.licet. ad fin. vbi ſic intelligens præciſe tex.& glo.inquit ſi eſſet alia hæreditas præter regnum, filius haberet legitimam:ſed in regno ſecus, quia ſectionem non patitur.Idem Bal. in authen.hoc amplius.C. de fidei.in col.2. dicit quod in d.cap. eſt ſpeciale in regno, quia corona nõ poteſt diuidi: cum rex ſignificetur per corpus ſphericum ipſius coronæ cuius figura deſtrueretur ſi diuideretur in partes , & ordine naturæ vnus debet eſſe princeps.7.q.1.in apibus.l.2.§.deinde quia difficile.ff.de origi. iuris & Petrus de Anchara.in conſi. 339. incipit pro maiori intelligentia nõ credidit ſe parum laboraſſe ad fundandum , etiam quod in regnis ſuccedatur ordine progenituræ.Itaque cum in regno ſit caſus ſpecialis, vt in eo ordine progenituræ ſuccedatur,ex pluribus rationibus aſſignatis , quæ inducunt ſpecialitatis cauſas, non ſolum ceſſat Abbatis fundamẽtum : ſed ex hoc habeo intentum contra eum, vt ſecus ſit in alijs dignitatibus. Validum enim eſt in iure hoc argumentum, ſpeciale eſt in hoc caſu,ergo in contrarium eſt ius cõmune in alijs l.cum prætor.ff. de iudi.& hoc modo argumentandi arguẽdum eſt in quæſtionibus de facto occurrentibus.ff.de legi.l. quod vero: ff.ſolu.matri.l.ſi vero.§.de viro.vnde Bald. in authent.ſed ſi quis.C.de ſecun.nup.inquit quod arguendo ad quæſtio. de facto debet ſic argui: hæc lex continet ius ſingulare , ergo in contrarium eſt ius commune : vnde ex illo iure communi non ex iure ſingulari arguendum eſt ad quæſtio.de facto ſecundum eum , quod infert ad plures quæſtio. de quibus per eum ibi. vnde ſimili vitio laborant quædam verba poſita per Oldra.conſi.238. incipienti Perlectis & diligẽter attentis. vbi inquit quod cum in baronijs datis in feudũ, non fiat diuiſio.vt in.§.præterea ducatus. in hoc caſu habebit locum ius primogenituræ. de quo Geneſ. 25. quia ipſe loquitur in feudo,quæ materia ſeparata eſt a noſtra vt dictum.Item quia loquitur Abba.abſque fundamento contra hos doctores,& ſibi ſimiles facit.quia de iure naturali natura ipſa filios æt tis vel ſextus diſtinctione non habita,ſucceſſores facit parentum vt conſultus inquit in l.ſcripto.ff.vnde libe.in fi.l.lege. C.de legi.hære.in authẽ.de trien.& ſemi.§.1.l. cum ratio.de bonis damna. Sunt enim æqualiter pars parentis;ideo iure naturali pariter ſuccedunt vt philoſophus ait.7.Ethico.hinc eſt quod ipſe idem Oldra. conſilio. 93. incipit. Eleganter circa negotium melius & mature conſiderans.per multa concludit eſſe ſpeciale in regno: vt in eo ſuccedatur ordine genituræ: *immo in col.3.illius conſilij.valde dubitat in regno de rigore iuris dicens nõ improbabiliter poſſe impugnari quandam diſpoſitionem Iacobi regis: qui iure primogenituræ diſpoſuit liberos ſuos admittendos ad regnum,cum iura ſanguinis & naturalia quæ omnes vocant,non potuerũt per ipſum mutari : nec primogenitus ſolus admitti & cæteros excludi. Idem quidam modernior Franciſcus de Aretino in conſi.164.colum.3 Bal.nota.in authent.ex teſtamento.ad fin.C. de colla.7.q.1.non autem nec illud ius primogenituræ.de quo Gene. 25. capitulo facit ad propoſitum:ſolummodo erat; ad quædã quæ numerat gl. 7. q.1.quam periculoſum, quæ nihil ad caſum.Præterea ſi bene attento materia principalis illius.c.licet.ſolũ eſt vtrũ filius priuetur indiſtincte hæreditate paterna.ſi non impleat voluntatẽ defuncti: & etiã in hoc patitur plures intellectus, quæ materia non tangit propoſitum noſtrum.Illud quod Abba.dicit in d.c.hæredes non facit ad propoſitum: nec etiam illud quod dixit in d. ca. prudentiam.

3 ¶Nec etiam obſtat d.§.præterea ducatus.in quo videtur aduocatus conſiſtere difficultatem; cum dicat tex. quod non diuidantur dictæ dignitates:ex quo ſentiunt aliqui de quibus ante,vt ad maiorem natu peruenire debeant. Quod etiam occaſionem cogitandi tribuit Abb.poſt gl.in d.c.licet. Primo quia ille tex. * loquitur in materia feudali.& iſtæ ſucceſsiones in feudis multum exorbitant a iure communi: ideo ad conſequentiam non ſunt trahendæ.l.quod vero ff.de legi.vt Pet.de Anchara.hoc præſupponit cõſulendo in materia conſimili conſilio.339.col.4. Sed in propoſito hæc fuit quædam donatio pura. & libera facta per regem dicto infanti,non aſtri-

*Adde Lattius Ioã. Pariſi.in tract.de primo genitura in q.2.tertij lib.

*Adde ſingul. & late Maria ſociſnũ in cõſi.65 viſis inueſtituris.2. vol. conſiliũ in.7. col. vbi aſſe-

gnat 10. declarationes ad tex. in. §. præterea hic allega.

ctū, nec limitata regulis feudalibus & poſt
eius mortem libere etiam conceſſa & confir-
mata dicta donatio filiabus ſuis perpetuo
tranſlatum in donatarium directum & vtile
dominium, quod eſt contra naturam feudo-
rum; vbi directum remanet apud conceden
tem vt in cap. 1 de inueſt. de re alie. fa. in fi. me
lior. tex. in cap. 1. in. §. fi. ibi ita datur alicui:
vt proprietas rei immobilis beneficiatæ pe-
nes dantem remaneat. Vnde ſic libere tranſi-
bit ad omnes hæredes, prout fieret regulari
ter in alijs bonis donatis. Sic reperio conſul-
uiſſe Oldra. in fortioribus terminis. in cōſil.
159. incipit (ex præſenti themate quatuor vi
dentur, &c.) vbi dicit ſe conſuluiſſe in ardua
quæſt. de facto, cum rex Carolus ſecundus
conceſsiſſet principi Tarentino eius filio
principatum Achayæ per iſta verba forma-
lia (donamus damus, & tradimus: ex cauſa
donationis proprij motus, & inueſtimus
quicquid habemus in principatu Achayæ
ratione feudi aperti, vel alia ratione transfe
rendo directam & vtilem actionem: ita quod
non alium niſi nos recognoſcas in ſuperiorē)
dubitatum fuit, an hoc eſſet ſimplex feudū:
an vera & pura donatio, determiat ſe in
hoc quod non eſſet feudum. Sed vera & pu-
ra donatio: quia cum rex dixit in conceſsio-
ne donamus ergo pura & ſimplex donatio
l. 1. ff. de donationibus. Item quia cum tran-
ſtulit directam & vtilem actionem, ex quo
conſtat tranſtuliſſe dominium directum &
vtile: iſtud eſt manifeſte contra naturam feu
dorum: maxime ſecundum eum attenta per
ſona donantis, qui erat rex. l. penul. C. de do
na. inter vir. & vxo. cap. 1. de donatio addu-
cit hæc alia ſatis ad propoſitum: nec illa ver-
ba ratione feudi mutant naturam contra-
ctus donationis cum verba deſeruire debeāt
naturæ contractus, non natura verbis. vt in
l. inſulam. ff. de præſ. verbis Hoc conſilium
refert longius Alber. de Roſa. doctor anti-
quus. Barto. contemporaneus in rubri. C. de
donatio. 2. colum. cum ſequen. & illud ſequi
tur: quanto magis in caſu noſtro, vbi ſunt
aperta donationis liberalis verba nulla feu-
di facta mentione transferendo totum domi
nium. Si ergo mera & ſimplex donatio non
aſtricta regulis feudalibus ceſſat. d. §. præte-
rea ducatus. & libere tranſmittitur. Hoc idē
Bald. ſequitur in proœ. feudorum. 6. colum.
dicens quod vbi in feudatarium translatum
eſt directum dominium iam receſſum eſt a na
tura, & regulis feudorum. dignitas autem
ducalis non facit feudum, licet inuenta ſit
pro feudo, vt inquit Andre. de Iſer. de feud.
march. 2. colum. in princip. cum proprie con
ſiſtat feudum in immobilibus ſolo cohæren-
tibus: & iſtud vult dicere titulus, quis dica-
tur dux, ſecundum eum. Si ergo id cui ad-
iungitur titulus ducatus non eſt feudum:
nec ipſa dignitas fecit illud feudum, vt notā
ter dicit prædictus Doctor, quem cæteri ſe-
quuntur, cum feudum conſiſtat in immobili-
bus. vt in cap. 1. qui. cau. feu. amitta. & dato
quod aliquod dubium poſſet eſſe: quod eſt
impoſsibile attentis verbis donationis, ſem-
per in dubio res præſumitur libera & allo-
dialis, non feudum ſecundum Bal. in c. 2. ſi de
feu. fue. controuer. & quod ille. §. præterea
ducatus. non habeat locum, niſi in comitatu
dato in feudum, & ſic in iuribus feudalibus:
non autem in alia donatione ſeu conceſsio-
ne imperiali, prout fuit in propoſito, eſt ca-
ſus in l. 1. C. ſi ſocius liber. imperia. libr. 10.
quem ad hoc propoſitum illū not. Iacobus
Aluarotus in d. §. pręterea ducatus. in. 4. col.
1. oppoſitione, & ſequuntur alij ſcribentes
ibi, habentes pro certo, q vbi ducatus, aut co
mitatus libere conceſſus fuiſſet a principe, &
non lege feudali bene poſſet diuidi. feudum
enim eſt nomen conſuetudinarium, & vſuale,
ſumpſit ſibi nomen & formam ab vſu: vt o-
mnes dicunt in proœ. feudorum. Bal. in rub.
de rerum permu. Bar. notanter in l. iuriſgen-
tium. §. quinimo. 6. col. ff. de pactis. & ſic ille.
§. præterea. poſitus eſt poſt titulum illum hic
finitur lex deinde conſuetudines regni inci-
piunt. Cum ergo iam in regno noſtro nomē
& forma feudi non eſt in vſu, non eſt ſuper
quo inſiſtendum ſit. ¶Secundo, quia etiam 4
ſi eſſemus in proprijs terminis illius. §. præte
rea ducatus. quod ducatus iſte fuiſſet de ſui
natura feudum & indiuiſibile, in propoſito
ceſſat illius text. diſpoſitio attenta natura re
giæ donationis & conceſsionis, in qua conti
netur quod dicto infanti donauit rex dictam
villam perpetuo pro ſe & ſuis filijs legitimis
hæredibus, quo titulo ſucceſſerunt in ea duę
filiæ ſuæ quibus Rex confirmauit dictam do
nationem. Sed vbicunque comitatus, aut du
catus etiam in feudum conceditur alicui a re
ge pro ſe, & filijs ſuis * tunc bene diuiditur *d
inter eos talis ducatus ſicut alia bona hære-
ditaria, niſi expreſſe ſub hac conditione do-
naretur a rege, quod maior natu ſuccederet.
Hæc fuit elegans cōcluſio iu his terminis po
ſita ab Andre. de Iſern. in d. §. præterea. in. 4.
col. in fi. 1. additionis. vbi inquit, quod ſi feu
dum fuiſſet conceſſum Titio & liberis ſuis
vel hæredibus ſuis deſcendentibus: ſicut eſt
forma conceſsionum in regno Siciliæ, tunc
ad omnes filios æqualiter pertinebit: ſi non
detur ei & concedatur vt habeat iure Fran-
corum; quod eſt ea conditione, vt maior na
tu ſuccedat quod eſt ius Francorum: hodie
dicit fieri aliquas nouas infeudationes ſub
hac conditione, vt primogenitus ſuccedat.
cum ſi hoc expreſſe non apponeretur: ſecus
eſſet in tantum quod pater per præſcriptio-
nem, nec alio modo poſſet mutare hanc feu-
di conditionem, ſcilicet, vt non diuidatur in
ter ſuos filios quando dicto modo fuit con-
ceſſa; cum filij tunc non habeant ab eo: ſed ex
munificentia dantis ſecundum eum. proba-
tur aperte in cap. 1. an agnatus vel filius. §.
& licet. vbi idem tenet dicens quod pater ha
bens feudum pro ſe & filijs ex concedentis
prouidentia, debuit conſiderare, quod ſubia
cebat reſtitutioni: & ſic non poterat aliena-
re authenti. res quæ. in vita ſua habuit tan-
tum poſt mortem: non a ſe ſed beneficio con
cedentis prouenit ad filios. facit de ſucceſs.
feud. in princip. ¶Concluſiue igitur cum di-
cta villa conceſſa fuit pro ſe, cum titulo du-
catus, etiam ſi in feudum venit diuidenda in
ter filios: quod punctualiter ſine cōtradictio
ne hoc dubium videtur decidere; & hæc de-
terminatio præſtitit magnam opem in con-
ſulendo Alexandro, qui ſecundum eam con-
ſuluit in his terminis quæſtionis noſtræ in
cauſa quorumdam comitum Ioan. & Azonis
in tertia parte conſiliorum. conſi. 60. ſecun-
dum numerum meum incipit. Viſis dubita-
tionibus. quibus addo tex. notab. in c. ſi cui.
verſi. tenorem de capitulis. Corradi. vbi eſt
caſus, quod in feudis attenditur tenor inue-
ſtituræ quæ Bald. in procœmio feudorum ad
Lex parti. hoc allegat. Eſt etiam caſus in cap. 1. de duo.
fratri. ¶Et cum hac determinatione & con-
cluſione videtur concordare quædam. l. ſin-
gularis in quarta partita, titu. 26 l. 6 incipit,
los feudos. ſi. verbis. quæ diſponit quod co-
mitatus aut alia dignitas regalis non tran-
ſit ad filios; niſi expreſſe hoc diſpoſuiſſet rex
concedens, ſcilicet, quod dabat ei comitatū
pro ſe & filijs & nepotibus: quo caſu indi-
ſtincte dicit tranſire in filios non conceſſa
prærogatiua maiori natu.
5 ¶Tertio, quia in propoſito noſtro eſt adhuc
plus in facto; quia videtur eſſe de voluntate
& conſenſu principis, quod dicta villa diui-



deretur: hoc manifeſte conſtat ex ſecunda cō
ceſsione & confirmatione quam fecit rex Hē
ricus dictis duabus filiabus prædicti infantis
de villa: & adhuc dixit non ſolū confirmare:
ſed eiſdem donationem ſiue conceſsionem
facere, declarans etiam pluribus rationibus
eiſdem pertinere ex dicta prima donatione
poſt mortem dicti infantis. Cum ergo amba-
bus indiſtincte & indifferenter, libere & ſine
aliqua conceſsione eiſdem conceſsit & con-
firmauit: cui dubium niſi quod manifeſte vo
luntatis ſuæ conſtat eſſe, vt inter eas diuidere
tur? Vnde licet illæ regales dignitates non
diuidantur, hoc eſt verum, niſi ex conſenſu
Regis, qui tūc bene ſunt diuiſibiles, ſic in ter
minis inquit prædictus And. de Iſer. in ca. 1.
in princip. paulo ante finem. de feudo mar.
idem ſentit in princip. illius capituli. & ſic di
cit debere limitari illum. §. præterea duca-
tus. idem tenet ibi in princ. d. §. præterea. idē
ipſe in dict. præterea ducatus. in princip. &
Iacob. Aluaro. in ſecunda columna, dicunt
quod ille. §. faciens dictas dignitates indiuiſi
biles debet ſic intelligi & limitari, niſi ex pri
uilegio ſpeciali principis factæ eſſent diuiſi-
biles: ita quod ex certa ſcientia principis di
uiderentur per l. de quibus. ad finem. ff. de le-
gi. & ſentit Bal. ibi loquendo in cōſuetudine.
Idem ipſi Iaco. de alie. feu. §. ſi. in. 2. col. vide-
tur mihi caſus licet ipſi non allegent in d. c.
imperialem. in princip. de prohi. feu. alie. per
Fede. & in c. 1. de eo qui contra conſti. lotarij.
& in titu. qualiter olim feudū amitti po. poſt
princ. cum ergo ſic fuit in propoſito, vt ante
dictum eſt, ceſſant argumenta.
¶Quarto, & inconuincibiliter aut dictam cō 6
ceſsionem iudicamus, donationem puram
non ſubiectam regulis feudalibus: & caſus
eſt ſine dubio, cum tranſeat indiſtincte ad
omnes donatarij hæredes: imo in eorum de
fectum per ius accreſcendi ad conſortem do
nationis, vt eſt ille tex. notabi. in l. 1. C. ſi ſo-
cius Impera. liber. lib. 10. imo valde fauora
biles in commodum donatariorum & hære
dum eorum iudicantur iſtæ donationes a re
gibus factæ. l. ſancimus C. de donationibus
l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. l. pe-
nultima. C. de donatio. inter virum & vxo-
rem. facit. l. las coſas quel Rey diere foro. ll.
libro quarto. titulo de las donaciones. & in
ordina. Regis Alfonſi en Alcala. titulo de la
ſignificacion de las palabras, aut hanc do-
nationem vocamus feudum, indiuiſibile
propter titulum ducatus, cōceſſum cum vil-

la, quod eſt potiſsimum fundamentum aduocatorum partis aduerſæ ad gaudendum diſpoſitione. d. §. præterea ducatus: & tunc negotiū habet minus dubium attenta facti qualitate. Nam præſuppoſito quod eſſet feudū, vt ipſi volunt, euidenter conſtat quod dictus infans primus dux & donatarius deceſsit, abſque filijs maſculis relictis duabus filijs fœminis; quo caſu feudum illud tituli ducatus a rege Ioanne conceſſum dicto infanti fuit finitum, & conſumptum, cum filia fœmina ſecūdum propriam naturam feudi non ſuccedit in feudo. in cap. 1. de gra. ſucceſsio. & de ſucce. feu. cap. 1. Inde eſt quod cum in dicta conceſsione prima fuit facta mentio de filijs legitimis dicti infantis, debet in feudis intelligi de filijs maſculis, non de fœminis cap. 1. de alie. feu. Cum ergo illud feudum fuit extinctum, & rex Henricus, conceſsit & confirmauit dictam villam ambabus filiabus pure libere & ſimpliciter nulla facta mētione feudi nec tituli ducatus, clarum eſt quod ex dicta diſpoſitiōe libere peruenit ad eas dicta villa & illa fuit cauſa, quare trūcatus & extinctus poſtea fuit titulus ducatus, nec ipſa filia dicta Maria, nec eius maritus duces vocati ſunt, nec amplius continuatus fuit titulus: & ſic nullo modo ex dicta prima conceſsione infanti facta, poſſunt aduocati inducere fundamentum feudale. Præterea quia vt ante dictum eſt, in quantum tex. in d. c. licet. dicit ordine geniture; præciſe loquitur in regno ōmnimodo concluſio Abba. de qua vt ſupra caret fundamento. & ſimili vitio.

7 ¶ Omnibus ante dictis adhuc ceſſantibus dico, quod etiā ſi eſſemus in proprijs terminis illius cap. imperialem. §. præterea. nullo modo ex eo poteſt fundari dictam villam ad maiorem natu pertinere. Nam ſolummodo ille tex. dicit, quod ducatus nō diuidatur ſed quod ex hoc inferatur conſequentia neceſſaria, ergo ad maiorem natu pertineat: nec, ille tex. hoc diſponit, nec iuridico fundamento hoc oſtendi poſſe * arbitror: immo ſtant iſta ſimul. quod non diuidatur, tamen nihilominus pertineat ad omnes hæredes, non ad maiorem natu ſolummodo, quod ſequentibus fundamentis oſtenditur. ¶ Primo quia vbi dux aut comes deceſsiſſet pluribus filijs relictis oēs erunt comites: & ſic videtur ꝙ pariter ſuccedent in comitatu, licet comitatus nō diuidatur. hoc ſentit Bal. in d. §. præterea ducatus. aperte in col. 3. dicens ꝙ ſi comes deceſsiſſet relictis duobus filijs ſimul, & in ſolidū comitibus, quod ſi vnus eorū eſſet proditor regis, quod alter frater fidelis non debet diuidere cum rege partem proditoris. nā cum ille comitatus non potuit diuidi per contractum: ergo, nec propter delictum, & ſic præſupponit pro conſtanti quod ille comitatus a patre relictus, licet eſſet indiuiſibilis: nihilominus pertinebat ad filios ſuos æqualiter. Idem ſentit paulo poſt in eadem colūna (ibi pone duo fratres marchiones) idem aperte ibi alius doctor modernus. hoc etiam ſentit Iacobus de Alua. in. §. in feudo. de alien. feu. in fine primę columnę vbi inquit, quod dato quod ſint plures hæredes in hoc feudo: tamē reputantur pro vno ſolo cum ſuccedāt in loco vnius, ipſi tamen hæredes non poſſunt diuidere ſubſtantiam & corpus feudi: hoc videtur habuiſſe pro conſtanti Ioannes Andreas in addit. ad Specul. titu. de feudis in rub. co. 3. verſi. redeundo ad indiuiduum vbi mouēdo quæſtionem de comitatu, quod eſt quid indiuiſibile. vt in d. §. præterea ducatus. quærit quis præferatur nepos vel eius patruus? præſupponit, quod ille ducatus fuit expreſſe datus pro ſe & primogenito: vel quia erat lex regni, vel conſuetudo primogenitum ſuccedere. vnde habuit pro conſtanti, quod non ex hoc ſolo ducatus pertineret ad primogenitum: niſi ſuper hoc præcederet regia conceſsio, aut conſuetudo. ¶ Secundo hoc in terminis melius quam alius determinauit prædictus doctor Andre. de Iſernia. in dicto §. præterea ducatus. in princip. per duas columnas vbi incipiens titubare: ſi ad maiorē natu peruenire debeat: tandem ſequutus alios in hoc finaliter ſe determinat, concludēs quod comitatus etiam ſi non diuidatur, vt ibi, non ex hoc debet deuenire ad maiorem natu; ſed omnes filij ſunt hæredes, & habebunt comitatum, aut marchionatum pro indiuiſo. Sed diuidere non poſſunt ſine conſenſu principis, niſi in caſu quo probaretur ex conceſsione ſeu priuilegio, vel conſuetudine, aut legitima præſcriptione talia bona pertinere ad maiorē natu: & illud eſt viuere iure Francorum, quæ omnia ceſſant in propoſito: & loquitur notanter & ſatis ad propoſitum, in tantum quod vbi comitatus eſſet in feudum conceſſus pro aliquo & eius filijs: vt fuit in propoſito dato, quod per patrem præſcriptum fuiſſet tanquam bona maioriæ, non præiudicaret talis præſcriptio filijs tanquam bona ſint ſubiecta reſtitutioni eiſdem ex munificentia concedentis: ſed oēs

*e Adde Phi. de. contrariū conſulentē in cōſi. 389. vi. ſa longa ſerie informatiōis. & vi. Alex. de Imol. cōſi. 25. attentis narratis volu. 5.



æqualiter ſuccedent pręſcriptione nō obſtante. Quod eſt notandum. Idem tenet in c. 1. an agnatus vel filius. ¶ Tertio pondero text. in d. §. præterea. qui recte conſideratus fundat hoc contra partem aduerſam. Nam cum ille tex. dicat, quod non diuiduntur illæ dignitates; ex eo videtur pręſupponere, quod in eis ſuccedunt hæredes, & non maior natu, quia fruſtra tractaretur ibi ſi poſſent diuidi vel ne: ſi ad maiorem natu deberent peruenire. vnde non ſequitur, non diuiduntur, ergo in eis ſuccedit maior natu: ſed magis ſequitur cōtrarium, ſcilicet quod cum ibi Imperator venit ad determinādum ſi poſſent diuidi vel non: videtur habuiſſe pro conſtanti pertinere æqualiter ad omnes hæredes; quia ſi ad maiorem natu pertinerent, fruſtra eſſet inſiſtere ſuper diuiſione inter cohæredes, vtrū poſſet fieri, vel ne; quæ videtur mihi recta cōſideratio, licet non reperiam ſcribētem aliquē ad hoc aduertiſſe. ¶ Quarto in eiſdem terminis quidam Doctor magnæ authoritatis & famæ apud Italos Franciſcus de Aret. nomine. conſi. 164. incipit. Diligenter & mature diſcuſsis in. 3. col. verſi. & pro iſtorum verborum declaratione aperte firmat non eſſe bonam conſequētiam quod ex eo quod in d. §. præterea ducatus, dicatur vt comitatus non poſſet diuidi, ex hoc ſequatur pertinere ad maiorem natu: imo in cōtrarium eſt de iure ſecundum eum per fundamenta, quæ ibi latius explicat, quę videri poſſunt. Idem ſentit Bal. in d. §. præterea ducatus, in princ. Quinto quia tex. in d. §. præterea ducatus. ſolū dicit, quod non diuidatur comitatus, aut ducatus: ſed ſi pertineat ad omnes hæredes licet pro indiuiſo, vel ad maiorem natu, hoc ibi non determinatur & ſic remanet in diſpoſitione iuris cōmunis: vt ſcilicet ad omnes hæredes pertineat: licet pro indiuiſo; quia caſus occurrentes in feudis, qui non reperiūtur expreſſe deciſi & determinati in legibus & conſtitutionibus feudorum, debent decidi & determinari ſecundum ius commune. glo. not. & Bal. in ca. 1. de feu. cogni. & in. §. præterea ducatus. 3. col. idem firmat ipſe Bal. in c. 1. §. mulier. ſi de feu. fue. controuer. dicit filios æqualiter ſuccedere in feudis, vbi nō apparet aliter deciſum in legibus feudorum. facit de gradi. ſucceſsio. cap. 1. ¶ Item quia ſi ex d. §. præterea ducatus. qui dicit quod comitatus non diuidatur, deberet inferri quod ad maiorē natu pertineat. Ille intellectus eſſe ſubintellectus ad. d. §. cum ibi hoc expreſſe nō diſponatur, & ex tali intellectu induceretur multorum iurium correctio, quæ diſponunt regulariter bona parentum diuidenda eſſe inter omnes filios. Sed habeo glo. notab. in ca. cupientes. in. §. quod ſi per viginti de electione. lib. 6. quod vbicunq; lex loquitur per verba obſcura ſuppleta, vel ſubintellecta, nunquam ex ea debet induci alterius iuris correctio. Sexto non valet iſta conſequentia; hoc eſt indiuiſibile, ergo pertinet ad maiorem natu: quia contrarium eſt de iure, cum etiam ea quæ indiuiſibilia ſunt nihilominus tranſeūt ad omnes hæredes ęqualiter. Ad hoc facit elegans conſilium Barto. * in terminis conſil. 8
189. incipit. Primo quæritur. vbi quærit quid ſi eſſent filij multi vnius comitis mortuo patre, quomodo ſuccedent in comitatu? & dicit quod ſi conſideretur iuriſdictio & imperium, cum omnia caſtra quæ dimiſit pater fuerunt vnius comitatus & vnius comitis tale ius eſt indiuiduum. vt in cap. imperialem. in. §. præterea ducatus. ſimiliter ius quod quis habet in vaſſallos eſt indiuiduum; ſicut iura libertorum in cap. 1. §. omnes ſi de feud. fue. controuer. ergo comperit omnibus comitibus filijs hęredibus dicti comitis in ſolidum ſicut alia iura realia. ff. de verbo. obligatio. l. 2. §. ex his. verſi. ex quo quidem fami. herciſ. l. hæredes. §. antepe. ſi vero conſideretur exercitium ſeu adminiſtratio iuriſdictionis, quilibet diuiſim pōt exercere in parte ſua ſecundum diuiſionem inter eos factā, ſicut vidēmus in tutoribus; vt licet ius ipſum ſit indiuiduum ipſa tamen adminiſtratio poteſt diuidi, vt eſt ille caſus notabilis in l. inter tutores. de adminiſtra. tuto. ecce ergo duo, quę eleganter ad propoſitum determinat Barto ibi Primum & hoc tanquam indubitatū quod mortuo patre comite, qui habebat comitatum in feudum, & omnes eius filij pariter, & in ſolidum ſuccedunt in comitatu, & ad oēs tranſibit: licet ſit indiuiſibile vt in d. §. pręterea & ſic eſt falſum dicere, quo ad maiorem natu. Secundum ꝙ licet comitatus, & eius iuriſdictio ſit indiuiſibilis; tamen eius adminiſtratio, & exercitiū bene eſt diuiſibile quod eſt notandum in propoſito. Hanc vltimā cōcluſionem firmauit ipſe Bar. dicēs ſic habuiſſe de facto in l. inter tutores ad fi. de adm. tu. Idem Bal. in d. §. præterea ducatus. dicit ꝙ licet dominium ſit apud omnes hæredes: in ſolidum tamen adminiſtratio pōt diuidi in his feudis dignitatum, de quibus in propoſito: itaq; tranſire ad omnes hæredes iſta licet indiuiſi-

* De quo cōſi. Bar. cū pluribus concordan. & alijs in materia meminit Phi. Deci. poſt alios in c. prudentiam de offi. deleg. co. 4. adde Alexan. de Imo. conſi. 25. attentis vol. 5

diuiſibilia omnes præſupponunt pro indubitato. vnde Bar. notanter & fortius dixit in l. ſi vni ex pluribus. in verſi. 5. quæro. ff. de re iudi. quod ſi comes deceſsiſſet duobus relictis hæredibus, quod per quemlibet eorum in ſolidum poſſet iuriſdictio exerceri per l. 2. §. ex his. cum glo. ff. de ver. obli. Eundem ſequuntur in hoc aliqui moderniorum. eſt verum quod Guillel. de Cug. in l. 1. ff. de offic. conſu. melius hoc videtur conſiderare, dicẽs quod iuriſdictio eſt apud quemlibet filiorũ comitis in ſolidum: ſed exercitiũ erat apud omnes ſimul: & ſic vnus eorum ſolus non poſſet iudicare. debent ergo ponere omnes ſimul vnum iudicem & hoc placet Paul. de Caſt. in d. l. ſi vni: ne ſubditi in plures iudices diſtinguantur, argu. l. 1. in fin. cum l. ſequen. ff. de exerci. & in l. cum fundus. in fine de condi. & demonſt. & ſic dicit habuiſſe de facto de partibus vrbis Romæ. idem Bal. in d. l. 1. & ſequitur Anto. notabiliter in capitu. prudentiam de offici. delegati vtroque caſu ſundatur intentus noſter: ſufficit igitur ad propoſitum noſtrum, quod omnes firmant & præſupponunt: quod licet comitatus: & eius iuriſdictio ſit quid indiuiſibile; tamen quod æqualiter tranſit ad omnes hæredes, licet ipſi non diuidant. vt in dicto. §. præterea ducatus. Item quod adminiſtratio ſeu exercitiũ diuidi poſſet. Vnde quidam modernior Cardinalis, nunc viuens qui etiam aliquid ſcripſit ſuper libro feudorum in capitu. 1. §. ſi fuerint qui. mo. feud. ami. ſic exemplificat poſſe fieri diuiſionem comitatus, quo ad filios comitis quo ad commoditates ipſius comitatus: & Andre. Sicu. in capitul. prudentiam. de offici. delegati. 17. columna. 2. §. 1. dicit ſic accediſſe in domino Thadeo de populis dominio ciuitatis Bononię: quod cum eidem ſucceſsiſſent in dominio dictæ ciuitatis duo magnifici filij ſui, non diuiſerunt dominium,
* f nec iuriſdictionem, ſed exercitium * quo ad tempus: quia vnus eorum vno menſe ſtabat in palacio exercens dominium, & iuriſdictionem ſequenti menſe alius. & ſic pacifice dominati ſunt per. 17. annos. Inde eſt quod vbi eſſent duo domini alicuius Caſtri, vel ciuitatis pro indiuiſo, ſi non conuenirent in illius adminiſtratione ſeu diſpoſitione; ſuperior debet prouidere vt alternis annis habeant regimina. probat glo. not. in ca. licet. 16. quæſt. 3. quam ad hoc propoſitum extollit Abba. in c. ſi. in 2. col. de re iudi. idem tenuit Ange. & poſt eum moderniores. in l. 2. in. §. ex his. ff. de verb. oblig. Conſtat ergo ex antedictis non eſſe veram conſequentiam, comitatus non poteſt diuidi. vt in d. §. præterea. ergo non tranſit ad omnes hæredes, ſed ad maiorem natu: imo contrarium eſt de iure: cum videamus etiam ea quæ indiuiſibilia ſunt ad omnes filios indifferẽter tranſire. vt in ſpecie ante dictum eſt & ſic inquit Bald. in d. §. præterea. in princ. & vltra prædicta de hoc ſunt iura expreſſa. tex. notabilis. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obliga. ibi (ſtipulatoris, itineris, vel viæ hæredes ſinguli in ſolidũ habeant actionem.) l. eadem. §. Cato. eiuſdem. titu. l. hæredes. §. auia. ff. fami. hercíſ. ibi: ſed omnibus hęredibus. l. vna in fine. ff. de ſerui. ruſti. prædio. in ſi. alias. l. ſi vnus. ibi plures hæredes reliquerit: commoditas tamen bene diuiditur ff. de aqua quoti. & æſti. l. Lucio. §. fin. cum l. ſeq. vbi in ſeruitute aquæ ductus, quæ licet ſit indiuidua: tamen eius cõmoditas ſeu exercitium diuiditur. vt ibi determinat conſultus. bonus tex. iuncta glo. in l. ſi partem. ff. de ſerui. ruſt. prædio. ibi fiat eius aquæ diuiſio. vnde licet ſeruitus ſit indiuiſibilis. l. via. ff. de ſerui. ad l. falcidiam. l. 1. §. ſi vſusfructus: hoc eſt verum vt ſeruitus: ſed aquę commoditas diuiditur. vt ibi inquit gloſſ. optimus textus & melior omnibus in l. arbor. in fine. ff. communi diui. vbi aperte loquitur in re indiuiſibili in ſubſtantia, ad quam concurrunt plures hæredes. dicit textus (aut menſura, aut tẽporibus diuidantur.) & cum gloſſ. in l. communi diui. dixiſſet de feudo indiuiſibili inter hæredes, ſubdit Bal. ibi illud eſſe verum quantum ad plenã diuiſionem. fructus autem & commoditates bene poſſent diuidere inter ſe. probat nota textus in. §. & cum de vſufructu eiuſdem. l. facit. l. Lucius. ff. fami. hercíſ. vbi eſt caſus ſingularis, ꝙ minoribus permiſſum eſt prædia diuidere quo ad culturam & redditus, licet regulariter prohibita ſit eius diuiſio. per quã legem quidam doctor antiquus diſputando determinauit, quod minor poterat prouocare ad diuiſionem fructuum. Quod Bal. ibi reputat notandum. accedit bonus tex. in cle. ſi. de iure patro. vbi eſt caſus, quod licet ius patronatus ſit indiuiſibile, vt tex. dicit in cap. 1. de iure patro. nihilominus tranſibit ad omnes hæredes, qui vocem duntaxat vnius habebunt in præſentatione rectoris. ſubdit notanter tex. ꝙ licet ſit quid indiuiſibile: nihilominus exercitium poterunt diuidere conueniẽdo inter eos de rectore abeis alternis vicibus



bus præſentando. bonus tex. iuncta gl. in d. c. 1. de iure patro. facit etiam cõcluſio notanda. An. de Iſer. in d. §. præterea ducatus. in ſi. addi. vbi cõcludit, ꝙ ſi pater emiſſet aliquod feudum indiuiſibile, ꝙ ſecundum eius naturam pertinere debet ad ſolum primogenitũ: quã extimationem primogenitus cõferre tenetur cum fratribus; ſolummodo dicit fratres nihil, nec in extimatione habere, quãdo rex vel alius hac conditione expreſſa dedit & conceſſit feudũ patri, ita ꝙ veniret ad primogenitum. cum rei ſuæ potuerũt apponere legem & conditionem, quam voluerũt. l. in re mandata. C. manda. cum ergo in propoſito iſta conditio, vt. ſ. ad primogenitũ veniret dicta villa, nec fuit appoſita in prima cõceſſione, nec in ſecunda imo contraria. ſ. indifferẽter pro omnibus filijs, ceſſant argumenta. benefacit quod Bart. ſcribit in l. 1. in. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bo. Bal. & Sali. in l. omnino. §. imputari. C. de inoffi. teſt. moderniores in l. ſi duo patroni. ff. ad Trebell. qui tenent idem quod Albe. in feudo & emphiteuſi.

10 ¶Præterea (vt credo) in hoc regno bona ſeu villæ dominorũ habentiũ comitatus, aut ducatus, diuiduntur inter filios, licet titulus ex regia conceſsione maneat apud maiorẽ: niſi vbi conſtat de maioricatu ex regia licentia vel alias legitime conſtituto. imo fortior cõſuetudo in alijs partibus obſeruatur. Nã cõmuniter in Italia, & in certis partibus Alemaniæ, & certarũ prouinciarũ, præter regnũ, dignitates, ducatus, marchionatus, comitatus, & his ſimiles æqualibus portionibus diuidũtur illa feuda ſicut cætera bona * contra d. §. præterea ducatus ſic inquit Io. And. in addi. ad Spec. de feudis. 5. col. verſi. non omittam. Simile dicit And. de Iſer. in d. §. præterea, in prin. ꝙ ſeruatur in marchionibus Lõbardię qui diuidunt: & quilibet dicitur marchio. idẽ dicit in. §. omnes filij ſi de feu. fue. cõtrouer. & Aluarotus. in d. §. omnes filij. dicit ꝙ in Lõbardia. & in Alemania, & in Ferraria, & in foro Iulij. & in alijs partibus iſtæ dignitates diuiduntur, ita vt omnes deſcendentes dicũtur marchiones, & comites: ſed ex conſuetudine has dignitates eſſe diuiſibiles omnes ponũt pro indubitato in d. §. præterea. & in alijs locis vulgo notis: & per iſta licet ſemiplena, & decurtato calamo perſtricta ſub correctione videtur iuridice ſatisfactũ dubijs aſsignatis proteſtans nil aliud affirmare, niſi ꝙ iuridicum ſit: & omnia ſubmittens correctioni & iudicio melius de iure ſentientis.

*Addẽ Alex. de imo. in conſi. 18. viſis cap. co. pen. li. 2. & conſi. 6. vt ſi dubitatio bus. li. 3. & eundẽ Alex. in conſi. 25. attentis. li. 5.*

# Sequitur lectura.

11 *Attẽde diligenter caſus in quibus ſuccedit ſolus filius maior natu & quidẽ vocatur filius maior an intelligatur de maiori ætate & natu. vi. Alex. conſi. 4. vol. 4.*

¶ Adde etiam & tene menti aliud, quod in dictis dignitatibus & territorijs earum ſuccedit maior natu * iure primogenituræ, nec inter alios filios diuiduntur. ¶Primo ſi probaretur per priuilegium vel teſtes, ꝙ concedẽs feudum ſic dedit & conceſsit, vt primogenitus in eis ſuccederet ſine aliorum diuiſione: quia concedens potuit rei ſuæ imponere legẽ, quam voluit. ff. de pact. dota. l. ob res. C. man. l. in re manda. ¶Secũdo erit idem ſi illi de domo illa ſunt in quaſi poſſeſsione ſic viuendi iure Francorum ꝙ primogeniti ſucceſſerint in illa domo. nam tunc onus probãdi contrarium incũbit alij fratri: & donec illud 12
probet vigore dictæ quaſi poſſeſsionis maior natu in ſua poſſeſsione tuendus eſt, arg. ff. de probatio. l. ſi filius & per ea quæ notat gl. in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſ.

¶Tertio, ſi maior natu probet, ꝙ inter anteceſſores eorum fuit de hoc quæſtio, & fuit iudicatum, ꝙ illi de domo illa ſic viuere debẽt vt maior natu ſuccedat. Nam hæc ſententia erit præiudicialis omnibus, quãdo in contradictione declaratur eos viuere tali more. ff. de legi. l. cum de conſuetudine. C. quę ſit longa conſue. in fina. glo. rubr. vel ſi bis fuit iudicatum in decem annis. vt ibi plene dicitur. 13

¶Quarto ſi forte his deficientibus probet maior natu, ꝙ ille a quo cauſam prætẽdit tenuit per triginta annos, ſolus, tanquã primogenitus ſciente & * patiente alio fratre, qui iure * g
Longobardorũ vocabatur ad ſucceſsionem cum illo qui ſe primogenitum dicebat: per ea quæ notantur in c. cũ eccleſia, de cau. poſ. & proprie. in ſi. & in c. cũ dilectus. de conſue. per Bernar. & Inno. nã cũ is qui cõtẽdebat ſe primogenitũ poſſedit triginta annis in viſu alterius, qui poterat iure cõmuni dicere bona eſſe diuiſibilia, & ipſum debere partem habere: habebit locum cõmunis præſcriptio triginta anno. ſecundũ An. de Iſer. Subdit tñ ꝙ tutius eſt in tanto tẽpore ꝓcedere binũ actũ: ꝙ duo cõpetitores fuerunt excluſi tanquã in feudo, in quo viuebatur iure Francorũ, ꝙ eſt vt maior natu ſuccedat argumento eius qđ dicitur de ſecunda confeſsione. C. de agrico. & cen. l. cũ ſcimus. & certe ſecundũ eũ tutius eſſet de tribus & quatuor actibus talibus. Ad finem videtur re. idere, vt ſufficiat præſcriptio triginta anno. Hęc omnia fuerunt verba literalia dicti Docto. Andr. de Iſern. in dicto §. præterea ducatus. 2. col. verſic. ſed nũquid ſit ne-

ſit neceſſe vſque ad finem. quæ perpetuo cõ-
menda ad maioricatus noſtri regni. nullibi
enim ita expreſſe reperies caſus vbi maior na
tu ſuccedat. & hoc aperte & eleganter deter
minat ipſe & vt eius intentionem capias, in-
telligas eum ſic: quod iure Francorum dicũ-
tur viuere aliqui quando maior natu debet
ſuccedere in bonis paternis abſque diuiſio-
ne Iure Longobardorum viuere dicuntur e
contra quando bona inter filios diuiduntur.
Mouet ipſe quæſtionem quomodo probabi
tur, quod in marchionatu ſeu aliquibus vil-
lis & locis viuatur iure Francorum, quod eſt
tantum, ac ſi diceret, quomodo poteſt proba
ri quod in certis bonis ſuccedatur iure maio
ricatus & primogenituræ; ita ꝙ in eis maior
natu ſuccedat abſq; diuiſione? reſpondit &
decidit prout maxime relatum eſt. Sępiſsime
vidi arduiſsima negotia ſuper his ventilari
in domibus antiquis illuſtriũ virorum: nec
vnquam ad hoc propoſitum vidi allegatam
hanc determinationem. & hæc faciunt ſingu-
lariter ad ea quæ dixi in. 10. ampliatione ad
l. quoniam in prioribus. *¶Vnum perpetuo
nota quod ad hoc, vt per præſcriptionem
poſſet maioricatus conſtitui ſeu fundari re-
quiritur, quod poſsidens habeat contra quẽ
poſſet præſcribere. vnde ſi quis poſſediſſet a-
liqua loca tanquam primogenitus, qui non
habuiſſet alium fratrem: & ſic non habuiſſet
comparem vel collegam conſortem in ſuc-
ceſsione per quoſcunque annos poſsideret
non præſcriberet: quia non poſſet vti iure
ſuo, qui aduerſarium non habet: & quia ma
ior dicitur reſpectu minoris & primogeni-
tus reſpectu ſecũdi geniti ff. de rebus dubijs;
l. qui duos. & ſic vbi non eſt ſecundo genitus
non poteſt dicere primogenitus ſe præſcrip-
ſiſſe tanquam primogenitus. Hoc fuit elegãs
verbum Andreas de Iſernia. in d. §. præterea
ducatus. in prima addi. quod not. & vidi in
arduiſsima cauſa probatum eſſe quædam lo
ca magni valoris poſſeſſa eſſe ſolummodo
per vnum deſcendentem a tẽpore valde anti
quo: attamen quia ex alia parte fuit articu-
latum & probatum nunquam fuiſſe niſi ſolũ
vnum deſcendentem, nec duos in pari gradu
repertos fuiſſe: vt ſic poſſet cauſari præſcri-
ptio ratione primogenituræ cum nunquam
fuit ſecundo genitus: ideo pronunciatũ fuit
dicta bona eſſe diuidenda inter filios deſcen-
dentis: nunquam tamen vidi allegatam hãc
determinationem ad hoc propoſitum ab ali
quo. & ſatis hoc videtur eſſe de mente dictæ

**Ad prædicta vide famoſam l. ieſt nume. 41. incipit Mandamos que el mayoradgo in curijs tauri anno. M. D. V. quæ fuerunt conditæ lapſis iam aliquibus annis poſtquam hæc ſcripſeram.*

legis Thauri proxime allegatæ. ¶Adde etiã,
quod ad hoc, vt poſſet cauſari prę ſcriptio in
maioricatu, requiritur, quod ſint tales aduer
ſarij, qui potuerunt conqueri de illo, qui ſic
præſcribebat alias contra per ea quæ notan
tur in c. abbate. in vltima glo. de ver. ſigni. l.
Attilicinus. ff. de ſerui. vrb. præ. vnde infert
prædictus doctor in d. §. præterea prima ad-
ditione, quod ſi Titius habuit tres filios; Ti-
tium, Caium, & Seium, ſi Titius præſcribat
contra Caium modo prædicto poſsidendo
tanquã maior natu in ſolidũ & cõtra Seium
non potuit: quia minor vel alia cauſa nil prę
iudicat Seio, cum res inter alios acta &c. Sub
dit etiam eleganter dictus doctor ſecus eſſe
ſi prę ſcriptio inciperet a patre. Vnde ſi Titius
qui prę ſcripſit ius Francorum, & ſic ius viuẽ
di iure maiorię decedat duobus filijs relictis:
tũc indiſtincte præiudicatur eius filijs: & tũc
ex perſona patris videtur obſtare ſecundo
genito ſuo factum patris ſui præſcribentis
iſtud ius Francorum, ſeu primogenituræ vt
hoc grauamen feudo appoſitum per factum
patris noceat filijs poſtea naſcituris ar. C. de
liber. & eorum libe. l. 2. ibi filius. &c. ꝙ pro-
bat: nã ſi poſsidens dicitur feudatarius; quia
tanto tẽpore poſſedit. vt in. §. ſi quis per. 30. ſi
de feu. fue. controuer. & ſic mutat conditio-
nem: ergo & res poſſeſſa quæ ratione perſo-
næ alia res efficitur, vt dicatur feudum fran-
cum non longobardum. ff. de adqui. hære. l.
Paul. C. de inoffi. teſta. l. ſi. in ſi. Vnde ſi quis
Longobardus & tanto tempore ſicut Fran-
cus ſtetiſſet pater vel anteceſſores a quibus
prouenit feudum, francus cenſebitur ipſe &
filius ſicut ille qui ſteterit: vt colonus tanto
tempore. C. de fundis reipublicæ. l. eum qui
li. 11. & in d. §. ſi quis per. 30. ¶Ex prædictis
habes pulchra & noua ad maiorias noſtri re
gni. ¶Et in his regalibus dignitatibus ſeruã-
da eſt conſuetudo. probat tex. ſingular. de a-
lie. feu. §. in feudo. quod Bald. reputat notan
dum & fixe menti tenendum in cap. 1. in col.
2. de feudo marchiæ. de quo latius dixi ſupra
in. 10. ampliatione. ad l. quoniam. pro quo
facit quod legitur in d. cap. licet de voto. 12
quæſtio. 2. cum deu tiſsimam. de ſupplen.
negli prela. grandi. lib. 6. 8 quæſtio. 1. Moſes
90 diſtin. legimus. ¶Concluſiue igitur tene
regnum & alias dignitates, de quibus ante in
diuiſibiles eſſe prout ante dictum eſt. ¶Et in 18
regno hoc eſt indubitatũ, *vt ſemper in eo
primogenitus ſuccedat ſine aliqua diuiſione *h
nam vt ante dictum eſt, vnus debet eſſe prin
ceps



ceps, nec duo reges poſſent ad inuicem ſe cõ-
pari. vnde præclare Luca. in 1. Pharſaliæ cõ-
tra Cæſarem & Pompeium.

*O male concordes nimiaque cupidine ceci,*
*Quid miſcere iuuat vires orbemque tenere?*
*In medio dum terra fretum terramque leuabit.*
*Aer: & longe voluent titana labores:*
*Noxque diem cælo totidem per ſigna ſequetur:*
*Nulla fides regni ſocijs omniſque poteſtas,*
*Impatiens conſortis erit.*

¶Et vt refert Iuſtinus li. 11. Darius poſtquã
vidit duobus prælijs ſe victum eſſe ab Ale-
xandro, ſcripſit eidẽ Alexãdro gratias agẽs,
ꝙ nihil in ſuos hoſtile fecerit offerẽs ſibi ma
iorem partem regni vſq; ad flumen Eufratẽ
& alteram filiam vxorem pro reliquis capti
uis triginta millia talentorum, cui Alexãder
magnificum reſponſum miſit dicens. gratia
rum actionem ab hoſte ſuperuacaneam eſſe,
nec a ſe quicquã factum in hoſtis adulatione
nec quod in dubijs belli exitus aut in legem
pacis ſibi lenocinia quæreret: ſed animi ma-
gnitudinem qua didicerit aduerſus vires ho
ſtiũ non aduerſus calamitates cõtendere, pol
liceturq; ſe pręſtaturũ Dario pacẽ quam pe-
tebat ſi ſecũdus ſibi nõ par haberi velit, quia
nec mundũ poſſe duobus ſolibus regi, nec or
bem ſumma duo regna ſaluo ſtatu terrarum
habere. proinde aut deditionem eadẽ die aut
in poſteram aciem paret. Et pulchre ait Lu-
cius Florus. lib. 4. quod trucidatis Cæſare &
Pompeio licet maxima bella renouari cepe-
runt gratulandum tñ in tãta perturbatione
eſſe quod potiſsimum ad Octauium Cæſarẽ
Auguſtum ſumma rerum redijt, qui ſapien-
tia ſua atq; ſolertia perculſum vndiq; & per
turbatum ordinauit imperij corpus, quod
ita haud dubie nunquã coire & cõſentire po
tuiſſet, niſi vnius præſidis nutu, quaſi anima
& mente regeretur. Et ideo in magnam lau-
dem Põpei refert Luca. de eo in primo Phar
ſaliæ. Nec quemquã ferre põt Pompeius ve
parem, Cęſar ve priorem. & ſecundũ eũdem
Luca. Primus fuit idem Alexãder, qui vt ſo-
lus orbi imperaret hanc regnãdi libidinem
inuenit, quod teſtatur ipſe in. 10. nõ vtile mũ
do editus exemplum: terras poſt poſſe ſub
vno eſſe viro, &c. Et etiam in morte voluit
hanc poteſtatem ſecum deferre, ita vt poſt
eius mortem non regnaret vnus ſolus. vnde
Luca. de eo ſic ait,

*Qui ſecum inuidia quem totum ceperat orbem,*
*Abſtulit imperium nulloque hærede relicto,*
*Totius fatali lacerandas præbuit vrbes.*

De quo idem ſcriptum eſt Machabęo. 1. ꝙ cõ
ſtituit prelia multa, & obtinuit omniũ mu-
nitiones & interfecit reges terræ, & pertran
ſijt vſq; ad fines terrę, & accepit ſpolia mul-
titudinis gẽtium & ſiluit terram in cõſpectu
eius, & congregauit virtutẽ & exercitũ fortẽ
nimis & exaltatum eſt & eleuatum cor eius:
& obtinuit regiones gẽtium & tyrannos, &
facti ſunt illi in tributum: & poſt hęc decidit
in lectũ & cognouit quia moreretur, & voca
uit pueros ſuos nobiles: qui ſecũ erant nutrit
a iuuentute ſua: & diuiſit illis regnum ſuum
cum adhuc viueret &c. licet Iuſti. in li. 12. ad
finẽ aliter de Alexãdro narrat dicẽs, ꝙ vene-
no ſibi dato quarto die indubitatã mortem
ſentiens agnoſcere ſe factũ maiorũ ſuorũ ait,
nã pleroſq; eacidarũ intra trigeſimũ annum
defunctos tumultuantes, deinde milites inſi-
dijs perire regẽ ſuſpicãtes, ipſe ſedauit adeo
ſicut in hoſtẽ, ita & in mortẽ inuictus animus
fuit, & cũ deficere eũ amici viderent, quærũt
quem imperij faciat herede, reſpõdit digniſ-
ſimum. tanta illi magnitudo animi fuit: vt
cũ Herculem filium, cum fratrem Arideum,
& cũ Roxanem vxorem pręgnantẽ reliquæ-
rit, oblitus neceſsitudinũ, digniſsimũ nuncu
paret hęredem, prorſus quaſi nephas eſſet vi
ro forti aliũ quam virum fortem ſuccedere,
aut tãti regni opes alijs quam probatis relin
qui. Sed ſexto die præcluſa iam voce digito
anulũ Perdicæ tradidit. Quæ res gliſcẽtem
amicorum diſſenſionem ſedauit. Nã & ſi non
voce nuncupatus hæres; iudicio tamen vide
batur electus; ſic deceſsit Alexander menſe
vno annos tres & triginta natus, vir ſupra
humanam potentiã magnitudine animi præ
ditus. Hic tanta dominandi cupiditate incen
ſus erat, quod cũ Anaxarchus Philoſophus,
videns Alexandrum nitentẽ regiones Oriẽ-
tales occupare, & ad inſulas Occeani explo-
ratores dirigere; ita vt quam citius poſſet
dominus totius orbis fieret: videns quod in
terminabile opus aggrederetur, dixit ei fru-
ſtrã eum tanta aſſumere, ad quorum finẽ per
uenire non poſſet: cum ex doctrina Democri
ti præceptoris ſui mundos innumerabiles
eſſe conſtaret, cui Alexand. Heu me miſerum
quod nec vno quidem potitus ſum.
¶Eſt verum, ꝙ principio rerum gentium na
tionũq; imperium penes reges erat, quos tũ
ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio
popularis, ſed ſpectata inter bonos modera-
tio prouehebat. Populus nullis legibus tene
batur, arbitria principum pro legibus erãt,
fines

fines imperij tueri magis quã proferre: mos erat intra ſuam cuique patriam regna finiebantur. Hæc Iuſtinus lib. 1. cap. 1. vnde ſubdit quod primus omnium Ninus Rex Aſſyriorum veterem & quaſi auitum morem noua imperij cupiditate mutauit. hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad reſiſtendum populos ad Libiæ vſque terminos perdomuit; & licet temporibus antiquiores fuere vexores Rex AEgipti, & Sciriæ, Rex Tanais quorum alter in Pontum, alter vſq; AEgiptum exceſsit. ſed longinqua non finitima bella gerebant; nec Imperium ſibi ſed populis ſuis quærebant contẽti victoria, Imperio abſtinebant, vt ibi latius Iuſtinus.

19 ¶Et in ſucceſsione regni non ſolum ſuccedi tur ordine primogenituræ; verum etiam in perpetuum admittitur ſanguis regius quocunque gradu ſit. vnde in regno, ſeu in regni ſucceſsione dicendum eſt, quod ſi moreretur tota domus regia, & extaret vnus de ſanguine antiquo, puta de domo Borbonæ, & non eſſet alius proximior: eſto quod erat milleſimo gradu tamen iure ſanguinis & perpetuę conſuetudinis ſuccederet in regno Francorũ non obſtante, quod in alijs ſucceſsionibus poſt decimum gradum admittatur fiſcus: tñ in regno non poteſt ſuccedere fiſcus, ſed ipſe ſanguis, qui perpetuus eſt. hæc Bal. ſingulariter ſi de feudo marchiæ. ca. 1. 3. col. Item dicit ſeruandum in ſucceſsionibus illuſtrium comitum & baronum, qui ab Imperatoribus habuerunt feudum iam ſunt quingenti anni quod mortuo vltimo comite ſiue hęrede ſuccedunt quicunque agnati. etiam ſi centeſimo gradu ſit. Mouetur, quia vbi feudum de adquirente fecit tranſitum ad deſcendentes ex eo, & tunc tranſiuit ad deſcendentes in infinitum. ſi vaſa. feudo priue. cap. 1. vbi eſt caſus notab. & etiam ad tranſuerſales deſcendentium. quod dicit valde notandum.

¶Adde, quod vbi primogenitus eſſet inſufficiens, poſſet rex dare regnum ſecũdo genito, vt fecit Rex Dauid. Nam conſuetudo regni de præferendo primogenitum non debet interpretari contra vtilitatem totius regni. ff. de legi. l. quod fauore. Ita inquit Bal. in auth. hoc amplius. col. 3. C. de fideicommiſ. & vide Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſumma trini.

20 ¶Adde etiam, quod vbi eſt conſuetudo, qđ primogenitus ſuccedit in dominatione, ſi nati ſunt duo: * nec apparet de ordine, formoſior & robuſtior præfertur: quia pręſumitur robuſtior celerius exijſſe de carcere materni

*i

**Adde ple-*

*nius quã ali-*

vteri, per tex. famoſum. ff. de re. du. l. ſi fuerit §. ii. ſecus ſi exciſo vtero extracti eſſent: quia tunc vterque erit dominus regni & ſigillum eorum vocabitur ſigillum geminorum, & ſic parem habebunt conditionem. hæc Bal. ſingulariter in prima conſtitut. §. itaque in. 2. col. & licet Bald. nihil allegat. tu adde Ioan Andr. in additio. ad Spec. in rubr. de feudis. qui expreſſe mouet dictam quæſtionem. in 4. col. nec bene ſe determinat: ſed refert ſe audiuiſſe in quibuſdam locis ſeruari, quod ambo ſuccedant. ſed ipſe inclinat, quod aut ſorte dirimatur, aut ſi eſſet feudum recurreretur ad dominum feudi, vt honeſtiori & prudentiori illud aſsignet: & ſi pares eſſent poſſet gratificare. vide eum.

*bi in partu ge-*
*mino quis ſit*
*præferendus*
*Ioannem Pa-*
*ciſienſem in*
*tracta. de pri-*
*mogenit. li. 1.*
*q. 6. cũ quin-*
*que quæſtioni-*
*bus ſeq.*

¶Vnum tenebis menti, quod ſi duo naſcantur ex eodẽ fœtu vel vtero, primo egrediẽs habebit ius primogenituræ hoc probatur ſingulariter Geneſis. 25. vbi Rebecca perrexit, vt conſulat dominũ. qui reſpondens ait, duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populuſq; populũ ſuperabit: & maior ſeruiet minori. Et iam tẽpus pariendi aduenerat: & ecce gemini in vtero eius reperti ſunt, qui primus egreſſus eſt rufus erat, & totus in more pellis hiſpidus, vocatumque eſt nomen eius Eſau. protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu. &c. & ſic licet ambo egreſsi ſunt ex eodẽ fœtu primus egrediens obtinere debet maioriam, & illum textum ad hoc propoſitum reperio allegatum per Ioannem Andream in dicta additione. & ibi eſt etiam caſus, quod hoc ius primogenituræ eſt de iure diuino, in quantum dicitur, quod illud ius primogenituræ fuit venditum per Eſau. ipſi Iacob. facit Geneſis capitulo. 27. vbi apponuntur verba, quæ pro benedictione maioriæ, ſeu primo genituræ Iſaac protulit in filium ſuum Iacob, cogitans illum maiorem & ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus. eſto dominus fratrum tuorũ & incuruentur ante te filij matris tuæ. &c. quod relatum eſt ad Hebręos. 11. Iſta omnia menti commenda. 21

¶Adde etiam quod Rex poteſt determinare in vita ſua quis ſit rex an ſecundo genitus, an filius primogeniti. Bal. in proœmi. decretalis columna ſecunda allegat. notata per Archidiaco. ſecunda quæſtione ſeptima. §. item obijcitur. ¶Item reges * ſunt patroni in ecclesijs. notat Archidia. 63. diſtinct. ca. dilectus. & Bal. in proœmi. decre. col. 3. ¶Vnum tene menti quod vbicunque hæreditas ex conſue- *k



tudine debetur primogenito, alij filij non debent mẽdicare: ſed eſt eis aſsignandũ tantum per primogenitum attenta facultate & dignitate principatus; vnde poſſent congrue ſubſtentari: * ita tamen quod tantum remaneat primogenito, vnde poſſet honorifice regere principatum. ſeruata ergo integritate principatus ſubueniendum eſt alijs filijs. *Et idem vbi ex conſuetudine hæreditas defertur primogenito debet ſubueniri ſuis fratribus iuxta facultatem hæreditatis alias cõſuetudo eſſet irrationabilis ſecundum Abb. poſt alios in d. c. licet. Ideo Bald. dicebat in l. cunctos populos. C. de ſumma tri. & fi. cath. penul. col. quod licet valeat ſtatutum, quod primogenitus ſuccedat, debet ſic intelligi, dũ tamen poſtea geniti habeant alimenta cum debeantur de iure naturali: de quo latius dixi. ſupra in illa quæſtione ſi ſtatutum poteſt tollere ſeu minuere legitimam.

*k

** Adde plu-*
*raper eundẽ*
*Io. Pariſieſem*
*in eodem tra-*
*cta. de proge-*
*nitura in q.*
*16. 2. lib.*

23 ¶Prædictis finaliter adde de iure naturali hoc eſſe, vt maior natu ſuccedat in regno. Teſtatur Iuſti. in libr. 2. vbi refert quod Darius pater Xerxis, deceſsit relictis multis filijs in regno, & ante regnum ſuſceptis, ex quibus Arthemanes maximus natu ætatis priuilegio regnum ſibi vendicabat, quod ius & ordo naſcentibus, & natura ipſa gentibus dedit: porro Xerxes controuerſiam non de ordine, ſed de naſcendi fœlicitate referebat, nã quod Arthemanem primum quidẽ Dario: ſed priuato perueniſſe, ſe regni primum natum, hoc certamen concordi animo ad patruum ſuum Anafarnem, veluti ad domeſticum iudicem deferũt, qui domi cognita cauſa Xerxem præpoſuit. & refert Iuſtinus quid mirabile contra litigantes hodiernos, quod adeo fraterna contentio fuit, vt nec victor inſultauerit nec victus indoluerit. Ipſoque litis tempore inuicem munera miſerunt, & iocunda quoque inter ſe non crudelia conuiuia habuerint tanto moderatius: tunc fratres inter ſe regna maxima diuidebant, quanto nunc exigua patrimonia partiuntur. hæc illæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *An ſicut filius legitimatus per oblationem curiæ non poteſt a patre meliorari ſit idem in filio legitimatio per reſcriptum principis & nu. 2. & 3. late.*

4 *An poßit legitimari filius vt ſuccedat in certa portione tantum vel in ea quæ patri placuerit. & nu. ſeq.*

5 *Filio legitimato, an poßit imponi grauamen in legitima, & qualiter a parentibus ſit impetranda legitimatio.*

Duodecimo limita hãc legem non habere locũ in legitimato per oblationem curiæ; quia iſtum talẽ pater non põt meliorare. Caſus eſt in l. communium rerum. C. de natu. libe. vbi text. dicit, ꝙ pater in teſtamento non põt filio legitimato per oblationem curię relinquere, niſi tantum quantũ vni * ex filij ex legitimo matrimonio procreatis, cui minima portio relicta eſt. Idẽ diſponit tex. in authen. qui. mo. natu. effi. ſui. §. proinde. & §. quoniã colla. 7. & dicebat Ang. eleganter in d. §. quoniam. quod idem ſeruãdum eſſet in legitimato per reſcriptum principis; * ita ꝙ tali filio, nec titulo donationis, vel inſtitutionis non poterit pater plus relinquere quam vni filiorũ cui minus relinquit: ſic relidet Ang. per d. §. quoniam. ſubdens ſecus eſſe in legitimato per ſubſequens matrimonium; quia tunc ab initio cenſetur habere ius legitimorum in. §. ſi vero ſolum. qui mo. natu. effi. legiti. famoſum verbum eſt; ſi fundamento non caruiſſet, ad grandẽm huius legis limitationem. ſed nullum allegat fundamentũ niſi dictum. §. & quoniam. qui loquitur in caſu diuerſo. Ego reperio Bald. in expreſſo hoc idem firmaſſe in c. per tuas. de ma io. & obe. vbi aperte allegat ad hoc. d. §. & qm. quod legitimatus per reſcriptum principis, non poſſet conſequi a patre ſuo plus quã vnus de legitimis & naturalibus, cui minus eſſet relictum. vnde infert ſingulariter, quod ſi ex forma ſtatuti ſtãtibus maſculis fœmina non ſuccedat; ſed ſit contenta dote, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: ſi quis decẽderet cum filijs legitimis & naturalibus, & cũ filia dotata, & filio legitimato non poterit plus conſequi ille filius legitimatus, quam habuerit dicta filia. Subdit etiam ꝙ ſic debet intelligi priuilegium principis legitimãtis aliquẽ: vt ſuccedat vna cum alijs legitimis. quod eſt notandum: & illud verbum Bal. extollit valde dominus Alexan. & tranſit cum eo in l. neceſſarijs. de acqui. hære. pe. co. licet in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. pen. col. ff. ad trebel. dicat ſe non ponere pro conſtanti. & cum hoc dicto tranſiuit etiam quidam doctor Mediolanenſis

1 *Duodecima limitatio.*

*a

** Et idem in quolibet legitimato niſi fuerit legitimatus per ſubſequens matrimoniũ ſecundũ Cin. ſeniore conſi. 73. incipi. ſuper memorata in 5. char. verſi. trãſeamus modo ad tertiã: vbi quam plurima tradit in materia legitimationis.*

lanenſis in l. vnica. col. 13. C. quando non pe
ten. par. Et idem Bald. in d. l. cōmunium rerū
ad fin. ſentit hoc, dicens in finalibus verbis,
nota hunc tex. ꝙ filio legitimato non poteſt
pater plus relinquere quā legitime nato: ſed
2 non aperit plus.* ¶Mihi autem non videtur
tutum hoc affirmare, vnde iuſtius conſidero,
quod iudicio meo ex d. l. cōmunium nō pōt
ſumi illa æquiparatio, quam Ang. & Bal. fe-
cerunt de legitimato per oblationem curiæ,
ad legitimatum per reſcriptū principis. nā
ego video, ꝙ pater etiam ſi habeat filios legi
timos poteſt legitimare naturales per obla-
tionem curiæ. Caſus eſt in d. l. cōmunium in
fi. & in. §. perinde in princi. qui. mo. natu. effi.
ſui. colla. 7. Idem per ſubſequēs matrimoniū,
in. §. tribus eiuſdē authē. Sed per reſcriptum
principis nō poteſt fieri talis legitimatio exi
ſtentibus legitimis in eorum præiudicium.
Iſte eſt caſus in. §. ſi quis ergo. qui. mo. nat. ef-
fi. ſui. ibi. (filios legitimatos non habens) & in
verſi. & hoc dicimus. idem Bar. in §. ſi igitur
eiuſdem auth. Ad idē eſt caſus in. §. ſi quis ve
ro. qui. mo. nat. effi. le. ibi (ſi quis vero non ha
bens filios legitimos:) & ibi. (nō exiſtētibus.)
& ibi. (liceat igitur ſicut prædiximus patri ſi
legitimam non habeat ſobolem filios reſti-
tuere naturæ) & vtrobiq; Bart. & Ang. idem
Salic. in authen. Item ſi quis. C. de natu. libe.
niſi fieret mentio in reſcripto, ꝙ habeat libe-
ros legitimos; & in reſcripto dicatur non ob
ſtante tali lege ſecundum eum. Ideo caueas
ne decipiaris a quibuſdam verbis generali-
bus poſitis per Ang. vbi ſummat ſic. §. ſi quis
igitur qui. mod. natu. effi. ſui. nota. ꝙ licet pā
ter poſſet legitimare filios in præiudicium le
gitimorum: non tamen ipſi hoc poſſunt face
re. Vnde infert, quod comes habens poteſta
tem legitimandi bene poſſet ad petitionem
patris hoc facere ſtantibus legitimis non ad
petitionem ipſorum: nam male loquitur ſic
generaliter, ſed debes illud reſtringere ad le
gitimatum per oblationē curiæ: vt expreſſe
ibi tex. loquitur: & ſic in eo quod dicit de co
mite dicit falſum, & ſic fecit Ange. in aliqui-
bus. §. eiuſdem authent. ſummās generaliter
in omni legitimatione. Ideo non credas ei,
donec videas literam text. cum ergo d. l. cō-
munium loquitur expreſſe in legitimatis per
oblationem curiæ, nec poſſet intelligi vel ex
tendi ad legitimatos per reſcriptū principis,
cum permittat legitimare, etiā legitimis exi
ſtentibus, cum illud ſit aperte prohibitū in
legitimatos per reſcriptū principis, ſequitur,

*Adde ant. de Roſel. in tracta. legitimationis in fi. q. 2. partis & vide quæ ſcribit Phi. dec. in conſi. 275. in cauſa qua luce. pen. charta.

ꝙ non poteſt recte fieri illa illatio; quā fecit
Ang. de legitimatis per oblationem, in qua
loquitur dicta lex. ad legitimationem per re
ſcriptum principis, in qua ipſe loquitur, cum
ſit maxima ratio differentiæ. Præterea per
legitimationem factam per reſcriptum prin
cipis filius reſtituitur primis natalibus; quia
de iure naturali nulla erat differentia inter fi
lios naturales & legitimos in. §. ſi quis vero
in authen. quib. mod. natu. effi. legi. ibi (nec a
principio quando ſola ſanciebat.) & ſic per
legitimationem nihil de nouo confertur, ſed
amouetur obſtaculum a iure ciuili introdu-
ctum, & filius reducitur ad primæuum ius
naturæ, ita vt nihil a legitimis differat, vt in
d. §. ſi quis vero ibi (ad ipſam deducens natu
ram.) & ibi (filios reſtituere naturæ) & ibi (ni-
hil a legitimis differentes) & ibi (nec ius legi
timorum abijcere) & in. §. ſi quis. ergo filios
in authen. qui. mo. natu. effi. ſui. optimus tex
tus & ſingularis in. §. adoptionis eiuſdem au
then. verſic. qua propter, ibi (nam ſicut in cæ
teris ab initio legitimis oportet etiam in eis
fieri ſucceſsiones) per quem text. dicit Bar. in
§. tribus eiuſdem authent. quod legitimatio
per reſcriptum principis eſt idem quod legi
timatio per matrimonium; & ſic cum nil dif
ferat a veris legitimis, videtur quod quem-
admodum melioratio permiſſa eſt in vno:
ita & in alio ſit permiſſa. Præterea in tantum
aufert hæc legitimatio obſtaculum & redu-
cit ad primæuum ius naturæ quod Bart. in
dicto. §. ſi vero his. verſic. qualiter legiti. fie-
ri in ſecunda notabi. dicit, nota hunc tex. ꝙ
legitimatus per reſcriptum principis ſucce-
dit fratribus agnatis & cognatis patris: & e
contra, nam ſecundum eum habet legitima-
tus illas ſucceſsiones actiue & paſsiue, quas
habent qui ab initio ſunt legitimi. Idem te-
net Specula. in titu. de ſucceſsio. ab inteſt. §.
1. verſicu. de legitimatione. Idem Bald. in
dict. l. communium rerum. melius Barto. ibi
dicens, quod omnibus aſcendentibus, & ex
latere agnaſcuntur, & omnibus illis actiue
& paſsiue efficiuntur legitimi ſucceſſores, cū
reducantur ad ius primum naturæ quo iu-
re ius ſanguinis contrahebatur inter inuitos
ſicut hodie contraheretur inter legitime na
tos. ff. de pactis. l. ius agnationis. Idem qui-
dam modernior canoniſta in cap. per vene-
rabilem in. §. quod autem. colum. 9. qui filij
ſint legitimi. Azo. Idem in ſumma. qui. mo.
natu. effi. ſui. §. in ſucceſsionibus autem, di-
cens, quod per omnia omnes legitimati ſuc-
cedunt



cedunt vt legitimi, præter quam legitimati
per oblationem curiæ; quia illi habent ſuos
modos ſuccedendi ſecundum eum. Idē con-
ſuluit Angel. conſi. 33. verum eſt, quod iſta
opinio non eſt ſine aliqua contradictione. nā
Iaco. de Belui. in. §. filium qui. mod. natu. effi.
ſui. tenet contrarium: imo quod legitimatus
per reſcriptum principis non ſuccedat, nec
ſortiatur effectus legitimorum, niſi ſolum-
modo quo ad legitimantem. Idem ibi Ang.
dicens, quod filius legitimatus non efficitur
legitimus niſi* quo ad legitimātem, non au-
*b tem ſuccedit alijs agnatis & cognatis: licet
Ange. illud dicat ſummando illum text. qui
ſolummodo loquitur de legitimatis per
oblationem curiæ: & ſic Ang. in d. authenti.
ſemper loquutus fuit nimis confuſe & gene-
raliter. Sed hanc cōcluſionem reperio in ſpe-
cie firmaſſe Bald. in l. cum in adoptiuis. in. 3.
col. de adoptio. dicens, quod legitimatus nō
ſuccedit alijs agnatis nec cognatis, niſi prin-
ceps hoc expreſsiſſet in legitimatione, ſcili-
cet, vt omnibus ſuccederet, vt fecit Impera-
tor Carolus in ſuis legitimationibus; de qua
poteſtate non eſt dubitandum, licet Bald. ibi
nullum fundamentum allegat, niſi glo. illius
l. quæ ſolummodo loquitur in legitimato
per oblationem curiæ. Idem reperio firmare
Salic. in authen. Item ſi quis. C. de natu. libe.
qui nulla alterius facta mentione dicit, quod
legitimatus per reſcriptum, nec ſuccedit, nec
agnaſcitur alijs agnatis patris, niſi illius legi
timationi ipſi conſenſerint, nec eis inuitis le-
gitimus efficitur, arg. §. & generaliter in au-
then. qui. mod. natu. effi. ſui. & in d. authent.
Item ſi quis in fine. & quia ſic eſt ſecundum
eum quando legitimatur per oblationem cu
riæ; vt in d. §. communium. in qua legitima-
tione, etiam interuenit authoritas principis,
licet mediante lege. Idem tenuit ipſe in au-
then. itaque. C. communia de ſucceſsio. mihi
iuſtior videtur opinio Bar. per tex. quem ip-
ſe allegat: quia vrget nimis & fundamenta
tenentium contrarium, non mihi ſatisfaciūt.
nam ſi recte inſpiciatur tex. ſuper quo Ang.
ponit ſuum fundamentum, loquitur in legi-
timato per oblationem curiæ. Bald. in d. l.
cum in adoptiuis. loquitur abſque funda-
mento. Ad fundamenta Salic. quæ magis vr
gere videntur, reſpondeo illa non obſtare
huic opinioni: & dico quo ad primum in
quantum arguit de legitimato per oblatio-
nem curiæ non eſt recta argumentatio, cum
in multis differant, vt ante dictum eſt. & ſi di

cas, prout ipſe arguebat ibi interuenit auto-
ritas principis legis mediante concedo: ſed
a lege hoc diſponitur in legitimato per reſcri
ptum, vt nil differat a legitimis: & quod ſuc
ceſsio ei deferatur tanquam ſi ab initio eſſet
legitimus. Ad aliud argumentum de dicto
§. & generaliter. reſpondeo: quod ille cōſen-
ſus ſolummodo requiritur ibi in patre legi-
timante, & in filio qui debet legitimari: imo
ibi videtur caſus in contrarium iuncto verſ.
quapropter in quantum habito dicto cōſen-
ſu patris & filij in ſucceſsionibus obtineret
iura legitimorum. ibi text. diſponit: & quia
(vt ante dictum eſt) ad ius naturale agnatio-
nis acquirendum non requiritur omnium
conſenſus: ſed ſolummodo patris, quo habi
to etiam contra aliorum voluntatem effici-
tur eis agnatus, vt vides in matrimonio &
ſimilibus per quę videtur ſubſtentabilior o-
pinio Barr. & in caſu quo alia opinio eſſet ve
rior, limitabis illam dupliciter. Primo niſi
agnati conſentiant. Secūdo niſi hoc expreſſe
diceretur in legitimatione.
¶Ad propoſitum ergo, cum talis legitima- 3
tus per reſcriptum principis iura legitimo- *c
rum in ſucceſsionibus obtineat.† idem * erit
in melioratione per hāc legem legitimis per-
miſſa, vt & legitimato etiam permiſſa ſit, &
per conſequens non videtur recte dictum ꝙ
d. l. omnium. quæ loquitur in legitimato per
oblationem curiæ: extendatur ad legitima-
tum per reſcriptum principis. Præterea iſta
mea concluſio contra Ang. & ſequaces pro-
batur aperte ex diuerſitate harum legitima-
tionum, & a diuerſa ratione decidēdi in vtra
que poſita: cogitabam enim quę fuiſſet ratio
d. l. communium. §. quod legitimato per o-
blationem curiæ non poſſet quis relinquere
niſi tantum, quantum vni ex filijs legitimis,
cui minus relinquit. Non video aliam ratio
nem, niſi quia permiſſa eſt dicta legitimatio
etiam extantibus legitimis. Ideo ex hoc po-
teſt notari ratio diuerſitatis, quare lex ſtatuit
quod quis poſſet legitimari per oblationem
curiæ extantibus legitimis, & non per reſcri
ptum principis, niſi quia in legitimato per
oblationem curiæ appoſita eſt taxatio in ſuc
ceſsione talis legitimati: & ſic non poteſt ve
nire grande damnum, vel pręiudicium filijs
legitimis: quæ taxatio non reperitur appoſi
ta in legitimatione per reſcriptum principis
propter quod forte non permiſit lex legiti-
mationem per reſcriptum poſſe fieri de ali-
quo filio illegitimo in præiudicium legiti-
N 2 morum

*†Adde qđ hæc opinio autoris pōt confirmari ex ijs quæ ſcribit Bar. Soz. conſi. 65. vol. 3. col. 2. & ex allegatis per Phi. dec. cōſi. 258. licet Cur. in alleg. cōſi. 73. char. 6. colligat ſex differētias inter filios ex legitimo matrimonio natos & ſpurios legitimatos.*

morum, videns & conſiderans quod grande præiudicium ex hoc eis poſſet generari. Cū ergo ſtet diuerſa ratio decidendi in his legitimationibus ergo non idem in vna ſicut in alia licet opinio Ang. videtur in ſe habere æquitatem: tamen cum non careat fundamēto non auderem leges a proprijs terminis extrahere & extendere. d. l. communiū quæ loquitur in legitimato per oblationem curiæ ad legitimatum per reſcriptum principis: & forte hoc fuit de mente ipſius Bald. in capitu. per tuas de maio. & obe. vbi recitans aliam opinionem Ang. in quantum extēdit dictum. §. & quoniam. auferendo beneficium abſtinendi a legitimato per oblationem curiæ ad legitimatū per reſcriptū principis, nō admittit Bald. illā extenſionē. imo tenet ꝙ ſolummodo ille tex. vendicet ſibi locū in caſu in quo loquitur. ſ. in legitimato per oblationem curiæ non in legitimato per principis reſcriptum: vt ſic legitimato per reſcriptum principis non auferatur beneficium abſtinendi ſibi a Prætore conceſſum. & in hoc idem ſequutus eſt Alex. in d. l. neceſſarijs. de acqui hære. pen. col. per rationē diuerſitatis de qua ibi. & per conſequens idem videtur dicendum in caſu in quo ſumus. Eſt verū, q͞d iſta in puncto iuris iuſtiora videtur, maxime ne legitimatio monſtruoſa cēſeatur, vt quo ad quid ſit legitimus, quo ad aliud: nō tamē æquitatē magnā continet vt legitimatus nō plus habeat quam legitimus. & tunc retorquebis in hanc æquitatem tex. in d. l. cōmunium. inducendo ſic eū nouiter, ſi ratio decidendi, ſeu ſtatuendi certam & determinatam portionē filio legitimato per oblationem curiæ fuit: quia permiſſa eſt legitimatio illa etiā alijs legitimis exiſtētibus. ſiue dicas, ideo legitimationem illā etiā legitimis extātibus eſſe permiſſam: quia paruum eſt eis præiudicium, cum portio ſua a lege taxata eſt. vtraque ratio militat in legitimato per reſcriptū principis, vbi legitimat alijs filijs legitimis extantibus. Nam tunc ceſſat ratio differētiæ aſſignata inter iſtas legitimationes, cū princeps infringat legis diſpoſitionem vetantis legitimare principem in præiudicium legitimorum: & tunc ſatis ſuadet ratio decidendi d. l. cōmuniū. ſ. ꝙ portio legitimati taxatur cū fiat legitimatio etiā legitimis extantibus, prout in d. l. cōmuniū. ideo cogitabis. Sed licet per quā durum ſit: tñ ſic l. ſcripta eſt, qua propter indeciſum relinquo, vbi legitimatio fieret legitimis non extantibus, non procedit quæſtio cum nedum filio imo extraneo poſſet totum relinquere.

4 ¶Sed eſto quod limitatio Ange. non eſſet vera in vno caſu, tene in diſtincte concluſionem Ange. & ſic limitabis concluſionem ſuperiorem, videlicet: vbicunque pater legitimaſſet filium ſuum taxatiue & ad hoc ſolummodo vt certam & taxatam portionem de bonis ſuis haberet: * quia tūc in nihilo amplius ſuccedet: præſertim contra volūtatem patris: * & iſte eſt vnus caſus in quo legitimatus per reſcriptum principis non ſuccedit vniuerſaliter, vt legitimus: ſed ſolūmodo in ea portione, quā patri placuerit ſibi relinquere: allego ad hoc Pau. de Ca. in l. pactum. C. de collatio. quaſi ad finē: vbi quærit ſi aliquis habens liberos legitimos & naturales faciat legitimare baſtardum appoſito pacto, vel clauſula quod non poſſet ſuccedere, niſi in eo quod placuerit patri ſibi relinquere, vtrum valeat talis clauſula, ſeu cōditio in legitimatione appoſita? refert quoſdam conſuluiſſe quod non, ex eo quia legitimatio non poteſt fieri pro parte: ſed debet fieri quo ad omnia, alias eſſet monſtruum ꝙ eſſet quis legitimus quo ad quædam, & non quo ad alia. quod probatur in c. per venerabilem qui filij ſint legi. iuncta glo. in ca. cum inhibitio. de clandeſti. deſpon. ſubdit ſe cum alijs contrarium conſuluiſſe: & etiam poſtea reperiſſe ſic conſultum per Ray. de For. in ciuitate Piſarum, refert quod videmus quotidie hoc fieri, & quod paucæ legitimationes reperiuntur, vbi talis clauſula non apponatur. Quam clauſulam ponit Ioann. Andr. in additio. ad Specu. in titu. qui filij ſint legi. nec obſtat oppoſitio ante facta. vt ſcilicet, videatur monſtrum quem effici legitimum pro parte. nam fatetur quod iſta non erit proprie legitimatio: ſed erit quædam diſpenſatio, quæ poteſt fieri, quo ad quædam, & quo ad alia non. l. cum ex oratione. ff. de excuſa. tuto. Hanc concluſionem tenet Roma. in dicta l. pactum. in 2. column. ad finem, dicens eſſe vnum caſum ſingularem, in quo valet pactum futuræ ſucceſsionis priuatiuum, ſcilicet, quando tale pactum apponitur per patrem in legitimatione filij, faciēdo eum legitimari ſub hac cōditione, ꝙ ei non ſuccedat: quam conditionem potuit apponere pater ſecundum eum arg. C. de pactis. l. legem. refert ſic tenere Bart. in l. ſi tibi. ff. de adoptio. in reportatis antiquis quas pauciſsimi habent dicit hoc dictum eſſe valde notandum. idem tenet in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hære,

*c

*Adde q͞d hæc talis non dicitur proprie legitimatio, ſed diſpēſatio quæ nō habet effectū legitimationis de quo vide Pau. de Caſt. in l. adoptiuū §. patronum. el. 2. ff. de in ius vocando Alexand. de Imo. in l. pactum q͞d dotali. C. de colla. & eundē in conſi. 25 circa primū colu. 3. lib. 1. & in conſil. vlt. perlectis verbis. lib. 5.*



hæred. idem Alexand. in d. l. pactum. & in d. l. 1. §. hoc autem. in. 3. col. verſi. iuxta hoc eſt pulchra dubitatio. ff. ad Trebellia. per hoc reperi Do. Alexan. in. 4. volum. conſiliorum conſi. 30. conſuluiſſe contra quandam Fauſtinam cui Ioan. Ariſpes eius pater reliquit dūtaxat libras. 10. cum certa modificatione dictæ filiæ ſuæ legitimatæ, quod valeret talis diſpoſitio: nec ipſa poſſet impugnare teſtamentum paternum. Mouetur Alexand. ex prædicta concluſione ex eo, quia dicta filia erat legitimata ſolum ad bona, quæ pater ſuus relinqueret ex teſtamento, vel inter viuos: & loquitur Alexand. multum ſingulariter in tenore legitimationis, cuius tenoris ſunt omnes legitimationes, quæ hodie conceduntur. Hoc idem tenuit Anto. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legi. 27. colum. in verſic. ſed eſt dubium. referens ſic inueniſſe determinatum a Barto. in d. Reportatis ad l. quæſitum. ff. de adoptio. Iſta concluſio probatur ex tex. ſingula. in capitu. 1. de filijs natis ex matri. ad morga. contra. ibi. (in proprietate vero non ſuccedunt ſecundū vſum Mediolanenſem.) & in cap. 1. in. §. mulier ſi de feu. fue. contro. inter do. & agn. de quo dixi aliquid ſupra. facit etiam text. ſingula. in l. 2. cum gloſſ. C. de iure aure. anulo. vbi eſt caſus, quod licet liberti non poſſent portare aureos anulos: tamen ſi hoc impetrēt a principe, bene poterunt illos portare: ſed per hoc nec mutant ſtatum, nec efficiuntur ingenui, ſed obumbrabunt: ita vt quo ad illum actū haberentur pro ingenuis, in alijs habebantur pro liberis: & ſic erat quædam diſpenſatio quæ permittebatur fieri quo ad quædā, & quoad alia. & per illum tex. Paul. de Caſt. in rubr. de iure aure. anu. refert ſe conſuluiſſe valere legitimationem factam a comite Palatino, cum hac reſeruatione, quod talis legitimatus non ſuccedat cum legitimis. Bonus text. in l. ſi ab eo. C. de legi. hæred. vbi eſt caſus, quod tempore quo pater emancipat filium per reſcriptum principis, poteſt hoc facere ſub hac conditione, quod per hoc talis emancipandus nil amittat tanquam ſi emancipatus non fuiſſet: & reperio ꝙ Ange. ibi ad hoc notat illum text. dicens ibi eſſe caſum, quod per reſcriptum poſſet quis legitimari, quo ad certum & determinatum articulum. quod eſt ſatis notandum: quia hodie omnes legitimationes iſtius regni conceduntur eadem forma, ſcilicet ad illud quod pater voluerit ſibi relinquere: & multoties habui de facto, maxime in cauſa ardua, quæ nunc pendet inter filium cuiuſdam militis Petri Suarez de Figueroa ciuis ſancti Domini. contra dict. Eluiram Manrrique eius vxorem ab eo in ſolidum inſtitutam. Et nuper fui requiſitus ſuper alio arduo negotio conſimili, inter quoſdam milites ciuitatis Abulenſis. Et inter alia inſtrumenta, quæ mihi fuerunt oſtenſa ad conſulendum, fuit vnum in quo fuit factum pactum inter patrem & filium, antequam legitimaretur, quod legitimabat eum ſub hac conditione quod non teneretur ei aliquid relinquere, niſi ſolummodo id q͞d ſibi placuiſſet, & poſtea nil ei reliquit: ſed in alium filium fecit maioricatum omnium bonorum. ¶Et præſuppoſita hac opinione pro vera poteſt inferri vnum mirabile verbum tam ad limitandum hanc. l. quam. l. quoniā prioribus: quæ dicunt grauamen non poſſe imponi filio in legitima, vt limitentur niſi eſſet filius legitimatus ad hoc ſolum, quod pater ei relinquere voluiſſet. nam iſto caſu poterit pater ei imponere grauamen in legitima, quam ſibi relinquit. puta prohibere alienationē, vinculare id quod ſibi relinquit iure maioricatus: ſcilicet quod ſuccedat ſemper filius & deſcendens maior: & ſic de alijs vinculis. Nam cum nihil de neceſsitate tenebatur relinquere: ergo in eo quod relinquit potuit grauamen imponere. l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffic. teſta. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. & quia qui poteſt grauare in quantitate, poteſt in tempore & in alijs grauaminibus ſecundum Barto. in l. Titio. centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſt. quod tenebis perpetuo menti, ſi poſſes obtinere in practica, quod dubito niſi legitimatio de patris expreſſa ſupplicatione, & ſpecifica eſſet multum clare reſtricta ad id ſolum modo ꝙ pater vellet relinquere & cum cōditionibus & vinculis, quæ vellet: ideo optime eſſet vt omnis ſcrupulus ceſſaret, quod quando pater ſupplicat regem pro legitimatione filij, exprimat ſpecifice in ſupplicatione, quod petit & ſupplicat regiam maieſtatem, vt legitimum faciat filium ſuum ad hoc, vt poſsit ipſi patri ſuccedere ab inteſta. & ex teſtamento in ea portione ſolummodo, quam ipſi patri placuerit relinquere: & non in plus: & cum illis vinculis & conditionibus, quas pater voluerit apponere in dicta portione, quam ſibi relinquit. Et hoc modo conformiter ſuæ ſupplicationi concedatur legitimatio.

Decimo

*Decimatertia limitatio*

# Decimotertio li-

mitatur hodie huius legis taxatio, quæ non ſeruabitur, vbi tractatur de hæreditate deſcendentiũ: imo deſcẽdẽs ſi moriatur abſque liberis: & alijs deſcendentibus hæredibus neceſſarijs, & habeat aſcendentes * poteſt tertiã partem bonorum relinquere pro anima, ſeu extraneis, iſta eſt lex. 6. incipit: los aſcendientes in dictis curijs Thauri. *a

*Hodie vltra hoc diſpoſitũ eſt & ſtatutũ per quã dã l. edit. in curijs Tauri. anno. M. D. V. Quod cera miſſæ & expenſe funeris deducantur, de quinto cũ alijs leg. & gratioſis & nõ de corpore patrimonij: etiã ſi contrariũ diſponat teſtator. & eſt l. nu. 30. incipit. La cera.*

# Modus practican

di hanc legem erit iſte, ad ſciendum quomodo & de quibus bonis debet deduci tertia, & quinta. Nam ante omnia de omnibus bonis, quæ tempore mortis ſuperſunt, deducũtur omnia debita: * & ſi omne æs alienum, cum bona dicatur ære alieno deducto. l. ſubſignatum. cum alijs. de verbo. ſignifi. idem in legitima, quæ dicitur ære alieno deducto. l. Papinianus in §. quarta, de inoffi. teſta. §. cũ autem inſtit. ad legem Falci. hoc ære alieno deducto de omni eo quod ſupereſt deducitur quinta pars, de qua legata pia ad implenda ſunt: deducta quinta deducitur tertia: totum quod ſupereſt diuiditur equaliter inter filios pro ſua legitima, ſi aliquem ex filijs melioraſſet: quia non meliorando excepta quinta, totum quod ſupereſt diſtribuitur inter filios pro legitima. & quod ante omnia debeat deduci quinta priuſquã tertia, diſpoſuit quedã l. ſingularis quæ eſt in legibus ſtili. l. 215. incipit (ſobre la ley que comiença) & ſic ſeruatur in practica. * *a

### SVMMARIVM.

1 *An poßit pater eligere rem in qua filio aßignet meliorationem.*

*Prima quæſt.*

# Quæro primo ad

huius legis partis examinationẽ, ſi pater melioraſſet filiũ ſuũ in tertia, ſi põt ei aſsignare hanc meliorationẽ in vna re eligenda per ipſum patrẽ: dico ꝙ ſic. Iſta eſt lex ſingul. in legi ſtili. l. 214. incipit (ſi el padre) & ſic tenetur indiſtincte: a ſimili dixi multa in. 11. ampliatione. ad l. qm̃. hodie idem diſponitur, nõ ſolum in tertia: ſed in quinta, vt diſponitur in legibus Thauri. * l. 18. incipit (el padre y la madre, ſed ibi diſponitur ꝙ hæc facultas nõ poteſt per patrem alteri committi. *a

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſi pater meliorauit filium in tertia & non aßignauit quomodo nec in quibus rebus eßet filius habiturus meliorationem.*

2 *Quid ſi filius eſt melioratus in quantitate & illa quantitas reperitur in hæreditate.*

# Secundo quæro:

*Secunda quæſtio.*

pone quod pater meliorauit filium ſuum in tertia parte bonorum, nec aſsignauit quomodo, nec in quibus rebus deberet habere, quæritur qualiter debet deducere iſtam tertiam, & in quibus rebus, & ſi debet illam habere in omnibus rebus particulariter, vel in extimatione: vel ſi erit in electione hæredis vtrum vellet aſsignare dictam tertiam in rebus, vel extimatione: iſta quæſtio videtur * determinari per text. ſing. in l. non amplius. in. §. cum bonorum parte legata. ff. de lega. 1. vbi eſt caſus ſingularis, quod ſi alicui legatur pars bonorum, eſt in electione hæredis ſoluere extimationem ipſi legatario, aut in ſingulis rebus dare partem, quando commode diuidi poſſunt: & ſi commode diuidi non poſſunt, compellitur ſoluere extimationem: vel vnam rem, aut plures, quæ tantum valeant prout interſe concordauerint ſi diſcordent, prout iudici videbitur. Iſte videtur verus intellectus illius legis. conſidera tamen, quod illa lex eſt clara, vbicunque bona diuidi poſſunt. nam tunc hæredis eſt electio: vt ipſe eligat, ſiue rerum partes, ſiue extimationem dare maluerit: & quando vellet ſoluere extimationẽ nulla eſt dubitatio: ſed ſi vellet ſoluere partẽ in rebus, poteſt ſoluere in vna re vel pluribus: prout hæres ipſe & legatarius fuerunt in cõcordia. Sed ſi eſſent diſcordes iudicis extimationi & * arbitrio hoc relinquitur: Sed vbi res commode diuidi non poſſunt, vel naturaliter ſunt indiuiſibiles. in hoc ille tex. videtur obſcurus propter quædam verba poſita in d. l. non amplius. in fine ibi. (ſin autem vel naturaliter indiuiſæ ſunt, vel ſine damno diuiſio earum fieri non poteſt, extimatio ab hærede omnino præſtãda eſt.) & ſic vbi res commode diuidi non poſſunt, videtur indiſtincte ille text. imponere neceſsitatem ipſi hæredi ad extimationẽ præſtandam: cuius contrarium innuit ſtatim. l.

*Adde doctorem Dida. de Segura in repet. l. cohæredi. §. cũ filia. ff. de vulg. chart. 29. in 2. col. §. incipien. vnum tamen adde ijs.*

*a

ſequens



ſequens. ſed certe quædam poſtilla Dyni declarat hoc dubium: nam dicit Dynus, vt ibi refert Bal. poſtillans illa verba omnino præſtanda eſt: niſi vellet præſtare rem vel res quæ valeant tantum ſicut res legata, ſecundum diſtinctionẽ. l. poteſt. quæ eſt. l. ſequens. & ſic per illum tex. videtur iſta. q. determinari ſcilicet ꝙ legatario partis bonorum poteſt hæres ſoluere extimationem vel partes rerum: vel rem prout ſibi placuerit & iudici videbitur, ſecundum diſtinctionem ſupra relatam ſcilicet quod ſi res commode diuidi poſſet, hæres poſſet ſoluere extimationem: & ſi illã vellet tũc præſtare non eſſet dubiũ: ſed ſi vellet præſtare bona poſſet in vna re vel pluribus, prout fuerint in concordia: & ſi diſcordes ſint, iudex melius hoc exiſtimabit: quod tene menti. Caue tamẽ ne decipiaris nam cum iſta quæſtio concurreret inter filios omnes hæredes inſtitutos, & vnus eorũ, eſſet melioratus, videtur recurrendum ad diſtinctionem, quam poſui ſupra in legitima loquendo. in. 11. ampliatione ad l. quoniã in prioribus. ſed cogitandum relinquo: nec me determino cum reſpectu filiorum tertia non ſit legitima. * Sed vidi quæſtionem de facto Melioratus eſt aliquis in quantitate, puta quia pater dixit, melioro filium meum in quinquaginta millia morapetinorũ: & teſtator reliquit in bonis bona immobilia, & etiã pecuniam forte vſque ad dictã quantitatem, in qua fuit melioratus: vel plus, oritur contentio inter hæredem & melioratũ: quia hæres dicit ego volo, ꝙ tu habeas in bonis d. quãtitatẽ in qua es melioratus: ſed filius melioratus dicit, nolo niſi. d. quantitatẽ pecuniæ in qua melioratus fui: quia cũ in quantitate fui melioratus, per conſequens pro melioratione fuit mihi aſsignata pecunia: ſed teſtator potuit aſsignare vt dictũ eſt, ergo hoc videtur decidere Bal. in d. §. cũ pars bonorum quaſi ad finem dicens ꝙ vbi teſtator reliquit mihi partem bonorum in genere, non ſpecificata ſpecie: cum iſtud quod debetur in genere, non eſt repoſitum in aliqua ſpecie: ideo præſtando extimationem, liberatur. l. 1. §. ſi. de auro & argen. lega. & iſta eſt ratio d. §. cũ pars bonorum ſecundũ eum. ff. ſolu. ma. l. ſi vero. in fi. Sed vbi debetur in genere aliquid repoſitum ſub ſpecie. puta. x. libras Piſanorum tunc in alia moneta ſolui non põt: quia ſolutum non concernit eandem ſpeciem. ff. de ſolu. l. Paulus. ff. de verb. oblig. l. quæ extrinſecus circa finem, licet aliud ſit in maſſa, quam in pecunia: quia in maſſa eſt quid informe, & illud quod eſt informe, nõ dicitur certa ſpecie contineri: ſed pecunia eſt quid formæ: ideo reſpectu ſuæ formæ dicitur quid ſpecificatum. l. 1. de contra. empt. hæc Bal. in d. §. cum pars bonorum. cum ergo teſtator filium meliorat in quantitate pecuniæ, non videtur, quod pro pecunia poſſet dari res iuxta tenorem d. §. cum pars bonorum, quia ſic ſolueretur aliud pro alio, cum pecunia ſit in hæreditate, ex qua ſolui poteſt dicta melioratio prout a teſtatore diſpoſitum fuit: & quia in legitima aliud eſt ſtatutum, vide quæ circa hoc dixi ſupra in. 11. ampliatione. ad l. quoniam. & illa quæ ibi dixi non videntur huic concluſioni obſtare cum reſpectu filiorum tertia non ſit legitima: quia vni poteſt aſsignari: vt hic. ſed vide d. l. Tauri.

*Hodie iſta quæſtio eſt deciſa per quandam. l. factã in. d. curijs Tauri. l. 20. incipit. los fijos, o nietos. illam vide in qua eſt depoſitum quod ſi hæredes nõ habent hanc electionẽ ſoluendi extimationem meliorationis tertiæ aut quintæ ſ. debet ſolui in bonis in quibus teſtator aßignauit, & ſi nõ aßignauit ſpecifice.*

*b

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſi res in qua fuit expreße filius melioratus euincatur.*

2 *Limitatur multipliciter tex. in l. cum pater §. euictis. ff. de lega. 2.*

# Tertio quæro ſi pa

1 *Tertia quæſt.*

ter meliorauit filium in aliqua domo, vel hæreditate: & dicta res in qua fuit melioratus, filius fuit ab eo euicta poſt mortem patris: vtrum filius habeat regreſſum de euictione contra alios cohæredes: dico quod nõ, ſi ipſe ſolus fuit melioratus: ſed ſi alij etiã fuiſſent meliorati: ita ꝙ omnes eſſent prælegatarij: tunc bene debetur * euictio ope exceptionis. *a

Iſte eſt caſus ſingularis & vnicus ſecũdum Dy. & Pau. de Caſt. & omnes in l. cũ pater. in §. euictis. * ff. de lega. 2. tex. Bal. ibi dicit eſſe ſimilem. in l. fi. C. communia vtriuſque iudi. Ratio decidendi in illo tex. fuit ne creſcat inuidia inter fratres ſecundum gl. ibi & quia licet ſibi euincatur prælegatum, remanet ſibi hæreditas. ¶ Limitabis illũ tex. Primo quãdo per teſtatorẽ legaretur hæredi res aliena: tñ ab ipſo teſtatore poſſeſſa, quã credebat ſuã: ſecus tñ ſi legaretur res aliena, * ab extraneo poſſeſſa, quia tunc debet redimi de communi per tex. in d. l. cum alienã, C. de lega. 1. quæ in hoc non reperitur immutata, nec innouata per dict. §. euictis. ſecundum Barto. ibi. Secundo limitatur ille. §. euictis. in quãtũ diſponit eui-

2

*Adde Ph. Dec. in conſ. 349. conſuluit excellentißimus col. 6. in verſic. nõ obſtat & vi. quæ ſcribit Alex. de Imo. in conſ. 21. vol. 5. viſo compromiſſo.*

 ctio-

ctionem ceſſaret euicta re prælegata non habere locum, ſi cohæres non eſſet perſona cõiuncta. Nam tunc etiam ſi ignoranter teſtator legaſſet, habet regreſſum de euictione cõtra cohæredem, cum tunc non ſint in pari cauſa; & ſic præfertur iſte agens. hoc probatur ex quadam ſolutione, quam ibi glo. ſentit; quod Paul de Caſt. reputat ibi ſingulare & menti tenendum ad limitationem illius. §. euictis. idem firmat Bald. in d. l. cum rem alienam. in. 3. col. verſic. vlterius reuocatur. vbi dicit, quod ratio diſpoſitiõis illius. §. euictis. eſt perſonarum æqualitas. nam non præſumitur, ꝙ pater vnũ tantum prædilexerit, q̃d alios neglexerit. ff. de ritu nup. l. non ſolum in. §. denuo. & quia priuilegium ceſſat inter pares. ff. de excuſa. tuto. l. ſed & milites. §. coæqualitas glo. in d. l. cum rem alienam. dicit, quod ratio eſt, quia prælegatum fuit factum vni; & ſic euictio reducit eos ad æqualitatem & ex contrario oriretur inuidia. vt dicit gl. in d. §. euictis. & ſic illa eſt vera ratio ad illũ textum, tam quia omnes erant fratres; tam etiam quia cohæredes. ¶Tertio limita, d. §. intelligendum, niſi tale prælegatum eſſet neceſſarium puta quia factum filio, ita quod in legitima deberet imputari. eſt caſus in l. ſcimus. in. §. 1. C. de inoffi. teſta. idem in trebellianica eſt caſus in l. ſi hæres præcepto. & ibi glo. & Barto. ff. ad trebel. quod etiam Paul. notauit ad limitationẽ. d. §. euictis. tenet glo. in d. §. euictis, & Bald. in d. l. ſcimus. Alexan. in d. l. cum rem alienam. ¶Quarto intellige illum. §. quando diuiſio eſſet facta a teſtatore: quia tunc diuiſio teſtatoris habet vim permutationis; ſed quando diuiſio eſſet facta a partibus, vel a iudice, bene poſſet agi de euictione etiam iure actionis. Caſus eſt in l. ſi fratres. C. communia vtriuſque iudi. ita Barto. in d. §. euictis. & glo. ibi: & ſic cum his limitationibus tenebis menti ad hoc illũ tex. quod ſi res meliorata euincatur, filius melioratus non agit de euictione contra cohæredes. ¶Adde tamen ſingulariter quod in quãtum ille tex. dicit, quod ſi alijs cohæredibus fuiſſet etiam factum prælegatum ope exceptionis, iſte cohæres poſſet agere de euictione, habeat verum non ſolum ſi omnibus eſſet factum prælegatum: ſed etiam ſi aliquibus, quia inter eos dicto modo habebit locum euictio. exemplum, erant quatuor hæredes, & vni fuit prælegata vna res, & altera alteri, quod inter eos habebit locum euictio. hoc probatur aperte in d. § euictis. ex identitate rationis. idem ſequitur ibi Paul. de Caſt. licet glo. ſentiat contrarium.

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſi melioratione filij prolata pater ante perfectum teſtamentum deceßit.*

2 *Quando teſtamentum inceptum & non completum nihil valeat.*

Quarto quæro de eleganti quæſtione: pater habebat plures filios legitimos & naturales, ſcilicet, Petrum Ia. & Martinũ: veniens ad mortem dixit. ſic melioro Petrum filium meum in. 10. ſeu prælego ei. 10. & cum vellet proſequi teſtamentum expirauit, vel obmutuit: modo quæritur nunquid iſte Pe. ab inteſtato cũ fratribus ſuccedens debeat habere iſtud prælegatum? idem in teſtamento in ſcriptis, ſi apparet ſcriptum, ſed imperfectum: videtur enim quod valeat quia vtile per inutile nõ viciatur. C. de teſta. l. iubemus. vbi eſt expreſſum in teſtamento, etiã in hæredis inſtitutione. Contrarium in his terminis decidit Bald. in l. fi. in. 2. col. C. fami. herciſ. verſi. ſed hic quæro. Mouetur, quia duplex cẽſetur imperfectio. Vna eſt quo ad ordinationem teſtamẽti incompleti, alia quia teſtamentum non eſt ſolẽne: prima imperfectio totum habet viciare. ff. de legat. 3. l. fideicõmiſſa. in. §. 1. ff. de teſta. l. ſi is qui. & l. ex ea ſcriptura. ff. de teſta. mili. lucius. C. de fide inſtru. l. contractus. & quia iſtud teſtamẽtum non erat factũ, ſed in fieri erat: nec ſecũdum eũ obſtat. l. fi. C. cõmunia vtriuſq; iudi. quia intelligitur de imperfectione reſpectu ſolennitatis circa teſtamentũ requiſitæ: non de imperfectione conſenſus. & hoc fuit prius dictum Guiliel. de Cug. ꝙ Bald. refert valde notandum. ¶Probatur hoc ex tex. valde ſingulari.* in l. ſi is qui. ff. de teſta. vbi eſt caſus, ꝙ teſtamentũ ceptum & non completum nil valet, etiã in eo ꝙ factũ erat: quia cenſetur imperfectum ratione voluntatis: nec valet iure codicillorũ, dato ꝙ in eo eſſet clauſula codicillaris. Eſt caſus notabilis in d. l. ex ea ſcriptura. per quã ſuppletur. d. l. ſi is qui. & in tantum nil valet teſtamentũ inceptũ & non completũ, ꝙ etiã ſi teſtator fecerat inſtitutiones & ſubſtitutiones, in quibus cõſiſtat ſubſtãtia teſtamẽti, & vacabat circa legata: & antequã omnia cõpleret obmutuit, nil valebit teſtamentum etiam ad inſtitutiones & ſubſtitutiones. Nam forte poſt omnia legata adieciſſet conditionẽ, vel modum circa inſtitutiões & ſubſtitutiones iã factas ſecundũ Pau. de Caſ. in d. l. ſi is. qui. licet moderni, ſecundũ eũ hoc non tangant, & licet aliqui antiqui contrariũ tenuiſſent ipſe hoc affirmat; ex quo enim teſtator non habuit hoc teſtamentũ pro cõpleto, nec etiam quo ad inſtitutiones debet valere: ſed inter liberos non valet teſtamẽtum imperfectum ratione voluntatis, vt dicit gl. reputata ſingularis in d. l. ſi is qui. quam ibi ſequuntur Bar. Bal. Ang. Paul. & Imo. ¶Vnũ perpetuo nota, vt illud quod dicitur quod teſtamentum inceptum & non cõpletum nihil valet, etiam in eo quod teſtator expreſsit ſit intelligendũ quando cõſtat quod teſtator volebat vltra diſponere aliud: ſi autem hoc non cõſtaret, tunc licet ſuperueniat morbus reddens ipſum mutum non viciabitur actus præambulus. Hic eſt caſus ſingularis in d. l. ſi is qui ibi Labeo* tũc hoc verum exiſtimat ſi conſtaret voluiſſe plures eum qui teſtamentum feciſſet hæredes pronunciare: & ad hoc Imo. extollit valde illũ tex. ſubdẽs ſingulariter quod nec in dubio præſumeretur imperfectio voluntatis: niſi conſtet quod aliud vellet diſponere propter verba ante prolata: quod Imola reputat valde notandum. & probatur ex illo tex. & glo.

Quarta quæſtio.

** Adde lu[...] de Ana. n[...] conſi. 57. v[...] ſis & cõſide[...] raris q̃d ſi p[...] terfecit ſcrib[...] voluntatem ſuam inter li[...] beros, & di[...] notarius v[...] let eã legen[...] inter quæ mo[...] tuus eſt pater & non fuit lecta, nec publicata q̃d valebit teſtamentũ, quia ſolũ in eſt defectus ſolennitatis & non voluntatis. adde quæ ſcribit Panor. cõ. 98. in. 2. volumi.*

*a



### SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt diuidere meliorationem in plures filios.*

2 *Pater poteſt diuidere meliorationem in tẽpus ſicut in quantitate inter filios.*

3 *Si pater reliquit filio portionem excedentem ſuam legitimam, an in eo quod excedit cenſeatur filium melioraße.*

4 *Si habens facultatẽ regiam ad maioratum faciendũ relinquat vni filiorũ vltra tertiã & quintam alia plura bona. valet diſpoſitio.*

5 *Donatio ſimplex facta filio quando imputetur in legitima, & nu. 9.*

6 *An quædam. l. parti. hic allegata habeat locum ſtante. l. 26. Tauri.*

7 *Punctuatur contrarietas inter duas leges partitæ.*

8 *Punctuatur quædã difficultas inter leges. 36. & 29. Tauri & latius. nu. 9.*

10 *Quæ donationes ob cauſam ſint conferendæ.*

Quinto quæro ſi pater poteſt hanc meliorationem tertiæ diuidere inter duos vel tres filios, ita quod melioret duos filios in dicta tertia? dico ꝙ ſic allego ad hoc tex. ſingularem in l. vnũ ex familia in. §. ſi duos* ff. de lega. 2. vbi eſt caſus ſecundum Bar. quod ille qui eſt iuſſus reſtituere vnam rẽ vni ex certis, poteſt ex illis certis plures eligere, quod reputat ipſe mirãdum. quod patet, quia in d. l. teſtator dixit vni de familia reſtitui, vt patet ex gl. quæ eſt in princip. d. l. & ex tex. qui dicit vnum ex familia. hoc idem probat tex. qui dicit vnum ex familia. hoc idem probat tex. in. §. ſed ſi fundũ eiuſdem. l. ibi. (cui voles, aut quibus voles.) intelligendo, quod eſſet diſiunctiua legis nõ teſtatoris; vbi eſt caſus a contrario, quod ſi teſtator dicat, relinquas quibus voles poteſt vnum eligere. quod etiam Bart. reputat notandum. probatur etiam in l. cum quidam eiuſdem titulo. & Bar. etiam in d. §. ſed ſi fundum. firmat idem quod dixit in d. §. ſi duos. ſ. quod ſi dixiſſet in ſingulari, cui voles, poſſet plures eligere. idem tenet Bald. in d. §. ſed ſi duos. & ad hoc illum tex. ponderauit Dynus. ante eos iungendo principium. l. dictis unum ex familia. idem tenet ibi Paul. de Ca. ratio deciſionis potuit eſſe ſecũdum eũ; quia non creditur quod teſtator dixit vni de familia, cum miniſterio; ſed quod ſaltem vni detur. Voluit enim in familia remanere nec curauit apud vnum vel plures remaneret * idem Paul. de Caſt. in l. cum quidam. 2. colu. ff. de lega. 2. & per prædicta Paul. de Caſt. in d. §. ſi duos refert Bart. dixiſſe; ꝙ executores iuſsi diſtribuere inter hoſpitale in genere, vel fabricare hoſpitale, poſſunt diſtribuere in plura hoſpitalia. & etiam plura hoſpitalia fabricare, ſi bona ad hoc ſufficiunt & faciunt bona fide: licet in meo libro Bart. non loquitur ſic ſpecifice: & ita teneo, & ſic practicatur me vidente infinitis vicibus quod pater põt meliorare duos vel tres filios quemadmodũ poteſt vnum. ¶Et tenebis menti, quod quemadmodum pater poteſt diuidere meliorationem in quantitate, puta meliorãdo duos, vel tres filios, ita poteſt diuidere in tẽpus. Exemplum. Poteſt enim pater meliorare vnũ filiũ, ita, vt poſsideat toto tẽpore vitæ ſuæ bona

1 Quinta quæſtio.

*Adde doctorem Dida. de Segura in repet. l. vnum ex familia hic allega. in 52. car. in volumine repe. in verſi. inducitur iſte tex.*

a *

2

in quibus cum meliorauit: & poſt eius mor-
tem; vt dicta bona in quibus cũ meliorauit
deueniant ad alium filium ipſius teſtatoris,
qui erat frater filij meliorati. Hoc probat
text. ſingularis in d. §. ſi duos. * nam cum ibi
*b permittatur diuidere in quantitate, ergo in
tempore. Et hoc videtur Bart. determinaſſe
in d. §. ſed ſi fundum. dicens quod executor
cui cõmiſſa eſt electio & diſtributio bonorũ
inter pauperes poteſt eligere aliquem pau-
perẽ in vno fundo, hoc pacto quod ipſe poſ-
ſideat in vita ſua; & poſt mortem ſuam reſti-
tuat alteri pauperi; quia ſicut poteſt diuide-
re rem inter hæredes ſic inter pauperes. l. mi-
les. ita in. §. & quod diximus. ff. de teſta. mili.
Idem Bal. ibi. & Pau. de Caſt. in d. §. ſi duos di-
cens, quod etiã poſſunt executores diſtribue-
re pro tẽpore, puta diſtribuere in aliquos vſ-
que ad decenniũ. & poſt decenniũ ꝙ habeant
alij. Faciat etiã quædam ſingularis theorica
poſita per Bar. in l. titio centum in. §. titio ge
nero. ff. de condi. & demo. 3. col. verſi. Secun
do eſt videndũ, vbi expreſſe in legitima fir-
mat hanc regulã, ꝙ vbi per ſtatutũ legitima
poteſt minui in quantitate, ergo in tempore:
ſed ita eſt in hac tertia meliorationis, põt pa
ter grauare in quantitate vnum filium ſiue
relinquendo eã vni filio alijs priuatis, ergo &
in tẽpore; puta vt vnus habeat in vita: alter
poſt eius mortẽ vt dixi q̃d teneas mẽti. & ſic
3 obtinui de facto apud Toletum. Sed pone, ꝙ
pater in ſuo teſtamento relinquit ſine iure in
ſtitutionis, ſiue alio quolibet modo filio ſuo
portionem quæ excedit portiones aliorum
filiorum, ita tamen quod non excedit tertiã:
non tamen dixit melioro filium meum in tã
ta quantitate: & ſic remelioratus eſt, licet ver
bis non ſit facta melioratio: modo vertitur
quæſtio inter filios. Nã filius cui maior por-
tio relicta eſt, dicit ſe illam habere pro ſua le
gitima, & illud quod ſuper eſt vltra legitimã
aliorum fratrum ſuorũ debere, & poſſe illud
retinere, & ad eum pertinere iure melioratio
*c nis cum ſit intra tertiam, * in qua eius pater
potuit eũ meliorare; & ſic dicit non referre,
vtrũ pater eũ meliorauerit verbo vel facto.
do. Epiſcopus tenet hic, quod valebit tale re
lictũ iure meliorationis tertiæ, quatenus eã
non excedit dato, ꝙ pater non ſit vſus verbo
melioro. Loquitur abſq; fundamẽto: ſed ego
idẽ teneo, motus quia per factum inducitur
declaratio voluntatis alicuius, melius quam
verbis: nõ enim refert, quid fieri verbo vel
facto, nota tex. in l. de quibus. ff. de legi. ad ſi

nem, ibi. (nã quid intereſt ſuffragio populus
voluntatẽ ſuã declarat an rebus ipſis & fa-
ctis l. ſi auia. C. de iure delibe. l. reprehenden
da. C. de inſti. & ſub. ſub condi. fa. gl. nota. in
c. dilecti de appella. & ibi bonus tex. cũ ergo
hæc lex permittat patri: vt poſſet filio ſuo
relinquere tertiã iure meliorationis vltra a-
lios filios, ſatisfacit huic legi relinquendo ip
ſo facto, licet non vtatur verbo melioro: nã
facto datur volũtas intelligi: & ita teneo &
obtinui multoties & practicaui dum eram
aduocatus, & iudicaui in concordia, dũ eram
auditor cum alijs coauditoribus meis.
¶Et ex hoc, & ex alijs fundamentis conſului
apud ciuitatem Segouienſem in cauſa ardua
cuiuſdã militis, qui habuit regiam licentiam
ad maioricatũ faciendum in filiũ ſuum, qui
miles prædictus fecit teſtamẽtũ, in q̃ reliquit
dicto filio ſuo tertiam & quintã: & alia multa
bona quæ excedebant tertiam & quintam.
Dicto milite defuncto dictus filius volebat
habere omnia bona ſibi a patre relicta, alij fi
lij opponebant ſe dicentes: quod non debe-
bat habere, niſi ſolũ tertiam & quintã; quia
nihil amplius pater potuit ei relinquere vi-
gore huius. l. filius alter dicebat, q̃d cũ pater
ſuus habuit licentiam ad maioricatũ facien-
dũ de omnibus bonis, quibus vellet, q̃d po-
tuit ei relinquere omnia bona quæcunq; vo
luit etiã vltra tertiam, & quintam. * Et quia
licet verbo non fuit vſus dicta facultate: tñ
vſus fuit facto relinquẽdo dicta bona vltra
quã poſſet de iure cõmuni: & vltra prædicta
allegabat text. valde famoſum in l. ſi miles
la. 1. de teſta. mili. vbi eſt caſus, quod ſi miles
deſtinauerat de iure communi teſtari, & mo
riatur inteſtatus valet eius teſtamẽtum iure
militari. 4 ¶Et ſunt hæc notanda ad quæſtio
nem quam ſæpe habui de facto. tu ſcis, quod
donatio ſimplex facta filio nõ imputatur ei
in legitima. nota tex. in l. ſi * quando. §. & ge
neraliter. C. de inoffi. teſta. Bar. in l. in quartã
ff. ad l. fal. facit. l. illud in fine. C. de colla. q̃d
intellige, vbi fuiſſet facta filio exiſtenti extra
patriam poteſtatẽ, ſecus ſi eſſet in patria pote
ſtate; quia cum tunc morte confirmetur &
habeat vim relicti, cõputatur ei in legitima.
vt probat tex. ſingu. ad hoc in l. filium quem
habentem. C. fami. herc. quem ad hoc alle-
gat Bart. in d. l. in quartam. verum eſt quod
Pau. de Ca. tenet ibi contrariũ: imo idem eſſe
in filio in poteſtate; ſed ipſemet in alio loco
tenet cũ Bart. & eſt communis opinio, de qua
copioſe per modernos in d. l. illud. ſed q̃dã
lex

*4 Hodie eſt quædam l. famoſa determinans etiã in caſu fortiori in l. 26. incipit. Si el padre. in curijs Tauri vbi eſt diſpoſitũ, q̃d ſi per viã teſtamenti ſeu donatiõis aut*
4
*alterius contractus inter viuos pater aut mater fecerint aliquã donatione filio aut deſcẽdenti. Etiam ſi non vtantur verbo melioro. talis donatio imputatur in tertio & quinto. ita q̃d am*
*d
*plius non põt meliorare niſi in eo q̃d ſuperſit de tertio & quinto: vbi latius diſponitur*
5
*quã legẽ videas. Eſt tñ*
*e
*diligẽter aduertendũ q̃d doct. de Pal. Ru. in repe. c. per veſtras de don. inter virũ & vxo. §. 22. incipit in conſtituenda. in penul. col. car. 96. intelligit illã l. 26 quãdo donatio eſſet facta in q̃ntitate legitime filio debita & vltra nã in eo quod eſt legitima magis videtur pater debitũ ſoluere quã donare in alio:*
6
*ergo q̃d legitimã excedit donatio videtur tãtũ fieri melioratio: et dicit q̃d ita practicatur illa lex: et eã intellexerunt quando fuit edita quẽ intellectũ etiã alibi firmat idem doctor,*
7
*ſed refragari videtur verba, & intẽtio legis. 26. & forte eſſet difficile illud obtinere in practica.*

** De quarũ duarũ legũ cõtrarietate & cõcordia meminit doctor*
8
*f
*Hiſp. Ioã. Bernardus diaz de luco in ſuo cõpendioſo regularũ et fallentiarũ opere in regul. 140 incipit donatio facta inter viuos.*



lex partitæ notanda in. 6. part. titu. 15. lib. 4.
incipit. (En ſu vida.) Diſponit idẽ in donatio
ne facta filio in poteſtate: vt nõ imputetur in
legitima; ſed cũ quadam limitatione. ſ. niſi in
caſu in quo ipſe filius peteret ab alijs fratri-
bus: vt imputarent donationes eis factas in
dotẽ: nã tunc vt æqualitas ſeruetur: etiã ipſe
debet imputare donationẽ ſimplicem ſibi fa
ctã; & ſic extendit ſolẽniter. l. illud in fi. C. de
colla. quæ hoc idẽ diſponit in collatione, vt
habeat locũ in imputatione, & forte a. d. l. aſ-
ſumpſit aliquod fundamentũ. d. l. partitæ.
¶Sed nunquid diſpoſitio huius. l. partitæ diſ
ponentis de imputatione cõcurrentibus duo
bus caſibus. ſ. quod donatio ſit facta filio in
poteſtate: & ꝙ ipſa petat imputari donatio-
nẽ ex cauſa dotis fratribus factam habeat ho
die locum attenta diſpoſitione d. l. Tauri: vi-
detur prima facie q̃d non cum tex. d. l. dicat,
quod dicta donatio ſimplex videtur facta in
quinto; licet hoc non dicatur, & videtur in
eo meliorare; ita quod amplius in eo alium
meliorare non poſſet; & ſic videtur permitte
re illam inæqualitatem ad quam euitandam
proceſſit d. l. partitæ. Cogita. & in tertia ſer-
ua diſpoſitionem aliarum legum; & illa quæ
circa eam ſunt ſtatuta in d. ll. Tauri.
¶Et reperies aliam legem partitæ quæ eſt in
5. par. tit. 4. de las donaciones. l. 3. ad finem in
cipit: Hijo, o nieto. quæ aperte ſentit contra-
rium. * Et confirmat opi. Bart. de qua in d. l.
in quartã: ſcilicet, quod ſi donatio eſſet facta
filio in poteſtate imputaretur ei, & ſic contra
riari videtur alteri legi. 6. part. de qua ſupra
& Bal. in l. omnino in. §. imputari. ad finẽ. C.
de inoffi. teſta. extẽdit etiam d. §. illud ad im-
putationem dicens, quod vbi ſurgit inæqua
litas inter filios, donatio ſimplex imputetur
per d. l. ſed Salice. & melius in d. l. ſi quando
dicit cõtrarium; nam illa lex loquitur in col
latione, & non ſequitur, confertur, ergo im-
putatur, vt l. illud. C. de collatio.
¶Attende tamẽ ad vnam difficultatem quæ
videtur inſurgere ex dictis. ll. Tauri. nam * l.
26. de qua ſupra dicit, quod ſi pater fecit do
nationem filio videtur donare in tertio, &
quinto. etiam ſi nihil dicatur. alia lex. 39. inci
pit. quando algun hijo. diſponit, ꝙ quando
filius venit ad ſucceſſionem parẽtum debet
deducere ad collationem non ſolum dotem
& donationem propter nuptias, ſed alias do
nationes. poteſt reſponderi: quod ibi loqui-
tur in collatione. vnde non ex hoc ſequitur,
quod debeant imputari per d. l. illud. ſed ad

huc videtur, quod etiam non habeat locum
collatio ex duabus. ll. iunctis primo ex d. l.
26. quæ dicit, quod videtur donatio facta in
tertio & quinto: & ſic ceſſare videtur impu-
tatio in legitima. Secũdo ex l. 19. quæ diſpo
nit, quod pater poteſt eligere & aſsignare
bona in quibus filius meliroratus habeat ter
tium & quintum & ſic videtur ceſſare colla.
Cogitabis quia in collatione videntur dictæ
leges habere perplexitatem; & ſic cogitabis
in omnibus. Additio.
¶Nec obmittendum eſt quod genitor meus
conſuluit circa prædicta in quadam cauſa ar
dua, vbi poſtquam tenuit, quod donatio ſim
plex ab initio valida non computatur filio
in legitima per ſupradicta dixit, ꝙ de hoc eſt
hodie fortior lex in legibus Tauri num. 26. *l. Regni.*
quæ indiſtincte nulla facta diſtinctione loqui
tur & diſponit. (que ſi el padre por contra-
cto entre viuos hiziere alguna donacion a
ſu hijo, aunque no diga lo que lo mejora en
el tercio, o en el quinto, entiẽdaſe que lo me-
jora en lo que cupiere en tercio y quinto, pa
ra que no pueda mas mejorar a otro. &c.) Si
ergo donatio ſimplex, etiam ſi nihil dicatur
imputatur in tertio & quinto: ergo non im-
putatur in legitima; nec video quid cõgrue
poſſet reſponderi ad dictam l. quæ diſponit:
etiam tolerando inæqualitatem inter filios,
cum dicat valere iure meliorationis tertiæ
& quintæ. facit. l. 18. in dictis. ll. Tauri. facit. l.
17. incipit. Quando el padre. Dum loquitur
in caſibus in quibus non poteſt melioratio
tertiæ reuocari: & adhuc in principio loqui-
tur d. l. de donatione facta filio in poteſtate,
& ante conditam dictam l. Tauri. erat indu-
bitatum; & ſic pronuntiabatur quod ſi ali-
quis diuidens in teſtamento bona ſua inter
filios aſsignabat vni pluſquam alteri, etiam
ſi non eſſet vſus verbo melioro, iudicabatur:
vt melioratus: effectus enim, & volũtas ma-
gis declaratur facto quam verbis, vt elegan
ter conſultus inquit in l. de quibus. ff. de leg.
cum concordantijs. ¶Fuerat enim ſemper
inconcuſſa ante dicta ſententia, & ab ipſis le
giſlatoribus approbata. niſi quia plerunque
ex humana imperfectione contingat dubia
in hac noſtra ſcientia amputare volentes, du
bia dubijs ſuperaddant: nec hoc arbitror ex
legum condentium mente accidiſſe; imo ex
deprauata intentione noſtra qui leges & ea-
rum deciſiones ad noſtrum velle attrahere
conantes, vt votis partium ſatisfaciamus, in
earum vero intellectu fallimus & fallimur:
hoc

*l. Regni.*

**Adde doc. de Pala. bRu. repeti. ca. per veſtras de donat. inter virũ & vxorẽ §. 22. incipit in conſtituenda pe. col. & Hiſpanos in commento. l. 20. Tauri hic allega.*

hoc dico pro tanto. Nam contrariam deciſionem *dicunt aduocati contineri in quadam l. Tauri. quæ eſt nume. 29. incipit. (Quando algun hijo) vbi dicitur. quãdo algun hijo viniere a heredar ſea obligado de traer a particion, y collacion la dote, y donacion propter nuptias: y las otras donaciones que ouiere recebido de aquel, cuyos bienes viniere a heredar. &c. quam l. non obſtare ſic probatur. Primo, quia d. l. ſolummodo loquitur de collatione. non autem de imputatione in legitima, & non ſequitur hæc conſequentia: confertur, ergo imputatur: licet econtra ſic imputatur, ergo confertur. Iſte eſt caſus in l. illud. C. de collationi. vbi verba Imperatoris hæc ſunt. (Hæc autem regula, vt omnia quę imputantur etiam conferantur, minime ecõtrario tenebit.) vt poſſet quis dicere etiã illa quæ conferuntur in legitima imputentur. Quod ergo clarius reſponſum ad dictã obiectionem ſit exemplificat glo. ibi ad propo-

*g ſitum in donatione *ſimplici, quæ quandoq; confertur, non tamen imputatur. Ad hoc facit tex. expreſſus in l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſta. vbi Imperator dicit, quod donatio propter nuptias ante dictam. l. conferebatur, vt in l. vt liberis. C. de collatio. tamen ꝙ per hoc non erat prouiſum de imputatione. Decidit ibi Imperator, quod & ſi in aliqua lege ſit prouiſum, quod conferatur: non ex hoc ſequitur prouiſum ꝙ imputetur alias nõ fuerat neceſſarium Imperatori facere nouam conſtitutionem ſuper imputatione, cum iam eſſet facta de collatione, niſi, quia ſub prouiſione collationis nõ intelligebatur eſſe prouiſum de imputatione: vt ipſe Imperator clare affirmat. Inde eſt quod Accurſius in dict. l. quoniam nouella. in parte imputari, inquit, quod non eſt bona ratio, vt ideo debeat imputari in legitimam, quia confertur.

¶Secundo, quia ſi hoc eſſet verum, quod d. l. intellexiſſet de imputatione eſſet corrigere vnico verbo omnia iura ante dicta. ſ. dict. l. ſi quando, & l. ſi non mortis. ff. de inoffi. teſta. quæ idem diſponit cum alijs, & omnes glo. & communem omnium opinionem quæ habet donationem ſimplicẽ non imputari, eſſet corrigere d. l. partitæ & eſſet corrigere d. l. Tauri in eodem volumine poſitam & ab eodem & vno tempore conditam. Quomodo ergo tale eſt dicendum, nec ſentiendum tot iura cum tanta vigilantia condita & ordinata vnico verbo & obſcuro eſſe correcta? abſit talia ſentire. Præterea eſſet fruſtrare tantam Imperatoris vigilantiam in diſponẽdo facientes differentiam de donatione ex cauſa dotis & de donatione propter nuptias, vt illa cum ſit neceſſaria procedẽs ex officio paterno computetur, vt in d. l. quoniã nouella. Si etiam aliæ ſimplices donationes deberent computari, accedere poſſunt verba Imperatoris ab eo poſita in l. ſi quando. C. de inoffiacioſo teſtamen. in principio, ſcilicet nec credendum eſſe Romanum pontificem, qui iura tuetur huiuſmodi verbo totam obſeruationem teſtamentorum multis vigilijs excogitatam atq; inuentam velle euerti, nec etiam ex intellectu alicuius. l. obſcuro ſuppleto vel ſubintellecto debet induci alterius legis, quanto magis legum correctio, vt dicit gl. in cap. cupientes. §. quod ſi per. 20. de electio. lib. 6. Item quia leges Tauri (vt in earũ procemio dicitur) factæ ſunt & conditæ ad decidẽda & declaranda dubia, quæ occurrebant ſuper aliquibus quæ nõ erant clare deciſam: ſed ſuper hoc (vt ante probatum eſt) nunquã fuit dubium. ſ. vtrum donatio ſimplex eſſet imputanda in legitima, aut non? imo clara erat deciſio: & ſic non præſumendum quod ad illius correctionem facta fuiſſet d. l. quam pars contraria adducit ad ſui fundamẽtum. Ex quibus videntur dicta verba loquentia de collatione non aduerſari alijs legibus, & principijs loquentibus de non imputanda donatione ſimplici, vt dictum eſt, & ſi ſupra dicta ceſſaſſent dicta verba poſita in dicta. l. Tauri, ſcilicet, trayan a collacion las dotes, y donacion propter nuptias, y las otras donaciones. Hæc verba (y las otras donaciones) debent intelligi. ſ. ſimiles illis quæ imputantur, puta donatũ cauſa militiæ, vt in l. omnino. C. de inoffi. teſta. & aliæ donationes neceſſariæ quæ de iure imputantur in legitimã non autem de donatione ſimplici quæ non imputatur. Iſta eſt glo. ſingularis Azo. in authen. ex teſtamento. C. de colla. ſuper parte datorum poſtillans verba poſita in d. auth. & aliorum datorum colla. & ibi optime Salic. & eſt ratio: quia iſta dictio (&) eſt repetitiua ſimilium glo. in authen. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. imo attenta diſpoſitione dictę. l. Tauri. numero. 26. quę dicit, quod pater videtur meliorare, etiam ſi nihil dicatur iuncta alia. l. nu. 19. quæ diſponit ꝙ pater poteſt eligere bona, in quibus filius habeat meliorationẽ videtur ceſſare materia collationis. ¶Oppo- 10

nunt alij, ꝙ iſta fuit donatio ob cauſam, cum dictũ ſit in ea, quod donabat ad ſubſtentandum



dum onera matrimonij, quod non videtur obſtare. Primo, quia etiam in dicta donatione dicitur. y para hazer lo que quiſieredes,

*h &c. Secũdo, quia etiã ſi eſſet donatio *ob cauſam non ex hoc ſequitur quod debeat imputari *leges enim, quæ loquuntur de imputanda in legitimã donatione ob cauſam, loquũtur de donatione ob cauſam neceſſariam, ad quã pater de neceſſario a iure eſt obligatus, ſicut eſt donatio ex cauſa dotis & donationis propter nuptias. Caſus eſt expreſſus in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſta. & in l. illud. & in l. vt liberis. C. de colla. ſed in propoſito non ſumus in dote, nec in donatione propter nuptias: in dote clarũ eſt, in donatione propter nuptias minus; quia tempore dictæ donationis, nec erant nuptiæ, nec memoria nuptiarum. Item quia illa donatio propter nuptias, in qua leges diſponunt & loquuntur, quod debeant imputari, eſt quam pater facit pro filio. Sic loquitur tex. in d. l. quoniam nouella ibi. (vel pro filio ante nuptias donationem.) & in l. illud. §. ad hoc ibi (cum ante nuptias pro filio) & l. vt liberis ibi (ante nuptias donatio data pro filio.) & in l. fina. C. de iure do. in. §. ſimilimodo ibi (pro alio ante nuptias donationem nupturæ dederit) & in l. ſi. C. de dotis promi. in princi. ibi. (ſi pater pro filia dotem, & pro filio donationem ante nuptias dederit.) hoc enim eſt officium paternum neceſſarium dare filiæ dotem, & pro filio donationem propter nuptias, vt eſt caſus in l. ſi. in verſi. nec enim leges incognitę ſunt: & ſic iſtæ leges non loquuntur de donatione facta filio: ſed pro filio & tempore nuptiarũ. hodie dicuntur arræ quas dat filius, aut pater pro filio. vt diſponit. l. 1. 4. par. titulo. de las dotes. Iura ergo quæ diſponunt, quod donatio ob cauſam ſit imputanda, ſic debent intelligi. ſ. quãdo ſit donatio ob cauſam talem neceſſarium, per quam pater a lege neceſſario eſt obligatus ſecus alias & licet dicta iura hoc manifeſte probent ne videar loqui ex capite, hoc in expreſſo docet magiſtraliter Paulus de Caſtr. in l. vt liberis. C. de collatio. 4. col. verſi. certe primum nõ placet, cuius verba ſunt hæc: Datio ob cauſam in præſenti materia collationum dicitur, quãdo quis donat ob cauſam, quæ ipſum arctat ad dandũ: vt eſt dos & donatio propter nuptias, ad quas pater poteſt compelli, merito iura prouident patri, qui habuit neceſſe dare: quod forte non feciſſet ſi ius ipſum non arctaſſet: & ſic proſequitur vltra. Et hæc fuit intentio Bart. in l. 1. in. §. nec Caſtrenſe. ff. de collatio. bo. 4. col. in verſi. quæro quid ſi pater dat filio. & ſic in. 3. col. dicit de expenſis quas pater facit pro filio: & ſic ob cauſam matrimonij. tamen dicit quod non imputantur. Idem & clare Alexan. in d. l. vt liberis. 5. col. in principio, vbi hæc illius verba. non tamẽ pro hoc dicas quod talis donatio quantũcunque ob cauſam debet conferri: quia illud quod dicitur quod donatio ob cauſam debet cõferri, eſt verum in donatione neceſſaria, vt quod donat filio propter nuptias, vel filię propter dotem ad quæ pater poteſt cogi, vt l. ſi. C. de dotis promiſ. hoc voluit Cinus in l. filię licet C. de colla. 1. quæſtione. vnde Barto. in l. ſtichus de pecu. lega. inquit, quod ſi pater ſoluiſſet condemnationem pro filio, quod ſi per formam ſtatuti cogebatur ſoluere condemnationem pro filio, cum neceſſario ſolui, imputabit filius in legitimam: ſecus ſi pater fecit non neceſſitatus ſoluere a ſtatuto. Alia huiuſmodi poſſent ſuper hoc adduci: quæ breuitatis cauſa omittuntur. & ſic fuit iudicatum in hac regali cancellaria in fauorem cuiuſdam ciuis Toletani ſecundum intellectũ datum a genitore meo ad. d. ll. Tauri. & aliquæ lites magnæ importantiæ tunc pendebant, quæ cum iſta accidiſſet ſteterunt pendẽtes quouſq; in iſta cauſa pronuntiaretur.

**Adde quæ veniant imputanda in legitimam per Phi. Decium in conſil. 628. in caſu & an donatio ſimplex in legitimam 6. Bar. Soci. in conſi. 18. cum cõſi. ſequent. preſentis conſultationis volu. 4. in nouis.*

*l. Regni.*

*SVMMARIVM.*

1 *Melioratio non eſt detrahẽda de dotibus, quas antea pater filiabus dederat quæ concluſio limitatur: nu. 2. & 3.*

Sexto quæritur vtrũ 1

*Sexta quæſtio.*

hæc melioratio ſit extrahenda de dotibus? exemplum, pater meliorauit filium ſuum in tertia parte bonorum *ſuorum: & iſte pater in vita ſua dotauerat duas vel tres filias ſuas, quæ volunt ſuccedere. frater melioratus dicit quod etiam de dictis dotibus debet detrahere tertiam, ita quod fiat vnus aceruus, tam de bonis quæ remanſerunt tempore mortis patris, quam etiam de dictis dotibus, & de omnibus inſimul detrahatur tertia pars iure meliorationis: quæritur quid iuris? & ſic vtrum melioratio tertiæ debeat deduci de dotibus, ſeu aliis rebus, quas iã tenebant filij in vita parentum ex donatione

*Adde hodie l. 25. in deciſio. tauri ex qua videtur ceſſare hæc diſputatio docto. & licet ex. l. 29. tauri parentes dotando vl-*

*tra legitimã videantur ta a * cite meliorate ſecundum diſtinctionem illius. l.tamẽ hodie ceſſat tan expreſſa quam illa ta cita melioratio ex prag. ſeu petitione, 101 in curijs. Madrid anno.1534.*

natione paterna,& videtur quod nõ, niſi ſolummodo ex illis bonis quæ remanſerũt in bonis paternis tempore mortis ſuæ.* Primo per tex.ſingularem in l.pater filiam.§.ij ff.ad l.falcid. vbi eſt caſus quod illa quę extra cauſam teſtamenti capiuntur in Trebellianicam ſeu falcidiam:non imputantur etiam ſi teſtator imputari iuſsiſſet, vt ibi dicit text. eſt ibi enim caſus quod ſi pater filiam pro parte inſtituit hæredem:& ab ea petijt vt fratri,& cohæredi ſuo portionem hæreditatis reſtitueret deducta ſexta parte admiſſa compenſatione dotis quam ipſa receperat in ratione falcidiæ. dicit tex. quod falcidiam iure hæreditario,dotem iure proprio recepit. quia dos in hæreditate patris non inuenitur. & tex.in l. pater filium, eodem titulo, dicit quod illud quod ex cauſa fideicommiſsi pater debet filio,tanquam æs alienum deducitur, & in falcidia non imputatur. Secundo cum pater in teſtamento dicat,melioro in tertia parte bonorum meorum, dotes quæ iam exierunt a ſuo patrimonio non cenſentur bona ſua. vt ait tex.in l.finali.ff.de collatio.do. ibi. (& ex æris alieni loco,abſceſsit enim a bonis paternis.l.pri.§.finali eiuſdem tituli. ibi (quia in bonis eius non eſt.) Tertio facit quia dos cenſetur eſſe proprium patrimonium ipſius filiæ.l.3.§.ſed vtrum in fine. ff. de minori. ibi (dos ipſius fœminæ proprium patrimoniũ eſt.) ergo non includitur in melioratione, quam pater facit de bonis ſuis. Quarto facit text.notabi in l.ſi ita. de auro & argento lega. vbi caſus ſingularis,quod ſi quis legat omne argentum ſuum videtur intelligere de omni eo,quod eſt ſuum tempore teſtamẽti. Subdit tex.quia hac demõſtratione, meũ, pręſens non futurum tempus oſtendit.leg.5. §.argento. de auro & argento legat. vbi eſt caſus ſecundum vnam lecturam glo. quod ſi quis legat omne argentum ſuum, non videtur legare id quod erat ſibi debitum: melior tex.notabi.in l.ſcribit.ff. eodem. vbi eſt caſus,quod ſi maritus legauit vxori omne aurum ſuum,quod non debetur vxori illud aurum,quod marito debebatur ex ſtipulatione: puta ſi ab aliquo ſtipulatus fuerit decem libras auri. Ratio quia illius adhuc factum non eſt.id enim quod ſuum eſſet, non quod in actione haberet, legauit, ſequitur tex.& in hoc facit, quod nec etiam debetur illud aurum,quod dedit aurifici,vt ſibi ex illo faceret aliquid: quia tunc cum dominium tranſit in aurificem,non venit; ſecus ſi ex illo auro tantum opus eſſet fiendum, quia tunc dominium apud teſtatorem fuit: ecce ergo quod non venit in legato id quod deſijt eſſe in dominio teſtatoris; licet ad illud habeat actionem,& ſperetur redire in bonis eius. facit tex.in l.vxorem.§.teſtamento.ff.de lega. 3. vbi eſt caſus,quod ſi teſtator legauit alicui ſeruos quinq;.de his qui habebant ſeptẽ annos,quod ſi poſt multo tempore vixit teſtator,videtur eam ætatem deſignare quæ eſſet cum a teſtatore relinqueretur. & ſic de his qui habebant ſeptem annos cum fecit teſtamentum licet tẽpore mortis ſit maioris ætatis. facit.l.his verbis.&.l. nomen.§.filio.ff.de legat.iii. Quinto ad hanc partem facit.l.a filia mater.ff.ad Trebellia vbi videtur caſus de quæſtione.dicit enim ibi text.ſingula.ꝙ ſi mater filia inſtituta rogauit eam in hunc modum: vt ſi liberis ſuperſtitibus decederet,reſtitueret fratri ſuo partem eius: quod ad eam ex bonis patris perueniſſet: quæ filia fuerat dotata per patrem,& deceſſit dicta filia in matrimonio ſuperſtitibus liberis. decidit ibi conſultus: quod hæres dictæ filiæ defunctæ non tenetur reſtituere dicto fratri dictam dotem, quam filia acceperat a patre ſuo. Et eſt ille tex. valde ſingularis, quod rogatus reſtituere quicquid ex bonis defuncti ad eum peruenerit, non intelligitur rogatus reſtituere id quod ad eum ex diſpoſitione inter viuos peruenerit: quod Angel. ibi reputat notandum: & ita conſului in cauſa ardua. & ſic fuit iudicatum. Nec prædictis obſtat.l.illam. C.de collatio. per quam multi decipiuntur. ibi (commixtis huiuſmodi collationibus cum bonis mortuæ perſonæ) vbi eſt caſus, quod ex dotibus collatis: & ex patrimonio defuncti fit vnus aceruus: & ex toto ſic accumulato detrahit quiſquam hæres partem hæreditariam, quia ille tex. loquitur in legitima: & ſic in parte hæreditaria de neceſſario debita. quia illæ perſonæ de quibus ibi, ſuccedẽtes cum auunculis & patruis ſuccedunt cum diminutione tertiæ patris. & ſic ibi non tractatur, niſi de ſucceſſione & legitima: quo caſu nemo dubitat, ꝙ dos non debeat imputari. vt eſt caſus in.l.quoniam nouella. C.de inoffi.teſtament. & propter hoc fit aceruus etiam de dotibus, & de toto patrimonio: & de toto ſic aceruato & iuncto detrahit vniſquiſque legitimam partem ſuam. noſter caſus non eſt ſic, ſed melioratur filius in tertia: quæ reſpectu filiorum non eſt legitima: cum poterat



rat pater vnum meliorare, & alios excludere. & per conſequens illum cui meliorauit in tertia potuit meliorare in dimidia tertiæ. vt ante dictum eſt. Præſumendum eſt ergo cum dixit melioro in tertia parte bonorum meorum, non ſe retuliſſe, niſi ad bona,quæ erant in ſuo patrimonio tempore mortis, & ſic affuit poteſtas faciendi;& etiam voluntas quæ coniecturatur ex dictis verbis: igitur.

2 ¶Cogitabis tamen ſi poſſet limitari dicta cõcluſio,vt habeat verum, niſi expreſſe per teſtatorem fuiſſet dictum, quod dictam tertiã meliorationis poſſet deducere de toto aceruo,tam de bonis quæ ipſe dimittit tempore mortis,quod etiam de dotibus ex omnibus alijs quæ ipſe dederat filijs ſuis: pro quo facit tex.in l.ſcribit. de auro & argento lega. iuncta.l.ſi ita.ff.eodem titu.in d.l.ſcribit.dicit tex.quod in tali legato non veniũt bona, quæ ſunt aliqualiter extra patrimoniũ, licet ſperentur redire: vt in exemplo ſupra dicto de aurifice.& dicit tex.in d.l.ſi ita. quod præſens tempus ſemper intelligeretur,niſi aliud expreſſum eſſet ex mente teſtantis: ecce ergo quod vbi ex mente aliud apparet: etiam ad alia bona trahitur legatum, quæ ſunt extra patrimonium teſtantis: ſi ſperantur redire: item dos prælegata non cedit in fideicommiſſo;niſi ſpecialiter ſit dictum.l.lucius in.§. maritus. ff. ad Trebel. Item etiam vbi teſtator vniuerſaliter ſubſtituit,non venit dos in fideicommiſſo: niſi appareat teſtatorẽ aliud ſenſiſſe.l.a filia.ff.ad Trebel.l. pater filiam in prin.ff.ad l.falci.authen.res quæ.C.cõmunia de lega.ſecundum Bar.in d.§. maritus. itaq; vbi teſtator aliud expreſſiſſet,ceſſant omnes prædictæ rationes poſitæ in deciſione quæſtionis ſuperioris de non ducenda melioratione de dotibus. Præterea moueor ratione fortiſsima:certum enim eſt, quod vbi pater hoc expreſſe dicit:iam non eſt quæſtio volũtatis: ſed ſolummodo reſtat quæſtio poteſtatis: ſed de hac non eſt dubitandum, quod teſtator poſſet hoc percipere, quia dos cõputatur in legitima & ſatisfacit pater relinquendo vnicuiq; legitimam ſuam: ſed in dote poteſt pater relinquere legitimam filiæ, quia filia poteſt in dote inſtitui,vt dicit glo.in l.3.§ ſed vtrum.ff.de mino. quam ibi omnes tenẽt & in d.l.quoniam nouella,niſi dicas quod verum eſt,quod legitima eſt deducta tertia: ſed intelligitur de tertia bonorum quę ſunt tempore mortis: & dotes iam abſceſſerunt tunc temporis a bonis paternis. Præterea non poteſt dici grauamen cum habeat legitimã in dote,quæ(vt dicit)eſt deducta tertia meliorationis, quo ad filios:& dico ꝙ in dote filię poteſt apponi grauamen in eo quod excedit legitimam. Iſte eſt caſus ſingularis in l.fin.§.fideicõmiſſum filiæ.alias incipit a filia.ff. de lega.2.& hoc ibi tenet Bar. eſt etiam tex.not. & ibi hoc notat Bar.in l.lucius in.§. maritus ff.ad Trebel.& Bald.in d.§.filiæ. Cynus in l. vnica. in.§. videamus. C. de rei vxo. actio. per Sali.& ſcribentes in d.l.quoniã nouella. in eo tamen,ꝙ dos non excedit legitimã; nõ poteſt filiæ apponi grauamen, cum ſuccedat loco legitimæ; & imputetur in legitima. vt in d.l.quoniam nouella. ergo habet locum l.quoniam in prioribus.& tenẽt omnes, vbi ſupra per Alexã.in l.a filia.ff. ad Trebel. nec obſtat ſi dicatur dos eſt proprium patrimonium filiæ, quia gloſſ. notabiliter in d.§.ſed vtrum. dicit quod non vere, ſed quaſi: quæ dictio eſt nota improprietatis.l.in eum.ff.de religio.& C.de rei vxo.actio.§. & hoc ex rei vxo.actio,nec etiam obſtat quod dos exiuit proprium patrimonium patris, quia nõ ſimpliciter: ſed reſpectiue quoad quid,& quoad quid non: & ſic non radicaliter & funditus in totum maxime propter ſpem quæ eſt, quõd ad eum poſſet reuerti,& propter communionem quam habet cũ actione de dote; & quia profectitia; per quæ videtur ſubſtentabilis hæc limitatio, vt ſcilicet tertia meliorationis deducenda eſſet etiam de dotibus quoties a patre hoc expreſſe ſic fuiſſet diſpoſitum. Vnum eſt quod videtur obſtare; nam legitima filijs debita conſideratur reſpectu bonorum, quæ pater poſsidet tempore mortis.l. Papinianus.in.§.quarta.ff. de inoffic. teſta.l. cum quæritur.C.eodem titulo. Sed cum tempore mortis dos filiæ data abſceſsit a bonis patris nec inter bona paterna computetur, non videtur quod habeatur reſpectus, nec haberi poſſet ad bona ſic dotalia, vt de eis poſſet melioratio deduci etiã ex expreſſa prouiſione paterna: niſi reſpondeas vt ſupra.ſ. quia non in totũ abſceſsit dos a bonis patris tam propter ſpem reuerſionis,quam quia in dote poteſt inſtitui filia pro ſua legitima; & quia poteſt grauamen imponi filiæ in dote, quatenus eſt vltra legitimam; ſed vltra legitimam dicitur eſſe in eo,quod habet filia vltra partem ſuam,tertia meliorationis deducta: cum inter filios legitima dicatur deducta tertia,vt dictum eſt, cogitabis. Hanc tamen limitationem dicerem eſſe veram præciſſe vbi

vbicunq; iſta dos eſſet reuerſura ad hęredem grauantis: puta quia tempore quo pater dotauit ſtipulatus eſt ſibi ſoli reddi ſoluto matrimonio, vel quia ſtipulatus eſſet expreſſe ſibi & hæredibus ſecundum opinionem illorum, qui tenent, quod in caſu expreſſe ſtipulationis, non habet locum conſolidatio in filia: de quo glo. in. §. videamus. de rei vxor. actio. Bar. plene in l, poſt dotē. ff. ſolu. matri. Sed vbi pater ſimpliciter dotaſſet filiam: ita quod tunc eo mortuo tota integra actio de dote conſolidetur in eā, vt in. d. §. videamus tunc filia non poteſt grauari in dote, etiam quatenus eſt vltra legitimam: niſi tantundē filiæ eſſet relictū; & ipſa legatum agnouiſſet. ita Bar. in d. l. fina. §. filiæ. ff. de lega. 1. Imo in d. §. maritus. Bal. in d. l. quoniam nouella. Alexan. in d. l. a filia. cum ergo iſto caſu nullo modo poſſet grauari in dote etiam in eo, qđ excederet legitimam ſatis dici poteſt, quod etiam ſi pater expreſſe præciperet quod de dotibus deduceretur tertia meliorationis, qđ hoc nullo modo deberet fieri, cum hoc eſſet in præiudicium filiæ & grauamen inferretur tunc ſibi in dote ſua; vnde iſto caſu tertia meliorationis deberet deduci de bonis per patrem relictis tempore mortis: non autem de dotibus etiam ſi per patrem aliter eſſet diſpoſitum.
3 ¶Secundo modo videtur reſtringēda & intelligenda dicta concluſio. ſ. poſt mortem mariti. nam in vita eius non videtur qđ dicta melioratio poſſet deduci de dotibus, etiam ſi hoc expreſſe pater diſpoſuiſſet, vbi maritus & vxor nollēt ſuccedere: ſed velint eſſe dote contenti; quia maritus poſſidet dotem ex titulo oneroſo, vt l. ex promiſsione de actio. & obliga. & ſic non habet locum aliqua reuocatoria, dato quod eſſet inofficioſa dos & in præiudiciū legitimæ: reſpectu enim mariti eſt titulus oneroſus, & ſic non competit contra eum quærela ad reuocandum, vt voluit ſingulariter Barto. in l. ſi fraudator in §. ſi a ſocero. ff. de reuo. his quæ in frau. credi. & titulus ille de inofficioſis donationibus non habet locum contra poſsidentem titulo oneroſo ſecundum communem opinionem de qua per glo. & doct. in l. 1. C. de inofſi. donatio. & in alijs pluribus locis vulgatis facit l. fi. ff. de colla. do.

**Sed cū hodie quædā l. regni facta in d. curijs tauri in diſtinctiōe mādet & diſponat hanc meliorationē nō eſſe deducendam de dotibus. & etiā alia lex diſponat quod in d. melioratione debeat haberi cōſideratio ad bona quæ pater habet tempore mortis tutius videtur dicta iura ſeruanda eſſe in diſtinctiōe: vt iacēt abſque iſtis limitationibus datis ad 1. concluſionem nihilominus cogitabis. Hæc ille.*

*SVMMARIVM.*

1 *Melioratio in tertia eſt prælegatum & non inſtitutio, & nu. 8.*

2 *Verbum relinquo quando adiectum certæ rei vel rebus trahatur ad vniuerſum, vel inſtitutionem, nu. 2. cum pluribus ſequentibus.*

9 *Annotantur differentiæ inter prælegatariū & hæredem & nu. 10.*

10 *Melioratus vel legatarius an poßunt propria authoritate accipere meliorationem vel legatum, cum ſequentibus.*

12 *Filius pro ſua legitima an poßit propria authoritate poßeßionem occupare.*

13 *Concluſio, quod melioratus debet de manu cohæredis, & non propria authoritate accipere meliorationem extenditur, & limitatur vſque ad nume. 19.*

18 *Edictum diui Adriani non competit filio meliorato.*

19 *Edictum diui Adriani an competat filio inſtituto in legitima.*

## Septimo quæritur

1 *Septima quæſtio.*

vtrum melioratio tertiæ facta per patrem dicatur inſtitutio vel prælegatum, puta pater dixit in teſtamēto, melioro filium meum in tertia, ſi tunc ille filius dicatur inſtitutus in tertia vel prælegatarius in ea? Alfonſus de Montaluo mouet hic quæſt. & concludit eſſe prælegatum * mouetur: quia ſi eſſet inſtitutio lex requiret, ꝙ iure inſtitutionis illam relinquat. vt in authen. nouiſsima. *C. de inof. teſta. Sed cū iſta lex non requirat ꝙ iure inſtitutionis; quia ſi voluerat hoc expreſſerat: ergo eſt prælegatum. Item quia ſecundum eū hæc lex ſituata eſt in titulo de lega. & non de las hærencias. & ſic non ſenſit de inſtitutione cum licitum ſit arguere a rubrica. C. ne fide. do. den. Item quia quota bonorum non facit quem hæredem, niſi ad excluſionem quærelæ. l. non amplius. §. fin. ff. de lega. 1. l. ſi quis ſeruum. §. fi. ff. de lega. 2. item arguit ab abſurdo: quia ſi eſſet inſtitutio pater habens filios duos, vnum eorum melioraſſet in tertia, alterū inſtituiſſet: inſtitutus haberet duas partes, iſte vnam. Item quia communiter poſt omnia legata fit hæredis inſtitutio: ſed cum filius melioratus in fine teſtamenti eſt hæres inſtitutus cū cæteris, manifeſte apparet melioratum eſſe legatarium in quota non inſtitutum: vt ait Salice. in l. quoties. C. de hære. inſti.

**Adde dn. Didac. de Segu. in repet. l. 3. §. fi. ff. de lib. & poſth. fol. 6. col. in vol. repet.*



inſti. & in l. quoniam indignū. C. de teſt. Hæc il dicens iſtam eſſe veritatem & communiter ſic practicari. ſ. quod ſit prælegatum. ¶Ego dico, quod fundamenta iſtius doctoris ſunt ſatis debilia, & extra propoſitum licet in ſubſtantia quæſtionis verum dicit. Ideo ad hoc melius conſiderandum & probandum. Aduertas, quod iſta tertia meliorationis (vt multoties dixi) reſpectu filiorū inter ſe ipſos non eſt legitima: cum illam pater dat, ſeu prælegat vni eorū cui vult; ergo ſi nō eſt legitima: non eſt neceſſe ponere in dubium, vtrum debeat hęc tertia relinqui iure inſtitutionis vel ne. nam quo ad hanc tertiam, hoc eſt indubitatum: tam quia non eſt legitima reſpectu filiorum, quam quia hæc lex non requirit. ſ. ꝙ iure inſtitutionis relinquatur tertia: immo loquitur per verba ſignificantia prælegatū. Præterea hoc verbū (mejorar) ſignificat prælegatum, quod patet ex ſignificatione vocabuli: cum nihil aliud ſit prælegatum facere, quam legare vni ex hęredibus aliquid vltra portionem alijs cohæredibus relictam, & legatum, ſeu prælegatū non propter hoc deſinit habere naturā legati, ſeu prælegati: quia tale legatum, ſeu prælegatū adijciatur quotitati bonorum. Iſte eſt caſus ſingularis in l. nō
2 amplius in. §. cum bonorū parte ff. de lega. 2.
*b ¶Præterea verbum relinquo * adiectum rei particulari, nunquā trahitur ad vniuerſum nec ad inſtitutionem. quod probatur in l. cogi. in §. & generaliter. ff. ad trebel. quem tex. ad hoc reputauit vnicum Dinus. idem Bart. ibi dicens Dynum illum adduxiſſe in argumentum ad hoc quod verbum (relinquo) adiectum rei ſingulari non trahitur ad inſtitutionem directam vel obliquam. plus probat ille tex. ſecundum Bart. ibi in quantum iuriſconſultus loquitur generaliter, vt idem ſit in omni verbo obliquo, vt adiectū certæ rei vel quantitati nnnquam extendatur ad inſtitutionem, nec ad vniuerſitatem bonorum: & per illū tex. datur ſolēnis limitatio ad l. 1. § ex fundo. ff. de hæred. inſti vbi tex. diſponit, quod inſtitutus in re certa, alio vniuerſaliter non inſtituto, habeatur loco vniuerſalis hæredis, vt illud obtineat quādo inſtitutio particularis eſſet facta per verba ciuilia directa, ſecus ſi per verba inflexa & obliqua: puta ſi dicat relinquo titio fundum. Nam ille non erit hæres vniuerſalis, licet alius nō eſſet inſtitutus. ita dicit Ang in d. §. ſi ex fundo referēs Dinum dixiſſe eſſe tex. vnicum ad hoc in d. §. & generaliter. probatur etiam in l. his verbis ff. de here. inſti. idem tenet Ang. in d. §. & generaliter. aſſerens ibi eſſe caſum, quod verba obliqua adiecta certæ rei vel quantitati nunquam extenduntur ad vniuerſitatem bonorum. & in tantum habet verum dicta concluſio, ꝙ verbū (relinquo) adiectum certæ rei vel quantitati nō indicat inſtitutionē, quod etiam ſi tale verbū apponitur in perſona filij idem erit dicendū. Probatur hoc in. §. aliud quoq; cap. iuncto. §. cęterū. vt cū de appella. cognoſ. vbi cauetur, quod non ſufficit relinquere filio, niſi iure inſtitutionis relinquatur & hoc in expreſſo firmāt Bart. & Bal. in l. his verbis. ff. de hære. inſtit. & in l. centurio. 3. q. principali ad finem. ff. de vulg. glo. ſing. in c. ſi pater de teſta. lib. 6. Ioan. And. Anto. Imo. in ca. Raynūtius de teſta. Sali. in l. quoties. C. de hęre. inſt. & in l. fin. C. fami. herciſ. & in auctēn. nouiſsima. C. de inofſi. teſta. & in l. quoniam in dignum. C. de teſtam. Bal. in l. nō codicillum. ad fi. C. de teſtam: & in d. l. quoties famil. herciſ. Bart. & pleniſsime Alexand. in d. §. & generaliter. licet in hoc de filio: Iaco. de Aretin. Pet. & Bal. in l. quoties C. de here. inſti. teneant contrarium quod etiam tenuerunt omnes docto. Toloſani. vt refert Bald. in l. fi. C. famil. herciſ. & in l. captatorias quinta oppoſi. C. de teſtam. mili. idem Card. in c. Raynuntius de teſtamen. ex eo quia verba in dubio debent intelligi ſecūdum qualitatem perſonæ, ad quam referuntur. l. plenum in §. equitij. ff. de vſu & ha. cap. ſolitæ de maio. & obed. l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. teſt. Sed cum hodiæ filio de neceſſario iure inſtitutionis debeat relinqui: ſic in dubio debet intelligi eſſe relictum etiam ſi per verbum relinquo ei relinquatur, cum ſit verbum commune. l. is cui ſub conditione ff. de condit. & demonſtr. ad hoc dicunt eſſe caſum in capitu. Raynuntius in verſic. relinquens. Sed prima opinio videtur verior quia communior, quam omnes fere ſequuntur: & illam defendit ſingulariter Alexand. in d. §. & generaliter & ad ca. Raynuntius dantur plures ſolutiones. de quibus infra. ¶Habita ergo 3
hac opinione pro cōmuni & vera, eā limita ſingulariter, niſi per d. verba inflexa ſeu obliqua teſtator adijciēdo illa etiam certis rebus vniuerſum patrimoniū ſuum diuiſiſſet inter plures in ſuo teſtamento. nam tunc dicta verba, etiā ſic obliqua * & inflexa ſapiunt *c
vim directorum verborū: ſi alias teſtamentū habuiſſet ſolennitatem teſtium. ita dicit Angelus in dict. §. ſi ex fundo. quod videtur ſibi

O mira-

*Adde Guie. bene. in repe. c. Rainuntius de teſtam. in verbo in eodem teſtā. relinquens el. 1 in princi. & adde Alexā. de Imo. in cō. 70. col. 3. li. 2. & conſi. 17. vol. 3.*

mirabile.& eum ſequitur ibi Imo.6.col.in 5.
fallentia.& videtur ſatis terribile,quod ver-
bum relinquo, adiectum certæ rei vel quãti
tati operetur inſtitutionẽ.& mirabiliter hoc
limitat dict.§.& generaliter: ſed hoc opera-
tur diuiſio totius patrimonij per aſsignatio
nem rerũ certarũ cuilibet factã: & pro dicta
concluſione Angeli do gloſſ.ſingular. quæ
hoc tenet in expreſſo in l.quoties.C.fami.
hercíſ.vbi expreſſe firmat Accurſius, quod
ſi teſtator inter filios ſuos in ſolenni volunta
te diuiſit bona ſua,aſsignando cuilibet certã
portionem, vel certam rem quod hoc habe-
tur pro inſtitutione. Ecce ergo,quod aperte
gloſ. loquitur quãdo verbum relinquo ſeu
aſsigno fuiſſet adiectum certæ rei: & tamen
dicit gloſſ.quod operatur inſtitutionem ra-
tione diuiſionis totius patrimonij factæ per
teſtatorem, pro qua glo.bene facit d.l.quo-
ties, & l.final.C.de cõia vtriuſque iudi.& l.
ſi.ij.C.fami.hercíſ.ibi (quibuſcũque verbis)
& concluſionem illius gloſſ.ſequitur Angel.
in l.his verbis.ff.de hæred.inſti.licet Imo.ibi
timidus & titubans dicat dictam glo.non eſ-
ſe ſine dubio per dict.§.& generaliter.Salice.
in dict.l.quoties multum commendat dictã
gloſſ.dicit illam eſſe veram ex eo, quia cum
inter omnes liberos ſic facta rerum aſsigna-
tio nihil intereſt dicantur ſuccedere ex teſta-
mento vel ab inteſtato, cũ æqualiter ſucce-
dant in quolibet caſu,& non ſecundum ratã
rerum eis aſsignatarum l.cognitionem.C.
fami. hercíſ.l.ſi certarum de teſta.militis, &
ſic cum nihil inter ſit interpretamur in ho-
norabiliorem titulum.hæc ille.Pau.de Caſt.
in d.l.quoties.ad finem ſequitur illam gloſſ.
quam dicit menti tenendam.& illam etiam
ſequuntur Ange.& Imol.in l.1.§.ex fundo.ff
de hære.inſti.& Imol.in l.centurio.in verſic.
quæro vlterius de vulga.& pupil. Alexand.
in d.§.& generaliter. quam legit ſub.§.non
omnis.4.co. verſic.2.prædicta limita ad ꝙ
optime ſeruit vnum verbum Iaco.de Are.re
latum per Bar.in l.finali de pecu.lega.vbi di
cit quod ſi pater in teſtamento aſsignaret fi-
lijs ſuis peculium,etiam ſi non diceret iure in
ſtitutionis,tamen valeret teſtamentũ.& hæc
4 de prima limitatione.¶Secundo limita dictã
concluſionem eſſe veram de iure ciuili: ſed
*d de æquitate canonica * verbũ relinquo rela
tum ad perſonã filij,indiſtincte trahitur ad
inſtitutionem.Iſte eſt caſus ſingularis in d.c.
Raynuntius.& illud.c.ſic intelligunt ibi Ho-
ſtien. & Abb.antiquus Bal.in authen.ex cau
ſa pen. col.C.de libe.præte.& in l.ſi.C.fami.
hercíſ. vbi dicit illum tex.eſſe ad hoc vnicũ
Idem glo.in c.ſi pater.de teſta.lib.6.Sed hęc
limitatio non eſt abſque dubio.nam Salice.
in d.authen. nouiſsima. & in l.ſi.C.fami.her
cíſ. & in l. quoties.C. de hære.inſtit. dicit ꝙ
loquitur ſecundum ius.C. ſecundum quod
ſufficiebat relinquere quoquo titulo.l.omni
no.C.de inoffi.teſta.licet gloſ.& docto.in d.
c.Raynuntius.dent alias ſolutiones,quas vi
de; quia non eſt propria materia.¶Tertio li- 5
mita niſi teſtator dixiſſet relinquo filio.10.
pro ſua legitima * ſeu falcidia: quia tũc ver- *c
bum relinquo importat inſtitutionem.Bar.
& Bal.in authen.vnde ſi parens.C.de inoffi.
teſta.& Bar.in l.ſi.de peculio lega.& in conſi
lio incipienti conſultus ſuper puncto.& Bal.
in l.humanitatis.in 4.oppo.C.de impub.&
alijs, & ibi dicit eſſe caſum expreſſum in d.l.
quoties.C.de hære.inſti.Idem Paul.conſulẽ
do.& in d.l.humanitatis Rapha.in dict.l.his
verbis.ſed nec iſta limitatio caret ſcrupulo.
Nam Bar.relinquit illã indeciſam in l.filiũ
in §.ſed portio.ff.de lega.præſtan.& contra
rium tenuit Salic.in d.authen.vnde ſi parẽs
& in d.l.quoties in fine.& in d.l.humanita-
tis Alex.in d.§.& generaliter.3.col.in 1.limi
tatione Ioann.de Imol.in d.§.ex fundo, & in
dicto.c.Raynuntius per d.l.§.aliud quoque
ca.ad.l.humanitatis reſpondent, vel quod lo
quatur de iure.C.vbi ſufficiebat relinquere
quoquo relicti titulo, vel illa verba, eis re-
licta ſint verba imperatoris, non teſtatoris.
Adde quod idem ſi teſtator in teſtamẽto di-
xiſſet,quod reliquit filio centũ pro ſua parte.
nam per dicta verba importatur inſtitutio
firmant hoc Bal.& Pau.in d.l.humanitatis.
probat nota.tex.in l.ſcimus.in verſi.pro ſua
parte.C.de inoffic.teſta.quem ad hoc Bald.
ibi ponderat.idem Bar.in l.peto.in princi.ff.
de lega.2.ſed tenẽtes contrarium in caſu ſu-
periori, etiam in hoc caſu videntur cõtrariũ
tenere.¶Alij plures caſus ponuntur per do-
cto.in quibus verbum (relinquo) appoſitum
filio inducit inſtitutionem, & etiam vbi non
eſt neceſſe, quod filio relinquatur iure inſti-
tutionis,quos non refero: quia eſſet aliquid
extra propoſitum: copioſe recitãtur per quẽ
dam doctorem Mediolanenſem in dict.au-
then. nouiſsima. & totum quod ipſe recitat
habuit ab Alexã.in d.§.& generaliter.quem
legit ſub.l.nam quod.§.non omnis.ff.ad tre
bel.vbi more ſuo loquitur notabiliter.¶Cũ 6
ante dictis limitationibus habeas pro regu-
la,quod



la,quod verbum (relinquo) adiectum certæ
rei vel quantitati non trahitur ad inſtitutio
nem.*Sed vbi verbum(relinquo) eſſet appo
ſitum non certæ rei,vt ante dictũ eſt;ſed vni-
uerſitati alio vniuerſaliter non inſtituto, tra
hitur ad inſtitutionem.Iſta eſt glo.ſingularis
in authen.de hære.& falci.in.§.ſi vero nulla.
ſuper parte relictis tex.in l.Diuus.de teſtam.
mi.Sali.plene.in l.quoniam indignum.C.de
his qui.vt indig.& idem gloſſ.in l.his verbis

** Adde qd hanc opin. dicit magis cõmunẽ Alex. de Imo.conſ. 177. colu.3. lib.2.*

de hęre.inſt.vnde ſi dico,bona mea relinquo
titio: videor illum hęredem inſtituiſſe: quod
eſt verum duobus concurrentibus. Primo,
quando alius nõ eſt vniuerſaliter inſtitutus,
ſecus ſi alius eſſet inſtitutus: quia nõ trahitur
ad inſtitutionem,ſed quid importabitur tũc
per verbum,relinquo? dico quod ſi dixit te-
ſtator bona mea relinquo titio, intelligitur
per fideicommiſſum.eſt caſus in l.nam quod
in fine.ff.ad trebel.& in l.cogi.in princip.aut
per modum quotæ,ſeu partis.puta dimidiã,
tertiam,vel quartam, ſeu aliam quotam bo
norum meorum relinquo titio. eſt ſimplex
legatum.ff.de lega.1.l.ſi pars bonorum,& l.
amplius.ſi autem dixiſſet, tertiam hæredita-
tis meæ relinquo: tunc etiam inducitur per
talia verba fideicommiſſum.ita glo.notabi-
lis in l.mulier.§.fi.ff.ad trebe.& fuerunt hæc
notanda verba Salic.in l.quoniam indignũ
C.de teſta.aſſumpta tranſumptiue per Imo.
in d.l.his verbis in.5.col.¶Secundo quod re
quiritur eſt,quod iſtud verbum adijciatur in
voluntate ſolenni, in qua adſunt ſeptem te-
ſtes.Secus ſi adijciatur vel proferatur in vo-
luntate,in qua non poteſt fieri hæredis inſti-
tutio,vt in codicillis,quia tunc non trahitur
ad inſtitutionem, ſed ad fideicommiſſum ſe-
cundum Sali.in d.l.quoniam indignum.per
l.Sceuola.ff.ad trebel.idem Bald.& Angel.
in d.l.his verbis.ff.de hære.inſti.¶Quid au-
tem ſi relinquatur certa quota alio vniuerſa
liter non inſtituto? Salice in l.ſi.C.fami.her
cíſ.in col.ſi.videtur velle,quod trahatur ad
inſtitutionem vniuerſalem dicit enim quod
verbum(relinquo) adiectum quotitati hære
ditatis: intelligitur iure inſtitutionis per l.di
uus.ff.de teſta.mili.& per l.quoniã indignũ.
C.de teſtam.& per ca.Raynaldus de teſtam.
vbi dicit eſſe caſum.Idem vult Bal.in d.l.ſi.
per quod extenditur.l.1.§.ex fundo.ff.de hę
redi.inſtitu.quæ loquitur in inſtitutione: &
hoc ſatis probatur in cap.Raynuntius, & in
cap.Raynaldus.de teſta.& eſt opinio magis
communis. ¶Adde tamen circa hoc quandã
ſingularem opinio.Ioann.de Imol.in d.l.his
verbis.ff.de hære.inſti.in.4.col.qui videtur
dubitare de hac concluſione. Nam videtur
repugnare menti teſtantis, qui voluit ſolum
modo illi certam partẽ relinquere: & quod
ipſe habeat totum eſt contra apertam teſta-
toris voluntatem. Nec ſecundum eũ obſtãt
dicta capitula,quia ibi poſtquam teſtator re-
linquit rem certam dixit cętera alia bona re
linquo tali: & ſic in effectu omnia bona re-
linquit, exceptis particulariter deſcriptis.
Vnde licet trahatur ad inſtitutionem,nõ ha-
bet plus contra voluntatem teſtantis, & ſic
concludit verius eſſe, quod iure legati acci-
piat illam partem a venientibus ab inteſtato,
& non totum iure inſtitutionis: & dicit hoc
eſſe verum & non illud quod Bald.& Salice.
dixerunt.
¶Vnum notabis perpetuo quod illud ꝙ di- 7
citur,quod verbum(relinquo)adiectũ quoti
tati bonorum, alio vniuerſaliter inſtituto,
non trahitur ad inſtitutionem, vt dicit gl.in
d.l.his verbis.& in iuribus ante allegatis:
illud eſt verum quando hæres vniuerſaliter
eſt inſtitutus,& alteri portio bonorum reli-
cta eſt,ſecus tamen econtra; puta quia teſta-
tor vnũ inſtituit in re certa & vltra dixit &
Seio relinquo cætera bona.nam in iſto caſu
ille cenſetur vniuerſalis hæres inſtitutus.ita
dicit Imo.in d.l.his verbis in.5.col.in verſic.
iuxta prædicta mouetur per.ca.Rainuntius.
vbi videtur caſus expreſſus intelligendo,qđ
teſtator relinquit filiæ vltra dotem.domum
&,hortum iure inſtitutionis, vt dicit glo.ibi
in parte relinquens.& Adietæ alteri filiæ cæ
tera bona relinquit,nec adiecit iure inſtitu-
tionis,& tamen Adieta fuit hæres vniuerſa-
lis,vt ibi patet. idem dicit ſi teſtator dixiſſet
inſtituo Titium in tertia parte bonorũ meo-
rum,cætera bona relinquo Seio; nam Seius
eſt vniuerſalis hæres,ex quo omnia bona di
ſtribuit inter prædictos per d.l.quoties.cum
glo.l.quid ergo ſi ita legaui.ff.de lega.1.re-
fert Imo.a nemine hoc reperiſſe cautum.
¶Ad propoſitum ergo excludo vnum mẽ- 8
brum indubitatum:& eſt,ꝙ hanc tertiam pa
ter non tenetur relinquere filio iure inſtitu-
tionis,tam quia proprie non eſt inter filios
legitima,cũ poſſet illam pater vni relinque-
re:& per conſequens alios filios ab ea exclu-
dere, quam etiam quia ſufficit etiã ſi in vno
nũmo filius inſtituatur,vt dicit gl.in l.ſiquis
priore.ff.ad trebe.& ſic fit quotidie in teſta-
mẽtis,ꝙ poſt omnia legata & meliorationes

factas ad finem totius teſtamenti apponitur inſtitutio filiorum. Item quia expreſſe in hac lege fit mentio de hac tertia per hoc verbum (mejorar) quod non eſt inſtitutionis, ſed pręlegati demonſtratiuum, ſeu ſignificatiuum. Hoc præſuppoſito dico quod ſi filijs hæredibus inſtitutis, dicat pater, & talem filium melioro in tertia parte bonorum meorū, quod in illa tertia non dicitur hæres: ſed prælegatarius, vt ex prædictis aperte cōſtat: & adhoc dico eſſe caſum expreſſum & ſingularem in l. quoties. C. fami. herciſ. vbi eſt caſus, quod ſi teſtator diuiſit certo modo bona inter filios aſsignādo cuilibet certas res pro ſua portionē: filij debent habere dicta bona ſic aſsignata, etiam ſi inæqualiter, iure pręlegati habebit quis id quod plus quam alteri ſibi fuiſſet relictum. Et dato quod vniuerſaliter ſint hæredes inſtituti, non per hoc derogatur diuiſioni factæ per defunctum ſpecialiter illa vniuerſalis inſtitutio ſolum operabitur contra hæreditarios debitores: melius probatur in l. ex facto. la grande in. §. vnde ſcio quæſitū. ff. de hæred. inſti. ibi. (fundos etenim vice præceptionis accipiendos) vbi probatur ſingulariter, quod diſtributio facta inter cohæredes vltra portionem hæreditariam, habet vim prælegati. Sic eſt in propoſito: nā facta melioratione in vnum ex filijs teſtator eos inſtituit in fine teſtamenti, & ſic dicta diſtributio meliorationis cenſetur prælegata, quia ſi duo ſunt inſtituti in rebus certis nullo alio vniuerſaliter inſtituto, quo ad dictas res in quibus nominatim ſunt inſtituti, habentur loco prælegatariorum: in alijs cenſentur æqualiter & vniuerſaliter inſtituti, vt eſt caſus in d. l. ex facto.

9 *e ¶Concludo ergo ex prędictis ꝙ vbi teſtator inſtitutis filijs ſuis hæredibus vnum *eorum melioraſſet in tertia vel quinta per dicta verba, relinquo filio meo tertiā, vel eū melioro in tertia, ꝙ in tali re meliorata filius dicitur prælegatarius. ¶Ex quo inferuntur aliqua * quæ ſubtilis iuriſta inueniet, quæ hæredi conceduntur non autem prælegatario, & in ſpecie id quod ante dixi ſcilicet ſi debet habere in rebus vel in extimatione. ¶Secundo infertur ad elegantem quæſtionem: & eſt, ſi filius melioratus in tertia vel quinta, poſſet autoritate propria tanquam hæres accipere poſſeſſionē huius tertię, vel debeat capere de manu hæredis. Audiui quendam famoſum doctorem in Cancelaria olim aſſeruiſſe, quod de manu hæredis deberet capere, & non propria authoritate. Volueram equidem eius fundamenta videre, ego autem illud teneo & moueor fundamentis ſequentibus. Primo quia legatarius non poteſt rem legatam propria authoritate occupare, & ſi faciat, perdit ius quod habet ad rem legatam. l. non dubium. C. de lega. cum alijs. facit. l. 1. §. 1. cum alijs. ff. ad l. fal. & in. §. ſecundo capite eiuſdē l. vbi tex. dicit, quod debet capere de voluntate hæredis ſcripti. bonus tex. in l. 1. C. quorum legato. vbi tex. loquitur in legatario & fideicommiſſario, qui non poſſunt ſua authoritate abſq; hæredis conſenſu occupare poſſeſsionem rei legatæ. ſimilis in l. 1. ff. quorū legato. optimus text. in l. Paulus reſpondit. ff. ad trebel. vbi text. loquitur in eo cui certa portio bonorum relicta eſt. ¶ Debes tamen aduertere, quod vbi legatarius propria authoritate accepit, poſſeſsionem rei legatæ, aut hoc facit ante apprehenſam poſſeſsionē per hæredē, ſed adhuc vacans erat poſſeſsio, & tunc compellendus eſt reſtituere hæredi poſſeſsionem: quia forte volebat vti retentione propter falcidiam, nec tunc in aliam pęnam incidit legatarius: & ad hoc introductū eſt interdictum quorum legatorum. ſic intelligitur tex. in d. l. 1. C. & ff. quorum lega. ſecundum Bartol. & gloſſ. in dictis iuribus, & in dicta l. non dubium. Sed vbi legatarius occupat poſſeſsionem *rei legatæ propria authoritate poſt aditam hæreditatem & poſſeſsionem *f apprehenſam per hęredem, & tūc non ſolum tenetur hæredi reſtituere poſſeſſionem, verum etiam perdit ius quod habebat ad dictam rem legatam. Sic intelligitur d. l. nō dubium vt dicit ibi glo. communiter approbata. Idem glo. in l. 1. C. & ff. quorum legato. & communiter omnes docto. & ſic dictæ gloſſ. concordant d. l. non dubium cum d. l. 1. C. & ff. quorum legato. Præterea bene facit caſus ſingularis in d. l. 1. ff. quorum legato. vbi ait conſultus (etenim æquiſsimum pręto ri viſum eſt vnumquemq; non ſibi ipſi ius dicere occupatis legatis: ſed hæc ab hærede petere) in tantum: & hoc eſt notandum quod habet locum etiam inter hæredes: ita quod ſi alicui eorum eſt factum aliquod pręlegatum, dato quod ipſe ſit hæres, non permittitur ei propria authoritate pręlegatum occupare ſed de manu cohæredis. Iſte eſt caſus ſingularis in l. 1. in. §. idemq; erit dicendum. ff. quorum legato. ibi (idemq; erit dicē dum etiam ſi alio genere legati, vni ex hæredibus legatum ſit, niſi pro ea parte pro qua

*Adde longe plures illationes ex hac cōcluſione. 10 per docto. Didacū de Seguram repe. ad le. l. tertiæ. §. ſi. ff. de li. & poſthu. fo. 6. cū ſequent.



qua eſt hæres) vt ibi dicit tex. ¶Ex quibus videtur mihi, quod ſi filius eſſet melioratus in tertia vel quinta, ſiue iſta melioratio fieret in re certa, ſiue in quantitate bonorū: vel alias dato quod inſtitutus eſſet cum alijs fratribus nullo modo talis melioratus poſſet propria authoritate occupare poſſeſsionem dictę meliorationis, etiam ante aditam hæreditatem per alios cohæredes: imo de manu cohæredum debet capere: & ipſe propria authoritate nō poteſt occupare, niſi pro ea parte pro qua eſt hæres.

11 ¶Vltra prædicta accedat ad hanc concluſionem corroborandam, quia quocunq; modo fiat dicta melioratio, ſemper eſt incertitudo, quātum debeatur pro dicta tertia, in qua eſt melioratus. neſcitur enim quantum ſit. cum dicatur deducto ære alieno vt d. l. non amplius in. §. cum bonorū Præterea etiam vbi certa res legatur in melioratione, cū iſta non debeatur, niſi ratione tertiæ vel quintæ ſi vltra non valet, certum eſt ꝙ ab extimatione certa dictæ tertiæ pendebit vtrum debeatur integra dicta res, in qua eſt melioratus, & ſic regulatur dicta res legata ſub incertitudine tertiæ. Sed certum eſt quod ratio quare legatarius non poteſt propria authoritate occupare legatum eſt propter falcidiam: vt expreſſe dicit text. in d. l. 1. ad finem. C. quorū legato. & propter hanc incertitudinem, quæ cauſatur ex falcidia, ſcilicet quantum debeatur, & in quantum habeat locum falcidia ſtatuit lex quod legatarius totum legatum, ꝙ occupauit teneatur reſtituere: nec poſſet dicere volo reſtituere hæredi quartam partem, quæ ſibi pro falcidia poſſet contingere nam pro tribus fundatam habeo intentionē meā: ſcilicet quia meæ ſunt, dato quod integra falcidia immineret. Ratio eſt ſecundum Cy. & Pet. quia erat dubium in quantum haberet locum falcidia, potiſsime propter creditores imminentes: & quia hæres debet deducere falcidiam, non autem ſibi deduci: & quia non ſolum cum illo legatario: ſed cum cæteris alijs debet hæres calculum facere. Idem Sali. in d. l. 1. quæ ratio extat in noſtro caſu, cum hæres debet ſoluere debita. Item adimplere legata pia, quæ deducuntur ex quinta. Item poſſet filius pati damnum in ſua legitima, ſi ita integra tertia deduceretur, prout a teſtatore taxata fuit: & ſic quaſi militant omnes rationes, quæ in falcidia & adhuc plus.

¶Præterea facit tex. ſingularis in l. 2. C. quomodo & qui. quarta pars debe. lib. 10. vbi eſt caſus, quod curialibus debetur quarta pars in bonis decurionis, dicit ibi textus. ipſis quidem curialibus occupandi ſua authoritate res mortui copiam denegamus: ſed de manu hæredis capiat dictam quartam: eam aſsignando) prout ibi tex. elegāter diſponit. & per illam. l. elegāter inquit ibi Bart. quod vbi alicui debetur certa portio bonorum, non ſimpliciter & determinate nō poteſt propria authoritate accipere. exemplificat in certis caſibus qui faciunt ad propoſitum: & eſt ratio ſecundum eum, quia non debet curia habere partem in vnaquaq; re: ſed debet facere diuiſionem ſecundum formam ibi traditā. Sic eſt in hoc prælegato vt ſuperius dixi per l. non amplius in. §. cum pars bonorum. ff. de lega. 1. Item quia in dicta quarta, cum debeatur curialibus ære alieno deducto cum neſcitur quantum ſit æs alienum redditur dicta quarta incerta: ſic in hac melioratione: & ſic duabus de cauſis prohibetur melioratus occupare authoritate propria. Primo, quia debet capere de manu hæredis. Secundo, quia cum dicta tertia ſit incerta tam reſpectu æris alieni prius deducendi, quā alijs reſpectibus, non poteſt acquiri eius poſſeſsio: cū incertæ rei & partis poſſeſsio non quæratur. l. 3. §. incerta. & l. locus de acqui. poſſe. l. in fideicom. §. 1. ff. de vſuris.

12 *g ¶Propter hoc inferebat ibi Bart. in d. l. 2. quod filius *pro ſua legitima non poſſet authoritate propria poſſeſsionem occupare & ſi occuparet q̄d non acquireret poſſeſsionē. Ratio eſt ſecundum eum quia legitima dicitur deducto ære alieno & ſic eſt incerta ſecūdum eū. De legitima eſt caſus in l. ſi quis ſuo in princ. ibi (reſtituere noluerunt.) C. de inof. teſtamen. & ibi hoc tenet Bal. & Paul. de Ca. per illum text. quod filius inſtitutus in legitima, debet capere de manu hæredis: nec propria authoritate poteſt occupare eam, cum ſit incerta: & quia non eſt inſtitutio vniuerſalis. cum intelligatur deducto ære alieno vt l. Papinianus in. §. quarta de inoffi. teſtamen. vt latius declaratur per Barto. in d. l. 2. ſi tamen eſſet inſtitutus in certa & determinata re bene poſſet propria authoritate capere: ſicut & quilibet alius inſtitutus in re certa, iuxta nota. per Barto. in l. ex facto. ff. de hæredi. inſtitu. ita dicit Paul. de Caſt. in dict. l. ſi quis ſuo. verum eſt, quod ſententia Bald. in d. l. ſi quis ſuo, reſidet in hoc, quod filius inſtitutus in legitima dicatur inſtitutus in quota: ideo propria authoritate poſſet occupare,

vt in authen. de hæred. & falci. §. in omnibus niſi hæres vniuerſalis eſſet in poſſeſsione totius hereditatis. vnde ſecundum eum ideo in d. l. ſi quis ſuo. debuit petere in iudicio: quia hæres vniuerſalis erat in poſſeſsione totius hæreditatis, ſi tamen eſſet inſtitutus in rebus certis, tunc indiſtincte videtur concludere, q̄ de manu hæredis deberet capere. Idem Sali. in l. ſi quis ſuo. dicit quod cum filius inſtitutus in legitima dicatur inſtitutus in quotitate, poterit propria authoritate occupare niſi hæres vniuerſalis omnium bonorum poſſeſſionnem apprehendiſſet, quia tunc de manu hæredis petere debet & ſic intelligatur d. l. ſi quis in ſuo.

13 *¶Remanet igitur concluſio iſta pro vera, quod filius melioratus debet capere meliorationem de manu cohæredis: nec illam propria authoritate poterit occupare.

**Adde tamē iam quod filius melioratus non poßit propria authoritate meliorationē occupare. quia actione poterit agere contra fratres per doct. Didacū de Segura in repet. l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundū. ff. de le. 2. fo. 49. in volu. rep. in ver. 3 modo induco.*

14 ¶Quod extēde tripliciter. Pro primo etiam ſi eſſet cohæres, quia tunc ſolum pro parte qua eſt hæres occupat, non autem pro melioratione. l. 1. in. §. idemq́ erit dicēdum. ff. quorum legato.

15 ¶Secundo etiam ante aditam hæreditatem & poſſeſsionem apprehenſam per hæredem l. 1. ff. & C. quorum lega.

16 ¶Tertio extende, etiam ſi iſta res, in qua filius eſt melioratus, eſſet apud eum in vita patris teſtantis: quia nō poteſt authoritate ſua propria dicere, ſe velle illam retinere, cum in ea ſit melioratus: ſed tenetur illā heredi reſtituere, ſi ab eo per hæredem petatur: vt ipſe hæres ſoluat meliorationē in ea, & ſic capiat de manu hæredis, cum forte incertum ſit vtrū tota intret in melioratione vel ne: allego ad hoc text. ſingularem in l. linea Margaritarū. ff. ad l. falci. vbi eſt tex. famoſus, q̄ ſi teſtator legauit lineam Margaritarum. quæ linea apud legatarium fuerat tēpore mortis, quod hæres poteſt illam abdicare a legatario, vt falcidiam cōſequatur, & aduocabit eam per interdictum vtile quorum legatorum, quia directum nō poſſet habere locum, cum illud ſolummodo competat quando legatarius occupauit poſt mortem, ſecundum Bar. in d. l. linea. l. 1. §. ſi quis ex mortis. ff. quorum lega. Quod limita niſi eſſet apud legatariū de voluntate teſtatoris: quia tunc non dicitur occupaſſe: nec ab eo aduocari poteſt per interdictum: & habet hoc tantum effectum ſicut ſi teſtator ei dediſſet licentiam occupandi propria authoritate, quod poſſet: & hæc erit notabilis limitatio ad d. l. linea Margaritarum, quam ſentit Bar. & ibi probatur in d. l. 1. §. ſi quis ex mortis. Paul. & Alexand. in d. l. linea Margaritarum. ſentit glo. penul. in l. 1. C. quorum lega.

17 ¶Prædictam concluſionem dictis modis ampliatam limitarem eſſe veram, niſi iſta melioratio tertiæ facta eſſet in re certa: & eſſet certum & notorium, vel per confeſsionem hæredis: vel per notorietatem facti attentis facultatibus paternis, q̄ dicta res in qua melioratio fuit facta nō egrediebatur tertiam, nec erat vltra eam, & ſic bene debebatur pro tertia. Nam tunc ante apprehenſam poſſeſsionē per hæredem poſſet dictus filius melioratus occupare propria authoritate dictam rem, in qua fuit melioratus. Moueor ad hoc ex glo. l. 1. C. & ff. quorum lega. quæ tenent, q̄d illæ leges, quæ vetant, ne legatarius poſſet propria authoritate occupare poſſeſsionem rei legatæ, etiam ante aditam hæreditatem, & poſſeſsionem apprehenſam per hæredem intelligantur: vbi hæres voluiſſet vti retentione legati, propter falcidiam, quæ forte imminebat: ſed ſi nō immineret falcidia, & hoc eſt certum bene poterit tunc legatarius occupare propria authoritate, nec poſſeſsionem reſtituere teneretur. ita dicit gl. in d. l. 1. quā ibi approbant Bal. Cinus & Sali. C. quorum lega. ideo dicebant dictæ glo. quod vbi hæres non vult vti falcidia, ceſſat interdictum quorum legatorum. faciat etiam quod Bal. infert per d. glo. in d. l. 1. C. quorum lega. dicens nota pro vxoribus. quibus mariti aliquid legant: & ante aditam hæreditatem occupant legata, quod nō teneantur reſtituere: niſi immineat falcidia, ita quod bonum conſiliū eſt, quod ſint veloces in acquirenda poſſeſsione, antequam ſit acquiſitum ius hereditatis: ne poſtea perdant ius ſuum, per l. non dubiū C. de lega. allego etiam ad hoc tex. ſingularem in l. 1. in. §. 2. ff. quorum lega. vbi eſt caſus, quod ſi aliquis poſsideat ex cauſa donationis cauſa mortis in eum factæ: non habet locum contra eum interdictum quorū legatorum. Ratio eſt ſecundum glo. & Bart. quia ex quo defunctus tradidit, hæres debet vendicare a donatario nō rem in totum: ſed partem ſibi contingentem iure falcidiæ.

¶Secundo limita, niſi teſtator dediſſet huic meliorato licentiam ſeu facultatem occupandi propria authoritate dictam rem, in qua fuiſſet melioratus. allego ad hoc caſum ſingularem in l. Titia cum teſtamento in. §. Lucius, ſecundum vnam expoſitionem glo. 18

ff. de



ff. de lega. 2. vbi eſt text. quod teſtator poteſt dare licentiam legatario occupādi legatum propria authoritate: & ſic virtute talis licentiæ poteſt occupare ſine eo, quod incidad in aliquam pænam. & ad hoc extollunt illum tex. Bal. Salice. & Alexan. in d. l. nō dubium: & Bart. in l. 1. in. §. ſecundo capite. ff. ad l. falci. limitantes per illum tex. dictam. l. non dubium. Idem Imo. in l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inſti. 5. & 8. col. & in l. 1. §. ex fundo. 8. col. eod. tit. Salice. in l. creditores in. 3. quæſt. C. de pigno. Bald. etiam in l. legis Iuliæ. C. qui bo. ce. po. extollit dictam. l. ad hoc quod valet pactum conceſſum creditori de ingrediendo; & ſoluendo ſibi propria authoritate per d. l. 3. C. de pigno. & argu. de contra. empt. ff. l. fiſtulas. §. 1. quę licentia poteſt etiā concedi in teſtamēto per d. l. titia. ſecundum eum. ¶In tantum quod non ſolum teſtator poteſt in teſtamento dare licentiam legatario occupandi propria authoritate rem legatam; verum etiam aliam rem quamcunq́ ſuam, quam forte loco pignoris legati permittit legatario occupare, forte ad ſecuritatem rei legatæ. Ratio quia pignus & hipothecam conſtituit. l. non eſt mirum. ff. de pigno. actio. ff. de ali. lega. l. Lucius. Item quia ſi hoc poteſt fieri in contractu, vt d. l. creditores. ergo & in vltima voluntate. l. ſeruum ſi lij in. §. eum qui. ff. de lega. 2. ita inquit Salic. per dicta fundamenta in d. l. creditores in. 3. quæſt. C. de pigno. quod tene menti ad extēſionem d. l. titia.

19 ¶Ex his ſatis poteſt inferri ad aliam elegantem quæſtionem ſcilicet ſi meliorato filio cō petit edictum diui *Adriani* ad hoc vt mittatur in poſſeſsionem pro parte hæreditaria & etiam pro parte meliorationis. & ex prędictis videtur dicendum, quod non: tam quia eſt incerta quantitas dictæ meliorationis, vt ſuperius dictum eſt, quam etiam ex eo quia de manu hæredis debet illam tertiam capere. Item quia ſolummodo hæredi competit beneficium edicti diui Adriani, vt dicit text. in d. l. fina. C. de edi. di. Adrian. ibi (vt ſi quis ſcriptus hæres ex aſſe, vel ex parte inſtitutus &c.) Et Bal. ibi in. 10. col. in verſic. quæro an tacite ſubſtitutus. in fine quæſtionis, dicit q̄d omnis hæres teſtamentarius totæ vel quotę vel reducibilis ad totam: vel quotam habet huius edicti beneficium. Alij vero quam iſti non habent: quia non debetur eis tantus fauor, agant ergo ſi velint iure ordinario: quia ad hoc fuerunt vnicuiq́ remedia ordinaria attributa ſecundum eum. Sed pro legatis & prælegatis prodita ſunt ordinaria remedia: nam legatarijs competunt actio ex teſtamento, rei vendicatio, & hypothecaria. ergo illis agendum. Item hoc videtur indubitatum per d. l. 1. ff. quorū legat. vbi eſt caſus, quod ille cui eſt factum prælegatum debet capere de manu hæredis: ergo clarum eſt quod ei non competit beneficium d. l. fin. plus dixit glo. in d. l. fi. quod etiam inſtitutio in re certa non competit edictum diui Adriani. de quo late per Bart. in l. ex facto la grande. & ibi Imo. & cæteri. ff. de hære. inſti. & Idem Imo. in d. §. ex fundo. l. pen. 10. col. verſi. quartum dubium. ff. de hæred. inſti. ¶Et per prædictã do. Alexan. in d. l. fi. in pen. col. firmauit contra Bal. quod filio inſtituto in legitima, non competit beneficium edi. di. Adria. Mouetur quia remedium. d. l. ſolūmodo datur ei qui eſt hæres inſtitutus in tota hereditate, vel in parte. vt dicit ibi tex. ſed legitima non eſt quota hæreditatis, ſed bonorum. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſta. l. ſi quis ſeruus in. §. fi. ff. de lega. 2. Item quia ille, qui nō habet quotam bonorum, non eſt hæres: nec habet ſubire onera, vt in d. §. quarta. ergo cum nō habeat onus, nec commodum cuius contrarium eſt in hærede. facit. l. 1. C. ſi cer. peta. ideo Barto. in l. ex facto proponebatur ff. de hæredi. inſti. dicebat, quod filius inſtitutus in legitima, non magis dicitur eſſe hæres quam quilibet extraneus inſtitutus in re certa (aditio mea) Ad prædicta de filio meliorato an habeat beneficium. l. fi. C. de edi. di. Adria. adde nota. verbum Bald. in repetitione l. incerti. C. de interdictis in. 7. col. vbi dicit, quod remedia poſſeſſoria adipiſcendæ non competunt ſucceſſori ſingulari, ſed vniuerſali: vnde non competit legatario, nec donatario cauſa mortis, quia non agitur ex interdictis. l. 2. C. quorum bonorum. nec ex conſtitutione. l. edicto. C. de edict. diui Adrian. hæc ille. Multa alia ſcripſit genitor meus ſuper iſta l. fori. & multum ſingularia, & vtilia quæ fuerunt igne conſumpta, quod fuit grāde malum: nam licet aliquæ quæſtiones per eum motæ fuerunt poſtea deciſæ per leges Thauri, tamen conferebant multum ad intellectum illarum; quia cum dictæ. ll. in hoc de melioratione ſint. ll. nouæ & nouum ius continentes, eſt illarum intellectus dificilis in quæſtionibus occurrentibus: cum apud omnes non ſit notum quid per leges iſtas ſit nouiter ſtatutum ſeu correctum, vel limitatum,

**h *Attende diligenter & quando poßit hoc edictum di. Adriani habere locū vltra tradita in proprio loco. vi. Old. Conſ. 139. & Phil. Dec. in conſi. 84. & in con. 467. & in conſi. 509. & in cōſi. 588.*



tum,

tum, nec vnde originem ſumpſerint. Placuit mihi in hac lectura inſerere duas quæſtiones, quæ in facto acciderunt genitori meo, quia tendunt ad materiam iſtius. l. fori. & ponam continuando ordinem.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pater qui in melioratione irreuocabili facta filio appoſuit vincula, quod poſt tẽpus bona perueniant ad alium, non poteſt illud reuocare contra Bar. in l. qui Romæ. §. flauius.*

7 *Acceptatio vinculorum, quæ ſunt appoſita fauore tertij, an ſufficit fieri per notarium, vel an requiratur quod expreſſe fiat ab ipſo tertio vocato.*

9 *Eſto quod vinculum appoſitum poſſit reuocari am cenſeatur reuocatum, ex eo quod in teſtamento eſt facta eadem melioratio ſimpliciter nulla facta mentione de vinculo, vbi late de intellectu. l. ſi tibi. ff. de adimen. legatis cum pluribus numeris ſequẽti.*

17 *Si reuocatio alicuius diſpoſitionis fuit expreſſe facta in teſtamẽto, quod poſtea reuocatur, an cenſeantur etiam reuocata contenta in eodem teſtamento.*

18 *Reuocatio vinculi ſeu meliorationis facta in teſtamento, an debeat iudicari actus inter viuos contractus, vel diſtractus: vel alia diſpoſitio.*

1 *octaua quæſt.* OCtauo quæritur, cum hodie de iure regni caueatur, quod pater poteſt in tertia bonorum vincula & ſubmiſsiones facere: ita quod poſt tempus adueniente conditione illa bona deueniant ad alium, eſt dubium an antequam veniat tẽpus, ſeu conditio poſſet pater in commodum filij primo meliorati reuocare vincula ſeu ſubmiſsiones, & vt quæſtio habeat dubium, pone, ꝙ melioratio fuit ita valida, qd reuocari nõ potuit. ¶Difficultas huius dubij videtur ſtare in quadam cõcluſione Bar. ab eo poſita in l. qui Romæ in. §. flauius. ff. de verbo. obligatio. ad finem, vbi tenet, quod ſi aliquis donauit alicui fundum, vt poſt certum tempus eſſet cuiuſdam eccleſiæ, quod iſtud pactum poteſt tolli voluntate ſolius donatoris: vel vtriuſq;, & hoc per illũ. §. & per l. 3. ff. de ſeruis exportan ſed in propoſito hoc non obſtãte illud vinculum nõ potuiſſe reuocari oſtẽditur fundamenti ſequentibus.

¶Primo quia fere omnis ſchola*ſcribentium 2
tenet cõtra Bar. imo non poſſe tale pactũ ſeu *a
vinculũ reuocari. inter quos hoc tenẽtes fuit Franci. de Albergo naturalis Florentiæ diſcipulus Bart. in d. l. 3. de ſeruis exportan. idem tenet Pau. de Ca. in d. §. Flauius. dicẽs tutius eſſe tenere contra Bar. idem ibi Rapha. in tantum, quod miratur de concluſione Bar. quomodo hoc ius illi tertio quæſitum ex dicta donatione potuiſſet reuocari. Hoc idem tenet magnæ authoritatis doctor Ioan. Andre in addi. ad Specu. in tit. de inſtru. editio. in § nunc vero aliqua verſi. 16. in fine additionis poſitæ ſuper parte titio. 10. incipit additio, Per ſuperiora patet quod autor qui aperte loquitur licet aliqui eum non intelligentes aliter de eo ſentiant. & Salic. in l. 1. C. ſi manci. ita fue. alie. ne ve. dicit quod Bar. non bene determinauit. idem ipſe in l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo & Pau. de C. hoc ſequitur. in l. inſulam in §. fi. ff. ſolu. ma dicens dictum Bar. in dict. §. Flauius. reprobari. Idem ipſe in l. ſi pecuniam. in 3. colum. ff. de condi. ob cauſam dicens quod per plures vidit reprobari dictum Bar. concludens, quod ſi dixi dono tibi rem cum hoc, quod poſt mortẽ tuam perueniat ad eccleſiam, quod tunc nõ poſſem tale pactum ſeu vinculum reuocare, nec remittere: cum eccleſiæ ſit ius perfectũ, & vtilis actio quæſita etiam antequam veniat ad tempus, licet competeret ei exceptio, vt in gloſſ. finali illius l. & in l. quoties de donatio. quæ ſub modo. & dicetur ſimplex donatio quantum ad te ſcilicet quo vſque viuis & te mortuo dicetur ſimplex quantum ad eccleſiam, & loquitur notabiliter ad propoſitum. Idem ipſe Paul. aperto ore reprobans Bar. in l. ſi cum venderet. ff. de pigno. action. cum igitur communis opinio eſt cõtra Bart. ab ea non eſt recedendum. ¶Præterea quod 3
hoc ſit verum, imo non poſſe dictum vinculum reuocari, patet primo per l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo. vbi eſt caſus, qd ſi donaui alicui rem, vt poſt certum tempus, reſtituat alteri, quod ei cui venit reſtituenda poſt tempus competit vtilis actio, vt eſt ibi text. iuncta gloſſ. fi. ad rem conſequendam. Si ergo a tempore donationis eſt illi tertio acquiſita actio non eſt dicendum illam poſſe reuo-

** Adde poſt Alex. de Imo. Iaſ. §. Flauius hic alle. col. 6. ver. extra gloſ. nu. 14. dicit quod opinio Bar. eſt comunis & eſt vera deciſio: & co. ſeq. reperit quod eſt vera comunis & tenenda vbi limetat tripliciter & adde Phi. de. cõſ. 239. primo non videtur dubitandum co. 3. vbi tripliciter reſpondet ad dictum Bar. in. §. Flauius.*





ſe reuocari: quia eſſet expreſſe contra. l. id qd noſtrũ de reg. iur. & l. ſicut. C. de actio. & ob. ¶Secundo hoc probatur ex tex. ſingulari in
4 l. fina. de pactis. vbi text. expreſſe dicit quod ſi fideiuſſori eſt quæſita liberatio ex pacto debitoris, pro qua fideiuſsit, quod eidem iam non poteſt auferri ex contrario pacto habito inter creditorem & debitorem. & ſic pater quod ius tertio quæſitum ex contractu inter alios præcedente, non poteſt tolli ex voluntate illorum, ex quorum cõtractu illi tertio fuit tale ius acquiſitum. Ad idem pro hac concluſione facit elegans deciſio Pomponij iuriſconſulti in l. ſi partem. in fine. ff. quemadmo. ſerui. amitta. vbi eſt caſus, quod ſi aliquis legauit alicui viam per fundum ſuum eundi ad fundum legatarij, quod ſi iſte legatarius vendidit ſuum fundum ad emptorẽ via pertinebit. Subdit conſultus & in hoc facit, quod iſte venditor non poteſt repudiare legatum viæ ſibi factum in præiudicium emptoris, cui facto ſuo erat ius quęſitum. vnde Ioan. de Imo. coactus fundamẽtis pro hac parte vrgẽtibus, dicit notabiliter ad propoſitũ, ꝙ tunc haberet locum opinio Bar. quando pactum eſſet appoſitum in fauorem donatoris tantum: ſed ſi in fauorem donatarij, vel vtriuſq; eſſet appoſitum, ſecus eſſet, immo eſſet pactum, ſeu vinculum irreuocabile. Cum ergo in propoſito iſtud vinculum fuit appoſitũ in fauorem iſtius tertij donatarij filij donantis. ſ. Arnatõ, & non ſolũmodo in fauorẽ donantis, ceſſat reuocationis poteſtas. Præterea quod ius facto meo tertio acquiſitum nõ poſsit illi tertio auferri eſt expreſſum in l. 1. §. 2. de ſti. ſeruo. Optimus tex. iuncta glo. in l. certi condictio. in. §. ſi nummos. ff. ſi cer. peta. & l. ſi abſentis. C. ſi cer. peta.

5 ¶Accedat ad huius partis veritatem tex. ſingu. in l. ſi conſtante. C. de donatio. ante nup. per quã Bal. ibi infert, qđ quãdo ex cõtractu contrahentiũ, vel ex occaſione cõtractus per diſpoſitionem legalem, eſt alicui tertio ius quæſitum re, vel ſpe ab iſto contractu, non poteſt recedi in præiudicium iuris tertij, cui erat ius quæſitum, niſi illo cõſentiente. & ſic
*Regni.* tenet aperte contra Bart. & hanc opinionem videtur ſequi in l. cũ a ſocero. C. de iure do.
6 ¶Item hoc procedit hodie magis ſine ſcrupulo, attenta quadam. l. quæ eſt in 5. part. tit. 3. l. 7. incipit. haſta dia cierto. quæ diſponit, qđ ſi alicui donatur aliqua res; ita vt poſt certũ tempus perueniat ad alium, quod poſt illud tempus ſtatim poſſeſsio & dominium tranſit in eum, qui eſt vocatus poſt dictum tempus. Si ergo tantum ius eſt acquiſitum illi tertio, abſit dicere quod poſsit reuocari a dicto donatore: quia eſſet contra omnia iuris principia. Præterea vltra prædicta adduco vnum fundamentum, quod videtur inconuincibile: & eſt certum, quod quãdo ego dono alicui fundum vſque ad certum tempus, & quod poſt iſtud tempus perueniat ad Titium, iſtæ ſunt duæ donationes; vna per quã donat illi donatario primo vſque ad certũ tempus; alia per quam tranſlato illo medio tempore donat illi Titio ſecundo donatario cum dominium poſsit dari ad tempus, & eo elapſo poſtea alteri. l. finali. C. de lega. l. donationis. §. ſpecies. ff. de dona. & ſic expreſſe & in terminis tenet Paul. de Caſtr. in l. ſi pecuniam in 3. colum. ff. de condit. ob cauſam hoc pro indubitato principio iſtas eſſe duas donationes proprietatis, licet non alleget. d. l. fina. vbi eſt caſus. nunc arguitur ſic. Certum eſt quod ſi alicui donarem poſt mortem meam aliquam rem, ita quod ego haberem in vita mea, & poſt vitam meam perueniret ad eum, & promiſiſſem non reuocare, quod talis donatio eſſet irreuocabilis: vt eſt caſus in l. vbi ita donatur. ff. de donatio. cauſa mor. ergo idem dicendum ſi donarem alicui aliquam rem, ita quod deberet ad eum peruenire poſt mortẽ alicuius, vt fuit in propoſito: quæ enim ratio diuerſitatis poteſt aſſignari de vno caſu ad alium? certe nulla. Ad fundamenta Bar. ſcilicet ad dictum. §. flauius & ad l. tertiam de ſeruis expor. extat facilis reſponſio: quia ibi illi ſeruo non erat irreuocabiliter acquiſita actio: ſed ſolum ſi perſeueraſſet dominus in eadem voluntate. Sed in propoſito eſt ſecus, vt euidenter patet per ſupradicta, & per tex. in dict. l. quoties. & in d. l. partitæ. in l. ſi quis argentum in. §. finali. C. de donatio. verſi. cum enim in arbitrio. eſt caſus in l. Ariſto. ff. de donatio. quia contractus innominatus, quatenus continet donationem, non poteſt reuocari ex pænitentia. Et ex hoc videntur mihi incidiſſe in errorem aliqui ſequaces Bart. qui neſcientes euadere fundamenta contra Barto. dicebant, quod in quæſtione ab eo mota reuocabiliter erat illi tertio quæſita actio, tanquam ex contractu innominato; quia imo irreuocabiliter cum contineat donationem, quæ eſt irreuocabilis, & in ſeruo in quo ſe fundat Bart. erat reuocabiliter: donec dominus duraret in eadem voluntate; ſed poſito quod opi-

nio Bar. eſſet dubia in propoſito, ſine dubio
non procederet. Primo per d. l. partitę ſecun
dum quam dominium & poſſeſsio tranſit in
illum qui vocatur poſt mortem alterius.
7 ¶Secundo, quia in dicto vinculo melioratio
nis poſito a Didaco de Texeda cum conſenſu
filij ſui meliorati Alfonſi de Texeda, interue
nit tabellio, qui eſt publica perſona acceptãs
dictum contractum vinculi. vnde | vbicunq;
aliquis recepiſſet pro illo tertio, puta nota-
rius neceſſario ſequitur quod non haberet lo
cum pœnitentia * ſecundum Bal. expreſſe in
propoſito in d. l. cum a ſocero. Ioan de Imo.
in ca. potuit de loca. Sed cum hodie lex vult
abſque alia ſtipulatione acquiri illi tertio a-
ctionem ex dicto pacto habito inter donan-
tem & donatarium, vt eſt caſus in d. l. quo-
ties: & in d. l. partitę * nil videtur referre, etiã
ſi tabellio non eſſet qui non acceptaſſet ſeu
recepiſſet nomine illius tertij: & maxime hoc
procedit ſine dubio attẽta. l. huius regni, quæ
indiſtincte alteri per alterum actionẽ quæri
permittit, ſicut in propoſito eſt permiſſum.
& ſtatutum in dict. l. quoties. Secundo, quia
in propoſito illud vinculũ, de quo agimus
non ſolum fuit appoſitum ab ipſo ſolo do-
nante Didaco de Texeda: ſed etiam ab ipſo
* b donatario Alfonſo de Texeda meliorato,
qui conſenſit in dicto vinculo, promiſitque
pro ſe ſuiſq; hæredibus non contrauenire ei-
dem: vt latius hoc continetur in inſtrumen
to dicti vinculi, & conſenſus præſtiti eidem
per dictum Alfonſum de Texeda. Cum ergo
iſta filia, quæ nunc pretendit titulũ, & ius ad
iſta bona ſuper quibus eſt lis, ſit filia & heres
dicti Alfonſi de Texeda, qui promiſit pro ſe
ſuiſq; hæredibus, nunquam contrauenire di
cto vinculo obligata eſt ad obſeruantiam il
lius promiſsionis & conſenſus preſtiti a pa-
tre ſuo, nec idem contrauenire poteſt, vt im-
perator inquit in l. cũ a matre. C. de rei vẽd.
& l. vendicanrem. ff. de euictio. l. ex qua per-
ſona. de regu. iu. ff. cum alijs. vnde in propoſi
to, cum iſtud vinculum a donante, & de con
ſenſu ipſius donatarij, validum fuit dictum
vinculũ: vt eſt tex. iuncta glo. in l. pen. C. de
donatio. quæ ſub mo. incipit perfecta & per
conſequens irreuocabile. Sed etiam abſque
iſtius donatarij cõſenſu validum fuit in pro
poſito dictum vinculum, nec iſta filia Alfon
ſi de Texeda poteſt eidem aliquo modo con-
trauenire: quia conſtat quod Didacus de Te-
xeda poſuit vinculum, cõſtat ꝙ Alfonſus de
Texeda fuit ſuus hæres: & ſic ſe vocabat. Ex

*Adde Frãciſ. Are. conſi. 74. diligenter & mature. col. pe. pro quo ipſe alle. tex. quem dicit ſingu. & ab alio non allegatum in l. cũ maritus §. fi. ff. de pactis dotalibus.

quibus conſtat vinculũ ita eſſe validũ, ꝙ iſti
nullo modo poſſent cõtrauenire. De hoc eſt
caſus in d. l. cum a matre quæ in fortioribus
terminis loquitur. & etiam in proprijs termi
nis loquitur Vlpianus cõſultus in l. Lucius
Titius Septitiæ. ff. de fidei. liber. qui decidit,
ꝙ ſi aliquis donaſſet alicui aliquam rẽ libere
poſtea eidem appoſuiſſet aliquod onus eidẽ
ſeu vinculũ in eadẽ re: ꝙ ſi ille cui appoſitũ
fuiſſet tale onus fuiſſet heres donatarij, valet
tale onus, & tenetur illi obtẽperare: ſimilis
& clarus tex. in l. ſi te. C. de fidei. liber. Præte
rea iſte Didacus de Texeda fecerat donatio-
nem meliorationis cum dicto vinculo, tradi
deratq; poſſeſsionem quã ſic accepit donata
rius, ita ꝙ nullũ ius ſibi remanſit iam in eadẽ
re, adhoc vt poſſet reuocare iſtud vinculũ. &
in l. 3. de ſeruis expor. & in l. 1. C. ſi man. ita
fue. alie. a quibus Bart. ſumpſit fundamentũ,
remanebat ius donec perſeueraſſet in eadem
voluntate. ¶Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ iſtud vin 8
culũ non fuit acceptatũ per dictũ Arnatõ vo
catũ ex d. vinculo: nam dico ꝙ hoc non fuit
neceſſariũ, quia cum principalis donatio me-
liorationis fuit facta Alfonſo de Texeda, ſuf
ficit ꝙ ipſe acceptauit eã: quia omnes vocati
poſt eius mortẽ admittuntur abſq; eo, quod
ipſi aliquam acceptationẽ facerent: quia iſte
eſt vnus caſus in quo alteri per alterũ quæri
tur actio. Cum ergo ex vinculo appoſito in
ter Didacũ de Texeda, & filiũ ſuũ Alfonſum
de Texeda fuit acquiſita actio illi tertio Ar-
natõ vocato in defectũ Alfonſi de Texeda &
filiorũ, nõ fuit neceſſaria alia acceptatio: quia
vbi alteri per alterũ quæritur actio, hoc ſuf-
ficit ꝙ ille acceptet, quo mediante alteri quæ
ritur. Caſus eſt ad literam in d. l. quoties &
vltra hoc determinatur aperte in l. pareciẽdo
ti. de las obligationes in ord. * de Alcala. ma * c
xime, quia interuenit tabellio, qui eſt publi- l. Regni.
ca perſona, quæ ſufficit ad acquirendũ alteri
vt ſunt principia iuris. Nec etiã obſtat id ꝙ
allegant. ſ. ꝙ tempore illo, quo fuit facta di-
cta melioratio & eius vinculũ poterat melio
ratio reuocari, ergo & vinculũ. ad hoc reſpõ
detur, quod dicta melioratio non fuit reuo-
cata. immo in ea permanſit Didacus de Texe
da: & eam reliquit d. filio ſuo & eam habuit
& poſſedit in vita ſua & ſic fruſtra inſiſtunt
ſuper hoc cum non fuit reuocata meliora-
tio. vnde, nec vinculum potuit reuocari, vt
ſuperius dictum eſt. Nec etiam obſtat quod
dicũt, ꝙ dictus Arnaton erat in patria pote-
ſtate, & per cõſequens potuit pater reuocare
vincu



vinculum, vt ſentit Bal. in d. l. cũ a ſocero. C.
de iure do. quia hoc euidenter non obſtat, ex
eo quod pater poteſt preuenire vltimũ iudi-
cium aſsignando huic filio hãc tertiã in vita,
ſicut de legitima dicimus per l. cũ quo. ff. ad
l. falci. & Bar. in l. in quartã. ff. eod. tit. & alijs
pluribus locis: & valet donatio inter patrẽ
& filiũ in poteſtate quo ad legitimã ſibi aſsi-
gnatã, vt eſt tex. in l. ſi non mortis. ff. de inof.
teſta. & hodie eſt expeditũ per plures. ll. Tau
* d ri: * quia pater poteſt facere meliorationem
tertiæ filio in poteſtate. Item cõſiderato tem-
pore, quo dirigitur vinculum. ſ. ꝙ dictus Ar
naton vocatur poſt mortẽ patris. Item poſt
mortem fratris decedẽtis ſine filijs maſculis,
ceſſat fundamentum Bal. ſ. prouidendo filio
reſultat relatiue promiſsionis effectus in pa
trem: quia in propoſito nõ poteſt habere lo-
cum, cum vocatur ſolummodo poſt mortẽ.
Et hæc breuiter de hoc primo dubio: ſed po
ſito quod hoc reuocaretur in dubiũ aliquo
modo. ſ. vtrum pater potuit reuocare dictũ
vinculum vel ne: in propoſito ceſſat hoc du
bium, attento quod dictus Didacus de Texe
da nunquam reuocauit illud, nec vnquã fuit
intentionis ſuæ, vt patet in dubio ſequenti.
9 ¶Secundum dubium. vtrum præſuppoſito
pro vero, quod dictum vinculum potuiſſet
reuocari, an fuit reuocatum per teſtamẽtum
ex poſt facto factum, in quo fuit facta dicta
melioratio dicto Alfonſo ſimpliciter nulla
conditione ſeu vinculo interueniente? ¶Et
difficultas huius quæſtionis ſtare videtur in
diſpoſitione tex. in l. ſi tibi * de adimen. lega.
cũ concordan. vbi tranſlatio legati facta de
vno in eundem, non videtur facta cũ onere.
Cum ergo Didacus de Texeda, meliorauerat
filiũ ſuum Alfonſum de Texeda per viã do-
nationis inter viuos, & ei appoſuit vinculũ
maioriæ ſub certo modo, & poſtea in d. teſta
mẽto meliorauit eundẽ ſimpliciter, videtur
tacite dictũ onus ſeu vinculum velle tollere.
10 ¶Sed his non obſtantibus oſtenditur, quod
per tale teſtamentum non fuit tacite dictum
vinculum reuocatum: & hoc ſequẽtibus fun
damentis. Primo quia d. l. ſi tibi. diſponit pre
ſumptiue, vt ibi Bar. ait. ſ. quia quãdo alicui
eſt factum legatum cum onere aliquo: & idẽ
legatum iterum eidem ſimpliciter relinqui-
tur, nil operaretur ſi non operaretur oneris
ademptionem, & ſic coniecturauit iuriſcon-
ſultus quandam præſumptionem tacitę adẽ
ptionis oneris. Sed in propoſito ceſſat iſta
præſumptio: & tacita ademptio, immo con-

*Nota ad intellectum & limitationẽ regulæ quæ ſumitur ex l. ſi tibi cum concordan.

ſtat contrarium, quod nunquam fuit propo
ſitum d. Didaci de Texeda, reuocare dictum
vinculum. Hoc apparet ex teſtamento ſecun
do eiuſdem, in quo declarauit manifeſte vo
luntatem ſuam, dum reuocauit expreſſe di-
ctam donationem meliorationis factã dicto
Alfonſo de Texeda, motus propter duo quę
aſſeruit ſcilicet quia meliorando eum in ter
tio & quinto: valde grauabat alios filios
ſuos, & quod ſibi affirmatũ fuerat illud eſſe
onerosum ſuæ conſcientiæ. Item, quia nõ re-
manebat ſibi aliquid ad relinquendum pro
anima ſua. Itaq; nihil affirmauit per qđ eſſet
voluntatis ſuæ reuocare vinculum, vbi me-
lioratio non valeret, & ſic ceſſat preſumptio
tacitæ ademptionis vinculi.
¶Secundo, quia in dicto ſecundo teſtamẽto 11
volens reuocare dictam donationẽ propter
dictas cauſas, conſequenter venit ad reuoca-
tionem vinculi. demonſtratur ergo volũtas
ſua, cum venit ad reuocationem vinculi ex-
preſſam, ꝙ nec credidit, nec habuit pro reuo
cato tacite dictum vinculũ per diſpoſitionẽ
per eum factum in d. primo teſtamento.
¶Tertio, quia in propoſito in diuerſis diſpo 12
ſitionibus fuit facta melioratio. Prima enim
fuit facta per modum contractus, & donatio
nis inter viuos. Secunda fuit facta in teſtamẽ
to: & d. l. ſi tibi. loquitur quando vtrunq; le
gatum fuiſſet factum in eodem teſtamento.
Ad hanc rationem differentiæ facit. l. auia. ff.
de condi. & demo. & l. cũ ſeruus * de condi. in
ſti. in quantum diſponunt, ꝙ conditio appo-
ſita inſtitutioni ſeu onus, videtur in legato
repetita relicto in codicillis: & ſic in alia ſcri
ptura. Item, quia cum per ſecundum teſtamẽ
tum rumpitur primum ne immerito ſi per ſe
cundum, in quo ſit legatum, pure videatur
adeptum onus in primo teſtamento, eidem
legato appoſitum & in hac ratione fundauit
ſe iuriſconſultus in d. l. ſi tibi. dum dixit. (&
magis poſteriorem ſcripturam placuit ſpe-
ctare.) hoc ceſſat in propoſito cum meliora-
tio, & vinculũ facta eſſet per contractũ inter
viuos, quæ non reuocatur per teſtamentum
tacite, ſicut per ſecundũ teſtamentum reuoca
tur primum, vt in l. ſancimus. C. de teſtam.
¶Quarto, quia ſi bene conſideretur in pro 13
poſito fuerunt factæ duæ diſpoſitiones æ-
que principales inter viuos: & diuerſis per-
ſonis a dicto Didaco de Texeda, vna dona-
tio meliorationis facta Alfonſo de Texeda.
alia dicto Arnaton poſt eius mortem dicti
Alfonſi de Texeda, & eo decedente ſine filijs
maſcu

* Quæ iura allegauit Bar. in l. ſi tibi. hic alle. & adde Ale. de Imo. in conſi. 169 viſſo themate & ſcripturis lib. 5.

maſculis. Quomodo ergo reuocando in di-
cto teſtamento ſecundo dictã meliorationẽ,
quæ fuit vna diſpoſitio poteſt ſumi coniectu
ra, quod videretur reuocare aliam diſpoſitio
nẽ vinculi, quæ erat principalis &c. Sed iſto
caſu non loquitur d.l. ſi tibi: quia ibi venie-
bat onus adimplendum ab ipſo legatario: in
propoſito non ſic, quia ratione vinculi abſq́
aliquo facto Alfonſi de Texeda: ſed ex pro-
miſsione expreſſa & contractu, erat vocatus
dictus Arnaton. Itẽ, quia diſpoſitio d.l. ſi tibi
non habet locum diuerſis perſonis * l. lega-
tũ de adimen. lega. l. Caio de alimen. & ciba.
lega. & tenet Bar. in l. ſequitur poſt illam.

**Adde quod ex hac ſolutione dixit Bar. in q. 14. de facto in l. cayo. ff. de alim. & ciba. lega. quod pater habuit filiũ quem pri. ſtudere fecit & ſibi libros emit & in teſta. voluitq́ᵈ filius libros conferret co[...] tingit qᵈ pater ſuperuixit & filius deceſſit poſtea pater alij filio dedit illos libros qui perfecit ſtudium. deinde pater deceſſit cum eodẽ teſt. quærebatur an filius deberet libros conferre dixit Bar. qᵈ ſic quia erant perſonæ diuerſæ.*

14 ¶Quinto, quia in d. vinculo appoſito a d.
Didaco de Texeda expreſſe ipſe promiſit ſe
non reuocare, immo illud approbaturum in
teſtamento. vnde cum expreſſe illud non re-
uocauit, præſumẽdum eſt illud approbaſſe:
vt promiſerat. maxime, quia in dicto teſta-
mento appoſuit clauſulam derogatoriã re-
uocando omnia teſtamẽta, & codicillos a ſe
factos nihil tamen diſpoſuit de vinculi reuo
catione, ex quo ceſſat tacita præſumptio.

15 ¶Preterea tota ratio deciſionis d.l. ſi tibi. fun
datur in preſumptione ex eo, quod vbi trãſ
latio legati fit in eundẽ pure ſine onere: ideo
inducitur ademptio oneris: cũ non ſit aliud,
in quo poſſet operari hoc ſecundum legatũ
eidem factum, vt Bar. inquit in d.l. ſi tibi. ne
alias hoc ſecundum legatum ſit inutile. Vn-
de ſi damus aliquem effectum quem poſſet
operari hoc ſecundum legatum eidem factũ
de re ſibi legata, iam ceſſat diſpoſitio d.l. ſi ti
bi, vt Barto. eleganter & magiſtraliter docet
in l. in repetendis. ff. de lega. 1. ſed plura ſunt
quæ poteſt operari diſpoſitio dicti teſtamen
ti, quantum ad ratificationem dictæ melio-
rationis in eo factam: ita quod nõ reddatur
inutilis diſpoſitio, dato quod ex ea non ſe-
queretur: vel cauſaretur ademptio vinculi.

16 ¶Præterea, quia in dicta melioratione prin-
cipali expreſſe diſpoſuit quod dictus Alfon-
ſus de Texeda filius melioratus deberet ad-
implere omnia legata pia, quę ipſe debebat,
& pollicitus eſt facere in teſtamento. Vnde
ad hunc finem de neceſſario debebat facere
mentionem dictæ meliorationis eam ratifi-
cando ſic expreſſe in dicto teſtamento diſpo
ſuit, quod cum dicto onere adimplẽdi dicta
legata faciebat dictam meliorationem. Se-
cundo, quia in dicta meli ratione præcepit
quod dictus filius ſuus melioratus haberet
dictam meliorationem in locis de ſancta Ola
lla & rib is: ſed in teſtamento mãdauit quod
eã haberet in loco de ſancta Olalla, & in do-
mibus ſuis. Tertio, & hoc caret reſponſione.
nam certum eſt quod iſte Didacus de Texeda
condens ſuum teſtamentũ, de neceſſario de-
beret inſtituere filios ſuos hæredes, & eis re-
linquere legitimã ſuam; ſed ſi ſic faceret, &
non faceret mentionẽ de dicta melioratione
iam facta. d. filio, ſuo inſtituendo filios ſuos
æqualiter; videretur reuocare dictã meliora
tionẽ. Vnde ex hoc poſſent inſurgere lites in
ter oẽs filios. vnde ad tollendũ hoc inconue-
niens, neceſſe fuit ipſi patri teſtanti facere mẽ
tionẽ de dicta melioratione eã ratificando:
& ſic ſatis habet in quo poſſet operari dicta
melioratio facta in dicto teſtamento: & vt nõ
reddatur inutilis ſcilicet ne ex æquali inſtitu
tione filiorum induceretur præſumptio adẽ
ptionis dictæ meliorationis. Præterea ex vl-
tima voluntate celebrata a dicto Didaco de
Texeda colligitur clare ſua intentio, quę fuit
reuocare reuocationem meliorationis & vin
culi, vt infra dicetur. Si ergo reuocationem
expreſſam voluit reuocare, quanto magis ta
citã: ſi tacita fuit in expræſumptione quam
voluit, & fruſtra inducere ex primo teſtamẽ
to, in quo fuit facta ſimplex melioratio.

¶Ex prædictis infertur ad reuocationem ex- 17
preſſam meliorationis & vinculi, factam in
ſecũdo teſtamento, hac non obſtare. Primo,
quia vt oſtenſum fuit in primo dubio dictus
Didacus de Texeda non potuit dictũ vincu-
lum reuocare: maxime cum ex dicto vinculo
tradiderat poſſeſsionem: & eius vigore poſ-
ſeſsionem acceperat dictus Alfonſus de Te-
xeda filius ſuus, & fuit acquiſitum ius irreuo
cabiliter dicto Arnatõ, non mãſit ei aliquod
ius ad dictum vinculum reuocandum, quia
vt conſtat ex dicto ſecundo teſtamento: vt
ſuperius dictum eſt nunquam fuit intẽtionis
ſuæ reuocare: niſi dictam donationem melio
rationis: non autem vinculum, niſi in conſe-
quentiam. Itaq́ cum poſtea manſit valida di
cta melioratio non eſt ſuper quo poſſet fun-
dari reuocatio vinculi expreſſa, nec coniectu
rata. immo contrarium cõſtat ex voluntate
defuncti, quę ſemper attendẽda eſt: & per illã
regulantur ſemper verba teſtamenti, vt in-
quit conſultus in l. in conditionibus. ff. de
conditioni. & demonſtrati. ſed vltra hoc ipſe
Didacus de Texeda in vltima volũtate cum
qua deceſsit reuocauit dictam reuocatoriã:
& teſtamentum in quo erat dicta reuoca-
tio; & præcepit quod deleretur de regiſtro
ita

*Adde. l. [...] Thauri. & quæ ibi ſc[...]tur per Hiſ[...]nos.*



ita quod nullam fidem faceret, volens dece-
dere cũ dicto primo teſtamento. vnde reuo
cato & deleto dicto ſecundo teſtamento, in q̃
erat dicta reuocatio manſit firma dicta me-
lioratio cũ vinculo. Nec obſtat, ſi dicatur, qđ
ſolum reuocauit dictũ teſtamentum, non tñ
iterũ diſpoſuit de vinculo. nam ex quo dictũ
vinculũ erat firmum & appoſitũ iam a patre
& a filio, ſublato illo teſtamento, in quo erat
reuocatio: & amoto de medio, manſit alia di
ſpoſitio in ſuo robore, ſicut erat antequã fie-
ret dictum ſecundum teſtamentum. l. qui ex
liberis. §. teſta. ff. de bo. po. ſecun. ta. maxime
cũ dictus Didacus de Texeda iam trãſtulerat
poſſeſsionem in dictum filium melioratum,
qui poſsidebat ex dicto titulo meliorationis
& vinculi: vt conſtat. ff. de rei ven. l. eius. &
l. hæc. & §. interdum inſti. de re. diui. Itẽ quia
ſufficit reuocatio teſtamenti. vt ex hoc videa
tur etiam reuocata reuocatio meliorationis
in eo contenta, vnde Bal. eleganter in l. hære
des palam. ff. de teſta. in. §. ſi. inquit per glo. in
primo. §. ſi quid poſt eiuſdem. l. quæ dicit, ꝙ
caſſata inſtitutione cætera ſingularia caſſan-
tur, quod reuocato teſtamento per peniten-
tiam videtur reuocata donatio in eo appoſi-
ta: & ſic contractus quod dicit eſſe ſuum &
nouum dictum. Idem tenet in l. ex teſtamẽto
C. de fideicom. itaque loquẽdo quantum ad
voluntatem teſtatoris, eo ipſo quod reuocat
teſtamentum, videtur reuocare donationem
in eo factam per dictam gl. ſingularẽ in d. §.
ſi quid poſt. & maxime in propoſito proce-
dit hoc ſine dubio attenta generalitate caſſa-
tionis & reuocationis dicti teſtamenti: quia
dictus teſtator non ſolum dixit ſe reuocaſſe:
ſed etiam quod cancellaretur, & deleretur de
regiſtro. vnde non obſtat, quod vbicunque
actus inter viuos fit in teſtamẽto non poteſt
reuocari, etiã ſi reuocetur teſtamentum, vt
Bal. inquit. in l. ſi ab ea. C. de iure deli. aliquid
in l. ſi. de re. eorum. nam ibi loquitur in actu
talis qualitatis, ꝙ non dependebat a poteſta
te reuocantis teſtamentũ reuocatio actus in-
ter viuos. ibi enim eſt caſus ꝙ ſi patri eſſet de
lata hæreditas, & de ea teſtaretur, ꝙ teſtando
de ea videtur adire: & ſic vnus & idem actus,
eſt actus inter viuos, & vltima voluntas qđ
Bal. videtur mirabile: quia patris teſtamen-
tum erat teſtamentum, & erat aditio hæredi-
tatis ei delatæ. vnde ſi pater reuocaret teſta-
mentum nihilominus maneret hæres ipſe ex
quo ſemel adijt faciendo teſtamentũ de hęre
ditate ſibi delata, non poteſt deſinere eſſe hæ
res: vt iura dicunt. ergo fruſtrã tractatur de
reuocatione aditionis, quam ipſe iam nullo
modo facere poterat, poſtquã ſemel fuit hæ
res. Ideo nimirum ſi reuocato teſtamento nõ
reuocaretur aditio ex eo inducta: ſed in pro-
poſito reuocatio illius actus. ſ. reuocationis
dependebat a poteſtate reuocantis. Vnde re 18
uocato teſtamẽto videtur reuocata donatio
ſeu alius contractus in eo factus, ſi erat reuo-
cabile ſecũdum Bal. in d.l. hæredes palam in
§. ſi. quem ſequitur ibi Imo. & Pau. de Ca. Et
maxime iſta concluſio in propoſito eſt vera:
quia dicta reuocatio meliorationis & vincu
li facta in dicto ſecundo teſtamento fuit in-
ualida propterea: quia totum fuit factum in
abſentia partis & ſine aliqua acceptatione:
ſed de iure eſt, quod ad hoc vt actus factus
inter viuos in teſtamẽto ſit validus debet fie
ri parte preſente & acceptante * ſecundũ Ioã.
de Imo. & Pau. de Ca. in d. §. ſi. & do. in d.l. ex
teſtamento. C. de fideicom. & in l. cum anti-
quitas. C. de teſta. Item, quia ab ſit dicere, qđ
reuocatio meliorationis & vinculi facta in
dicto ſecundo teſtamento fuit actus inter vi
uos nec diſtractus inter viuos, nec alterius
actus inter viuos: ſed fuit quidã actus ſeu di
ſpoſitio facta in vltima volũtate, & ſic actus
vltimæ voluntatis tendens ad reuocandum
cõtractum factum inter viuos, per quam di-
ſpoſitionem inducebatur quoddam legatũ
liberationis vinculi, videlicet vt amoto vin
culo donatarius haberet libere melioratio-
nem vt plerunq́ fit in teſtamentis. Nam ſi ha
beo debitorem obligatũ ex contractu legan
do ei liberationem, fit diſtractus illius cõtra
ctus debiti; & debitor conſequitur liberatio
nem. & ſic de ſimilibus exemplis, de quibus
per totum titulum de libe. lega. Sed dico, ꝙ
iſte talis actus & diſpoſitio facta in vltima
voluntate ad reuocandum contractum, ſeu
actum factum inter viuos, nõ ex hoc dicitur
contractus, nec diſtractus nec alius actus in-
ter viuos: quia tendit ad reuocandum. Immo
ex eo quod fit in teſtamento cenſetur actus
vltimę voluntatis: etiam ſi tendat ad diſtra-
ctum: & eſt reuocabilis talis diſpoſitio, cũ cẽ-
ſeatur quoddam legatum reſpectu eiuſdem
in cuius fauorem dirigitur, & ſic poteſt reuo
cari: vt vltima voluntas. hic eſt caſus in l. nõ
ſolũ. (La primera.) in. §. liberatio autem ibi.
(euaneſcit legatum). ff. de liberation. legati.
& in l. creditor debitori. ibi, non poſſe: & de
lega. 2. l. ſi Titius. Et hoc eſt euidens in propo
ſito; quia iſta reuocatio non fuit facta in te-
ſtamen

** Adde qᵈ ſi teſtator in teſtamẽto cõfitetur ſe debitorem alicuius parte abſente tunc talis cõfeſſio habet vim relicti & poſſit reuocari per iura alle. per Bar. in l. cum quis decedẽs §. codicillis. ff. de leg. 3. tamen Bal. in l. generaliter. C de non nu. pecu. in. 10. q. dicit. quod de equitate canonica debet hæres ſtare cõfeſſioni defuncti fauore animæ ar. not. in c. quoties. 1. q. 7. quod reſtringit idẽ Bal. in l. 1. C. de falſa cauſa adiecta legato ſed primum indiſtincte: ſequitur idem Bald. in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ex hoc edicto. ff. de eden.*

ſtamento in forma cõtractus, nec diſtractus inter viuos, nec cum aliqua parte, cum qua hoc fieret: nec cum alicuius acceptatione, nec cum aliquo alio ſigno cõtrahendi, aut diſtrahendi inter viuos, quod eſt neceſſe: vt ante dictum eſt: & ſic fuit reuocabilis dicta reuocatio, & ceſſat motiuum aduocatorum ponentium in hoc maximam vim & in fortiori caſu, ſcilicet in contractu reperio hoc determinatum, ſcilicet quod ſi in ipſo teſtamento fiat donatio pura, ſi fiat abſente parte, cui donatur quod tali caſu donatio nõ habet vim donationis: vt in l. illud. in glo. C. de ſacro ſan. eccle. & in l. mortis. C. de dona. cau. mor. ſed valeret in vim fideicommiſsi, & vltimæ voluntatis. Ideo ſemper poterit reuocari quemadmodum alia vltima volũtas. Iſte eſt caſus ſingularis valde famigeratus per Bart. in l. ſi donatio. C. de donatio. in l. cum pater. in. §. donationes. & l. miles ad ſororem in primo reſponſo. ff. de lega. 2. per Bar. in l. 1. ff. de dona. cauſ. mort. & ſic conſulens intellexit Romanus hoc principium de cõtractibus factis in teſtamento in conſilio. 71. incipit pro deciſione conſultationis, & ſic fuit ſententiatum in hac regali Cancellaria in fauorem Arnaton de Texeda.

8 *Verba ſunt taliter interpretanda vt aliquid operentur.*

9 *An ex apertura teſtamẽti in ſcriptis facta ab eodem teſtatore cenſeatur reuocatum teſtamentum & num.* 10.

11 *Quid ſi poſt aperturam præcipit idem teſtator qui aperuit ſuum teſtamentum illud impleri.*

12 *Si legatum ſit incertum propter legatarios.*

13 *De materia & intellectu. l. 22. Thauri & num.* 16. 17. 18. 19.

14 *Verba ambigua contra quem & qualiter ſunt interpretanda.*

20 *Lex noua quando trahatur ad præterita.*

21 *An hodie parentes poſſint ſi in vita donauerint vnam quintam in morte legare aliam quintam pro anima? quæſtio latiſſime diſputatur ad partes vſque ad finem repetitionis.*

28 *Donationes modicæ factæ a parentibus in vita an ſint detrahendæ de quinta parte bonorum de qua diſponunt pro anima.*

## SVMMARIVM.

1 *Melioratio facta in teſtamento an reuocetur per aliam meliorationem factam alteri filio per viam donationis vel contractus.*

2 *Legatum alicui factum reuocatur per alienationem voluntariam de eadem re legata factam? & quid ſi erat legatum pium nume.* 3. *& de materia num.* 5.

4 *Opinio Ioan. de Imol. in l. 3. ff. de hære. inſt. diſputatur & opinio Bal. in l. 3. C. de lega. diſputatur. num.* 5.

6 *Donatio facta filio quintæ, vel tertiæ partis bonorum, an ſit irreuocabilis & quid operetur traditio inſtrumenti.*

7 *An per donati nem factam de reſiduo quintæ partis bonorum per illa verba (compli do y pagado eſte mi teſtamento) cenſeatur reuocatum legatum eiuſdem reſidui quintæ partis bonorum alteri factum.*

Nono quæritur vtrũ melioratio facta filio in teſtamẽto de reſiduo quinti videatur reuocata per aliam meliorationem factam alteri filio per viam donationis in contractu inter viuos, maxime ſi prima melioratio fuit facta ex cauſa dotis. 1 *Nona quæſ.*

¶Cauſa hæc. d. Franciſci. de Guzmam recepit a iure fauorem his fundamentis quæ ſubijciuntur. ¶Cõſtat per ſcripturã meliorationis: ꝙ d. Beatriz de Ribera mater huius. d. Franciſci eũdem per viam donationis inter viuos meliorauit in tertia, & in eo ꝙ ſupereſſet de quinta modo, & forma in donatione contentis cuius data eſt (a 28. de Septiembre de quinientos y ocho.) & ſic habet ipſe intẽtionem ſuam fundatã ex dicto meliorationis inſtrumẽto, ꝙ a iure ſortitur effectum. Supereſt ſolũmodo reſpondere dubijs quæ circa opponuntur. ¶Dicunt enim ante omnia, ꝙ dicta domina prius fecerat quoddã teſtamentũ in ſcriptis, in quo reſiduum quinti legauit cuidam nepti ſuæ per hæc verba (lo qual le mãdo por manda y vinculo eſpecial para ſu caſamiento, y para hazer dello lo que quiſiere

come



2 *Adde quæ pulchre conſulit Alex. de Imo conſ. 168. ſtatibus*

*a *verbis ls. 6. de eo qui poſt legatum rei illam locauit ad longum tẽpus & pro miſit vendere pro certo precio & recepit partem precij quod ex his omnibus non cenſeatur reuocatum legatum. l. regni.*

como de coſa ſuya propria.) Ad quod facilis ſtat reſponſio: quia ex quo per alienationem voluntariam ſcilicet ex dicto titulo donationis illud quinti reſiduum quod prius legauerat donauit, videtur tacite legatũ prędictũ ademiſſe & reuocaſſe. verba ſunt Modeſtini iuriſconſulti ab eo * prolata in l. rem legatam. de adimen. lega. quod ſi rem legatã teſtator viuus alij donauit omnino extinguitur legatũ. l. fideicõmiſſa in §. ſi rẽ. ff. de lega. 3. hæc eadẽ fuit deciſio Põponij loquẽtis expreſſe in legato facto filiæ. in l. legatũ. de adi. lega. ꝙ ſi pater hortos inſtructos filię legaſſet & poſtea ex mancipijs hortorũ vxori donaſſet: ꝙ talis donatio potior erit legato filiæ facto. l. ſtichũ. ff. de lega. 1. l. ſcribit in. §. Item ff. de auro. & argen. lega. cum concordan. & cum prædictis concordat. l. quędã quæ eſt in 6. part. titu. 9. (De las mandas) l. 17. incipit (viña, o tierra) in fine in tantum, quod etiam ſi alienatio teſtatoris non tenuiſſet nihilominus reuocatur legatum, vt eleganter decidit Põponius in l. legatum in §. pater hortos. ff. de adi. lega. ibi. (ſed ſi non valet donatio, tñ minuiſſe filiæ legatum pater intelligitur.) & hunc tex. poterat Bal. allegare in rubri. C. de verbo. ſigni. ad finem vbi determinat, quod ſi teſtator ſic dixiſſet, lego omnes res meas quas habeo in villa Panicalis: & ipſe teſtator vendiderat vnam rem ex illis & tradiderat. tamen contractus erat nullus, quod illa res non includitur in legato: allegat in arg. l. cũ dominus. in. §. filius. ff. de pe. lega. ſed melior tex. eſt in d. §. pater hortos, ad arguendũ ex eo & procedunt ante dicta. etiam ſi poſt talẽ alienationem voluntariam teſtator redemiſſet dictam rem legatam alienatam: & ſic eam adeptus fuiſſet. nam non ex hoc conualeſcit legatum quod ſic tacite fuit ademptum per dictam alienationem. ſic decidit Paulus conſultus in l. cum ſeruus legatus de adimen. lega. quem ad hoc ſcribentes notant. ¶Hac iuris maxima præſuppoſita, vt. ſ. per alienationem voluntariam regulariter videatur reuocatum legatum, ſupereſt quibuſdam allegationibus aduerſæ partis aduocatorũ reſpon-

3 dendum. ¶Primo dicunt & allegant, quod

*b legatũ illud fuit factum pro dote, * & ſic piũ l. cum is in. §. mulier. ff. de condi. inde. quæ ad hoc vulgo reputatur ſingularis. ſed in legatis ad pias cauſas dicunt non habere locum ante allegata principia, vt. ſ. per alienationẽ

*c voluntariam videatur reuocatũ * legatum. fundamentum ad hoc affirmandũ forte aſſumunt ex eo quod dicit Ioan. de Imo. ſingulariter poſt Bal. in l. 3. incipit. ſeruus alienus. ff. de hære. inſti. quorũ etiam fuit relator quidam Ang. de Are. qui commentatus eſt librum inſtitutionum in. §. ſi rem. inſt. de lega. aut forte ex quadam. l. ſingulari. ff. de ali. & ciba. lega. l. libertatis la. 2. §. poſthumus. vbi diminutio per verba generalia facta in codicillis eorũ quæ relicta ſunt in teſtamento non extenditur ad ea, quæ ibidem relicta ſunt pro alimẽtis. quem text. ibi extendit ad pias cauſas Nico. de Neapo. & Roma. Idem in reperi. authẽ. ſimiliter. C. ad l. falci. 13. col. in. 4. ſpeciali vltimarum voluntatum; aut forte ex l. Lucius Titius teſtamento. ff. de fideicom. liber. forte maiora facimus argumenta quã aduerſarij. ¶Nihilominus ad iſta ſic reſpondetur. nam certe magnas legum ſuppletiones ante omnia inferũt faciendo indiſtincte legatũ pium legatum dotis. Item aliam ſic limitando fortiter. d. l. rem legatam. & alia iura quæ ſic indiſtincte & aperte diſponunt reuocari legata per voluntariam alienationem, & etiam alia ſupplent, de quibus ſtatim. verũ eſt enim quod dos eſt cauſa pia, vt eſt caſus in d. §. ſi mulier. ibi (pietatis cauſa.) & in diuerſis & vulgatis locis ad hoc pleriq; ſcribentium notant illam. l. cũ quibus eſt Bar. in l. 2. §. Titio. 10. in princip. ff. de donatio. & in l. ſi ego. in prin. ff. de iure do. Attamen ipſe idẽ Bar. in d. §. ſi mulier aliud ſentit, dũ inquit non intelligas, quod ſolutum indebite ex cauſa dotis ſimpliciter nõ repetatur quaſi ipſa dotis cauſa ſit pietas, quæ repetitionem impedit; quia hoc eſſet contra l. ſi donaturus. §. 1. & l. qui ſe debere in prin. ff. de condi. ob cauſam. Sed intellige quando cauſa pietatis induxit aliquẽ, puta matrem ad credendum ſe obligatã dotare filiam &c. de quo per eum ibi. Sed eſto quod eſſet verũ, quod dos eſſet cauſa pia, eſt aduertendum quod non ſic indiſtincte; nam dos & alimenta æquiparantur; vt glo. tenet in l. ob æs. C. de præ. minorum. & relictũ alimentorũ dicitur piũ. probat tex. in l. Mela. in prin. ff. de ali. & ciba. lega. ibi. (pietatis cauſa) ꝙ ſic intelligit Bar. in l. alio de alimẽ. & ciba. lega. 3. col. 1. oppo. ſ. quãdo relinquuntur cõtemplatione paupertatis. & ſic pro anima ad pias cauſas, & hoc caſu non detrahitur falcidia; ſecus ſi alimenta relinquerẽtur contẽplatione amicitiæ tantũ: quo caſu cũ non ſit pia cauſa detrahitur falcidia. vt d. l. alio & l. hereditatũ ad l. fal. ſic videtur dicendũ in leg. co dotis, ꝙ dos relicta & data pauperi perſonæ

æqui-

*Pro qua ſententia vi. ſingulariter plura relata per Nico. Boeriũ in aureis deciſ. parlamẽti deciſio. 94. vbi dicit qđ ita fuit concluſum in regio ſenatu.*

æquiparetur piȩ cauſȩ, ſecus ſi propter debitum, vel amicitiam per prȩdicta quod placeat aliquibus modernorũ in d. §. ſi mulier. licet nihil ad hoc allegent: niſi ad hoc alimẽtorum ȩquiparationem. Sed ad hoc optimus tex. cum glo. in l. illud. C. de ſ. eccle. nã glo. in l. ſi quis Titio. ff. de lega. 2. dicit, quod omne relictum pro anima dicitur piũ; pro qua eſt caſus in. d. l. illud ponderat tamen tex. ibi inquantum loquitur de legato facto perſonæ ſimpliciter quod donetur pauperibus vel alijs pijs locis: aut in redemptionẽ captiuorum. &c. Subdit ibi glo. ſingularis ad propoſitum, quod intantum obtinet diſpoſitio illa, quod ſi quis donaret fratri vel amico; dicendo quod cauſa pietatis donat, quod non prȩſumitur ex cauſa pietatis. licet ſi contineatur in inſtrumẽto, alias de facili in multis poſſet cõmitti fraus ſi tali aſſertioni ſtandum eſſet. ff. de proba. l. qui teſtamentũ. ſubdit Bal. ibi in princ. ſatis ad propoſitũ ſe hoc intelligere verum niſi talis coniuncta perſona eſſet poſita in neceſsitate; vt puta eſt virgo & pauper, & donatur ſibi pro ipſa maritanda, vel eſt in carcerẽ conſtituta: quia tunc cenſetur ad pias cauſas ex eo quia quãdo cõiunctæ perſonæ eſt in neceſsitate magis ad eã præſumitur miſericordia quam affectus, vt eſt ille caſus nota C. de capt. l. liber captus. & ſic concludit in propoſito, quod ſi cauſa pietatis cõgruit perſonæ: quia eſt virgo & pauper illa cui relinquitur pro dote, & intelligitur ad pias cauſas. aut non cõgruit perſonæ: quia ceſſat illa cauſa paupertatis: & tunc ſecus etiã ſi teſtator dicat ſe relinquere ad pias cauſas: vt glo. dicit. Vnde cum in propoſito, vt aſſeritur, non concurrit illa cauſa paupertatis ex multis: ergo. Sed etiam ſi concedamus indiſtincte quod dictum legatum dotis eſſet ad pias cauſas, nihil obſtare videntur argumenta ante dicta quo ad caſum de quo a-

4 gimus. ¶Et quo ad primum dico quod Ioã. de Imo. in d. l. 3. non dicit illud quod allegãt aduocati. ſolummodo. n. poſt Bald. inquit, ꝙ ſi aliquis relinquit domum, vt ibi fiat hoſpitale: & poſtea vẽdidit dictam domum ſic deputatam pro hoſpitali, & demum redimat eam quod legatum reaſſumit vires per l. verum. ff. de manu. teſta. vbi ſi libertas fuit data ſeruo proprio, qui poſtea fuit alienatus: ſi poſtea redimatur reaſſumit vires dictum legatum libertatis, arguendo de libertatẽ ad pias cauſas, quȩ æquiparatur ex regula Bar. in l. proxime. ff. de his quæ in teſta. delen. eſt caſus vnicus in l. 2. C. de ſeruo co. manu. qđ libertas dicitur cauſa pia. Hoc eſt ergo quod firmant ſcribentes antedicti ad limitandum ſingulariter. d. l. cũ ſeruus. ff. de adi. leg. quæ contrarium diſponit. ſ. quod ſi poſt alienationem voluntariam teſtator redemiſſet legatum, non ex hoc conualeſceret, vt non habeat locum in legato ad pias cauſas, imo qđ reconualeſcat: ecce ergo quod noſter caſus eſt caſus diuerſus. non enim tractamus nos ſi dicta Beatriz poſtquam alienauit dictum legatum quintæ per donationem & meliorationem, quam de illo fecit dicto. d. Franciſco filio ſuo reuocauit dictam alienationem & meliorationem in caſu ſibi permiſſo, & ſic redijt in ſuum patrimonium. nam tunc haberet locum illa quæſtio mota à Ioan. de Imo. ſcilicet, ſi dictum legatum dotis reaſſumeret vires, quia nihil tale interuenit in propoſito cum dicta. d. Beatriz nõn reuocauit dictam donationem & meliorationem factam dicto filio nec reuocare poterat etiam ſi voluerat, & ſic ſumus extra terminos dictæ. l. cum ſeruus. & deciſionis Bal. & Imo. ſolummodo. n. ſumus in terminis. d. l. rem legatam. & aliorum iurium diſponentium; quod per alienationem voluntariam legati extinguitur legatum quod nunquam amplius redemit teſtator, immo deceſsit cum dicta tacita reuocatione. Quo caſu nullus ſcribentium antedictorum loquitur, nec affirmat in legatis pijs nõ habere locum. d. l. rem legatam. Imo dico quod ex dicta l. verum eſt. per quam dicti doctores fundant dictam concluſionem limitando. d. l. cum ſeruus. habeo caſum expreſſum ad deciſionem noſtræ quæſtionis. ſ. quod etiam ſi legatum eſſet ad pias cauſas, reuocatur tacite per alienationem voluntariam: & ad hoc pondero illum text. nam ibi conſultus expreſſe requirit ad hoc vt ſeruus ille, cui legata fuit libertas, qui fuit alienatus conſequeretur libertatem ex legato, quod teſtator illum redemiſſet poſtea quã eum alienauit: ergo ſequitur aperte quod ſi eum non redemiſſet ex quo eum alienauit, ſeruus non conſequeretur libertatem legatam: & ſic concluditur ex d. l. quod legatũ libertatis, licet ſit pium reuocatur per alienationem quod nota. & hoc habuit Imo. pro indubitato circa d. l. verum in d. l. 3. ff. de hæ. inſti. vbi fundando concluſionem, de qua ante per d. l. verum eſt. inquit quod in dict. l. verum eſt. legata fuit libertas ſeruo proprio qui poſtea fuit alienatus; & ſic videtur libertas tacite reuocata: Si tamen poſtea redemit, reaſſumit vires legatũ, vt ibi hæc ille, Et ſic habuit pro indubitato ex illa l. ꝙ legatũ libertatis, quod eſt pium, fuit tacite reuocatũ per alienationem: nam alias conſultus fruſtra ibi faceret fundamentũ, ex eo ꝙ poſt alienationem fuit ſeruus redemptus, ſi per alienationẽ non fuerat reuocatũ legatum libertatis. Itaq; ex illo tex. habetur expreſſa deciſio contra allegantem. qui & verius allegare poterat illud qđ apud Ouidium medea deplorat.

*Heu patior telis, vulnera facta meis.*

Nec dicta. l. Lucius. Nec. d. l. libertis quos in §. poſthumus. obſtant; nam illi ſunt caſus diuerſi valde. Nõ enim loquuntur quando id quod teſtator legauerat in teſtamento alienauerit per donationẽ, aut alium contractũ inter viuos, quos caſu habemus. l. expreſſam loquentem in libertate quæ eſt d. l. verũ. ſed loquuntur quando fuit facta alia diſpoſitio in codicilis; & ſic in alia vltima voluntate, qui caſus nil atinet in propoſito noſtro. & hoc de prima obiectione.

¶Secundo obſtare videntur quædam verba

9 Bal. in l. 3. C. de lega. vbi inquit, an ſit verũ indiſtincte ꝙ alienatio voluntaria legati ipſum extinguat: reſpondit ita demũ eſſe verũ ſi res eſt tradita, vel precium eſt receptũ, alias ſolus contractus legatũ extinguere nõ videtur. Hæc ille mouetur ex l. prædia. in. §. liberto. ff. de fundo inſtru. ꝙ refert bene notandũ, conſiderando qđ ille text. loquitur in venditione, vt conſtat ex litera ibi (quod viuus teſtator totum vendiderit, & partem tertiam pretij pro eo acceperit) & ſic intelligunt omnes ſcribentes, vt Ang. ibi dum dicit ſi vẽdidit & non tradidit, nec precium recepit: quia non reuocatum legatum ex ſolo contractu per d. §. liberto. Sic loquitur ibi Pau. de Caſ. dicens limita quatuor modis iura, quȩ dicũt ꝙ quando teſtator vendidit non cogente neceſsitate; videtur ademptum legatũ: dicit inter alia hoc eſſe verũ, quando vendidit & tradidit, & precium percepit altero deficiente: ſecus ſecudũ Bal. Hæc ille. & ſic etiã videtur de mente ipſius Bal. dum loquitur de precij receptione quod non cadit in donatione, maxime per tex. quem allegat, qui loquitur in vẽditione noſter caſus eſt in donatione.

¶Et in hac materia tacitæ ademptionis legati. conſulti faciunt differentiam inter alienationem factam ex titulo venditionis, aut donationis: nam in venditione conſideratur vtrum vendit ex neceſsitate: aut nulla cogente, quȩ diſtinctio non ſit in alienatione ex cauſa donationis, vt dicit tex. not. in d. l. rem legatam ibi (nec diſtinguimus vtrum propter neceſsitatem rei familiaris. &c.) Aliæ differẽtiæ poſſent inueniri. Item quia adhuc in venditione, illud non tenetur ab omnibus: nam glo. valde notabi. in d. §. liberto. ſuper parte contraria aperte intelligit illũ tex. vt non cõtineat aliquid ſpeciale, interueniat traditio vel non; ſed vtrum venditio fiat poſt teſtamentum neceſsitate rei familiaris vrgẽte, vt tunc non videatur reuocatum legatũ, vt d. l. fideicommiſſa. in. §. ſi rem. ff. de lega. 3. l. ſi ex toto ff. de lega. 1. alias ſecus. & ideo vinũ quod fuit venditũ a teſtatore in d. §. liberto. cedit legato: quia ex neceſsitate fuit venditum. Sed ſi poſt teſtamentum nulla vrgente neceſsitate eſſet venditum, ſecus fuiſſet: nam tunc ex hoc manifeſte hæredes contrariam voluntatem teſtantis probant, vt tex. ibi dicit iuncta glo. in dicta parte cõtrariam. & ſic illa glo. iuncta ad tex. deſtruit aperte Bal. intellectum ad illũ. §. & eius concluſionem. & idem Sali. videtur tenere in d. l. 3. C. de lega. & dictũ intellectum glo. ſequitur Bar. expreſſe in d. §. liberto. & ad hoc optimus tex. in d. l. legatum. §. pater hortos. ff. de adi. lega. vbi eſt caſus, ꝙ etiam ſi contractus alienationis factus a teſtatore poſt legatum factum non valeret, nihilominus manet legatum reuocatum; & ſic tenent aliqui moderniorum contra Bal. & ſequaces in d. l. 3. C. de lega.

** Adde quod Phil. cor. in ead. l. 3. C. de lega. fi. col. dicit quod Sal. ſequitur opi. Bal. quod nõ eſt verũ, vt pũctuanit auctor, & poſt 6. Sali. Alexã. & Iaſo. etiã tenent ibi contra Bald. ex illa fundamento, vide licet quod etiam ſi cõtractus nõ valeat reuocatur legatũ * d. l. pat. §. ce. tos. ff. de adi. legatis. ergo multo magis in caſu in quo loquitur Bal.*

¶Præterea in caſu noſtro dicta donatio facta dicto dño Franciſco a matre ſua, ſtatim fuit valida & irreuocabilis, quo ad quintam bonorum, cum inter matrem & filium non ſit prohibita: imo valida donatio. l. ſi conſtãte. cũ alijs. C. de dona. inter vir. & vxo. imo hodie quo ad tertiam meliorationis valet donatio & eſt irreuocabilis, vbi a meliorante traditur inſtrumentum donationis filio meliorato, & ſic fuit in propoſito, vt conſtat ex inſtrumento donationis ad finem. De hoc eſt lex numero. * 17. incipit (quando el padre) in legibus Tauri, cum ergo irreuocabilis videtur ceſſare concluſio Bal. etiã ſi vera eſſet.

¶Sed vltra prædicta dato, quod opinio Bal. eſſet vera non videtur militare in propoſito, cum videatur interuenire dominij tranſlatio quam ipſe requirit, cum fuit traditum inſtrumentum donationis dicto. D. Franciſco meliorato. Verũ eſt quod de iure ciuili ſuper hoc erat magnum dubium, * de quo in l. 1. C. de donat. ſed hoc hodie eſt deciſum * e

P per

per l. partitæ valde ſingu. & eſt in. 3. partita. titu. 30. l. 8. incipit (dādo algun hombre) vbi litera (dando algun hombre a otro heredamiento, o otra coſa qualquier apoderando le de las cartas, porque la el ouo, o faziendo otra de nueuo, & dando gela gana la poſſeſſion, maguer no le apoderaſſe de la coſa dada corporalmente.)

7 ¶Impugnant & tertio dictam legati reuocationē ex defectu voluntatis: dicunt enim nō fuiſſe reuocatū per dictam donationē, dato quod reuocari potuiſſet. Adducunt ad hoc verba apposita in dicta donatione quorum tenor talis eſt. (vos hago la dicha donacion del quinto delos dichos mis bienes, cōplida mi anima & teſtamento. &c. Ergo (ſi cōplido el teſtamento) & in eo fuit factum legatū dotis ergo. &c. Poteſt reſponderi hoc non obſtare. Primo quia cum dictum legatum fuit factum de reſiduo quintæ & donatio idem, ſcilicet, de reſiduo quintæ ſi talis donatio nō induceret reuocationem legati, de nihilo deſeruirent verba dictę donationis, in quantū diſponūt de reſiduo quintæ. Vnde vt verba dictæ donationis aliquid operētur, ſic debēt interpretari: vt inducāt reuocationem legati. cum circa aliud non poſſent operari. verba enim prolata in contractibus ſic interpretanda ſunt, vt aliquid operentur. * Iſte eſt caſus in l. ſi ſtipulatus ſis. ff. de vſuris, nā in hac ſtipulatione rem dari, ſubintelligitur & tradi vacuam poſſeſsionem. l. 3. ff. de actio. emp. ſi tamen exprimatur. ſ. quod aliquis ſtipulatus ſit rem dari: & vacuam poſſeſsionem tradi, per dicta verba: & vacuā poſſeſsionē tradi, veniunt etiā fructus qui non venirent per ſolā clauſulam rē dari: & hoc eſt, ne illa verba vacuam poſſeſsionem tradi, reddātur ſuperflua: ita vt nihil operētur. Bonus tex. qui loquitur in contractibus. in l. vbi. ff. de re. dubi. & ibi glo. ponit plures concordantias. faciat. l. eum qui Kalēdis. in princ. de ver. obli. ff. per quam gl. nota. in l. veteribus. ff. de pactis. concordans. d. l. cum d. l. veteribus. ſoluit quod interpretatio fit contra proferentē ſeu contra eum, pro quo profertur, vt in d. l. veteribus, niſi per talem interpretationem diſpoſitio redderetur inutilis; nā tunc interpretatur eo modo quo valere poteſt de re. dub. l. quoties. & l. quoties de ver. obli. & d. l. eū qui Kalēdis. in princ. & hoc ſequitur ibi Bar. idem in verbis a teſtatore prolatis, quæ ſic debēt interpretari & intelligi, vt aliquid operentur. l. ſi quando. ff. de lega. 1, idem in verbis ſtatuti. l. 1. ad fi. ff. ad municipa. & idē in verbis priuilegij. cap. ſi papa. de priui. li. 6. melior in c. in his. de priuileg. imo (quod plus eſt) reperimus in iure. vt aliquid operentur ne diſpoſitio reddatur inutilis, eſſe impropriāda verba teſtatorum contra propriam naturam verborum. Optimus tex. in l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtru. cum. l. ſeq. vbi tex. dicit, quod ſi teſtator legauit fundū locatum cum inſtrumento, intelligitur de inſtrumento quod ipſe dominus habebat in fundo non de inſtrumento coloni. Subdit tex. & in hoc facit illud eſſe verum, niſi dominus nullum inſtrumentum haberet: nam tūc vt verba operentur, venit etiam inſtrumentum coloni ſub dictis verbis. Optimus text. in l. pediculis. §. Item cum quæreretur. de auro & argen. lega. vbi eſt caſus, quod licet teſtator legando omne ornamentum ſuum muliebre, non venit quod habet venale. l. generali. in. §. vxori. ff. de vſufru. lega. quod limitat tex. in d. §. cum quæreretur. niſi teſtator non haberet aliud niſi venale: nam tunc etiam illud venit, vt verba aliquid operentur, & glo. ibi allegat ad hoc plures concordantias: facit ſingularis caſus in d. l. ſi quando. de lega. 1. vbi ſi quis leget vxori ea quæ viuus illi donauerat, debet intelligi de illis donationibus, quæ de iure non valuerunt, vt verba operentur. Ecce ergo, quod omnia hæc iura ſuper hoc inſiſtunt & diſponunt, quod verba alicuius diſpoſitionis cuiuſcū que ſit qualitatis, debent ſic interpretari, imo extendi & impropriari, vt aliquid operentur: & ne inutilis reddatur diſpoſitio. facit text. in l. quoties. ff. de re. dubijs. vbi conſultus, inquit, quod in actionibus, aut exceptionibus vbi ambigua oratio eſt, id accipiendum eſt quod res de qua agitur magis valeat, quam pereat, mens enim diſponentis videtur conuenire cū validitate actus, vt Bar. inquit ſingulariter in l. Seiæ. in. §. Caio. ff. de fun. inſtr. in verſ. ſecundo caſum. inde eſt, quod licet in meris contractibus non habeat locum ius accreſcendi: tamen hoc eſt verum, niſi ſi tale ius accreſcendi non haberet locum; diſpoſitio contrahentium redderetur omnino inutilis, vt hoc probatur in l. fundus ille. ff. de contra empt. & C. de conſti. pecu. authent. ſi quando. quas. ad hoc propoſitum induxit Bald. in l. beneficium 2. colum. ff. de conſtit. princip. verſic. item nota, quod quia beneficia. & ad propoſitum in ſimili facit quidam tex. famoſus. in l. ſi fuerit. ff. de rebus dubijs, vbi

* Adde de hac vulgo nota. materia Curtiū ſeniorē conſi. 73. ſuper memorata facti narratione. col. 3 & nota q' verba potius ſunt iudicanda ſuperflua quā q' alicui tertio inferatur præiudicuū notab. gl. in l. fin. §. in cōputatione. C. de iure delibe. vbi vi. Bar. & Ale. de Imol. & Phil. dec. in c. ex parte. 2. col. 3. de officio delega.



vbi eſt caſus, quod licet incertitudo viciet legatum (vt ibi dicitur) non tamen viciat adēptionem legati. & gloſſ. ſingularis, ibi quam Bar. extollit, ſoluit cōtrarium de. l. 3. §. ſi duobus. quā dicit obtinere in incertitudine perſonarum & rerum. Sed ſi eſſet in certitudo perſonarum. dicit obtinere. dict. l. ſi fuerit. ſufficit quod lex facit magnam differentiam de inualidando legato propter incertitudinem, aut de inualidādo ademptionem legati. Circa rationem diuerſitatis inſiſtunt ſcribentes poſt gl. ibi. & in. d. §. duobus. & Imol. notanter in. l. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. 1. & in. l. qui filia bus. §. 1. eiuſdem titu. moderni. in. l. ſi quis a filio. §. ſi quis plures. ff. de legat. 1. Verum eſt quod ſi ſolum modo eſſent fundamenta ante dicta, iſte punctus non careret aliquo ſcrupulo, propter. l. quoties. de reb. iuris vbi cōſultus inquit, quod quoties dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendō erit. & arguit Bart. in. l. proxime ſupra allegata de libeatatibus ad pias cauſas. & dos aliquo caſu eſt cauſa pia, vt de hoc ante dictum eſt. Item quia etiā loquendo in dote dicit text. quod in ambiguis prodote reſpōdere melius eſt. l. in ambiguis. de re. iur. & l. in ambiguis. ff de iure dotium concor. verum eſt quod etiam in cauſa dotis attēditur interpretatio magis propria, vt probat text. ſingu. in l. nepos Procul. ff. de verb. ſigni. ibi (proprius eſt tamen) præterea licet in donationibus fiat pleniſsima interpretatio. l. beneficium. de conſti. princi. cap. cum dilecti, de donatio. tamē hoc eſt verum quatenus tangit ius concedentis, ſecus ſi alterius tertij, vt dicit gloſſ. in dict. l. beneficium. l. cum auus. de emancipa. verum eſt quod tex. ſingu. in ca. 1. de reſcrip. probat hoc eſſe verum, vbi præiudicaretur alicui in iure quæſito, aut inferret damnum: nam tunc priuilegium ſeu reſcriptū continēs id quod ius com̄ nunc non debet interpretari vt aliquid addat: ſed reducitur ad terminos iuris cōmunis. l. ſi quando. & ibi Cinus & Bald. C. de inoffi. teſta. ſed vbi conferunt ius tales interpretaciones, & tercio nil afferūt: vel ſolum modo auferant lucrū quærendum, tunc debent fieri, vt aliquid operētur priuilegia ſeu reſcripta: ad hoc pōderatur ille text. per docto. & in propoſito ponderandum eſt, quod nō erat ius quęſitum dictę nepti ex dicto teſtamento, ſed lucrum quærendum in ſpe. ſ. ſi dicta domina Beatriz deceſſeret cum dicto teſtamēto: ſed vltra hoc concurrūt alia, quæ coadiuuant ante dicta fundamenta & demonſtrant volūtatem dictę dominæ, primo quia iſte. d. Franciſcus melioratus eſt filius dictæ teſtantis, alia legataria eſt neptis. Item iſte filius magis dilectus, quam neptis, vt cōſtat ex donatione melioratiōnis quod valde ponderandum eſt in incertitudine diſpoſitionis tan circa incertitudinem legati, quan circa incertitudinem ademptionis legati: vt probat tex. ſing. in dict. l. ſi fuerit ibi (æqua charitate coniuncti) a contrario ſenſu: & aliqui hoc ponderant ibi loquēdo in incertitudine de qua ibi. Secūdo, quia dicta verba (complida mi anima y teſtamento) appoſita in dicta donatione, quod nō referātur ad dictum legatum dotis, quia in dicto legato dotis quaſi eadem verba dixit. ſ. (mando que cumplido todas las mādas graciosas & legatos en eſte mi teſtamento contenidas, que del quinto de mis bienes ſe ayā de compiir, que el remaniēte que del dichō quinto q dare lo aya la dicha minieta. &c.) Et ſic videtur quod ipſa teſtatrix (el remaniēte del quinto) vocabat illud quod ſuper eſſet impleto ſuo teſtamento. ſ. legatis pijs & a ijs gratioſis, quæ de quinto veniebant implenda, non autem intelligebat impletionē illam pro legato dotis, cū dicta impletione facta mādabat ſolui reſiduum pro dicta dote. ¶Vnde ſic videtur dicēdum de verbis ab ea prolatis in donatione in quantum dixit (complida mi anima y teſtamēto) quod ſupererat de quinto donabat dicto filio ſuo quod dicta verba (complida mi anima y teſtamēto) debeant referri ad legata pia & alia gratioſa, non autem ad dictum legatum dotis, quod erat de reſiduo quintę, cum alias ſuperflua eſſent dicta verba donationis: & deſeruirent de nihilo: & habent in quo operentur dicta verba ſ. (complida mi anima) quo ad legata pia: & etiā quo ad alia nō pia nō autem ad legatum de reſiduo quintę. ¶Tertio quod dictum teſtamentum factum a dicta domina Beatriz fuit in ſcriptis: & poſt dictam donationem meliorationis factam dicto filio ſuo ipſa aperuit dictum teſtamentū & adhuc animo illud mutandi & cōfirmandi dictam donationem factā dicto filio ſuo, vt aſſeritur: quo caſu videtur dictū teſtamentum eſſe reuocatum per text. in. l. noſtram. C. de teſta. vbi in littera (ſi quidem teſtator linū, vel ſignacula inciderit vel abſtulerit: vt pote voluntate eius mutata teſtamentū nō valere, &c.) ff. de teſta. l. ad teſtium. §. ſigna.

 cum

cum concordantijs, nec venientes ab inteſtato tenentur ad ſoluēda legata. l. proxime.in §.ſed in re dubia.ff.de his quæ in teſta. delē. eſt verū quod glo.in d.l.noſtrā.tenet, ꝙ quādo teſtator cancellauit teſtamentū, in dubio videtur velle hæredes vt indignos repellere, & ſic hæreditas veniet ad fiſcum, qui ſoluet legata: & huius opinionis fuit ſemper Acurſius in diuerſis locis.ſed Cynus dy.Bar. & Bald.& omnes tam in d.l.noſtrā. quā alijs in locis hoc reprobant.imo ꝙ veniant venientes ab inteſtato* per fundamenta quę videri poterunt, & cum eis eſt Ioan. And.qui ſingulariter loquitur in titu. de inſtrumentorum editio.in.§.cōpendioſe.in verſ. quid ſi prius a quo Bald. habuit qui pulchre ſcripſit in l. hæreditas.C.de his qui.vt indig.quanto magis in propoſito ex pluribus cauſis. & dicebat notanter Petrus quem refert & ſequitur Bal.in l.ſi vnus.C.de teſta. quod ſi teſtamentum repertum fuiſſet pœnes teſtatorem præſumitur per ipſum facta deletio ſeu cancellatio teſtamenti per l.chirographum.ff.de probatio.idem Bal.in l.1.ff.de his quæ in teſta. delen.per l.Labeo.cum ſequent.ff. de pactis. iuncta glo.& ibi moderni in d.l.1. & Ange. in d.l.ſi vnus.imo Ioan. de Imol.in d.l.1.ff. de his quæ in teſta.delen.firmat, quod vbicūque teſtamentū non reperitur clauſum: tunc apud quemcunq; reperiatur videtur in dubio, quod præſumatur a teſtatore eſſe deletū conſulte per d.l.proxime inducendo per caſum a ſpeciali, cum ibi aliter diſponatur in libertate ſpecialiter: & hoc verum niſi reperiretur apud domeſticam perſonā teſtatoris, quia ab ea præſumitur cancellatum.l.vnica.§.ille autē.C.de lati.liber.tollen. quādo illa cancellatio tēdebat in fauorē illius perſonæ vt loquitur ille.§.ille autem.de quo late moderni in d.l.ſi vnus.

** Adde quod hæc eſt communis & humanior opinio ſecundum Phi. cor. in l. noſtra.C. de teſta.& poſſet procedere opinio contraria quando probaretur offenſio teſtatorū quæ in dubio non præſumitur argum.l. cū pater. §. rogo.ff. de lega.2.*

10 ¶Nec prędictis obſtare videtur vnum ꝙ a ſe ipſo primus dixit Ange.in d.l.noſtrā.vbi limitando dictā.l.inquit, ꝙ ſi eſſet teſtamentū parentū confectum inter liberos, cum ſolennitate aucten.quod ſine.C.de teſta.non haberet locum d. l. noſtrā.mouetur per auct. hoc inter liberos.C.eo.vbi ad reuocandum teſtamentū factum inter liberos requiritur teſtamentū ſolenne eo modo quo diſponit d.aucten.hoc inter.licet alias valeat inter liberos teſtamentū minus ſolēne, quia in propoſito noſtro neſcio ſi teſtamentum dictę dominæ fuit factū cum ſolennitate requiſita per dictā aucten.quod ſine.nā ſi non habet illā ſolennitatem ceſſat quæſtio.¶Sed poſito qđ ſic eſſet in d.l.ad noſtrā.Pau. de Caſt. ad finem dicit videri ſibi ridiculum illud dictū Ange. nam quis diceret quod ſi teſtator ſuā ſcripturā teſtamēti cācellauit vel lacerauit, qđ nō ſit mutatum teſtamentū? nec obſtat ſecundū eum d.aucten.hoc inter liberos. nā loquitur quādo proceſſit teſtator ad actū verbi: ſed actus facti eſt potentior ſecundū eum per d. l. noſtram.iuncta.l.ſancimus.illo titu.quidā moderni* mordent Pau. tendentes in fauorem Ang.licet poſtea ſaluent eum in vno caſu faciēte ad propoſitū, licet ſuper hoc latius poſſet inſiſti omittitur propter duo. Primo propterea, quia credo qđ in dicto teſtamento nō interuenit ſolennitas dictę aucten.quod ſine: & ſi hoc eſt verum ceſſant altercationes. Secundo, quia dictū teſtamētū fuit factum poſt conditas leges Tauri, quibus cautum & diſpoſitum eſt, quod in teſtamentis factis inter liberos requiritur eadem ſolennitas, quæ requiritur inter extraneos, vt diſponit.l.3.incipit (ordenamos y mandamos) & ſic videtur ceſſare dificultas, & militat diſpoſitio d.l.noſtram.¶Aduertendum tamen, quia iſtud fundamentum d.l.noſtram. principaliter conſiſtit in probanda intentione dictæ dominæ in apertione dicti teſtamenti; nam alias ex ſola apertione caſus eſt dubius. Primo, per l.proxime.ina.verbis. ff. de his quæ in teſtamēto delen.quæ quo ad legatū libertatis diſponit vt in dubio vbi aliquid reperitur inductum præſumatur inconſulte factum: & debetur libertas, quod Bart.ibi extendit ad alias pias cauſas.

** Videlicet Alexand.de Imo.in eadē l.ad noſtram vbi Phi. corneus aleg.pro opinio. Paul. & etiam cōtra Paul.*

*l.Regni.*

11 ¶Secundo, quia licet præſupponatur eſſe ruptum dictum teſtamentum per aperturam: tū ex quo poſtea in dicta donatione meliorationis dixit (cōplido mi teſtamento) videtur quod per hoc ſit receſſum a dicta reuocatione, vt eſt ille caſus ſingularis in l.qui liberis.§.teſtamento. ff.de bo.poſſ. ſecūdum tab.ibi (aut alijs literis eodē teſtamento ſe mori velle declarauerit, voluntas quæ defecerat iudicio recenti rediſſe intelligitur) de cuius intellectu doct.inſtant in l.fi. C.vnde legit.& in l. Sācimus.C.de teſt.¶Sed aſſeritur, qđ ante dictū teſtamentū in ſcriptis d.dn̄a fecerat aliud teſtamentum: & ſic illa verba (cōplido mi teſtamento) remanent dubia ad quod illorum teſtamentum referatur; cū duo teſtamēta prę ceſſerint: & cōſultus in d.§. ex teſtamento. in verſ.nō ſecus.&c.In caſu quo ibi loquitur.ſ. quādo teſtator poſt primū teſtamentū fecit aliud ſecundum: & illud ſecundum cancellauit, magis fauet primo teſtamento: & glo.ibi in parte ſuprema.



12 ¶Eſt & aliud ꝙ poſſet obijci.ſ. ꝙ cū hoc legatū de reſiduo quintæ ſit dubiū ex incertitudine, quæ cauſatur ex prædictis; qđ diuidatur per l.ſi quis titio.in.§.fi.ff.de lega.2.& per.c. cū quis.in.§.cum ab eo.de ſepultu.c.relatum ad finē de teſta.licet tex.nota.in l. ſi quis ſeruū.in.§.ſi inter.de lega.1. videtur dicere qđ neutri debeatur.Bar.cōcordat dicta iura qui videri poterit. ¶Sed ad vnum eſt aduertendū, quod hæc ſunt vera, niſi ex cōiecturis aliter conſtet: vt puta ſi vnum magis diligebat quam alium.Iſte eſt caſus ſingularis in l.ſi fuerit.ff.de rebus dubijs ibi (æqua charitate coniuncti) a contrario ſenſu optimus text. in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de lega.1.ibi (& legatarij dignitas; & neceſſitudo.&c.(ca.requiſiſti.verſ.ſi vero.de teſta.quæ iura ſatis ad hoc propoſitum ponderauit Cinus in l.1.C. de ſacro ſan.eccle.& Ioan.And.in d.c.cū quis.

13 ¶Offert ſe & tertia dubitatio reſpiciens tertiam & quintam, aſſumit enim fundamentū a quodam contractu dotali celebrato inter dictam dominam.B.& F.A. de Toledo tempore quo fuit conuentū de matrimonio contrahendo inter eum.& D. Santiā de Guzmā filiam dictæ.D.Beatriz, in quo ſunt hæc verba (por manera que ſacado el dicho tertio para mi el dicho don Luys todos ſeamos yguālados por partes yguales, &c.) Qui contractus fuit celebratus ſub hac data. ſ. (tres de Octubre, año de mil y quatrocientos y nouēta y tres años) qui contractus fuit iuratus, & præceſſit dictum contractum quædam capitulatio ſub hac data. ſ. (primero de Setiembre de nouenta y tres.) Vult ergo aduerſa pars inferre duo. Primum, quod ex iſtis verbis dicta d.B.ſe obligauit ad non meliorandum aliquem ex filijs: excepto filio ibi nominato in tertia.ſ.D. Ludouico qui iā deceſſit. ¶Secundo, quod cum dicta cōditio, ſeu obligatio fuit ex cauſa dotis cum dicto genero & filia ſua, quod ſit valida: ita quod contra eam non potuit venire retro trahēdo adhūc caſum.* l, Thauri, quæ pluribus annis poſt dictam obligationem condita fuit. Ad quæ multipliciter poſſe reſponderi videtur. Primo quia in dicto contractu dotali, vbi ſunt verba ante dicta, non loquitur d. dn̄a Beatriz, ſed dictus d. Ludouicus eius filius conſtat ex littera ibi: (por manera que ſacado el dicho tercio para mi el dicho don Luys, todos ſeamos yguālados por partes yguales.) ¶Secūdo, quia etiā ſi ab ea cenſerentur dicta verba prolata: cum tam in dicto contractu, quam in capitulatione ipſa obligatur ad cōtractionem adimplendam, non tamen ex dictis verbis colligi poteſt clara dictę dominę obligatio de non meliorando in quinto ſicut erat neceſſariū, & ſicut diſponit. l. Thauri.ſuper qua ſe fundant.Nā licet dicatur (que partan ygualmēte ſacādo el tercio dō Luys. &c.) Vt dicūt verba capitulationis nō tamē dicitur nec negatur quod ipſa.d.B.non poſſet meliorare in quinto, nec ad hoc ſe obligat expreſſe.per illa enim verba ambigua & obſcura non videtur ipſa ſe priuare poteſtate a iure ſibi conceſſa diſponendi de ſuo quinto.vnde ſi ad hoc gener ſuus eā voluit obligare, debuit hoc apertius exprimere &
14 declarare. Alias dicta verba ſic ambigua cōtra eum interpretāda ſunt, ex quo ipſe vult ſe iuuare ex dicto pacto: & ipſa habet intētionem ſuam fundatam de iure cōmuni, vt eleganter conſultus vult in l.ſi emptione. ff.de contrahend.empt.ibi. (eum ſtichum deberi quem venditor intellexit) ſecundum verum intellectum gloſſ. & Barto. qui optime poſt Accurſium gloſauit eam, & intellexit in l.veteribus.ff.de pactis. nam in dubio interpretatio fienda eſt contra eum, pro quo profertur: vnde mens glo.in d.l. veteribus.ad hoc tendit, quod in dict. l.ſi in emptione.pactum fuit appoſitum gratia emptoris: & ſic debet haberi, perinde ac ſi ab eo eſſet appoſitum: debet ergo ſemper pactum interpretari contra eum, pro quo & in cuius fauorem apponitur, & cum dicta gloſſ.concordat glo. in l. labeo.ff.de contra. emptio. & ſic omnes concordant pactum interpretandum eſſe contra eum, qui ex tali pacto fundat intentionē ſuam * cū ipſe debet probare eam de neceſſario concludentem.l.non epiſtolis. & l.nō nudis.C.de probatio.ideo interpretatio fit contra eum, qui intentionem ſuā nō probat: ex quo infert.Bar.in d.l.veteribus. ꝙ ſi pactum eſſet appoſitū pro vtroq; cōtrahentiū interpretatio fieret cōtra eum, qui ex dicto pacto fundaret intentionē ſuam per rationē prædictā, quia cum ſit ambiguū intētionē ſuam nō probat.ff.de re.du.l.cū quæritur.ff.de verb. oblig.l.ſtipulatio iſta.§. in ſtipulationibus. vnde Angel.in d.l.veteribus cū his concordans inquit: quod in caſu in quo non apparet quis protulerit verba obſcura.puta quia notarius dicit in inſtrumento infra ſcripto

** f l.Regni.*

** Adde Curtium ſeniorē conſi.48. memoriæ recolēdæ, & vide modernos in cap. in præſentia.de probatio.*

partes ad infra ſcriptum contractum permutationis venerunt cum clauſulis & capitulis infra ſcriptis:& ſic apparet quod ſunt verba notarij : ſed quis ea protulerit non apparet. nam tunc quicunq; fundat intẽtionem ſuam ex dicta pactione obſcura: quia dicit ſic interpretari debere illud probet per regulam ei qui dicit.ff.de probatio. & l.ſi pactum.eodẽ titul.

¶Ex quibus infertur,quod cum dictus.F.A. de Toledo,& ſua vxor fundant intentionem ſuã ex dictis verbis (partan por yguales partes)quæ verba dubia ſunt nec expreſſum ſit, ꝙ dicta dña.B. non poſsit meliorare in dicta quinta,nec aliquid vltra diſponere , & dicta verba: (vt cõſtat ex capitulatione) fuerũt ab vtraq; parte prolata & capitulata dicta verba cõtra eũ interpretanda ſunt,& ſuccedit regula illa Papiniani,poſita in d.l.veteribus.ſ. venditori , & ei qui locauit nocere in quorũ fuit poteſtate legem apertius conſcribere.

¶Præterea reperimus a iure ſtatutũ eſſe verba ſic indiſtincte, & generaliter prolata debere ſuppleri & regulari ſecundum aliam iuris diſpoſitionem . puta permittit locator non expellere conductorem, intelligitur ſaluo ſi non ſoluat.l.quæro.in.§. inter locatorem.ff. loca.iuro ſoluere intelligitur ſi non numeratum ſit l.fina.C.de non.nu.pe. & ſic illa verba(partan por yguales partes).ſ.niſi ipſa meliorauerit.

¶Tertio videtur,ꝙ dicta verba, non inferũt de neceſſario dictã dominam ſe obligare voluiſſe ex dictis verbis ad non meliorandum. Sed videtur fuiſſe appoſita ad deſignandam &includendam collationem:vt communiter ſolet fieri in teſtamẽtis , & alijs diſpoſitionibus,quaſi vellet dicere , ſi dictus.ſ.A. de Toledo, & vxor ſua voluerint ſuccedere afferãt dotem ad collationem , & oẽs ſuccedant æqualiter quæ eſt natura collationis : & hoc apparet ex ſcriptura capitulationis:nam illa verba ſolum fuerunt appoſita in illo capitulo de dote conferenda:dũ dicitur.(Otroſi, quæ ſi la dicha ſeñora doña Sancha,o ſu marido quiſieren, o vieren q̃ les cumple tornar a particion cõ el dicho dõ Luys , y con don Franciſco ſus hermanos.&c.) Vnde illud pactum magis videbatur appoſitum in fauorẽ aliorum filiorum , cum mater iuberet collationem fieri a dicto genero, vt omnes æqualiter ſuccederent:quia forte dos eſſet exceſsiua : vt ſe priuaret poteſtate diſponendi : de quinta ſibi a lege permiſſa.

¶Quinto,quia etiam ſi prædicta ceſſaſſent & aperte conſtaret ex dictis verbis : & ſic expreſſe ad hunc effectum fuiſſet facta dicta capitulatio , ꝙ dicta domina non poſſet diſponere aliter de bonis ſuis,nec de quinta, niſi ꝙ bona diuiderẽtur æqualiter inter filios : hoc non valet ex defectu poteſtatis:nam tale pactum non valeret decidit Imperator in l. pactum * quod dotali.C.de pactis.vbi caſus eſt in terminis ſingularis : licet vulgo notus. ꝙ ſi pater cum filiam dotabat inſtrumento dotali conuentum eſt : vt ex æqua portione cũ fratribus hæres eidẽ eſſet , nihil valet tale pactũ,nec illud abſtulit patri liberã teſtamẽti factionẽ:eſt enim cõtra bonos mores:ideo nullã obligationẽ inducit vt ibi dicit Imperator:& ſic nec etiã naturalẽ obligationẽ inducit, vt l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb.obli.facit l.licet.C. de pactis. & l.cũ donationis.C.de tranſact.nec firmatur iuramento etiã de iure canonico.c.nõ eſt obligatoriũ.de reg.iuris.lib. 6.& glo.& oẽs docto. in l.ſi qñ.in.§.illud.C.de inoffic.teſta.in l.pactũ.& ibi Bal.C.de colla.Bar. in l.ſi quis pro eo.in primo mẽbro.ff.de fideiuſſ.& in l.ſtipula.hoc modo cõcepta.ff.de verb.obli.eſt cõmunis opinio legiſtarũ, & canoniſtarũ in ca. quãuis pactũ.de pactis.in. 6.& in.c. cũ cõtingat.de iure iurãdo: cũ ſit pactũ de ſuccedẽdo, ꝙ inducit votũ captandę mortis:& etiã auferat teſtamenti factionẽ:imo cũ dictus contractus fuit iuratus:&etiã capitulatio ob hoc ſolũ dictus contractus fuit nullus, & nullius effectus,vt expreſſe diſponit.l. Toleti,quæ annullat contractus factos cum iuramento. 15

*Adde quod inter hanc l. pactum quod dotali. C. de pactis.& inter l.22.tauri.eſt difficile inuenire bonã concordiã ideo aliqui ſcribẽtes Hiſpani in ead.l. 22.dicunt l. pactũ eſſe correctã per illã l. regni. de quã & eius intellectu.vide doct.Didacũ de Segura pe.1.§.ſi vir. ff.de acquir. poſſe.fol. 85. col.2.vel.repetitio.*

16 ¶Sed cum hoc ſic indubitanter ſit deciſum aduerſa pars fundamento iuris cõmunis deſtituta nititur fundare deſiderium ſuum ex legibus nouiter conditis in Thauro : vbi diſponitur,ꝙ ſi pater , aut mater promittãt nõ meliorare aliquẽ filiorũ in tertio aut quinto in ſcriptura publica , quod valet promiſsio & melioratio in contrariũ facta,vt diſponit. l.nu.* 22.incipit(ſi el padre,o la madre:)q̃d in propoſito non obſtare ſic euidenter oſtenditur.Primo, quia caſus noſter videtur multum diuerſus a diſpoſitione.d.l.nã in contractu ſuper quo aduerſa pars facit fundamẽtũ,non ſunt talia verba , nec in eo dicta dña promiſit nõ meliorare aliquẽ ex filijs ſolummodo ſunt illa verba:de qua ante.ſ. (q̃ queriendo heredar trayã a particiõ,y hereden, y partã por yguales partes,quę verba ſic generalia ex multis,vt ante dixi, videntur nõ eſſe appoſita ad ſe priuandũ poteſtate meliorãdi ſibi a lege cõceſſa:& illa verba poſſunt & debẽt intelligi,niſi ipſa aliter diſpoſuiſſet : imo in euentum poterant eſſe in dãnum filiæ ſuæ, & generi ſi forte dos excederet portionẽ ſibi de hæreditate obuenientem , cũ deducta ad collationẽ deberẽt ſuccedere æqualiter,quæ omnia ceſſant in caſu in quo loquitur d.l. Tauri.ſ.ꝙ promittit non meliorare: nam hic iam clare ſe priuat poteſtate meliorandi : cũ ergo.d.l. ſit exorbitans , & correctoria iuris cõmunis,eſt reſtringenda non amplianda,niſi ſolũmodo ad caſum : in quo loquitur.l.2. C.de patri.qui fili.diſtra.glo.in l.illud. C.de ſacroſan.eccle. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ idem videtur ſubintelligi in d.l.de iſto caſu , de q̊ agimus ; nã per verba obſcura ſuppleta vel ſubintellecta alicuius legis,non debet induci alterius.l.correctio. vt dicit illa gl. not.in c. cupientes.in.§.quod ſi per.20.de electi.lib.6.

*g





17 ¶Secundo, quia pactum & conuentio nõ ſolum videtur eſſe contra dictã l.pactũ.ſed etiã habet aliam turpitudinem:quia eſt aperte cõtra l.fi.C.de pact.nam(vt ex eo cõſtat ) fuit pactum inter filios de hæreditate matris diuidenda æqualiter ; nã principalis paciſcens fuit.d. Ludouicus cum ſorore ſũa ambo filij d.B.cui conuentioni ipſa preſtitit cõſenſum: & illud pactum valde improbatum eſt a d.l. fi.etiam inter filios: vt ibi dicit gl. approbata niſi in eodem cõſenſu mater perſeueraſſet vſq; ad mortem: vt tex.ibi dicit,ſed ipſa mater non perſeuerauit: imo reuocauit,vt conſtat ex d.donatione,& melioratione facta filio ſuo.D.Franciſco: abſit ergo dicere,quod d.l.Tauri debeat extendi ad corrigẽdum d. l.fi.nec tale quid dicit, nec loquitur de pacto facto inter filios, nec tale debet ſubintelligi ad inducendam tantam legum correctionẽ, vt d.glo.in d.cap.cupien.

18 ¶Tertio,quia valde videtur diſtare dictũ pactum in alio a diſpoſitione d.l. Tauri. nam illud pactum.ſ.de inſtituendo æqualiter: ita quod nullam poteſtatem haberet ad diſponendum de quinto eſt reprobatiſsimũ ; cum non ſolum auferat liberam facultatẽ teſtandi: imo auferat omnimodã facultatem teſtãdi.Quod quam a iure reprobatum ſit,plura & vulgaria iura clamant:& tale pactũ videtur etiam. l.canonica improbatũ , tanquam contra bonos mores,vt in ca.de teſtãda.& in c.ne captãdæ.de conceſ.preben. in.6. in tantum,ꝙ per priuilegiũ vel ſtatutũ non poteſt tolli libera teſtamenti factio. eſt caſus ſingularis in l.ex pacto.ff.de vulg. in prin. ibi.(eſt enim iniquum)quem ad hoc ponderat & extollit Paul.de Caſtr.ibi. licet hoc non careat ſcrupulo propter d.Bart. in l.2.ff. de vulga. & aliorum in d. l. ex pacto. Sed in caſu. d.l. Tauri.quando permittit non meliorare,non ſic tollitur libertas teſtandi.

¶Quarto,quia & ſi omnia prędicta ceſſaſſent & d.l.Tauri. expreſſe diſponeret ſuper hoc: & ſuper caſu d.l.pactum.& d.l.fi. non põt negari dictã.l.non eſſe correctoriã iuriũ ſupradictorum.Sed cum dictus contractus dotalis fuit celebratus pluribus annis ante conditã d.l.Tauri,euidens eſt non debere retro trahi ad tempus dicti contractus : cum leges non debeant trahi ad præterita.l.leges. & per totum.C.de legi.c.fi.de cõſtitu.cum vulga.etiã ſi in lege eſſent aliqua verba,quæ poſſent importare præteritum & futurũ , ſecundũ Ab. in d.c.fi.3.nota.allegans Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.duæ glo. notandæ hoc probant: vna in cap.vnico.de cleri. non reſiden.in.6.in glo.fina.in princip.alia in cap.& in parte commiſerint.de conſti.in. 6.quas ad hoc vtrobiq; notat & ſequitur Domini.cum igitur hoc ſit principium vulgatum.ſ.leges, quæ ſunt noui iuris deciſoriæ non debere ad præterita trahi. 19

¶Reſtat ſolũmodo vnum , ꝙ videtur ſuper hoc ponere difficultatem: dicit enim aut dicere poteſt aduerſa pars, ꝙ verum eſt , quod dicta d. B. celebrauit dictum contractum cũ dicto genero ſuo multo ante conditam d.l. Tauri,ſed quod dictam donationem meliorationis:& etiam teſtamentum illud ſignatũ ꝙ facit totum illud factum eſt poſt iam conditam d.l.Tauri.*itaq; tempore quo d.l.fuit condita inuenit dictum contractum donationis in ſuo eſſe,& non reuocatum ; per quod forte vellent dicere,quod d.l. * dedit robur dicto contractui, etiam ſi tempore quo fuit celebratus eſſet nullius effectus , non video fundamentum quod vrgeat de neceſſario. Et in ſuperficie poſſet facere pro hoc quædã concluſio Bar.in l.omnes populi.ff. de iuſti. & iu. 15.col.vbi inquit, quod ſi ſtatutum diceret,quod ſi vxore mortua in matrimonio ſine filijs:vir lucretur tertiam partem dotis, habebit locum ſtatutum etiam in dotibus datis ante ſtatutum vxore mortua poſt ſtatutum & Bal.in l.illam.C. de donat. inquit, quod ſi ſtatutum excludit filiam dotatam a ſucceſsione dotantis extenditur ad filias dotatas ante ſtatutum ; ſi pater dotãs moriatur 20

*Adde & pondera l.fi. in eiſdem deciſionibus tauri ibi dum dicit : y en los pleytos y cauſas que de aqui adelante de nueuo ſe mouierẽ y comẽçarẽ,guardeny cũplan y executen , &c. ex quibus verbis poſſunt decidi aliqua dubia, & vide ibidẽ aliquos ſcribentes Hiſpanos.*

*h

poſt ſtatutum: & alia plura, & ſimilia adduci poſſent circa hoc: ſed hoc, & his ſimilia conſideranti vera principia valde diſtant a propoſito; loquuntur enim in his inquibus licet factum ſit de præterito ſperant perfectionẽ, ſeu executionem de futuro, inquibus longus ſermo haberi poſſet ex magna modernorũ prolixitate: nã multi tenent contra Bar. & alij pro, & ſic diuiſerunt cõſiderationes ſuas, & dimiſerunt poſteris diſcordiam: & nihil loquuntur realiter tangens caſum noſtrum.

¶Caſus enim noſter proprie eſt quando aliquis facit aliquem cõtractum, qui de iure nõ tenet, nec eum obligat ſi poſt talem contractum ſuperueniat lex approbans, & permittens fieri tales contractus obligando contrahentes adimplere, ſi talis lex ſic trahetur ad præterita quod confirmet dictum contractũ nullum, ſeu inualidum: & iſtum caſum non tangunt moderni, & reperio Bart. eleganter determinare, quod talis lex ſuperueniens nõ approbabit, nec annullabit talem contractũ nullum, aut inualidum anteafactum: & ſic talis lex ad hoc non trahetur ad præteritũ in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in. 14. col. verſic. circa tertiũ. in quæſtione illa. ſ. vtrum quando ſtatutum ſimpliciter loquitur trahatur ad præterita, inquit, quod ſi procedit confirmãdo non trahitur ad præterita: & ſubdit, hoc verbum ad propoſitum. Quis enim diceret quod. l. ſi quis argentum. §. ſine autem. C. de donatio. quæ confirmat pactum nudum donationis, porrigi ad donationes ante illam. l. factas, certe nullus: hoc ille. quod determinauit caſum noſtrum: nam ante illam. l. pactum nudum donationis erat inefficax, ꝙ factum fuit efficax per illã l. concludit non extendi ad donationes anteafactas, nec ſecundum eum obſtat l. bene a zenone. §. quod igitur de quadrien. præſ. nam ibi expreſſe fuit diſpoſitũ quod traheretur ad tẽpus præteritũ: & hoc non vidi in hac materia ponderatum ab aliquo etiam moderniori quem viderim, & infert propoſitum ineuitabiliter.

¶Præterea etiam: vbi actus eſt perfectus ratione formæ etiam ſi pendeat ratione effectus ad illum. l. noua non porrigitur Iſte eſt caſus ſingularis in l. habemus. ad finem. C. de teſta. & in l. fina. in fine. C. de curato. furio. & in l. 1. in fin. C. de rei vxo. actio. & C. de legiti. hære. l. 12. tabularum in fine. & in. §. alienationis. in auten. de non alienam.

¶Secundo reſpondetur, qđ etiam ante conditam dictã. l. Tauri. dicta domina Beatriz fecit quoddam teſtamentum: in quo diſpoſuit de quinto: & ſic iam reuocauerat dictum pactũ antequam d. l. fieret.

¶Tertio, quia in tertia ipſa in dicto cõtractu dotali expreſſe cauit, vt poſſet meliorare filium ſuum dominum Ludouicum: & ſic in illa tertia expreſſe ſe prouidit: & per conſequens æqualitas inſtituendi non poteſt referri ad tertiam. Hactenus ſufficiant, quæ ſubmiſſa vadunt correctioni melius de iure ſentientis.

## Sequitur lectura.

¶Ad portum huius Pelagi deo duce accedẽs iuxta illud Vergilij. 6. Eneid.

*Sic fatur lachrymans claſſique immittit habenas,*
*Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.*

¶Offert ſe quæſtio non minus quotidiana quã periculoſa: & alio ſcriptore digniſſima.

¶Titius per viam donationis inter viuos do 21
nauit quintam partem bonorum in vita ſua poſtea in articulo mortis exiſtẽs vult diſponere de alia quinta pro anima ſua: vtrũ hoc poſſet: quod eſt incidere in illam quæſtionẽ ſi poſſunt deduci duæ quintæ.

¶Et in hac quæſtione ex quacunque deciſione negatiua ponis te in duo extrema. Primo, quia negare quod in vita per viã donationis inter viuos quis non poſſet donare quintam eſt extremũ ridiculoſum: & contra iura expreſſa infra in hoc foro titulo, de las donaciones. vbi permittitur cuicunque filios habẽti donare quintam nedum pro anima, ſed ad prophanas cauſas: & negare hoc, eſſet auferre parenti omnimodam adminiſtrationẽ, & poteſtatem ſuper bonis ſuis. ¶Secundũ extremũ eſt, ſi negares, vt quis nõ poſſet dare quintã pro anima in mortis articulo conſtitutus, eſſet aperte cõtra hãc. l. & per cõſequẽs eſſet maximum ridiculum; quod exiſtens in extremis nil poſſet relinquere pro anima, nec vnã candelã cereã: poneres etiam te in maximo conflictu quotidie, vt cum quis legat pro anima diſceptaremus ad validationẽ legati inquirendi, quæ bona donauerat viuus: vt ſi integrã quintã nil valeret legatũ alias ſolũmodo quod ſupereſt legare poſſet: & hæc de negatiua deciſione. ¶Econtrario ſequitur etiam incõueniens ex deciſione affirmatiua: ſi enim permittamus patrem in vita diſponere de vna quinta, in morte de alia, eſſet hoc in magnam patrimonij diminutionẽ: & per cõſequens in graue detrimentũ, & præiudi-

cium



cium filiorum contra conſilium Auguſtini relatum a Gratiano in c. fina. 17. quæſt. 4.

¶Ad rem deueniens. videtur dicendum, ꝙ ſi
22 aliquis inter viuos donaſſet * quintã partem
* a bonorum ſuorum ad cauſas prophanas, nihilominus poſſet donare ſeu legare aliã quintam pro anima: & econtra nam certum eſt, quod inter viuos licitum eſt patri donare vſque ad quintam partem bonorum ſuorũ indiſtincte: vbi voluerit: & ad hanc donationẽ reuocandam filio nullo iure ſubuenitur quia filio ſolummodo competit querela inofficioſæ donationis: vbi donatio eſt inofficioſa, ſed inofficioſa dicitur illa, quæ excedit legitimam: vt per totum. C. de inofficio. dona. ſed hodie quinta dicitur vltra legitimam. Caſus eſt hic & illam habenti filios permittitur donare, vt infra in titulo de las donaciones: cum ergo donatio quintæ non eſt inof. ſequitur quod filio nullum remedium competit ad eam impugnandam.

23 ¶Præterea facit ad hoc glo. nota. in l. 1. C. de inoffi. dona. quæ dicit, quod ſi pater habens vnum filium donauit inter viuos. 9. vncias: & ſic non fuit donatio inoffi. cum remanſit triens quæ erat legitima: quod ſi poſtea caſu fortuito, perdidit trientem, quod filius querelã inofficioſæ donationis, nec aliquod aliud remedium habet contra donatarium. quã glo. omnes approbant. ratio quia a principio valuit dicta donatio, nec fuit inofficioſa, cum non donauit vltra dodrantem, & remanſit triens, quæ erat legitima filij. Cũ ergo a principio nihil factũ eſt illegitime nõ debet ex cauſa ſuperuenienti retractari l. ſcimus. C. e. d. ſecundũ Cinum: ergo ſi donatio quintæ facta inter viuos non põt infringi tanquã inofficioſa non impedietur in vltima voluntate legare, ſeu relinquere aliã quintam pro anima, cum per hanc. l. hoc ſibi permittatur.

¶Præterea legitima debetur habita conſide
24 ratione ad bona quæ teſtator reliquit tẽpore mortis. l. cũ quæritur. C. de inoffi. teſtam. ſed cũ non ſit facienda conſideratio de dictã donatione facta inter viuos: ex quo non fuit inofficioſa, & de bonis quæ remanent tempore mortis permittatur patri legare quintã pro anima: ſequitur. quod etiam facta dicta donatione quintæ inter viuos ſi teſtator in morte relinquat aliam quintam pro anima, non dicitur grauare filiũ cum ei relinquat integrã legitimã de omnibus bonis quæ tẽpore mortis reperiuntur, quæ legitima eſt hodie omnis paterna facultas, quæ reperitur tẽpo-
re mortis excepta quinta, vt hic aperte dicit 25
tex. ¶Contrarium * videtur verius in puncto iuris Allego ad hoc glo. ſingu. in l. 1. C. de inoffi. dona. in glo. magna. verſi. 6. quæro. vbi videtur mouere in terminis quæſtionem noſtrã: dicit enim. pone, ꝙ pater habens vnum filium donauit nouem vncias, demũ inſtituit eum in tribus vncijs, quæ erat integra legitima ipſius filij, & onerauit filium legatis, & fideicomiſſis vtrum iſte filius habeat aliquod remedium: videbatur ꝙ nõ per ſuperius dicta: quia querelã inofficioſæ donationis nõ habet, cum donatio nouem vnciarũ non fuit inofficioſa: ex quo non excedebat legitimã: quia tres vnciæ remanſerunt filio, quæ erãt integra legitima: nec etiam habet querelam inofficioſi teſtamenti. nã ad hoc, vt ceſſet querela talis, ſufficit, qđ filio relinquatur quarta de bonis, quæ reperiuntur tempore mortis. l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtamen. & in d. §. quarta. ſed cum tempore mortis ſolum reperiebantur tres vnciæ ſufficit quod de illis tribus vncijs habeat quartam: & per conſequens reſiduum potuit legari glo. decidit contrariũ quam oẽs approbant, concludẽs, quod debet filius habere oẽs tres vncias integras reiecto onere legatorum: & ſic non dicitur legitima habita conſideratione ad quartam trium vnciarum, quæ erant: & remanſerunt tẽpore mortis. ſed omnes tres vnciæ dicuntur tota legitima & integræ pro legitima debentur filio in totum habito reſpectu ad bona quę erant tempore donationis: quia erant duodecim: vt in themate quęſtionis dictum eſt.

**Adde doc. de Pala. ru. in cõmẽ. col. 28 Tauri dicentẽ qđ. l. illa non videtur negare quod poſſit pater vel mater vni filiorũ in vita donare quintam partem bonorũ & alteri in morte donare aliam tertiã & quintam ſed tantũ negat & prohibet qđ vni met filio virtute dictarũ legum donentur duæ quintæ partes.*

¶Præterea probatur ſic: Certũ eſt ꝙ per hãc 26
l. quoniã in prioribus ſolummodo erat prouiſum, vt in bonis quæ quis habebat tẽpore mortis relinqueret filio ſuo legitimã taxatã ſecundum numerum vnciarum poſitum in auctentica nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & qđ hoc relinqueretur abſque aliquo onere, ſeu grauamine, cum legitima dicebatur habita cõſideratione ad bona quæ tempore mortis reperiebantur, dicta l. cum quæritur, ſed per hoc nec erat filijs integre prouiſum, nec plene cõſultum: nam teſtator inter viuos per modum donationis diſtribuebat maiorem partem bonorum ſuorum: & de his quæ tempore mortis ſuæ reperiebantur. ſiue pauca, ſiue multa relinquebat filio quartam. cum quia ſatisfaciebat filio ſuo de legitima iuxta. d. l. cum quæritur: vnde; videbatur legi ſatisfactum tamen filius remanebat nimiũ defrau-

datus

datus quæ fraus non prouidebatur per hāc l. quoniam in prioribus. Sed ad illam tollendam emanauit titulus de inoffi. donatio. per quem conſideratur legitima habendo reſpectum non ſolum ad bona, quæ reperiuntur tempore mortis, ſed conſideratur retro ad tēpus donationis: & debet filio relinqui quartam de bonis patris habito reſpectu ad tempus donationis, & hanc opinionem tenuit etiam glo. in d. l. vnica in principio gloſſ. magnæ. & probatur aperte hæc opinio in l. ſi patronus de bon. liberto. & in l. ſi patronus de donationibus & in alijs. ll. ibi per Cinum allegatis.

¶Sic in propoſito de iure iſtius regni omnia bona patris dicuntur legitima: excepta quinta. Caſus eſt hic igitur ſi pater donat quintā inter viuos: iam donauit vſque ad dodrantem, prout loquebamur, in legitima de iure communi: cum ergo totum quod ſupereſt dicitur legitima filij integra relinquenda eſt filio, nec poteſt grauari onere legatorum diſponendo de alia quinta pro anima.

¶Et ſi dicas diuerſæ leges iſtius fori loquuntur de quinta: nā in titulo de donationibus loquitur de donatione quintæ permittenda inter viuos: hæc lex videtur loqui de alia quinta permittenda, vt relinquatur tempore mortis pro anima. Reſpondeo quod ſi bene conſiderentur tota eſt vna quinta, & ſic iſta lex non loquitur præciſe pro anima: imo expreſſe permittit: quod pater poſſet diſponere de dicta quinta, ſiue pro anima, ſiue extraneis cuicunq; voluerint. Item, quia ſic erat de iure cōmuni, nam illud ꝙ erat vltra legitimā: ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate poterat a patre donari, & relinqui ſiue pro anima, ſiue extranei: vt patet per totum titulum. C. de inoffi. donatio. & de inoffi. teſta.

¶Nec etiam obſtat ſi dicas: quod iſta lex loquitur de legitima relinquenda tēpore mortis, & excipit quintam tum temporis nam ſic erat etiam de iure communi: quia debebat relinqui quarta de bonis, quæ ſuper erant tēpore mortis d. l. cum quæritur tamen nihilominus habebatur conſideratio retro ad tempus donationis: & ad hoc venit titulus. C. de inoffi. donatio. ne alias nimium poſſent fraudari filij, vt dictum eſt.

27 ¶Vnde in puncto iuris iſta opinio videtur iuridica: quod ſi pater per modum quotæ inter viuos donaſſet quintam bonorum ſuorum, quod non poſſet poſtea in morte relinquere aliam quintam.

¶Et ſi dicatur * grande inconueniens, ſequitur quod in tempus mortis non habeat pater poteſtatem aliquid relinquendi ſaltem pro anima: reſponderi poſſet tripliciter. Primo quia imputetur ſibi qui inter viuos totam integram quintam donauit in vſus prophanos conſultus animæ ſuæ fecerat diſtribuendo in pios vſus. ſi hoc non præcauit in vita incidit in foueam quam fecit. Secundo, quia cum excepta quinta totum patrimonium paternū dicatur legitima: & quintam iam diſtribuit pater inter viuos fauorabiliores ſunt filij in legitima, quam pia cauſa. Caſus eſt ſingularis, quem valde extollunt ſcribentes in auctent. ſi qua mulier. C. de ſacro ſanctis eccleſis, & quicunq; exhæredato filio vult eccleſiam inſtituere aliū quærat, conſultorem, quam Auguſtinum: & deo propitio neminem inueniet. 17. quæſtio. 4. quicunque.

> * Adde ſimile inconueniēs ex ijs quæ dicit doctor de Pala. Ru. in cōmento. l. 22. nu. 10 vnde licet quod ſi pater promiſit meliorare filium in tertia & quinta parte bonorum nō videtur poſſe relinquere quintam partem pro anima ſecus dicit ſi pater pmiſiſſet non meliorare in tertia et quinta parte bonorum aliquē ex filijs vel nepotibus.

¶Tertio dico, quod nec patri aufertur in totum poteſtas aliquid diſtribuendi pro anima ſecundum quandam opinionem ſingula. Salicet. ab eo poſitam in d. l. vnica. quam Vt intelligas debes aduertere, quod ſecundum opinionem quam ſupra retuli communiter omnes tenent, quod vbi pater in vita habens vnum filium donaſſet dodrantem, & ſic vſque ad legitimam, quod omnes tres vnciæ quæ ſuperfuerunt dicuntur integra legitima non quarta illarum: ſed in modo reuocandi eſt differentia: nam Cinus ſequutus glo. dicit, quod vbi pater donaſſet dodrantem, & poſtea filium inſtituiſſet in tribus vncijs remanentibus, & eum legatis oneraſſet, quod cum dictæ tres vnciæ quas pater retinuit: & ſuperfuerunt de donatione ſint legitima filij, & legitima reputatur æs alienum: lege Papinianus. §. quarta. &. §. ſi quis impuberis. de inofficioſo teſtamentum. & æs alienum ante omnia eſt ſoluendum. l. ſcimus. §. licentiam. C. de iure delibe. quod dictum onus legatorum habetur pro non appoſito, vt hac l. quoniam: & per conſequens filius habebit omnes tres vncias integras, nec tenebitur ad aliqua legata ſoluenda: Hæc eſt cōmunis opinio. quam fere omnes ſequutntur concludentes totum incūbere damno & præiudicio legatariorum: quia cum donatio licita fuit, nec inofficioſa, cum non exceſsit dodrantem, non debet aliquid auferri donatario: ſed totum legatarijs auferendum eſt: & hac opinione retenta, verum eſt quod omnimoda poteſtas aufertur patri relinquēdi pro anima



*b anima * ſi vſque ad dodrātem donaſſet inter viuos de iure communi, & de iure iſtius regni vſq; ad quintam. Sed Bartho. de Salic. ſingulariter in d. l. 1. C. de inoffi. donatio. 6. colū. verſi. quæro decimo, tenuit contrarium, dicens: quod non in totum euaneſcant legata, ſed pro rata filius habeat & conſequatur legitimam, tā de donationibus ante factis, quā de legatis. Sed hæc opinio non poteſt bene extare ex eo: quia cum donatio fuit licita, nec inofficioſa uou eſt iuridicum illam poſſe reuocari: Ideo iuſtius eſt, vt onus legatorum reficiatur, prout omnes cōmuniter tenent in d. l. 1. & adhuc ipſe Salice. in. 10. quæſt. videtur magis adhærere communi opinioni.

¶Nihilomius cogitabis ſemper ſuper deciſione huiuſmodi periculoſæ quæſtionis cum ex vna parte videatur iniquū auferre patri patri poteſtatem legandi pro anima: & ex alia videatur etiam durum: ita permittere diminutionem patrimonij, quod filij defraudentur legitima ſua contra dictum cōſilium diui Auguſt. ¶Vbi autem pater inter viuos non donaſſet quintam per modum quotæ, ſed feciſſet aliquas donationes particulares modicas, vt quotidie fit, non conſueuit, vt tempore mortis habeatur conſideratio ad diminuēdam quintam, quam pro anima legaſſet, propter dictas particulares, & modicas donationes in vita factas: quia hoc eſſet quodāmodo ita ligare manus patris, vt induceret interdictio diſtributio, & adminiſtratio bonorū, quod non eſſet procul ab iniquitate: & iſta videntur mihi iuſtius conſiderata. poſteri ſi rectius ſenſerint calamo non parcant dūm nō retractandi animo, ſed zelo iuſti iudicij dncti iudicantibus recta ſentire atque iudicare doceant. * ¶ Per quę cum laude omnipotentis & eius glorioſiſsimę virginis & matris ſit finis huic vtiliſsimo commecto quod perfectū fuit reuiſum atque limatum veſpere beatiſſimi Petri Apoſtoli circa duodecimam horā diei anno natiuitatis Redemptoris & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti Mileſimo Quingenteſimo. ¶ Et ſi quid in hoc commento benedictum ſit hoc gratiæ diuinæ tribuatur: ſi autem aliquid male aut per errorem, ſeu ignauiam, hoc pro non dicto habeatur omnia ſubmittens correctioni, & iudicio melius de iure ſentientis.

> * Attamen hodie in curijs Tauri factis anno. M. D. V. facta eſt quædam lex qua incipit (la ley del fuero:) & eſt. n. 28. quæ diſponit, quod in vita & in 28. morte non poſſet parens donare duas quintas partes in vita deſcendentibus ſuis nihil tamen ibi determinatur de quæſt. noſtra. §. ſi vnā quintā dediſſet in vita filijs vel extraneis, ſi in morte poſſet dare aliāquintam pro anima vel e contra ideo ſemper remanet dubia quæſtio de qua ſuper & forte, quia viſa fuit val de dubia legū conditor tranſiuit ſub nube.

# Finis Repetitionis legis Quoniam in prioribus.

# Incipit ſubtilis lectura eiuſdem Roderici Xuarez *ſuper. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. vna cum declaratione legis regiæ titulo de las excepciones l. ſi. in ordinamentis regalibus.*

LEX poſt rem iudicatam.) Hec lex ſituata eſt in titulo. ff. de re iudicata que licet breuis, & ſuper ea tam antiqui quam moderni, parum aut nihil ſcripſere, tamen quia habet materiam quotidianā & practicabilem, vt iam expertus placuit eius cōmentum aſſumere eo maxime motus, vt in lecture diſcurſu texerem quaſdā lucubratiunculas, nō paruis vigilijs a me excogitatas editaſque ſuper quadā lege huius regni que ſimilem habet materiam cum

*Sūmarium.* iſta. ¶Et in ſumma ſecundum docto. hoc intēdit ſententia, iuſiurādum & confeſsio in iudicio habent executionem paratam. cum hoc ſummario Ange. & Imol. fuerunt cōtenti pro eius lectura.

## Nota primo quod

ſentētia habet executionem paratam: & hoc eſt vulgare, & dicit Bart. quod ideo hic non eſt inſiſtendum, quia libri ſunt pleni hac materia. Solummodo habes notare duo principia, quæ licet vulgaria quotidie tamen occurrunt. Primum, quod ſententia habet executionem paratam, niſi ſit ſublata per nouationem aliquam, *quia talis ſententia nouata, nec ſtipulatio vel alius contractus illam nouans, nō habet paratam executionem. Caſus eſt in l. ſi cauſam. C. de execu. rei iudi. & in l. ſi cauſam. C. de execu. rei iudi. & in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudica. & in l. minor. 25. annis cui fideicommiſſum. ff. de mino. & quando & ex quibus præſumatur nouatio. vide Bart. nota. in l. qui vſumfructum ff. de verbo. obliga. & in l. pen. de præto. ſtipula. Bart. & Alexan. latiſsime in d. §. ex conuentione. & ibi Ange.

*Primus caſus.*

* a

¶Vnum nota, quod habens ſententiam pro ſe licet in executione ſententiæ accipiat * pignora, vel fideiuſſores, non ex hoc inducitur nouatio ſententiæ: nec propter hoc prohibetur contra debitorem non ſoluentem, petere executionem ſententiæ in alijs bonis debitoris, vel in eius perſona: quando de iure communi vel municipali captura eſſet permiſſa. Hoc probat tex. ſingu. *in l. 4. in. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudi. ibi. Sed ſi pignora: & ibi docto. & Alexan. ibi exemplificat, etiam in captura: de quo deo concedente alibi dicam, vtrum hoc ſit verum, benefacit. l. 1. §. quod ſi non. de vend. inſti. & quod Bar. dicit per illum in l. cōſentaneum. C. quo & quan. iudex: ſic alias obtinui contra quendam diuitem mercatorē, qui volebat impedire executionem ſententiæ propter quædam pignora, & fideiuſſores a ſe datos & latiſsime ſcripſi ſuper hoc in quodam meo conſilio incipienti, in ciuitate Hiſpalenſi. & ideo non repeto quæ ibi allegaui.

2 *b

* *Ad de in ſimili Bal. in. l. qui legati. C. vt in poſſe. legat. vbi al. le. glo. ordi. in auten. de fide iuſſo. §. 1. qua incipit ſuman collatio. 1.*

¶Secun



¶Secundū eſt quod poſt. 30. annos ſententia non mandatur executioni. * nota. verbū Innocen. in c. fina. de exceptio. & ibi Bal. reputat nota dignum, ego allego text. famoſum in l. ſicut. C. de præſ. 30. anno. ibi. perſecutione. iuncta glo. vbi caſus, q̄ officiū iudicis pręſcribitur ſpacio. 30. annorum. idem. ibi Bart. & Bal. dicit. nō eſſe alibi in ciuili de criminali eſt glo. in l. querela. C. de falſis, & Bal. in l. 1. C. de execu. rei iudi. dicit de hoc eſſe gl. ſingularem in d. l. ſicut, & dicit Bal. in l. 1. C. de execu. rei. iudi. quod omnis ſententia in dubio præſumitur habere paratam executionem: allegat Inn. in c. 1. de confir. vtili vel inutili.

* c

## Nota ſecundo quod

1

* a

iuramentum * habet executionem paratam ſecundum Bar. Angé. Imol. & Alexand. Probatur in l. 2. ff. de iureiuran. ibi. (maioremq; autoritatem habet, quam res iudicata) facit l. actori. C. de iureiuran. & Bar. in d. l. 2. allegauit ad hoc iſtū tex. & per hunc tex. dicebat Bal. in l. 2. ff. de iureiurā. in repetitione in. 4. col. verſi. nota argumentū, quod iuramentū deciſiuum immediate tranſit in rem iudicatā: ex quo infert: q̄d poſt iuramentū deciſſiuum indubitanter non poteſt tranſigi nec cōpromitti. Allegat hanc legem, quæ æquiparat litem eſſe deciſam per ſententiam vel iuſiurādum, ſed ſuper deciſis per ſententiā vbi non eſt dubiū, non pōt cōpromitti: & ita concludit, niſi cōpromitteretur cū clauſula non obſtante iuramento. argu. l. ſi diuerſa. C. de tranſactio. quia bene poteſt quis renūciare expreſſe iuri quæſito per iuramentum. l. duobus. §. fina. ff. eodem. benefacit tex. nota. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hereditate. ff. eodem ibi. (id conſequi debeo quod haberē ſi ſecundum me de hæreditate pronuntiatū eſſet;) vbi eſt caſus, q̄d iuramentū habet vim ſententiæ: & ſic executionem paratam ſecundum Bar. ibi. & habet vim ſententiæ tanquā ſi lata eſſet præcedētibus probationibus, notabilis tex. ibi. perindeq; haberi quod iuratū eſt ac ſi probatnm eſſet) & ſic iuramentum habet vim ſententiæ latæ præcedentibus probationibus ſecundum eum idem Ang. ibi. dicēs per dictum. §. quod omnes effectus quos producit ſententia, producit & iuramentum: & ſic habebit executionem paratā facit text. in l. nam & poſtea. §. ſed ſi damnetur. ff. eodē vbi eſt caſus ſecundū vnum intellectum, q̄d iuramentum habet vim ſententiæ, & operatur omnes effectus ſicut ſi lata eſſet præcedētibus probationibus: nam operatur infamiā in condemnato virtute iuramenti: & ſemper tenebis menti tex. in d. §. ſed cum de hæreditate: vbi eſt caſus, q̄d ſi iuraui hæreditatem ad me pertinere iuramentum habet executionem paratam non ſolum in rebus hæreditarijs, quas aduerſarius meus poſsidebat tempore quo mihi detulit iuramentum, ſed etiam in rebus poſtea ab eo poſſeſsis: & ſic eſt caſus ſingu. ſecundū Bar. q̄d ſententia lata in vniuerſalibus iudicijs mandatur executioni etiam in rebus poſt ea poſſeſsis. Facit. l. ſi a te. §. pri. ff. de exceptio. rei iudi. l. facultas. C. de iure fiſ. lib. 10. ¶Habes ergo ex prædictis pulchram extenſionem ad iſtum tex. q̄d iuramētū habet vim ſententiæ & habet executionē paratā: & q̄d cenſetur, & executabitur tanquam ſententia lata ex probationibus.

¶In tantum habet ſimilitudinem cum cauſa deciſa per ſententiam, quod etiam illud tempus quod datur iudicatis ad ſoluendū illud dabitur ei, qui ex iuramento damnatus eſt. Allego ad hoc ſingulare verbum Bal. in l. actori. in prin. in d. l. eſt caſus, q̄d ex iuramēto oritur actio in factum ad ſimilitudinem iudicati dicit Bal. quod iſta ſimilitudo erit in executione parata & in tempore, quod datur iudicatis ad ſoluendum, quia illud idem ita tuetur contra eum qui tenetur ex iuramento per alium cōtra eum, præſtito. ſingulare verbum eſt: & licet Bal. loquatur ſine fundamēto: & titubans: tamen ſatis videtur poſſe ſuſtineri; cum iſta actio ex iuramento oriatur ad ſimilitudinem iudicati, vt in d. l. actori. & etiam excedit rem iudicatam in aliquibus, vt in d. l. 2. cum glo. certe ſingularis extēſio eſt ad hanc legem: & in hoc de tempore quadrimeſtri quod datur iudicatis quod habeat locum in iuramento non reperitur alibi ſecundum Bal. de quo dicto facit mentionem Alexan. ſimpliciter referendo in l. 2. ff. de iureiurando. * ¶Corroborari poteſt hæc concluſio ex quadam eleganti concluſione do. Anto. in cap. ab excommunicato in. 3. carta. de reſcript. vbi tenet, quod ſententia lata cōtra confeſsionem contra quam nil obijci poteſt, non tenet, quia inducit notorium: capit. fina. de coha. cle. & mulie. ita eodem modo lata contra iuramentum: de quo iudici cōſtaret, ſi in dubium non reuocaretur de viribus talis iuramenti non valebit. mouetur, quia ſententia lata cōtra aliā ſententiam non valet

a

3

**Sentētia lata contra iuramentū adde quæ ſcribit Phi. dec. in c. nouit. de iudic. in. 5. col. verſi. 2. principaliter & Iaſo. in l. nā & poſtea. §. ſi damnetur co. 2. ff. de iureiurando.*

ſec,quando non dubitatur de viribus primę
ſententiæ.l.1.C.quando prouo.nõ eſt neceſ.
l.1.in princ.quæ ſenten.ſine appella.reſ.c.in-
ter.monaſterium.de re iudi. Præterea ſecun-
dum Anto.in d.c.inter monaſterium. Ratio
quare ſententia ſecunda contra primam nõ
tenet,eſt quia ſententia prima inducit noto-
riũ.c.ſi.de coha.cle. & muli. & ſententia lata
contra notorium:de quo iudici conſtet, eſt
nulla.c.inter cætera.&.c.cũ Bertoldus de re
iud.c.ſolicitudinem de appella. per Inno. in
c.fraternitatis.de frigi.ergo cum hoc ſtatua
tur in ſententia lata contra aliam ſentẽtiam
eodem modo in ſententia lata cõtra iuramẽ-
tum,cum habeat vim ſententiæ. Nec obſtat
tex.cum glo.in l.nam & poſtea.§.ſi damne-
tur:vbi eſt caſus ſecũdum vnum intellectũ
ꝙ valet ſententia lata cõtra iuramentũ,quia
reſpondet Anto.debere limitari quando iu-
dici liquido non conſtabat.ſingulare ve. bũ
profecto & memoratu dignum ad limitatio
nem dicti.§.ſi damnetur,& grandis æquipa-
ratio,& ſimilitudo iuramenti & ſententiæ:
de quo facit maximum feſtum Alexan.Imo.
in d.§.ſi damnetur in.3.col.dicens,ꝙ ab alio
non meminit legiſſe ſcriptum:& cum eo trã
ſit,& illũ defendit contra Abba. in d.c.inter
monaſterium.vbi in diſcurſu illius.c.nõ fa-
cta mentione Anto.dicit,ꝙ ſentẽtia lata con
tra iuramentum,& contra priuilegia coram
iudice producta tenet,vt in d.§.ſi damnetur.
& in c.ſuborta de re iudi. quamuis inducerent
notorium,vt inquit Innocen.in.c.ex ratione
de appella.quia reſpõdet ipſe dupliciter: pri
mo quia forte liquido non conſtabat iudici
vel quia confeſsio & inſtrumenta, & ſimilia
inducunt notorium quando contra ea non
apponitur,ſeu non impugnatur alias ſecus:
vt notanter inquiunt.Hoſtien.Ioan.Andre.
Anto.in c.cũ ſpeciali in.§.porro,de appella.
glo.in c.ex parte el primero de verb.ſigni.in
glo.ſi.nec eſt præſumendum,ꝙ Papa in d.c.
ſuborta pronũciaſſet contra priuilegia: ſi cõ
tra illa aliquid non eſſet oppoſitum,& ſic re
ſidet,quæſiuit quendam moderniorem audi
torem rotæ canonicum Ferrarienſem Felinũ
Sandeum nomine virum profecto digniſsi-
mum,ſi aliquid noui adduxiſſet in d. c. inter
monaſteriũ.18.co.verſi.ad illud,ꝙ valet ſen
tentia.Breuiſsime tranſit cũ relatione Alex.
in d.§.nullo addito,& Ant.in d.c. licet dicat
ꝙ Alexan. non reſpõdeat ad omnia motiua
Abb.mihi videtur,ꝙ hoc decidat Bal.etiam
in caſu fortiori in repetitione.l.2. ff. de iure-

iur.in.4.co.vbi per illũ tex.qui dicit iuramẽ
tum habere maiorẽ autoritatem , quam res
iudicata,inquit ipſe quod cum iuramentum
deciſiuum immediate tranſeat in vim rei iu
dicatæ: quod poſt iuramentum deciſiuum
indubitatum,nec poſſet tranſigi, nec cõpro-
mitti,niſi in compromiſſo eſſet clauſula non
obſtante iuramento. allegat in argu. l. ſi di-
uerſa.C.de tranſac. vbi illud idem ſtatuitur
in ſententia vbi quis vult cõpromittere ſu-
per iam deciſis per ſentẽtiam, vt ſupra dixi.
¶Intellige iſtum tex.procedere, tam in iura- 4
mento voluntario , quam in iudiciali: quia
iſta habent executionem paratam . hoc pro-
batur hic ex quo tex.indiſtincte loquitur:eſt
caſus iũcta glo.prima in d.l.actori. vbi glo.
dicit,ꝙ illa lex habet locum , ſiue iuramentũ
deferatur a reo extra iudicium, & ſic volun-
tarium, ſiue a iudice: & ſic iudiciale. ergo ſi
in vtroq; iuramento obtinet illa lex,& naſci
tur actio in factum ad ſimilitudinem iudica-
ti habebit executionem paratã vtroq; caſu:
quia vbi iuramentum petitur exequi agitur
actione in factum,vel officio iudicis.l.ſi præ-
tor.in fine.ff. de iudi. l. miles de re iudica. &
ſic debet intelligi ille tex.qui dicit, ꝙ ex ſen
tentia naſcitur actio iudicati.quia iſta dictio
iudicati,non eſt titulus actionis,ſed cauſæ &
eſt additio non nomen actionis. vt in actio-
ne de peculio.vnde dicitur actio in factum iu
dicati.l.quia & iudicatum: & ſic tota eſt vna
actio.ſ.actio in factum , & actio iudicati, ita
declarat Bald.in dict.l.actori.1.& 2. colum.
vnde ſententia interlocutoria ſuper execu-
tione debet ſic formari , declaramus iudica-
tum,ſiue iuratum, & exequendo mandamus
exequi ſecundum eum & eſt gloſſ.ſingularis
quæ dat hanc formã in l.1.in.4.lectura.C.de
ſenten.quæ ſine cer.quam & dictã glo.d.l.a-
ctori approbat Salic.ibi multis fundamẽtis:
de iuramento voluntario extraiudiciali , nõ
eſt dubium: de iudiciali videbatur eſſe du-
biũ cum ſperet ſententiã ferendam pro iuran
te: ſed nihilominus tenet illam gl.per.l.nam
& poſtea.§.ſi.& l.ſed ſi poſſeſſori in verſ. per
inde.Itẽ quia eſt eadẽ ratio,quę in volũtario
nã in vtroq; videtur deferẽs cõtrahere cũ eo
cui defert:& ſic ex illo,quaſi contractu debet
ſtatim naſci actio.l.depoſi.§.1.ff. de pecu.Itẽ
quia deferẽs videtur ſe aduerſarij debitorẽ fa
teri , ſi iuret ſic eſſe.ff.eo. l. qui iuraſſe in fine.
Sed ex confeſsione facta in iudicio naſcitur
actio.l.certũ in fine.ff.de confeſ. & hoc abſq;
dubio: vbi poſt iuramentũ iudiciale, non eſt
ſecuta



ſecuta ſententia tenebant multi.ſed ipſe Sali.
tenet idem,dato quod ſequatur cum ſacra-
mentũ iudiciale eſt diſtinctum a ſententia iu
dicis:& vtrunq; procedit a diuerſis perſonis
nec neceſſario vnum tendit ad finem alterius
& ſic concludit ex vtroq; naſci actionem in
factum,& per conſequens habere locũ l.iſtã.
Et quod iuramentum voluntarium extra iu
diciale habeat paratam execu.tenet Bart. in
l.2.ff.eo.hoc probatur in eadem lege quę in
diſtincte loquitur:& etiã in hac lege, & om-
nia verba quæ poſuit Sali.in d. l. actori fue-
runt prius Bar.in d.l.nam & poſtea.§.ſi peti-
tor.ff.de iureiu. vbi tenet actionem in factũ
oriri ex voluntario,& iudiciali licet gl. in l.
1.C.eodem & in d.§. ſi petitor tenebat in vo
luntario ſolum,& concluſionẽ Bar. ibi ſequi
tur Bal.& Ang.& ſi dicas amice,nõ ſequitur
concluſio tua,competit actio in factum ergo
habet executionem paratam : qua vbi actio
in factum intentatur ex ſententia, neceſſario
eſt libellus dandus,& ordinarie procedendũ
eſt:prout voluit Bar.ſequutus ſpecu.in l.in-
tra.ff.de re iud.nam reſpondeo,quod contra
riam opinio.tenuit ibi Ioan.de Imo.& Alex.
melioribus fundamentis.Imo,quod etiam ſi
actio in factum iudicati intentetur proceda-
tur modo executiuo: & non ſit neceſſaria via
ordinaria:& hoc fuit de mente Bal.in d. l. a-
ctori.in quantum dixit , quod ſiue intentetur
actio in factum ſiue officiũ iudicis vtraq; via
tendit ad executionem inſtrumenti & ſic in
effectu omnia remedia tendunt ad executio
nem: & ſic obtinet diſpoſitio dictæ l.actori.
Item,quia ex quo lex dicit , ꝙ ex iuramento
delato cõpetit actio ad ſimilitudinẽ iudica-
tis ſatis exprimitur: ꝙ cõpetat officiũ iudicis
pro executione dicti iuramenti: nã quæ ma-
gis expreſsio eſt neceſſaria quam ꝙ lex æqui
parat iuramentum ſententiæ, & rei iudicatę:
& ſic videtur ei cõcedere omnia remedia exe
cutiua cõpetentia ſententiæ tranſactæ in rem
iudicatam.vt ſentit vno verbo Alex. in d.l.
2.ff.de iureiur.tacite mordens Bal. qui repe
tit.d.l.2.dixit ſe non habere legem,nec ratio
nem,quod officium iudicis cõpetat pro exe-
cutione iuramenti,certe ſatis exprimit lex cũ
æquiparat iuramentum rei iudicatę:& ita te
neo,quod iuramentum voluntarium ſiue iu
diciale habet paratã executionem & ſic indi-
ſtincte ſummauit Bar. & cæteri hanc legẽ di
centes,ꝙ iuramentũ ſententiam,& confeſsio
habent paratam executio. & hanc opinionẽ
ſ.ꝙ iuramentum voluntariũ,& iudiciale ha-

beat paratã executionẽ tenuit Alex.expreſſe
in l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſi cũ de hæreditate. ff.
eo.& in d.l.2.poſt Bar.¶Facit tex.ſing. in l.1
ff.de iureiu.ibi. (quia vel ex pactis ipſorum 5
litigatorum) vbi tex.ſing. ꝙ etiam iuſiuran-
dũ a parte parti delatum extra iudicium pa-
rit exceptionem.litis finitæ:& ſic eſt ibi caſus
pro quadam glo.quæ eſt in ca. ſuper hoc. de
renuntia.in glo.ſi.quã reputat valde.no.An
tõ.de Bur.& Ioan.de Imo.ꝙ etiã ex iuramen
to extra iudiciali,ſeu præſtito coram ſuperio
re non in figura iudicij oritur exceptio litis
finitæ ſicut ex iuramento iudiciali: & hoc ſe-
quitur Alex.in d.l. 1.& allegat etiam iſtum
tex.verũ eſt,ꝙ glo.ſi.in l.2.ff.de iureiu. vide
tur aliquantulum obſtare huic concluſioni,
quæ habet,ꝙ iuramẽtum extra iudiciale ha
beat executio.paratam.conatur glo. ibi aſsi
gnare rationem,quare iuramentũ habet tan
tam & adhuc maiorem autoritatem quã res
iudicata:dicit glo. quia concurrit voluntas
partium & autoritas iudicis deferentis,& ap
probantis.&c.quæ ratio non concludit, niſi
ſolum in iuramento iudiciali: non autem in
voluntario,nec neceſſario ; quia illa glo.hac
ratione reprehẽditur ibi per Guiller.de Cu.
Bar.Bal.Alex.& alios ; immo ratio eſt quia
facilius inducitur iuramentũ quam ſentẽtia,
cũ non requiratur tantus ordo iudiciarius
nec tantæ ſolennitates. Itẽ facilius inducitur,
quã tranſactio cũ non requiratur ꝙ aliquid
detur: ideo maioris autoritatis cẽſetur cum
facilius inducitur l.immo magnæ.ff.de legi.
quæ ratio cõcludit etiã ad iuramentũ volun
tariũ.Idẽ Bal.in l.1.in prin.C.de exec.rei iud.
licet timidus,hoc affirmare videtur in iura-
mẽto volũtario:dicit enim ꝙ iuramẽtũ iudi
ciale habet executionẽ paratã:teneo ergo cõ
munẽ opi.ex qua extenditur hæc lex ꝙ tã iu
ramentũ voluntariũ aperte delatũ extra iudi
ciũ,quã etiã iudiciale habet execu.paratam.
¶Sed hoc de iudiciali * limita niſi præſtitum 6
eſſet pręcedente libello,& litis conteſt. quia *b
tunc poſt præſtitũ tale iuramentũ neceſſaria
eſt ſentẽtia condẽnatoria: quia tũc nõ habe
bit execut.paratã.Imo expectabitur ſentẽtia
& ꝙ illa tranſeat in rẽ iudicatã, ſecus ſi iura-
mẽtũ eſſet delatũ,& pręſtitũ prędictis nõ prę
cedentibus:ita dicit ſingulariter Alex.in d.l.
2.ad finẽ.Mouetur primo ex tex.in l.iuſiurã.
ad pecunias in.§.ſi. vbi tex. poſt iuramentũ
deſiderat ſententiam: quem tex. Bar. habuit
pro contrario in d.l.2.ad ſi.nec ibi ſoluit,nec
in d. §.ſi.cuius obliuionem ſuppleuit Ale-
xan.

xan.Secūdo adducit ſimile de confeſsione facta in iudicio in qua ſi præceſsit libellus & litis conteſtatio non habet executio. paratam donec feratur ſententia; ſecus ſi facta eſt prædictis non præcedentibus: vt dicit glo.& docto.in l.vnica.C.de cōfeſſ.& Bar.in l.1.ff.eodem.cum ſuis cōcordantijs. Ex hoc habebis vnam limitationem ſingularem ad hāc legē, ꝙ iuramentū iudiciale nō habebit paratam executionem, ſi præceſsit via ordinaria in negotio: puta libellus, & litis cōteſtatio, & alia quia tunc expectatur ſententia, quæ tranſeat in rē iudicatam. Et cū hac limitatione remaneat concluſio vera, ꝙ hæc lex vendicat ſibi locum in iuramento voluntario, & iudiciali ꝙ vtrunq; habebit paratam executionem.

¶Ex prędictis infert Bar.* in l.2.in fi.ff.de iu
7 reiur. quod ſi in fi.e cōtractus apponatur inter contrahentes iſta clauſula, & poſt prædicta quia de prædictis poſſet dubitari dictus promiſſor, ſeu debitor detulit dicto ſtipulatori vel creditori iuſiurandū: vt ſi iurauerit ſe debere recipere teneatur, qui creditor vel ſtipulator ſtatim ſibi delato iuramento ſe debere recipere iurauit, ꝙ tale inſtrumentū de iure cōmuni mandaretur executioni: & miratur quod conſuetudo hunc modū non inuenerit ad contractus executandos. Motiua ſua ſunt quia iuramentū habet execut. paratam ſicut ſententia: vt d.l.2.& l.ſed ſi poſſeſſori §.penul.& expreſsius in hac l. ſecūdum eum famoſa profecto practica: licet hucuſq; in aliquo inſtrumento non viderim eā appoſitam Ang.peru.ibi inſurgit cōtra Bar.in totū volens dictam practicam euertere vno ſolo cōtentus fundamento.ſ.quia non inuenitur lex quæ dicat, quod ex iuramento agatur niſi in factū: ſed vbi agitur in factum ex re iudicata non haberet executio.paratam: immo requireretur libellus, & iuris ordo, licet magis ſummatim procederetur.l.miles.§.iudicati.ff.de re iudi.glo.in l.1.C.de iudi; certe hoc motiuū do.Ang.prius fuit Bal.eius fratris in repe. l.2.ff.de iureiur. vbi mouendo quæſt. vtrum officiū iudicis naſcatur ex iuramēto, dicit qđ ex iuramento delato, & præſtito in iudicio, bene oritur officium iudicis tanquam plurimū potens ſuper incidenti.l.ædiles in.§.ſciēdum.ff.de ædi.l.ſi reus de procura. ſed de iuramento extra iudiciali; dicit ꝙ pro tunc nō habet lꝫgē, nec rationē neceſſariam, ꝙ officiū iudicis oriatur cum iſte actus nec incidit, nec emergit proceſſui: vt poſſet dici per hoc reduci ad iudicis poteſtatē: ita dicit ipſe in d.l.

**Clauſula iuramenti appoſita in contractu adde late modernos maxime Iaſ.eadē l.2. hic alleg. & de multiplici effectu iuramenti vide plenius quam alibi per Marcū Anbanerīū congerentem.90. effectus iuramenti in ſuo tractatu de virtute iuramenti, & adde etiā aliquos effectus per modern.maxime per Iaſo. & Ludo. gome. in.§. item ſi quis poſtulāte col.3. cōſeq.inſti de actio.*

in.6.col.in.3.not.& Ludo.Roman. vt refert Alex.in d.2.ſequitur dictam opi.Ang.per rationes ſuas: & quia iuramentū habet vim conuentionis, ſeu contractus.l.qui iuraſſe.§.fi.ff eodem.ſed contractus non habent executionē paratam.l.minor.25.annis.ff.de mino.& licet Alex.dicat, ꝙ Ange.in d.l.2.allegat in ſuum fundamentum.l.iuſiuran.ad pecunias. §.fi.vbi poſt iuramentū deſideratur ſententia: ego non inuenio in meō libro talē allegationem, ſed ſolum fundamentū ſuperius relatū. dicit etiam Alex.quod etiam contra Bar.tenet Bal.in l.ſed ſi poſſeſſori in.§.ſi quis iurauerit: & ſic Ang.Ludo.Bal.directo impugnauerunt ſolennem inuentionem.do.Bar.Bal. in l.1.C.de iureiurando ſumit medium in 3 col.in verſi.ſed extra glo.quæritur dicit: qđ opinio Bar.eſt ſingularis: & quod eſt vera ſi iuramentum apponatur ſeorſum abſoluto contractu: & ſic poſtquam contractus in totū eſt perfectus, & a partibus abſolutus: quia antequam cōtractus ſit abſolutus a partibus nil debetur, nec eſt obligatio nata ſed naſcēs & imperfecta: ideo non eſt verum, quod tūc iuramentum poſſet dici litis deciſiuum.l.cōtractus.C.de fide inſtru. quia iuramentū ſuper eo quod præterit imperfecti eſt magis ſapit futurū quam præteritum: vnde niſi iuretur ſeorſum abſoluto contractu dicit opinio Bar.non eſſe verā ſuperuenit Ang.Aret. in.§.item ſi quis poſtulante inſti.de actioni. & allegat hanc doctrinam Bar.quam omnes ſequuntur ſed non viderat Bal.Ang.nec Ludo.dicit tamen ex capite, quod ipſe dubitat dictam determinationem eſſe veram cum non interuenerit autoritas iudicis approbantis iuramenti delationem.l.ſi quis iuſiurandum C.eodem.dicit quod dictum Bar.poteſt ſaluari ſi eius verbis adderetur, ꝙ notarius vt iudex cartularius (vt dicit glo.& doct.in l.rem non nouam.C.de iud.) approbet dictam delationem & acceptationem; quia tunc præceptū approbationis dicti notarij rogati de dicto inſtrumento operabitur tanquam ſi dictū inſtrumentū eſſet factum coram iudice in iudicio: vt dicit Bar.in l.ſi poſſeſsio in.§.ſi poſſeſsio.ff.de acqui.poſſe.& in l.non fatetur in fi.de cōfeſ. vides igitur quomodo iſti doct. tenent contra.Bar.diuerſis conſiderationibus.

¶Ego teneo opi.Bar.* & eam reputo veriſsimā ſine limitatione, Bal.nec additione Aret. primo ex eius autoritate quæ maxima eſt apud omnes & illam ſequitur fulgo.in d.l. ſed ſi poſſeſſori.§.ſi cū de heręditate, & Paul. de

**Adde Mathesilanum in nota.20. & late pꝰ*



de Caſtr.in l.nam & poſtea in.§.ſi petitor: & in hac l.& vtrobiq; facit mētionem de dicto Bal.& eius diſtin.in d.l.1.& eam non admittit: imo ſimpliciter ſequitur practicam Bar: hanc opinio.nō ſequitur Alex.in d.l.2.& ibi reſpondet ad contraria fundamēta, vt infra dicam.idem Alex.hic recitans literaliter dictum Bar.in d.l.2.& Bal.in d.l.1.ſequitur indiſtincte Bart.motus fundamento Pauli hic. hoc videtur eſſe de mente eiuſdem Ang.in l. ſed ſi poſſeſſori.§.ſed cum de hæreditate fin. verbis hoc dictum Barto. ſequitur expreſſe Bart.de Sali.& ibi Alex.in d.l.ſi cum hæreditate in prin.& nullibi reperi Alexā.allegare dictum Sali.niſi in d.§.idem Alexā. in l.fi.C. de edi.diui Adria. col.1.idem tenet cōmendando dictum Bar. in l. ait prætor in.§.ſi iudex in.2.addi.ff.de re iu.idem ipſe in l.ſi cum dotem.§.eodem autem tempore.col.4.ff.ſolu.matri.& quod iſta opinio ſit vera probatur aperte hic: vbi nulla facta diſtinctione dicit tex.quod iuramētum habet executionem paratam: & ſic ab omnibus ſummatur & æquiparat cauſam eſſe deciſam per iuramentum, vel per ſententiam. & text. generaliter loquitur ibi.(vel iureiu.deciſam) itaq; etiam vbi extra iudicium a parte parti deferatur iuramentum dicitur res deciſa per iuramentum. Item text.in l.ſecunda indiſtincte dicit, quod iuſiurandum maiorem habet autoritatem quam res iudicata.qui tex.ſecundū glo. & omnes loquitur in iuramento, tam extra iudiciali, & voluntario, quam in iudiciali: ergo ſi maiorem authoritatē habet, quam res iudicata: ergo habebit executionem paratā, ſicut habet res iudicata.Præterea tex. in d.l. ſed ſi poſſeſſori.§.ſi cum de hæreditate generaliter dicit, quod ſi controuerſia per iuramētum deciſa eſt id conſequitur iurās, quod cōſequeretur ſi pro eo eſſet lata ſententia.Item tex.nota in l.1.ff.de iureiurand. expreſſe loquitur in iuramento extra iudiciali. ibi.(vel ex pactione ipſorum litigatorum iuncta gloſa & dicit tex. quod eodem modo finiuntur, & deciduntur lites per iuramentum extra iudiciale, ſicut per iudiciale qui tex. eſt ſingu. Itē facit tex.in l.actori qui loquitur in vtroque iuramento ſecundū glo.ibi.& dicit text. quod oritur actio ad ſimilitudinem iudicati; ſi ergo hæc iura indiſtincte in vtroq; iuramento loquentia dant ei executionem paratam efficaciter.opinio Bar.remanet defenſata quam etiam in hoc de executione ſequitur Bal.in d.l.1. Reſtat nunc reſpondere ad fun-

*Iaſ. in.§.itē ſi quis poſtulāte inſtit.de actio in.3.col. & plenius in ante pe.col.*

damentum Ang.de Peru. quod eſt; quod ex iuramento oritur actio in factum; ſed vbi ex re iudicata agitur actione in factum non habet executionem paratam: imo libellus: & ordo iuris requiritur.l.miles.§.iudicati.ff.de re iud.Reſpondeo dupliciter primo.quia antecedens ſuper quo facit maximam, non eſt ſine dubio: verum eſt quod Bar.in l.ſi intra.ff de re iud.tenet, quod vbi agitur actione in factum, vel iudicati ex ſententia, quod non ſtatim habet executionem paratam; imo debet dari libellus, & litem conteſtari ſequutus 9
opi.Specu.in tit.de executio.ſenten.§.qualiter in princ. ſecus ſi agatur officio iudicis implorando executio. quia tunc habet execut. paratam: & expeditiſsime procedetur.l.a diuo pio in.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud. l. item veniunt in.§.idem recte. ff. de peti. hæred.& hanc opi.ſequitur Ang.in l.4.§.ſi ex conuentione.ff.eod.dicens, quod ſi per officium iudicis petitur executio, quod ſine libello, & figura iudicij debet executio fieri. Si autē per actionem in factum vel iudicati libellus offertur.& proceditur in figura iudicij ſummarij: ſic dicit debere intelligi l.a diuo pio.in.§. ſi ſuper rebus hām dico quod contrarium * tenet glo.not.in l.qui de inofficioſo.ff.de inofn.teſta.in glo.ſuper parte exercere ad finē. vbi glo.dicit, quod actio in factum iudicati habet executionem paratam facit text, cum glo.in l.4.§.ſi ex conuētione.ff.de re iu. & in l.cum antea.C.de arbi. hanc partem ſequitur Imo.contra Bar.in d.l.intra.Innoc.in c.1. de libe.oblat.Archi.2.quæſtio.1.capit. ſicut Anto.de Butri.in cap.1.de libe.obla.Rapha. in d.l.ſi intra: & hanc concluſionē firmat ibi Alexander multis fundamentis quæ breuitatis cauſa omittuntur. & hæc opinio videtur æquior, ne lites in infinitum procedant, & lites ex litibus oriantur.& vide ibi Alexander qui pro & contra multa allegat finaliter reſidet in hoc contra Bar.imo, quod dicta actio in factum ex ſententia habeat executionem paratam ſine alio ordine iudiciario; & vltra eum allego Bal.de cuius mente hoc videtur fuiſſe in l.ſed ſi duo patroni.§. ſi quis iurauerit in fine: vbi expreſſe firmat, quod actio in factum orta ex iuramento habeat executionem paratam, nec requiritur ordo iudiciorum, nec requirit aliam probationem, niſi ꝙ ſit pronunciatum ſolu.matrim.l.ſi filius vbi glo.not. verum eſt, quod aliqualem directuram facit in acceleratione executionis, quando petitur executio actione in factum vel of

**Adde Anton. & doct. in c.1. de libe. oblatiōe: vbi plura per Maria. Socin. in 22. limitatione & vi. Iaſ. in l.ſi intra.fi. col ff. de re iudi vbi re probat poſt alios opinio.Bart.*

ficio iudicis:quia ſi officio iudicis,dicit quod
expeditiſsimam habet executionem, nec ex-
pedit partem vocari de appella. ex ratione
per Inno.maxime in re petita, ſed in actione
in factum,ſemper requiritur citatio,& expe-
ctatio partis.l.ſi prætor.§.ſi.de iudi.& eandē
legem allegauit.idem Bal.in d.l. actori in.1.
col.dicens,quod ſi iuramentum petitur exe
qui, ſiue actione in factum agatur, ſiue offi-
cio iudicis debet executari: & ſic attenta hac
opinione,quæ eſt vera in totum Ang.funda
mentum corruit,& iſta adde ad d.Alexā.qui
non eſt auſus in d.l.2.reſpondere huic moti-
uo Ang.niſi fatendo, quod ſi ageretur actio-
ne in factum,non haberet executionem para
tam,quia contrarium eſt verius.

10 ¶Secundo reſpondeo,quia dato,ꝙ iſta ratio
Ang.eſſet vera. ſ. quod ex actione in factum
non poſſet peti executio ſine ordine iudicia-
rio,& quod actio in factum non haberet pa-
ratam executionem:adhuc dico quod aſſum
ptum Ange.non eſt verum, ſcilicet, quod ex
iuramento non poſſet officium iudicis inten-
tari ad executionem.petendam:quia eius cō-
trarium tenet Paul.de Caſt.in d.§.ſi prætor:
vbi dicit,quod ſicut pro ſententia exequen-
da cōpetit officium iudicis.Ita pro iureiuran
do exequendo: & ita etiam tenet Alex.in d.
l.2.cuius eſt iſta reſpōſio:& hoc expreſſe vult
Bald.ſecundum eum in d.l.actori,& hoc mi-
hi placet:nam licet Bal.in d.l.2. dicat nō ha-
bere legem dicentem, ꝙ officium iudicis de-
tur ad exequendū iuramentū: certe eſt verū
explicite,ſed implicite ſic, quia pro exequen
da ſententia poteſt iudicis officium implora
ri,ꝙ habet paratam executionem.l.ſi pigno
ra.§.ſi extra ordinē.ff.de euictio.iūcta.l. cum
filius in verū.extra ordinem.ff. ſi cer. petat.
cum alijs.ſed cum d.l.2.dicat, quod iuſiurā-
dum habet maiorem autoritatem quam res
iudicata,& tex.hic illud æquiparat ſentētiæ,
& tex.in d.§.ſed cum de hæreditate.dicat: ꝙ
id conſequitur iurās quod ſequeretur ſi pro
eo eſſet lata ſententia,quid expreſsius potuit
lex dicere? quia ſi non haberet paratam exe-
cutionem non tantum conſequeretur ex eo
ſicut ex ſententia.Præterea allego ſingularē
glo.a Paulo,nec ab Alex.adhoc ponderatā,
quod ex iuramento competit officium iudi-
cis ad exequendum ſicut ex ſententia in l. nā
& poſtea in.§.ſi petitor in fi.verbis glo. ff.de
iureiuran.& probatur in l.3.§.proderit.ff.de
iureiuran.iuncta.l. ſi quis miſſum. ne vis fiat
ei, Nec obſtat.l.iuſiurandum,& ad pecunias:
vbi poſt iuramentum deſideratur ſententia:
quia illud intelligitur, vbi ordinarie cum li-
bello & litis conteſta.incepta eſt cauſa,vt ſu-
pra dictum:& ſoluit Alex.in d.l.2.nec placet
concordia Bal.& eius limitatio in d.l.1.C.de
iureiuran.quia caret fundamento.Item,quia
mouetur Bal.ex eo,qđ antequam contractus
ſit abſolutus a partibus,nil debetur:& ſic nō
poteſt dici,ꝙ iuramentum ſit litis deciſiuum.
fragile motiuum,& non concludēs: quia vt
dicit Paul.& Alex.hic,& idem Paul.in d.§.ſi
petitor.reprehendens Bal. non reperitur ſcri
ptum,ꝙ ad hoc,vt iuramentum habeat exe-
cutionem paratā,ſit litis deciſiuū: quia alias
niſi lite mota non haberet executionem para
tam,dato quod fieret contractu abſoluto.cu
ius contrarium ipſe Bal.fatetur, item ſufficit
quod lis ſubeſſe poſſet, vt in trāſactione quæ
debet fieri ſuper re dubia, & lite incerta.l.1.ff
de trāſactio.l.2.C.eodem.Item maiorem fir-
mitatem habet iuramentum pręſtitum in eo
dem contractu nōdum abſoluto, ex quo ma
ius dubium eſt.Item pone, quod nullus con-
tractus inter partes eſt celebratus,ſed quia in
ter eos ſperabatur controuerſia vnus alteri
detulit iuramentū ſuper eo: de quo inter eos
erat dubiū, ſcilicet ſi debebat ſibi centū, vel
ne:qui iurauit ſibi deberi, diceres quod tunc
iuramentum non haberet paratam executio
nem,cum non fuit factum præcedente cōtra-
ctu abſoluto, certe falſum eſſet tale affirma-
re:quo ad additionem Ang.de Are. dicentis
ſe dubitare de determinatione Bar.cum non
interueniat autoritas iudicis approbantis de
lationem iuramenti: certe illa ratio non eum
ſufficiens ad dubitandum,non dico doctori,
imo nec ſcholari: quia iuramentum extra iu
diciale de per ſe ſortitur effectum ſine appro
batione iudicis, & omnes effectus operatur
ſine iudicis approbatione.l.1.ff.de iureiuran.
cum alijs de quibus ſupra. l. ſi quis iuſiuran-
dum ab eo allegata,nil facit,credo quod vo
luerit allegare.l.generaliter. §. primo. C.de
iureiurand. ibi. (a iudice approbatum) ſed
ille.text.loquitur in iuramento iudiciali, vt
dicit ibi glo. ſuper parte approbatum, quia
extraiudiciali, nec approbatio ad iudicem
pertinet,& ſic eſt ſublata cauſa dubitādi quę
illum impulit ponere dictam additionem.
Item,quia approbatio iudicis in iuramento
extraiudiciali,nil ponit in eſſe, cum ſortia-
tur effectum dictum iuramentum ex conſen
ſu partium. Item,quia ſi fieret id quod Ang.
dicit, certe vbi tabellio vigore ſtatuti ha-
beret



beret iuriſdictionem ad ponenda præcepta
guarentigia ad confirmandum, & approbā-
dū contractū: quia in his terminis loquitur
Bart. in dicto.§. ſi poſſeſſio. iam ſi coram eo
eſſet delatum iuramentum, & de conſenſu
partium ipſe approbaret;& pręciperet illud
iuramentum cenſeretur iudiciale: & ſic de il-
lo nō eſt dubiū, nec de illo loquitur Bar.niſi
in iuramēto extra iudiciali facto ex partium
conuentione extra iudiciū: & ſic æquiuocat
Ang.Quapropter tenet indiſtincte doctrinā
Bart.quam ſic defenſatam tenebis menti.Ad
aliud obiectum ſtat facilis reſponſio.ſ. quod
iuramentum habet vim contractus.l. qui iu-
raſſe.§.ſi.ff. de iureiuran. ſed contractus non
habet executionem paratam.l.minor.25.an-
nis.ff.de mino.quia reſpondeo, quod etiam
ſententia habet vim contractus.l.3.§.idē ſcri
bit.ff.de pecul.ita Alex.in.d.l.2.& hanc con-
cluſionem expreſſe reperio tenere eundem
Bal.in l.2.ff.de iureiur.in repetit.33 col.verſi.
ſi vero quęritur quod ſunt eius ſpecies.& di-
cit,ꝙ eſt mirabile, quod aduocati nō vtūtur
hac cautela iurādi,quia ſi volūt, ꝙ cōtractus
nō poſſet infringi,faciant ibi apponi, ꝙ pro-
miſſor creditori ad omnem litis naturā ſub-
ſcindendā detulit iuramentum, & creditor
iurauit ſibi deberi: nā per hoc inexpugnabi-
liter valebit & plus quia habet paratam exe
cutionem de iure cōmuni: quia volūtarium
iuramentum eſt qđ reputat multū notandū.
¶ Et in tantum iuramentum habet paratam
executionem * quod durat ius executandi
etiam ſi ille in cuius fauorem iuratum eſt ce-
cidit a poſſeſsione rei, ſuper qua iuratum eſt
quæ reperitur apud aduerſarium ſuum. Iſte
eſt caſus no.in l.ſed ſi poſſeſſori in.§.perinde
ff.eo.vbi eſt caſus no.qđ ſi reo poſsidente pe
titor ſibi detulit iuramentum,& rē ſuam eſſe
iurauit,ꝙ ſi cecidit a poſſeſsione quæ reperi-
tur apud eū qui ſibi detulit, ꝙ datur ei actio
in factū contra eū vigore iuramēti & illū ca
ſum vocat ibi gl.mirabiliſsimū per quam in
fert Bar.ibi.ꝙ ſi fuit ibi condēnatus ad rē re-
ſtituendā per ſententiā executaſti contra me:
& tibi reſtitui per dictā exe. qđ ſi cadas a poſ
ſeſsione quæ apud me reperiatur: ꝙ ex dicta
ſententia poteris iterū contra me petere exe-
cu.vt iterū tibi reſtituā:& ita tenuerunt ante
eum Guillel.de cu.& Iaco.but.ꝙ Bart.repu-
tat notandū aſsignant ipſi rationē: quia ex
ſententia oritur duplex ius in fauorē eius pro
quo lata eſt.Primū,ꝙ res ſibi reſtituatur,ſecū
dū vt in poſſeſsione conſeruetur.l.ſi quis miſ
ſum.§.cū pretor.ff.ne vis fiat ei.l.3.§.miſſum
ff.de Carb.edi.& ſic hæc tuitio fieri non pōt
niſi ſibi reſtituatur. Nec obſtat.l. a diuo pio.
§.ſi poſt aditā.ff.de re iud.quia verū eſt,ꝙ nō
durat iudicis officium contra extraneos, ſed
bene contra eum cōtra quem iudicatum eſt
ſecundū Bar.& quia iſte tex.loquitur in caſu
in quo nulla executio facta eſt:quia iuramen
tū fuit pręſtitū per reum qui poſsidebat.vide
Alex.ibi qui recitat plures opi. quas omitto
cauſa breuitatis, vide illum latiſsime exami
nantem. ¶Ex prædictis aliqualiter exparſis 12
collige iſtū tex.diſponentē qđ iuramentum
habet execu.paratā eſſe extendendū: Primo
ꝙ non ſolū habet paratā executionē ſimplici
ter.imo ſicut ſi lata eſſet ſententia precedenti
bus probationibus. l. ſed ſi poſſeſſor. §. ſi cū
de hæreditate.& l.nā & poſtea.in.§.ſi damne
tur.Extende ſecundo habere executionē con
tra eū qui mihi detulit etiam in rebus poſtea
ab eo poſſeſsis quas tēpore iuramenti nō poſ
ſidebat.d.§.ſi cū de hereditate.Extēde tertio.
etiam ad tēpus quadrimeſtre qđ datur iudi-
catis Bal.in d.l.actori, vt ſuperius dixi. Quar
to etiam habere locum in iuramento extra
iudiciali appoſito in contractu ſecundū opi.
Bar.in d.l.2. Quinto etiam ſi ſemel executa-
tum eſſet,& iurās cecidiſſet a poſſeſsione quę
reperitur apud eum qui ſibi detulit. Caſus
eſt in d.§.perinde.& ibi Barto.

13 ¶Breuiter vt huius.l.habeat clariorem intel-
lectum limita eam, Primo quod nō habet lo
cum in iuramento neceſſario *delato a iudi- *c
ce in defectum plenæ probationis:nam iſtud
tale iuramentū non habet executionem para
tam,intellige tamen donec feratur ſententia,
& tranſeat in rem iudicatā, & tunc ex ſenten
tia gl.in l.nā & poſtea.§.ſi petitor.ff. de iure
iuran.& in l.1.C.eodem.idem Bar.in d.§.ſi pe
titor:& ibi probatur in quantum text. dicit
(poſſeſſore deferente) non dicit de iudice: &
ſic non in neceſſario.Item actus non debet o-
perari vltra intentionem agentis.l.non om-
nis in.§.1.ff.ſi cer.peta. ſed cū iudex defert in
ſupplementū probationis ſolū valebit iura-
mentum ad perficiendam probationē nō ad
obligandū partē.l.admonēdi. Hæc fuerunt
Bar.fundamenta.idē Bal.in.d. l.actori.idem
Ange.in.d.§.ſi petitor.quia cū tale iuramen-
tum habeat vim probationis ex probatione
nō naſcitur actio in factū gl.in.l.ſed ſi poſſe-
ſſori.§. ſi cū de hereditate.ff.eodē: & iſta fuit
ratio Bald.eius fratris in.l.1. eodē titulo v-
bi dicit hāc eſſe puram veritatem eſt cōmu-
nis

*Textus ſingularis.

* Adde quod ex prædictis infert Franciſcus rip. in l. 1. ff. ſolutio. mat. col. ante pe. nu. 50. qđ in cōfectione inſtrumēti nō poterit cogi debitor iurare promiſſa in contractu. tū quia poſſet cōuenire coram iudice eccleſiaſtico: vbi alias non potuiſſet in ca. ſi diligēti de foro cōpe. lib. 6. tum quia iuramētum habet executionem paratam.

14 nis opinio. ¶Limita ſecundo in iuramẽto in
litem, cũ illud deferatur a iudice ex iudicis
*d officio*, nõ agitur ex eo nec ex eo naſcitur a-
ctio in factũ: & per conſequens nõ habebit pa
ratam execu. quia ſperat ſententiam. Iſta eſt
glo. ſingu. quæ non eſt alibi in. §. prçterea. In
ſti. de actio. illam facit ad hoc vnicam Ange.
in l. 2. ff. de iureiuran. & in d. §. ſi petitor illã
cõmendat Bal. in authẽ. nouo iure. in fi. C. de
iudi. Ludo. Rom. in d. l. 2. ff. de iureiurand. &
ibi Alex. illam ſequitur Bal. in d. §. ſi petitor
Alex. in l. in actionibus. in fi. ff. de in litẽ iurã.
Hoc videtur tenere Bar. in d. l. in actionibus,
vbi per prædicta dicit, qđ cũ ex iuramento
neceſſario non oriatur actio, qđ ab hoc iura-
mento in litem, nec ab eius delatione nõ põt
appellari per iſta: & per l. generaliter. §. ſin
autem illatũ. C. de iureiuran. quia poſt ſe ſpe
rat ſententiã ex illo ſolo non põt peti execu-
tio ſecundũ eum. Idem Inno. in c. ſi. quod me.
cau. quia non põt appellari: cum ex tali iura-
mento non oriatur actio: & ſic cum de iure
ciuili regulariter ante ſententiam non appel
latur. l. ante ſententiæ. & poſt iuramẽtum de-
ſideratur ſentẽtia: & ex eo non oritur actio.
Ergo attento tamen, quod de iure canonico
ab omni grauamine appellatur; vt. c. vt de-
bitus de appella. a tali dilatione põt appella
ri. vt per Alex. in d. l. in actione. in fi. & in l. vi
15 deamus. in. §. deferre. de in litem iurã. ¶Limi
ta tertio, vbi iuratur ſuper facto ab omni o-
bligatione remoto. Nam ex tali iuramento
nõ oritur actio in factum. Hæc eſt ratio Bal.
in authen. nouo iure. C. de iudi. ad deciſionẽ
*e quæſt. quod ex iuramẽto * præſtito ſuper ex
penſis non oritur actio in factũ, nec habet lo
cum. l. actori ſecundum eum. aſſignat ratio-
nem per hæc verba: quia tũc oritur actio ex
iuramento, quando iuratur ſuper facto obli
gatorio: ſed facere expenſas, non eſt factum
obligatoriũ aduerſarij. l. terminato. C. de fru
cti. & liti. expen. vnde non oritur actio: quia
iuratur ſuper facto ab omni obligatione re-
moto, ſecũdum Oldra. Idem Inno. in c. ſuper.
16 eo quod me. cau. ¶Limita quarto fauore in-
genuitatis, iuramentum non habet executio
nem paratam. text. not. in l. ſi iurauero. ff. de
iure patro. quem ad hoc laudat Ang. in l. ſed
ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate. ad fi. ff. de
17 iureiurand. ¶Limita quinto ſi agatur veteri
actione: quia hoc poteſt fieri non obſtãte iu-
*f ramento: *quia cum tunc duret actio vetus,
quæ non cenſetur nouata poteſt ea agi. Sed
iſte modus agendi non habet paratam exe-
cutionem. l. duobus. de excep. rei iu. Bald. in
l. actori. in. 2. col. C. de iureiur. & hoc parum
dubitationis habet. ¶Limita ſexto ex nota-
tis per Bar. in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re 18
iud. ibi eſt caſus quod ſi ſententia eſt nouata,
nõ habet executionem paratam: *dicit Bar. *g
quod ratio eſt, quia ad hoc vt poſſet fieri exe
cutio, requiritur quod debitum ſit liquidũ,
& quod iudicis officium ad hoc ſe extendat
ſic in ſententia & cõfeſsione facta in iudicio,
& in iureiuran. ſed quando eſt nouata: licet
debitum ſit liquidum. tamen iudicis officiũ
ſe ad hoc non extendit, quia extra iudiciũ ab
ipſis partibus eſt liquidatũ. l. 1. & 2. de execu.
rei iud. l. minor. 25. annis. ff. de minor. & ſic
videtur Bar. æquiparare ſententiam, confeſ-
ſionem, & iuramentum: & iſta ratio ſua pun-
git contra eum in concluſione ab eo poſita
in. l. 2. de iureiu. quã latius ſupra examinaui,
ſcilicet, ꝙ iuramentũ appoſitũ a partibus in
contractu extra iudicium habet executionẽ
paratam: quia ſic videtur contrarium ſentire
attenta ratione. Nam duo requirũtur ad hoc.
vt executio habeat locũ. ſ. quod debitum ſit
liquidum, & quod iudicis officium ad hoc ſe
extendat: quod non poteſt eſſe in liquidatio
ne facta extra iudicium: ſed quo ad iuramen
tum non militaret iſta ratio, per ea quæ ſupe
rius dixi: quia etiam ſi extra iudicium habet
paratam executionem; & ſic tene limitatio-
nem hanc quoad iuramentum in caſu, in quo
loquitur dictus. §. ſi ex conuentione. ſ. quod
ſi inſtrumentum in quo erat delatũ iuramen
tum ſecundum practicam Bar. in l. 2. ſit noua
tũ, & ſic factum aliud inſtrumentũ eiuſdẽ de-
biti ſine iuramento: ꝙ illud ſecundũ non ha-
bebit paratã executionẽ, ſecus eſſet ſi primo
eſſet delatũ iuramentũ iudiciale ex quo data
eſſet ſententia contra debitorẽ: & eſſet poſtea
nouata ſententia & iuramentũ debiti noui-
ter factũ inter partes, in quo eſſet delatũ iura
mentũ ſecundũ formã, de qua loquitur Bar.
in d. l. 2. nã tunc licet iſta liquidatio facta ſit
extra iudiciũ nõ recte dixit Bar. ſi de illo ſen-
ſit non habere paratã executionẽ; quia imo
habet quatenus loquimur de iuramẽto per
ea quæ ipſe dixit in d. l. 2. & ego ſuperius. &
quo ad alia. ſ. ſententiam & confeſsionem. te
ne Bar. rationem non quo ad iuramentum.
¶Limita ſeptimo ſi vis tenere opin. Bar. in d. 19
l. 1. C. de iureiuran. non habere locum iſtum
text. ſi iuramentum ſit appoſitum in eo-
dem contractu antea quam a partibus eſſet
abſolutus, ſecus ſi ſeorſum poſt abſolutum:
ſed



ſed cõtrarium tenui ſupra ſequutus indiſti-
cte, Bar. ¶Limita octauo non habere locum
*h in iuramento iudiciali * vbi proceſſus cauſæ
factus fuit ordinarie præcedente libello & li
tis conteſta. & alijs quæ fuerunt proceſſum
ordinarium; quia cum tunc ſperet ſententiã
poſt ſe iuramentum non habebit paratã exe-
cuti. hoc probat text. not. in l. iuſiurandum;
& ad pecunias. ff. de iureiurand. tenet Alexã.
expreſſe in his terminis in l. 2. ad fin. ff. de iu-
reiurand. iſtum tex. intellexit, vbi ſine libello
& ordine iudiciario cauſa incepit. puta, quia
partes de communi concordia fuerunt ad iu
dicem, vt approbaret iuramentum, quod v-
nus alteri deferebat ſuper aliqua controuer
ſia decidenda. Alexan. mouetur ex duobus.
primo per textum. in l. iuſiurand. & ad pecu-
nias in. §. fin. vbi text. deſiderat ſententiam
poſt iuſiurandum (vbi iudex iurantem abſol
uet.) & cum hac ſolutione Alexan. ſoluit cõ-
trarium de l. 2. ff. eod. mouetur ſecundo, &
optime ex doctrina do. Bart. in l. 1. ff. de con
feſ. & in alijs locis, vbi habetur quod ſi fiat
confeſsio in iudicio præcedenti libello, & li-
tis conteſt. debet ſequi condemnatio. l. Iul.
& l. qui ſtichum de confe. recta conſideratio
Alex. ex qua poteris concordare modernos
& antiquos aliqui dicentes quod iuramentũ
iudiciale non habet de per ſe executionẽ pa
ratam alij contra: vt ſuperius vidiſti: de con-
feſsio. videbis infra. ¶Improprie tamen de-
bes intelligere: quod iuramẽtum habet vim
rei per inſtrumẽtum iudicatæ, hoc probatur
in l. final. C. de fideicom. cum idem reperia-
tur iudex & teſtis: vt ibi tex. dicit quem ad
hoc videtur allegare glo. in l. 1. ff. de confe.
quæ idem dicit de confeſsione; & dicit Bart.
hoc eſſe notandum ad ſtatuta, quæ diſponũt,
quod de qualibet ſententia condemnatoria
ſoluatur gabella: quia non ſoluetur de iura
mento puta: quia cauſa eſt deciſa per iura-
mentum quod dicit eſſe menti tenendum. ꝙ
intellige, niſi in tali iuramento quod deſide-
raret poſt ſe ſententiam: vt in iuramento ne-
ceſſario vel iudiciali, in quo præceſsit ordi-
narius proceſſus per ea quę dicta ſunt ſupra:
& per d. l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. fin.
& ſi bene ponderentur verba Bart. vult idẽ
ſentire: ſed non ita clare, niſi vnico verbo
dum dicit quod intellige ſecundum diſtin-
ctionem infra poſitam; & infra confeſsione
ſic diſtinguit. hæc fuit Barto. intentio in d. l.
prin. ff. de confeſsis.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum an habeat vim rei iudicatæ præ*
*cedente litis conteſtatione.*
2 *An ex iuramento appoſito in contractu &*
*quãdo perpetuetur actio cõpetens creditori.*
3 *Perpetuatio actionis quæ inducitur ex conte*
*ſtatione litis intelligitur non in infinitum ſed*
*per. 40. annos.*
4 *An perpetuatio cuiuslibet actionis intelliga*
*tur fieri per. 40. annos etiam ſi talis actio*
*eſſet a principio modici temporis.*
5 *Conſilium auctoris vt apponatur iuramentũ*
*in contractibus.*
6 *Iuramentum an debeat eſſe delatum vt opere*
*tur prædictos effectus vſque in finem. §.*

## Conſiderã vltimo

& ſingulariter: quod non ſolum iuramentũ
habet vim rei iudicatæ latæ præcedentibus
probationibus: ſed etiam latæ * præcedente *Vide doct. a Couarruuias Archipiſco. S. Domi. li. 1. var. reſolu. ca. 9. nu. 7. in fin. hunc locum pro deciſione citantem & tenentem cũ hoc auctore contra omnes alios.
litis conteſtatione; vulgaris licet notabilis
tex. in l. * nam & poſtea. §. ſi is qui tẽporali.
ff. de iureiurand. vbi tex. dicit, quod ſi is qui
tẽporali actione mihi obligatus erat detule-
rit mihi iuriſiurandũ, ſi mihi debeat; & ego
iuraui eũ mihi dare oportere quod non libe
ratur tẽpore, ſubdit tex. rationem in hæc ver
ba, quia poſt litem conteſtatam cũ eo perpe-
tualiter aduerſus eum obligatio. facit nota.
tex. in l. qui iuraſſe. §. iuris iurandi in fine. ibi
(quamuis habeat & inſtar iudicij.) ff. eodem
l. tutor. in fi. ff. eodẽ ibi. ſiue pro iudicio hoc
iuſiurandum cedit: & ibi tex. dicit, quod non
cõpellitur Romæ iudicium accipere, nec iura
re, ego allego alium no. tex. in l. ſed & ſi reſti *a
tuatur in. §. ex quibus. ff. de iudicijs. ibi. (quia
hoc iuſiurandum in locum litis conteſtatæ
ſuccedit. (rationem ſubdit Barto. in d. §. ſi is
qui. quia iuramentum habet vim ſententiæ,
ideo ex dicto iuramento oritur actio, quæ
eſt perpetua ſicut ex ſententia. ¶Et ex hoc
dicit Bar. in d. §. ſi is qui. vnũ magnæ impor-
tantiæ; qđ ſi in fine inſtrumẽti inter aliquos
celebrati apponeretur hæc clauſula. Et quia
de prædictis poſſet dubitari, debitor detulit
creditori iuramentũ ſuper cõtentis in inſtru

mẽto qui creditor iurauit ſibi deberi, prout in inſtrumento continetur, ꝙ perpetuaret ſibi hanc actionem ex inſtrumẽto cõpetentem per d. §. ego pro hac deciſione Bar. allego caſum expreſſum, qui loquitur in pręſcriptiõe perpetuata per iuramentũ in l. ſi duo patroni in. §. Iulia. ait. ff. de iureiur. ſecundũ vnum intellectũ, quẽ glo. ſentit in quantũ dicit vel ceptã quidẽ, ſed nondũ perfectã, quia perpętuatur actio iureiurando. vt l. nam & poſtea in. §. ſi is. ecce ergo glo. iuncta textui quę probabat hanc Bar. cõcluſionẽ, pro quã eſt caſus in d. §. ſi is qui. & ſic ſecundũ hanc lecturã poſſet ſic ſummari ſecundũ Alex. qui non compleuit præſcriptionẽ, vel non incepit ſi iuramentũ detulit ſibi præiudicat, cũ iuramentũ habeat vim litis conteſtationis: & perpetuat actionẽ: licet hunc intellectũ quo ad illũ. §. nec Bar. nec alij ſequuntur, maxime in præſcriptione nondũ cepta, licet in ſe ſit verus: & dicit Bar. in d. §. ſi is qui. quod eius diſpoſitio habet locũ in quolibet iuramento, non ſolũ iudiciali: ſed etiã voluntario extra iudiciali, ex eo quia tex. ibi non dicit, ꝙ iuramentũ ſit litis conteſtatione: ſed qđ habet vim conteſtationis. Itẽ, quia text. loquitur generaliter: ergo & iſta fuit opinio Iaco. But. Ang. de Peru. in d. §. ſi is qui. nulla Bar. facta mentione recitat hanc opi. Iaco. But. & ſibi videtur mirabile. nam ſecundũ hoc dicit ipſe, qđ debitũ cui certo tẽpore præſcribitur ſecundũ ſtatuta totius Italiæ, niſi præſcriptio interrũpatur, qđ eius exactio erit perpetua ſi in inſtrumẽto debiti contracti obligatus creditori detulit iuramentũ, & ipſe iurauit ſibi deberi. Sis ergo cautus tu notarius inſtrumentũ cõficiens, vt hoc facias: quia perpetuaretur debitũ ſicut per litis cõteſt. ſic dicit Ang. licet dicat ꝙ glo. idem videtur ſentire ꝙ d. §. loquatur in iuramento iudiciali. & ſic Ang. videtur dubitare vtrum dicta perpetuatio habeat locũ in iuramento volũtario: & idẽ Ang. in l. tutor in. §. ſi. licet titubãs, videtur tñ inclinare in hanc partẽ, qđ d. §. ſi is qui. habeat locũ in iuramẽto voluntario, quo ad perpetuandã actionẽ ſed non ad hoc vt cõtrahatur mora per tale iuramentũ, ſicut per litis cõteſ. cõtraheretur. Idẽ in hoc de mora tenet ipſe: & ibi videtur caſus in l. eum qui. §. ſi iurauero. ſi. verbis. ff. eo. ego teneo indiſtincte opi. Bar. quę poterit coadiuuari ex his, quæ adduxi in ſuperiori quæſt. ſ. ſi iuramentũ extra iudiciale habeat executionem paratam: & quæ ibi adduxi ad hoc propoſitum coadiuuãt Bar. opinionem. hanc opinionẽ * ſequitur Sal. & Alex. in d. § ſi is qui. idem Ioã. de Imo. in l. naturaliter. ff. de vſucap. licet Rapha. ibi vt refert Alex. in d. §. ſi is qui inſurgat contra hoc dicens: quod non reperitur aliquod remediũ, per ꝙ a principio naſcatur perpetua. vnde cautius videtur Alexandro, qđ abſoluto contractu poneretur iuramentũ per opi. Bal. in l. 1. C. eo. poſtea vero inclinat nõ eſſe neceſſariũ, quia ſi iuramentũ perpetuat actionẽ, quæ a principio erat tẽporalis; multo magis debet operari: qđ a principio naſcatur perpetua, argu. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & c. quemadmodũ de iureiuran. Item, quia d. opi. Bal. reprobatur, vt ſuperius dictũ eſt: & ipſe Bal. fuit ſibi ipſi contrarius in alijs locis. prędictã concluſionẽ reperio tenere dictũ modernũ auditorem in c. qñ. in. 3. col. verſ. limita. 2. de pręſcrip. breuiſsime trãſeundo. Idẽ. Ang. in l. cũ notiſsimi in. §. imo. C. de pręſcrip. 30. anno. dicens; eſſe remediũ ſingulare *contra pręſcriptionem ſtatutariam. hãc eãdem conclu. Bar. reperio tenere eũdem Ang. * b in l. naturaliter. in ſi. verbis. ff. de vſuc. p. vbi dicit vltimo ſcias mirabilem interruptionis modũ: vt in quolibet inſtrumento, & potiſsime guarantigio deferatur iuramentũ creditori, qui iuret ſibi deberi, & perpetuabitur actio in quadraginta annos per d. §. ſi is. intellige prędicta ſane duobus modis. Primo, qđ perpetuatur actio per iuramentũ in illis caſibus in quibus perpetuatur per litis cõteſ. ita dicit gl. in d. §. ſi is. ¶ Secundo, caue ne decipiaris iuueniſs in hac perpetuatione, quia per litis conteſt. non intelligas perpetuari actionem in infinitũ: ſed per. 40. annos ita dicit tex. in l. ſi. C. de pręſcri. 30. anno. vbi eſt caſus, qđ interruptio, quæ ſit per litis cõteſ. perpetuat actionem in. 40. annos. & nulla alia interruptio hoc operatur, niſi litis conteſt. quia aliæ interruptiones auferunt omne tempus ante elapſum; & actio manet pręſcriptibilis ſecundum ſuam naturam. ita dicit gl. quam ibi approbat Bal. in l. cũ notiſsimi. in. §. 1. in 2. co. Idem gl. in l. ſicut. C. eo. & ibi Bal. in. 1. col. idẽ gl. in l. cũ notiſsimi. §. imo. in gl. multo minus. & in verſ. interrupto. & in. §. 1. in verſ. executorem. & in verſ. ſolo, quas approbat Bal. in d. §. imo. in. 1. col. Idem Bal. in l. ſi. C. eo. reprobata gl. ibi, quia oẽs aliæ interruptiones ſolum operatur, vt durent actiones per tantum tempus quantum durare ſolent a principio. Itaq; a die interruptionis incipit præſcriptio: & ſic intelligitur, l. ſicut litis con-

teſtatio

*Addequod hanc opi. ſequuntur cõiter oẽs ſecundum Bald. in tract. de præſcri. in. 6 par. quarte partis principalis, vbi dicit q̃ hodie hoc eſt modici effectus cũ mala fides debitoris & eius hæredis perpetuo impediat præſcriptionẽ ſecundũ communem opinionem.*



teſtatio perpetuat in. 40. annos: vt eſt caſus in d. l. ſi. & in l. 1. C. de annali exceptio. hanc ſententiam tenuit Barto. in l. cum notiſsimi. vbi dicit gloſa illam facere ad quæſtionem quæ occurit in dicta ciuitate. ibi ſtatutum erat: quod creditor qui non petierit de-
*c bitũ poſt. 10. annos non audiatur: qđ ſi creditor fecit citare debitorem ſuum: & poſt citationem tranſierunt. 10. anni: quod iſte creditor eſt excluſus. idem Bal. in l. ſicut. 1. col. in ſimili ſtatuto: & ita eſt concluſio Salic. & communis omnium doctorum. idem in l. ſi. ff. de eo per quem fa. erit loquens in dicto ſtatuto.

4 ¶ Sed eſt pulchra inueſtigatio: & neceſſaria ad hãc limitationem, & perpetuationem, cũ iuramentum perpetuet ſicut litis cõteſtatio ſi erit verum indiſtincte quod litis conteſtatio perpetuet in. 40. annos in qualibet actione. pone enim quod eſt actio quæ de ſui natura durat. 10. annis vel. 20. vel pone ꝙ per ſtatutum debitum præſcribitur. 10. annis & ſic actio perſonalis quę olim durabat. 30. annis redacta eſt ad decem annos ſi interrũpatur actio per litis cõteſt. vel iuramentũ ſi perpetuabitur in. 40. annos: & vt rationẽ dubitandi videas. ſcias d. l. ſi, quæ diſponit de perpetuatione in. 40. annos loqui in actionibus perſonalibus quæ durabant. 30. annorũ ſpacio. ſi ergo minus quid iuris vel ſi illa meta
*d a lege ſtatuto minorata eſt: vt habemus. * l. huius regni in ordinamiento de Alcala in tit. (quanto duran las actiones perſonales) quæ diſponit: quod actio perſonalis ad debitum præſcribitur. 10. annis: & reperio do. Alexã. in l. ſi quis priore in col. 3. ff. ad trebel. qui recitat Bal. in cap. cũ non liceat de pręſcriptio. vbi Bal. in ſi. col. dicit ſatis ad propoſitum ꝙ ſi ſtatutum induxit, quod in actionibus perſonalibus ſufficiat præſcriptio. decem anno. cum alias de iure communi. 30. requirantur l. ſicut & l. omnes. C. de præſcrip. 30. annorũ. quod ſi interrumpatur per litis conteſt. præſcriptio. quod non perpetuabitur præſcriptio in. 40. annos quia cum lex perpetuauit in. 40. durabat actio. 30. annis. ideo de. 30 facilius lex argumẽtauit ad. 40. quam de. 10. ad quadraginta. mouetur Bal. quia cum ſtatutum venit derogatiue ad ius cõmune non debet interpretari ab eo argu. gloſſ. in l. qui cum vno. §. qui poſt de re milita. Alexand. contrarium tenet motus: quia etiam ſi ſtatutum veniat derogatiue ad ius commune recipit interpretationem paſsiue a iure cõmuni. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falci. cum ibi notata per Barto. & ita ibi ſe expedit Alexan. dicens deciſionem Bal. eſſe ſingularem. licet in puncto iuris non credat veram. & nihil plus dicit ad propoſitum noſtræ quæſtionis, ego addo Bart. de Sali. in l. ſi. C. de præſcriptio. 30. annorum, vbi mouet quæſtionem per ſtatutum Bononię creditor qui non petierit debitum per. 5. annos non debet audiri: & per ſtatutum Ferrariæ per. 12. fuit lis conteſtata vtrum perpetuatur in. 40. fluctuat, & loquitur confuſe videtur inclinare quod non. cũ dicta lex ſolum loquitur quando actio durabat. 30. melius & clarius idem Salic. locutus eſt in l. cum nouiſsimi in. §. imo vbi tenet: quod cuicunq; præſcriptioni, id eſt, tempori ordinario præſcriptioni ſtatutæ a lege vel a ſtatuto alicui actioni addantur. 10. anni. puta in præſcriptione longi temporis quæ. 20. annis. durat ſi per litis conteſtationẽ interrumpatur duret. 30. & ſic de ſimilibus: & ſi per ſtatutum actio perſonalis durat. 10. interrupta litis conteſtatione durabit. 20. inclinatur in hãc opinionem motus a ratione tex. in d. l. ſi. vbi actionibus perſonalibus durantibus. 30. annis additi ſunt decem ergo illa additio. & non plus ſiet cuique actioni ſecundum terminum ſuum; hoc & alio fundamento contentus remanet Salicetus in dicta opinione quam dicit eſſe nouam, nec repeRiſſe ab aliquo tactam hanc opinionem reperio tenere Angel. de Peruſio. in l. 2. in. §. ſi rem alienam. ff. pro empto. quod cum per ſtatutum Bononiæ præſcriptioni actionum perſonalium ſit ſtatuta certa meta facta interruptione per citationem, vel executorem extendetur in eadem meta quæ a ſtatuto determinata eſt: ſed ſi per litis conteſt. extendetur vſque ad decem annos vltra dictam metam nullo fundamento adducto hoc affirmat: dicit vlterius quod ſi ſtatutum vltra ſe extenderet dicendo quod dicta præſcriptio certis terminis interrumpatur: & nihil dicit de perpetuatione, tunc ipſa actio reuertitur ad terminos primæ naturæ, & ſic reſident profecto iſtorum fundamenta ſatis fragilia & pro eis adduci poſſet gl. in l. cum notiſsimi in. §. imo ſuper parte interrupta. nihilominus teneo contra * eos ſecutus opini. Alexãdri in d. l. ſi quis priore. quo ad caſum noſtrum non per fundamenta eius quæ habent locum in ſtatuto, ego loquor in diſtincte ſiue a lege ſtatuatur minor terminus quã triginta anno. alicui actioni, vel ſi actio per-

Q 4 ſonalis

*l. regni.*

*Addequod actio cuiuſcũque temporis per litis cõteſta. perpetuat in. 40. annos*

*& hanc opinio dicit eſſe cõmunẽ Bal. alleg. ad partes doct. contrarios in tractà. præſcrip. in. 4. parte. 6. partis principalis in quæſtione. 4.*

ſonalis quæ de iure communi eſt triginta annorum hodie ſit decem moueor primo per glo. ſingularem quæ hoc determinat in l. 1. C. de præſ. longi temporis ſuper parte. 20. anni vbi glo. relata ad tex. tenet quod etiam in præſcriptione longi temporis ſi interrumpatur per litis conteſt. perpetuatur in. 40. annos. ecce ergo quod dicta præſcriptio licet duraret ſpacio. 20. annorum inter abſentes, durat. 40. ſi interrumpatur per litis conteſtationem non habuit ergo glo. conſideratiõe ſolum ad illam additionem. 10. annorum & non plus: vt tenet Sali. Secundo allego Bal. hoc expreſſe tenentem in l. ſicut. in. 1. col. C. de præſcri. 30. an. vbi expreſſe mouet quæſt. ad ſtatuta terrarum diſponẽtia quod omnis actio tollatur. 10. annis niſi ſit interrupta ꝙ ſola executoris miſſio vel citatio interrumpit in alios. 10. annos: & ſi fiat litis conteſtatio perpetuabitur in. 30. annos. & ſic erũt. 40. ecce ergo quod aperte tenet Bal. quod per-

*e petuatio ſemper erit in. 40. * annos non attẽto quod actio non duraret niſi. 10. annis nã dicit quod litis conteſtatio ſuperaddit ei. 30 & ſic erunt. 40. & licet Salic. dicat non repe-riſſe tactum. tamen reuera Bal. doctor ſubtiliſsimus prius dixerat a quo forte habuit Sali. auctore ſuppreſſo vt moris ſui eſt. hanc cõcluſionem tenet Io. de Imo. in d. §. ſi rem alienam. dicens quod etiam ſi ſtatuto ſit inducta præſ. 10. annorum. ſi per litis conteſtationem interrumpatur perpetuabitur in. 40. annos facit glo. ſingu. in l. fin. ſuper parte finiendæ. C. de dolo quę dicit: generaliter omnis actio perpetuatur litis cõteſt. niſi ſolum duæ quas ibi excepit. ſic generaliter intelligit. d. l. fi. ſuper parte extendimus. C. de præſc. 30. anno. quæ dicit dictã. l. habere locum tam in actione reali quam in alijs quæ minori tempore durant: quod perpetuabuntur in. 40. annos per litis conteſt. hanc opi. ſequitur do. Alex. in l. fi. in col. 4. §. 1. ff. de eo. per quem fa. eſt. Sequitur idem Ang. in l. ſicut. C. de præſcri. 30. anno. Ioan. de Imo. in l. ſeruum. ff. de ver. oblig. in. §. ſequitur. Item quia licet actio reciſoria durat anno. l. in honorarijs. ff. de actio. & obligatio. ibi: ſed cum reciſſa. & tamen per litis conteſt. perpetuatur in. 40. annos glo. in l. fin. C. de tempo. in integrum reſti. & in d. l. fi. & ibi Bal. Item conſideratio S liceti eſt aperte contra caſum in l. 1. §. exceptis. C. de anna. exceptione vbi clare diſponit textus non ſolum in actionibus perſonalibus: ſed in alijs. nam textus dicit exceptis omnibus actionibus: licet perſonales ſint: & ſic ſileat conſideratio Sali. quæ non eſt vera: & eſt contra glo. & doct. & caſum legis. & iſta poteris addere dicto auditori in c. illud de præſcr. in col. 3. verſic. limita tamen ægregie qui pro multum ſingulari allegat d. Sali. concluſionem: & tranſit cum ea ſimpliciter illam laudando nullo addito, nec eius veritate inueſtigata. Ad propoſitũ igitur deueniens concludo quod hoc iuramentum appoſitum in fine contractus habet vim litis conteſtationis & perpetuat eius actionem in. 4. annos. dato ꝙ ipſa de ſui natura decem annis vel minus duraſſet. intellige quod inter creditorem & debitorem inducatur hæc perpetuatio nõ quo ad fideiuſſorem: quia interruptio facta per citationem vel litis cõteſt. cum reo principali, nec interrumpit, nec perpetuat quo ad fideiuſſorem: vt eſt glo. vnica. in l. cum quis in §. ſi quis pro reo. ff. de ſolutio. & ibi per Bart. & doct. ¶Cum ergo iſti duo mirabiles effectus inſurgant ex iuramento: conſulo vt ſemper * in fine contractus vel abſoluto contractu ſcorſum in alio vel in eodem coniunctim apponas clauſulam: & quia ſi de prędictis aliquod dubium poſſet eſſe ad maiorem veritatem, & omnem litem quæ poſſet oriri amputandam dictus debitor detulit iuramentum creditori ſuper contentis in inſtrumento qui creditor iurauit eũ ſibi dare oportere & obligatum eſſe prout in inſtrumẽto continetur. nam iſte contractus habebit paratam executionem, item eius actio temporalis perpetuabitur in. 40. annos, ignari tabelliones ponũt in inſtrumẽtis infinitas renunciationes & clauſulas paruæ vel nullius importantiæ: & ex hoc faciunt inſtrumenta prolixa ex quibus multa dubia & inconuenientia ſequuntur & ſubſtantialia omittunt: vt ſæpiſsime in practica expertus ſum.

*Clauſula.*

** Caue tamẽ ab hoc conſi. in caſibus vbi eſt prohibitum iuramentum iuxta l. ordin. de Toledo.*

*f * Ideo facias in eis apponere hanc clauſulam quã ego iam feci apponi in quodã inſtrumento magnę importãtię. ¶Et pondera pulchre verba text. in d. §. ſi is. per quem ego intelligerẽ prædicta eſſe vera vbi iuramẽtum eſt delatum: vt ibi tex. dicit: & patet in exemplo poſito a Bart. in d. l. 2. nã tunc iuramẽtum eſt habet vim perpetuandi: vt ſuperius dictum eſt ſecus crederem vbi iuramentum in contractu eſt appoſitum per debitorem: vt fit quotidie in contractibus vbi debitor iurat implere cõtractũ: & ſoluere & non venire contra contractum &c.

*g * quia ex illo nõ dicerem eſſe actionem perpetuatam: & in hoc multi moderniorum ſcribentium deci-



piuntur, qui loquuntur & referunt generaliter hanc concluſionẽ Bar. dicentes, quod vbi debitũ eſt iuratum non tollitur præſcriptione cõmuni vel ſtatutaria. Moueor ad ſic dicendũ ex tex. d. §. ſi is qui. vbi tex. loquitur in caſu in quo per debitorem fuit delatũ iuramentum creditori, qui iurauit debitorẽ ſibi dare oportere: & ita loquitur Bart. in d. l. 2. & Bal. in d. l. 1. quia tunc iuramentũ eſt proprie litis deciſiuum & conuentionale: & ſic non debemus recedere a verbis legis. maxime in caſu tam ſpeciali: & a iuris cõmunis regulis exorbitante. Item vbi debitor iurat ſoluere, intelligitur: niſi aliquo caſu excuſetur. Vnde non obſtante iuramento nihilominus poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: quia regulatur iuramentum * ſecundum naturam contractus. * l. fi. C. de non nu. pecu. vbi caſus nota. licet vulgaris. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & habet iuramentũ ex ſe tacitam conditionem ex natura rei. Vnde ſi iuretur ꝙ dos dabitur, intelligitur ſi nuptiæ ſequantur. l. ſtipulationem. ff. de iur. do. ſecundũ Bal. in d. l. fi. Item in iuramẽto ineſt tacita conditio ſi res in eodẽ ſtatu permanſerit. Nam mutatis terminis qui ſunt

** Adde quæ ſcribet Io. de Selua in tractà. de iureiurã. in. 2. par. in. 2. q. qualiter ſit interpretandũ iuramentum.*

*h loco finalis cauſæ non incurritur periurium ſecundũ Bal. in d. l. fi. probatur in ca. nequis. 22. q. 2. & in l. cum puis. ff. de ſolutio. quæ iura ad hoc allegauit Inno. in c. quemadmodũ de iureiuran. ergo præſcripta actione nõ extat res in eodem ſtatu ſicut tẽpore iuramenti: ergo & quia ſi debitor iurat ſoluere intelligitur ſecũdum quod ius diſponit, ſcilicet, ſi petat terminum a iure ſtatutum actioni ad petendum, quia iuramentum interpretatur ſecundum ius. c. venientes. de iureiuran. Innocen. in c. veniens. ſi. verbis de iureiuran. Idem Bal. in d. l. fin. vbi dicit, quod iuramentum in dubio interpretatur, exponitur, ampliatur, reſtringitur, diſtinguitur ſecundum ius; vt in d. c. veniens etiam per Ioan. And. in nouel. facit. l. fi. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi qui iurauit ſoluere, non eſt periurus, ſi autoritate legis ex cauſa a lege cõceſſa non ſoluit. Ergo ſi debitor iurat ſoluere in eſt tacita conditio niſi per decennium non petierit creditor ſecundum leges huius regni: quia tunc authoritate legis non obligatur ſoluere. Benefacit qđ ſingulariter dixit Bal. in l. 1. ad finem. ff. ſolu. matrimo. quod ſi promiſi tibi ſemper ſoluere, nihilominus poſſum opponere exceptionem pręſcriptionis per d. l. iuncta. l. in rebus C. de iure dot. facit tex. ſingu. iuncta glo. ſuper parte accuſare. ff. ad ſilla. l. in cognitione, vbi text. dicit ſemper accuſare permittitur: exponit glo. 20. annis ſicut eſt ſtatutum tempus cæteris criminibus per l. querelam. C. de fal. quem text. allegat Alex. in l. nemo. in. 13. col. ff. de lega. 1. Idem Bal. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de edil. edi. dicens, ſic fuiſſe iudicatum Perusij eo exiſtente aduocato cõtra Bar. in lectura antiqua: in mea ego non habeo. Ange. titubat in l. 1. ff. de vſuca. licet recte ponderanti idem ſentit. Item hoc motiuũ meum expreſſe ſentit Ang. in conſilijs ſuis. in conſi. 54. incipit Guilielmus. ad finem. vbi dicit: quod ſi emptor promiſit reuẽdere quoties venditor offerret ſibi precium; & iurauit adimplere: & ſic dicta promiſsio fuit facta cum iuramento quod nihilominus poteſt præſcribere huic iuri offerendi. Nec obſtat iuramentum ſecundum eum: quia cum promiſsio de reuendendo habeat ſolum vitam triginta annorum; & habeat tacitam conditionem ſi reuenditio petita fuerit; ita etiam iuramẽtum habebit eandem naturam iuxta l. fi. cum ſimilibus. C. de non nu. pecu. de quo dicto meminit prædictus auditor Rotæ, in rubri. de præſcrip. 7. col. verſicu. cogita vtrum Ang. nec credas hoc dictum eſſe contrarium concluſioni poſitæ ab Alexan. in d. l. nemo. de lega. 1. vbi tene, quod cum iuramento poteſt renunciare quis præſcriptioni per ca. cũ contingat: dicit quod non reperit hoc ſcriptum: quia illud eſt expreſſe renunciare prędſcriptioni cum iuramento; quia tunc valet, nec eſt ſuper quo cadat tacita conditio iuramenti, imo cadit ſub expreſſo & ſic eius naturã ſortitur. Aliud eſt promittere quoties ſibi precium offeratur reuendere: quia tunc in cõtractu abſq; iuramento, ſubintelligitur cõditio, niſi per tantum tẽpus non petierit, qđ ſit præſcriptum ius offerendi ergo ſub hac regula regulatur iuramentũ, & ſic vbi iuramẽtum apponitur ſimpliciter, ſuper obſeruãtia contractus, recipit eius limitationem: & ita etiam ſentit dictus auditor vbi ſupra. licet per verbum forte. Et ſic concludo, quod nõ 7
omnis materia in qua iuratum eſt perpetuat actionem: ſed ſolum ſi iuretur eo modo quo ſupra dictũ eſt, & ſi dicas etiam in exemplo, quod ponit Bar. in d. l. 2. & in caſu quo loquitur tex. in d. §. ſi is qui. iuramentum habebit tacitam conditionem, concedo: ſed diuerſimode cum illud ſit litis deciſiuum habẽs litis conteſt. ex dicta delatione. licet non tollat in totũ pręſcriptionem perpetuat in. 40. annos

tanquam litis conteſtatio: & tanquā ſententia quod non eſt, vbi debitor iurat ſoluere: quia tunc ſimpliciter ſine aliqua qualitate ineſt ei tacita conditio ſi infra tēpus a iure præfixu impetatur, nec per hoc alteratur natura præſcriptionis: vt expreſſe decidit Ang. vbi ſupra: quia in exemplo ab eo poſito, vbi ſimpliciter iurauit emptor reuēdere, quoties ab eo petitū fuerit, non dicit qđ duret actio perſonalis, id eſt poteſtas offerēdi niſi. 30. annis:
8 quia ille erat eius terminus. Item hanc differentiā. ſ. an iuramentum apponatur ad litis deciſionē vel ad contractus inchoationē, videtur facere Bal. in l. vnica in princ. C. de cōfe. vbi tenet, quod licet de iure confeſsio habet executionem paratam, intelligitur quando apponitur ad litis deciſionem, & ſic intelligitur lex iſta & ſimiles. ſecus quando apponitur in contractu ad contractus inchoationem & corroborationem. Nam tunc non habet executionem paratam, vt reperitur in cōfeſsione de mutuo & ſimilibus: & hoc modo videtur dicendū in iuramento cū æquiparentur per l. iſtam, confeſsio ſententia, iuramentū: & ſic quando debitor iurat ſoluere, non videtur appoſitū iuramentū ad litis deciſionē ſed ad contractus inchoationē & corroborationē: & ad hāc meā conſiderationē corroborandā vltra ſupradicta allego tibi tex. ponentē hanc differentiam in l. iuſiurandū. ꝙ ex conuētione. ff. de iureiuran. & ibi theoricam Bar. qui dicit, ꝙ vbi iuramentū eſt litis deciſorium ex eo oritur obligatio & actio: & ſic intelligitur ille titulus de iure iurand. aut eſt iuramentum confirmatorium, & tunc confirmat contractum etiam inualidum, vt ex tali cōtractu oriatur actio, vt in authen. ſacramēta puberū. aliud eſt iuramentū introductoriū oblationis verbi gl. qđ dabo tibi centū nulla præcedente cauſa: & tale iuramentum nō eſt modus inducendæ obligationis, niſi in liberto. l. iuſiuran. in prin. de ope. liber. l. ſi. C. de libe. cauſa. itaq; ſolum intelligit illū text. in iuramento litis deciſorio: & hoc dicit Bar. in l. arbitrorum in. §. ſocietatē. ff. pro ſocio. quod arbitramentum dato, quod ſit iuratū ex ſentētia arbitratoris, nec oritur actio, nec meretur executionem. Nec obſtat, quod ſit iuratum compromiſſum: quia tunc oritur actio in factum ex compromiſſo, quando eſt deciſorium litis: ſed iuramentum quod ponitur in compromiſſo eſt ad contractus confirmationem, merito actionem nō producit: & ſic in propoſito quando in contractu apponitur iuramentum a debitore, qui iurat obſeruare, & ſoluere: cū tale iuramentum nō ſit litis deciſoriū; ſed ponitur ad contractus corroborationem & confirmationem, nō habet effectū ſententiæ, nec litis conteſt. nec oritur ex eo actio in factū, nec de illo loquitur ille titulus. ff. de iure iuran. nec per cōſequens. d. §. ſi is qui nec etiā habebit paratā executionē nec in tali iuramēto militabit doctrina Bar. in d. l. 2. ff. de iure iurand. quod nota: quia ex hoc etiam limitabis doctrinam Bar. in d. l. 2. qui tenuit ꝙ iuramentum habet executionē paratam ſi ſit litis deciſiuū, vt loquitur Bar. non ſi apponatur ad maiorē contractus corroborationē: vt ſiunt cōmuniter contractus iurati, vt decidit Bar. in d. §. arbitrorū, nec eſt lex quæ dicat, quod ſi debitor iurauit ſoluere: & contractum adimplere, ꝙ tale iuramentū habeat vim ſententiæ, nec litis conteſt. ſed requiritur quod procedat delatio & iuramētum eo modo quo ſupradictum eſt: & ita reperies quod loquuntur omnes leges quæ diſponunt ſuper hoc. & hæc mihi videntur recte & nouiter cōſiderata. & mihi ſemper fuit hæc incōcuſſa ſententia, de iure ciuili. De iure canonico reperio quendam textum indiſtincte prohibentem præſcriptionem contra iuramentum. ſ. c. ſi diligenti. de preſcrip. ad finē ibi. (ꝙ iuramētum præſtitum de cōſeruando iure & onere ſedis apoſtolicę fuerit violatū) vnde licite retineri non poſſet qđ contra iuramentum huiuſmodi fuerit ſcienter obtentū quia etiā ſecundū hoc locum præſcriptio habere non poſſet, hoc in tex. & ibi Ange. in princ. dicit. nota quod exactū vel poſſeſſum contra iuramentū, non eſt exactū vel poſſeſſum bona fide: & ſic non poteſt præſcribi hic Anto. & hoc de præſcriptione reputo ſingulare. de qua nec Abb. nec prædictus auditor aliquam mentionem faciunt: & per illū text. dicebant ibi Hoſtien. Anto. & Abb. quod nil acquiſitum contra proprium iuramentū poteſt licite quis tenere. imo tenetur reſtituere per c. ad audiētiā quod me. cauſa. Idē de alijs cum peccato acquiſitis per glo. in ca. cum ſit. de iudæis cum alijs concordantijs de quibus per Abba. ibi. ſed ſi bene ponderetur text. in dict. c. loquitur in iuramento de non acquirēdo aliquid. nam acquirendo conſtituitur in mala fide, & venit contra iuramentum: nos loquimur in iuramento quod quis facit ſoluendo, & non venire contra contractum in quo ſubintelligitur tacita conditio. ſ. niſi elabatur tātum tempus, quod alter ſit excluſus præ



quia præſcripta bona iſte etiam cum bona conſcientia retinētur, & ſic ſine peccato; vt inquit Inno. in c. cura. de iure patro. Bal. in auth. ad hæc. de vſuris. Abb. in c. quia plerique. de immu. eccle. Itē, in d. c. erat in mala fide: vt patet in textu ibi (ſcienter obtentū.) hæc ſufficiāt, quo ad primū notabile.

*SVMMARIVM.*

1 *Confeſsio habet paratam executionem: quod intellige quando fuit facta ad inſtantiā partis nullo dato libello, nec litis conteſtatione num. 2.*

3 *Re perempta poteſt fieri executio in extimatione.*

4 *Quid ſi confeſsio fiat per modum contentioſæ iuriſdictionis.*

5 *Confeſsio quantum ad confiſcationem bonorū an tantum operetur ſicut ſi eſſet lata ſententia.*

6 *Actio vel confiſcatio facta iam tranſitoria an tranſeat in omnem hæredem.*

7 *Confeſsio ſolennis in iudicio facta quid operetur, & ſi fiat ſine cauſa. nu. 8.*

9 *Sententia an requiratur poſt confeſsionem in criminalibus.*

10 *Quid ſi confeſsio ſit facta coram incompetenti.*

11 *Confeſsio clerici facta coram iudice ſeculari quid operetur.*

12 *Confeſsio ſi ſit erronea an impediat executionem.*

13 *Confeſsio continens incertum an mādetur executioni.*

1 *Tertius caſus.* * a

Nota tertio, quod confeſsio in iudicio habet * executionem paratam. quod probatur ibi confeſsionē in iure factam iuncto fine: quia in iure cōfeſsi pro iudicatis habentur. concor. l. 1. ff. eo. & l. vnica. C. eo. l. proinde. in. §. notandū. quę clarius loquitur de executione. ff. ad leg. aquil. ibi. (iudex non rei iudicandæ: ſed extimandæ datur) hæc eſt materia prolixa & diffuſa in iure & non eſt propria materia iſtius tituli, cū habeat per ſe titulū diſtinctum infra de cōfeſsis, & C. eo. ideo, vt citius ad excogitatū propoſitum deueniamus ſolū aliqua principia premittā vt veritatē legis & eius intellectū capere poſsis. ¶Habes igitur hic textū ſecundum Bart. & oēs, quod confeſsio facta in iudicio habet executionē paratā: eſt etiam text. in l. ſi debitoribus. ff. de iudi. ibi qui tibi fatebūtur ſe debere, aut quaſi ex re iudicata, neceſſe habebunt reddere aut tempus ad ſoluendū detur: & ſic fit præceptū in confeſſum via executiua ſine alia condēnatione, ſecundū gl. ibi ſicut ſi vere eſſet condēnatus. & licet glo. in princ. in quadam opinione videtur vacillare, ſi ille tex. loquitur in condēnato, per ſententiā, vel in confeſſo, tñ veritas eſt ꝙ loquitur in confeſſo, vt clare colligitur ex lege. & ita dicit gl. ibi ſuper parte ex re & in alijs partibus. & hāc gl. approbat ibi Bar. dicēs eſſe ibi. & hic caſum, qđ confeſsio habeat executionē paratā & ſic ſtatim facta cōfeſsione currūt cōfeſsis tēpora quæ dantur iudicatis ad ſoluendū. l. certū. in. §. confeſ. ff. de cōfeſ. l. ſi debitor ff. de iudi. ibi (dandāq; diem) eſt etiā caſus, qđ cōfeſsio habeat executionem paratā in l. certū. in. §. 1. ff. de cōfeſ. quē Bart. multū cōmendat ad hoc in l. error. C. de iur. & fa. igno. 2. col. facit tex. & ibi caſus ad hoc ſecundū Bar. in. 3. no. in l. vnica. C. de confeſ. qđ dicit notādū & menti tenendū. & allegat etiā iſtā. l. ad hoc & dicit qđ propter hoc in illa ciuitate inſtrumenta confeſsionata mandantur executioni ſicut ſententiæ diffinitiuæ: quia fit per ſtatutū, vt cōfeſsio facta corā notario videatur facta corā iudice in Tuſcia vocantur inſtrumenta guarētigiata. Hæc ille. ¶Cōſidera qđ improprie dicitur condēnatus tex. iuncta glo. in l. 1. ff. de confeſ. qđ Barto. ibi dicit eſſe menti tenendū ad ſtatuta diſponentia, quod de qualibet ſententia condēnatoria ſoluatur gabella: quod non ſoluetur de confeſsione, vel de præcepto confeſsionis, ſecundū diſtinctionem, de qua infra dicā. ſ. niſi cōfeſsio poſt ſe requireret ſententiā. Idē Ang. in l. certum. §. confeſ. ff. eo. per dictionem quaſi ibi poſitā.
¶Et intellige hac legem & ſimiles quæ diſponunt confeſsionem habere executionem paratam, qñ confeſsio fit ad partis petitionem nullo dato libello, nec litis cōteſtatione & ordinario proceſſu præcedente, ſed ſolū ad inſtantiā partis confeſſus eſt, quia ſi his præcedentibus fiat cū deſiderat poſt ſe ſententiam non haberet ex ſe executionē paratā, * niſi ex ſententia: ita dicit glo. in l. certū. in. §. ſi. ff. de cōfe. & licet gl. titubans non bene ſe determinet: tñ hoc approbat Bart. ibi: hoc etiā tenet gl. in l. 1. C. eo. in gl. magna quæ dicit quod ſi con- 2

* b *Adde Paner. in c. quærēti. de offi. deleg. col. fi. dicentē*

*poſſe teneri contrarium quia iura indiſtincte dicunt qđ confeſſus habetur pro condẽnato in l. 1 ff. & C. de cõfeſſis vnde ſibi videtur qđ in ciuilibus non ſit neceſſaria ſententia, licet preceſſiſſet petitio vel libellus, & adde quæ dicit deciſio Rote. 421. fuit dubitatũ in deciſ. not. ſub titu. de reſti. ſpolia.*

confeſſio fiat præcedente libello & litis conteſt. requiritur ſententia, alias non imo debet ei fieri præceptum, vt ſoluat in certã diem. Idem glo. clarius & notabilius loquens in l. 1. in gl. fi. C. de litis conteſt. quã oẽs allegãt & a Bar. approbãtur in l. 1. ff. de confe. ſic debet intelligi tex. in l. qui ſtichum. ibi condemnãdus eſt. ff. de confe. & in l. Iulia. ff. eo. vbi tex. dicit confeſſum cõdemnandũ eſſe, & ſic illud præceptũ de quo facit mentionẽ tex. in l. ſi debitori. ff. de iudicijs nõ eſt ſentẽtia, ſed quoddam preceptũ executiuum tendens ad executionem: & ſic concludit Bar. hanc doctrinam tenet Bal. poſt gl. in l. fi. in princ. C. de execu. rei iudi. ita etiã tenet Bar. in l. non fatetur in col. 2. de confe. dicens, quod tale preceptum nõ eſt ſententia diffinitiua: ſed tendit ad executionem confeſſionis. Idẽ Bar. in l. vnica. in col. 2. C. de confe. Alexan. in d. l. debitoribus ff. de re iudi. Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de ſen. prola. §. ti. ſuper verſi. eſt quoq; facit opinio glo. in. c. dudũ (el. 2. de electio.) & in cap. ex parte in ti. de verb. ſignifi. & Cinus in l. vnica. C. de cõfe. in. 2. & 9. quæſtio. & ſic cõcludũt omnes cũ Bart. Hãc cõcluſionẽ tenet Ange. in l. ſi debitori. ff. de iudi. licet ſtricte loquatur: dicit enim quod illa lex & glo. quę mãdat in confeſſum fieri præceptũ ſic ad executionẽ intelligitur, quod libellus nõ fuerit oblatus: ſed ſimpliciter interrogatus debitor au deberet, cõfeſſus eſt, tũc ſtatim deuenitur ad præceptum & ex tali precepto oritur actio in factum: vt ex ſententia ſecundum gloſ. in l. cum non ſolum in. §. neceſſitatem. C. de bo. quæ libe. eſt caſus in l. ſi poſtul. uero. in. §. ſi libero. ff. de adulterio quia ſi libello oblato fieret talis confeſſio, tunc peruenitur ad diffinitiuam, vt dicit glo. 2. quæſtio. 1 nos in quenquam & in corpore de exhiben.
10 reis. §. ſuſcepto collatio. 5. Bald. ibi in principio. ſentit quod ſi oblato libello ſtatim reus confitetur poterit ferri dictum præceptum: & ſic ſummarie ex quo cõfitetur per l. ſi reus paratus. ff. de procurato. Ange. expreſſe dicit quod non poſſet ferri præceptum ſed diffinitiua. cum confeſſio habeat vim litis conteſt. & idem ſequitur Alexan. in d. l. ſi debitori. ſ. quod ſi debitor oblato contra eum libello in forma proceſſus ordinarij accepiſſet copiam, & confeſſus fuiſſet, tunc ſequi debet diffinitiua. allegat glo. d. §. confaſſus ſuſcepto & d. c. nos in quemquam & glo. ſingularem in l. proinde in. §. notandum ad l. aquili. & ſic omnes concludunt cum Bart. nec obſtat. l. ſi reus paratus. per quam ſe fundat Bald. quia ibi fiebat ſtatim oblatio iuncta cum confeſſione: & hoc etiam ibi ſentit Bal. & ſic eſt vera glo. in l. vnica. C. de litis conteſ. quæ dicit quod per confeſſionem inducitur litis conteſtatio in dict. l. ſi reus ſoluebat ſtatim. Ideo non compellebatur iudicium pati, quod eſt diuerſum: ita dicit Bar. & Ange. in d. l. ſi reus & ſic non recte loquitur Bal. in d. l. ſi debitori. vnde tene diſtinctionem Bar. quæ communiter approbatur. ¶Intellige etiam hanc. l. quod nõ ſolum fit executio in eo quod quis eſt confeſſus: ſed in extimatione re perempta. Hoc probat tex. in l. Iulianus. ff. de confe. per quã Bar. ibi dicit, quod ſi peteretur executio confeſſionis, quod re perempta fieret executio in extimatione. probatur in l. fi. ff. quæ ſent. ſine appella. rec. quod dicit eſſe vtile propter inſtrumenta guarentigiata, vt re promiſſa perempta fiat executio in extimatione. ¶Aduertas etiam ad huius. l. extenſionem, quod non ſolum confeſſio in iudicio habet executionem paratam ſi fiat per modum contentioſæ iuriſdictionis: ſed idem ſi emanet per modum voluntariæ *iuriſdictio *c
nis: & pro tali executione poteſt implorari officium iudicis, ſicut pro ſententia. ita dicit Angel. in l. certum. ff. de confe. in. §. confeſſi in final. verbis poſt Ioan. Andre. in additio. ad Specul. de confe. in. §. poſtremo. bene probat hoc text. in l. cum fideicommiſſum quæ eſt l. fin. ff. de confeſſ. intelligendo quod ibi non erat lata ſententia ſecundum Angelũ. Hanc concluſionem tenet Cynus de Piſtorio in l. vnica. C. de confeſſio. in. 2. queſtione: & in nona quæſtione: dicit, quod ſiue confeſſio fiat per modum voluntariæ iuriſdictionis ex ea competit officium iudicis pro executione facienda. Ratio quia officium iudicis locum habet in omnibus, quæ ſunt nota iudici. ſ. vt iudici. ff. fini. regum. l. ſi irruptione: ſed hic notorium eſt iudici. Item in ſecunda quæſtione concludit idem, dicens quod etiam dicta confeſſio ſufficit ad executionẽ, nec eſt opus alia ſententia condemnatoria, niſi illud præceptum de ſoluendo, quod eſt executiuum, vt dicit gloſa in d. l. ſi debitori. ponit Cinus exemplum tu venis ad me: & dicis mutua mihi decem ego dico quod placet. Sed volo quod confitearis coram iudice: & ſic vadimus ſponte coram iudice, & confiteris, hæc eſt confeſſio per modum voluntariæ iuriſdictionis poſtquam non eſt neceſſe ferre diffinitiuam: ſed præceptum de ſoluendo



do mandatur executioni, & ſic dicit obſeruari de conſuetudine. & dicit qđ huic aſſimilatur præceptum guarentigiæ, id eſt, confeſſio quæ fit in Tuſcia maxime Florentiæ a iudicibus & notarijs habẽtibus ſuper hoc poteſtatẽ a ſtatutis terrarũ, ꝙ quidẽ preceptũ habet paratã executionẽ. Hæc fuerunt verba notãda Cyni vbi ſupra, quæ tene menti: & ibi tenet idem quod ſupra quando confeſſio eſt facta per modum contentioſę iuriſdictionis.

5 ¶Extende etiam hanc legem haberę locum in cauſa criminali, quo ad cõfiſcationẽ bonorum quia tantũ operabitur confeſſio ſolẽnis
*d in iudicio, *ſicut ſi lata eſſet ſententia. tu ſcis ꝙ in delictis publicorũ iudiciorũ, non aliter pena adẽptionis bonorũ tranſit ad hæredes, quã ſi lis ſit conteſtata & ſententia condẽnatoria lata ſit cõtra defunctũ. Caſus eſt in l. ex iudiciorũ. ff. de accuſa. dico ꝙ idẽ eſt ſi interueniat confeſſio ſolẽnis in iudicio: cũ æquipolleat ſententiæ, quia tunc bona poſſunt applicari fiſco non obſtãte morte rei, ſingulare verbũ eſt Bal. in l. vnica. in. 3. col. C. ne ex de li. defunct. verſi. ſed hic dubitatur. Nec obſtat ſecundum eũ. d. l. ex iudiciorũ, quę requirit ſententiã, quia intelligitur vel æquipolẽs vel aliud qđ neceſſario inferat in cõfiſcatione: idẽ quod in cõfiſcatione dicit in pecunia rijs conſiſtẽtibus in certa quantitate: & idem dicit etiam ſi non ſit confeſſus, ſi eſſet concluſum in cauſa, & liquido probatum de maleficio: quia cum eſſet de neceſſario ſententiam firmari, quodammodo trahitur retro argu. ff. de mi. l. deniq;. in. §. 1. quod refert multum notandum. Allegat Bar. hoc dicentem in l. 1. ff. de priua. deli. certe Bar. hoc non dicit quia in d. l. 1. de priu. deli. & in l. vnica. C. ne ex de li. defunct. diſponitur quod actio pœnalis nõ datur contra hæredem, nec tranſit contra eũ, niſi quatenus ad eum peruenit vel niſi lis eſſet conteſtata cum defuncto. dicit Bar. quod idem erit ſi confeſſus eſt defunctus, quia hoc non eſt tantæ dubitationis: cum cõfeſſio habeat vim litis conteſt. vt dicit gloſſ. in l. 1. C. de litis conteſta. ſed aliud eſt in caſu, quo loquitur, d. l. ex iudiciorum, vbi non ſolum lex requirit litis conteſt. ſed etiam ſententiam: & adhuc eſſe tranſactam in rem iudicatam ſecũdum opinio. glo. quæ tenet quod ſi poſt ſententiam decederet reus infra tempus appellandi, non tranſiret cõfiſcatio ad hæredem. Certe ſingularis limitatio eſt ad. d. l. ex iudiciorum & reperio quod Alexan. in l. 1. ff. de priua. deli. ſimpliciter recitando tranſit cum hoc dicto. & idem in l. 1. ff. de confe. & licet non careat ſcrupulo tam per verba dictæ. l. quam per glo. & ibi per ea quæ notat Salice. & Doctor. in l. fin. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. & quia loquitur in pœnalibus, non tamen hucuſque reperi contrarium tenentem & ego eius opinionem corroboro per iſtum tex. & ſimiles qui dicunt, quod ſententia & cõfeſſio facta in iudicio æquiparẽtur. Item per ea quæ Bar. dicit in d. l. ex iudiciorum. ff. de accuſa. vbi dicit, quod ſi eſt talis caſus, vbi a lege non requiritur litis conteſt. nec ſentẽtia, puta: quia a lege ipſo iure imponitur pœna confiſcationis, tunc tranſit contra hæredem cõfiſcatio per l. commiſſa. ff. de publica. quia ideo ſecundum eum illa lex fecit mentionem de conteſtatione quia ſine ea non poterat ferri diffinitiua, ergo ſi ſine illa poterat ferri, illud ſufficit & eodem modo in ſentẽtia ſic ad propoſitum, cum confeſſio ſolennis facta in iudicio habeat vim rei iudicatę, & nullę ſunt partes iudicis, niſi in condemnando, hoc videtur ſufficere. Nam licet ſit verum, quod in criminalibus confeſſus non habeatur pro iudicato: vt dicit tex. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. l. 1. §. diuus. ff. de quæſtioni. nihilominus ex tali confeſſione etiam vnica ſponte facta poteſt damnari tex. eſt in l. 1. in. §. ſiquis vltro. ff. de quæſtioni. quem ad hoc allegat Barto. in l. 1. in. §. diuus. & ibi glo. ff. eod. & in l. 1. in fine. ff. de cuſto. reo. Salice. in l. 2. C. de cuſto. reo. Barto. in l. vnica. C. de confe. hinc habuit ortum illud ſingulare dictum Innocen. in capitu. qualiter & quando. de accuſatio. quod vbi aliquis confitetur directe & principaliter in iudicio valet & poterit ei imponi pœna quantuncunque maxima delicto proportionabilis: quia confeſſio ad ſui validitatem non exigit telam iudicij. idem Abba. in dicto capitu. at ſi clerici. ſexta columna. per dict. l. ſi confeſſus. & per capitulũ primum. de accuſa. lib. 6. Item quia talis confeſſio habetur pro veritate. Itẽ iudex ſtatim poterit executare ſententiam latam virtute talis confeſſionis, nec tenetur deferre appellationem præſertim in criminalibus, in quibus non licet appellare, l. conſtitutiones. ff. de appellatio. ita inquit Io. And. in c. Romana. in. §. ſi autem poſt ſententiam. de appellatio. libro ſexto Bal. in l. vnica. in. 6. colum. in verſicu. ſequitur videre. de confe. de quo dicto facit mentionem idem Bal. in l. 2. C. quorum appella. & tenet contrarium dicẽs, ꝙ niſi concurrant illa duo, de quibus in. d. l. ſ. ꝙ ſit con-

**Adde quod hoc dictũ Inno. eſt ſingu. & commu. approbatum de quo vi. ſingu. Phi. Deci. in c. at ſi clerici. de iudi. in 4. not. vbi ordinauit regulam cũ. 9. limitationib. ad prædictã ſingularẽ doctrinam Innocen.*

ſit cõuictus & confeſſus, quod bene tenet appellatio, ſi iudex a quo vult ei deferre, ſed ſi putat ei non deferendũ poteſt exequi ſententiam ſuã, & ſic dicit quod ſeruatur de conſuetudine. Sẽper cogita quod lex videtur facere differẽtiã in cauſa ciuili, vt cõfeſſus habeatur pro iudicato, vt hic non in criminali vt. d. l. ſi confeſſus & ibi Bar. imo ſequi debet condẽnatio. bene tamen poteſt hæres reuocare dictam confeſſionem, & probare innocẽtiam defuncti ſecundum Bald. in dicta. l. vnica. & quia non eſt præſens materia, vide Specu. & ibi Ioan. Andre. in addi. in tit. de accuſa. in. §. 1. verſi. quid ſi latro. & per modernos in d. l. ex iudiciorũ & in l. 1. §. diuus de quæſtio. & in l. 1. de priua. deli. vbiq; per domi. Alex.

6 ¶Vnum tamen tenebis menti, quod vbi per ſententiam vel per litis conteſt. vel per confeſſionem aliquod iſtorum factũ cum accuſato actio vel confiſcatio eſt facta tranſitoria ad hæredem tamen iam eſt facta tranſitoria ad hæredem: licet contra defunctum illius hæredis nunquam actum fuerit. Iſte eſt caſus ſingularis & vnicus in l. videamus ꝙ me. cauſa Ang. reputat vnicũ ad hoc in l. 1. ad fi. de priua. deli. & in l. vnica ne ex deli. defun. C.

7 ¶Vlterius adde ad huius. l. extenſionem Cynum in l. vnica. C. de confe. in. 6. col. 7. quæſtione. vbi dicit quod confeſſio ſolennis facta in iudicio habebit omnes effectus, quos habet res iudicata, puta quando ſententia lata eſt in querela inofficioſi teſtamenti contra vnum cęteris præiudicat, vt in l. Papinianus §. ſi ex cauſa de inofficioſo teſtamẽto & ſic in ſimilibus l. ingenuum de ſta. ho. ſic erit ſi cauſa decidatur per confeſſionem: puta quia aduerſarius confitetur in iudicio teſtamentum inofficioſum & confeſſio emanauit per modum contentioſæ iuriſdictionis, allegat ad hoc. l. iſtam quam nota.

8 ¶Tenebis etiam menti quod in tantum confeſſus in iudicio habetur pro condemnato quod etiam ſi confeſſio fiat ſine cauſa & informiter hoc probat textus & ibi Bal. in l. ſicut. C. de repu. hære. ex quo infert quod in inſtrumento guarentigiato nõ requiritur cauſa cum ſit ibi præceptum iudicis cartularij factum in confeſſum quod videtur factum in iudicio ſecundum Cynum in l. vnica. C. de confe. ita Bal. in d. l. ſicut.

9 ¶Limitabis hanc legem non habere locũ in cauſis criminalibus, in quibus etiã confeſſio ſolennis in iudicio ſponte facta non habet executionem paratam, nec confeſſus habetur pro iudicato: imo requiritur ſententia condemnatoria, intellige quando non præcedente libello, nec litis conteſtatione & ordine iudiciario facta eſt; quia his præcedentibus nullum dubium eſſet, cum nec in cauſis ciuilibus tunc haberet paratam executionem, vt ſupra dictum eſt. Verum eſt quod gl. in l. ab ſentem. ff. de pænis. tenet cõtrarium imo quod etiam in cauſa criminali confeſſus habeatur pro iudicato, vt in cauſa ciuili; & eſt gloſa ſuper parte iudiciorum. vbi gl. per verbũ forte dicit, nec forte in confeſſum pronunciatur in crimine: & hoc idem ſentit Cynus in l. vnica in princi. C. de confe. vbi opponit de l. 1. §. diuus de quæſtio. ſoluit. quod ibi loquitur in confeſſione non ſpontanea. Sic tranſit gl. ibi hac ſola contẽta ſolutione. & ſic clare ſentit quod ſi confeſſio eſſet ſpontanea etiam in criminalibus *haberetur pro iudicata: & ſic haberet executionem paratam. contrarium eſt verum, & de hoc eſt glo. in l. ſi quis in hoc genus, ſuper parte nouerit. C. de epiſ. & clericis. vbi glo. dicit, quod contra ſponte confeſſum poſt confeſſionem debet proferri ſentẽtia* & ſatis probat tex. ibi (in conuictos ſiue confeſſos reos ſententiam nouerit vendicandam.) Sali. ibi ad hoc illum reputat notandũ quod in confeſſum ſponte in criminalibus eſt neceſſe, quod feratur ſententia. Idem reperio, tenere Ioan. Fab. in l. vnica. in fi. colũ. de confe. quod ſemper in criminalibus poſt cõfeſſionem fiat condemnatio. Item hoc ſentit glo. in l. vnica. C. de confe. ſuper parte ſoluere in princip. vbi compilauit ſummarie veritatem illius. l. & concludit glo. in cauſa pecuniaria pro iudicato habetur clarius. hoc ſentit gloſſ. quaſi ad medium declarando dicta verba & incipit glo. Item in cauſa pecuniaria, quia ſubdit ſecus in cauſa criminali in qua non ſtatur ſtatim confeſſioni imo volens pœnitere poteſt, vnde etiam ſi perſeueret in confeſſione requiritur ſententia condemnatoria contra eum. hæc Acurſius ibi. & ſentit illa gloſa clare de confeſſione ſpontanea ex quo allegat. l. non tantum. ff. de appellationibus & l. 1. §. diuus. &. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtioni. & clare ibi dicit gloſa hoc eſſe verum etiam ſine litis conteſtatione: & ſic indiſtincte tenet gloſa hanc concluſionem, quod in criminali poſt confeſſionem damnatur per ſententiam. Hanc concluſionem notanter ſequitur S. lic. in l. vnica. C. de confe. in 6. col. in verſic. reuertor, & melius in. 9. oppoſitio. vbi tenet quod quando ſine litis cõteſt. &

*Adde gloſ. & doctor. in c. quærẽti. de officio. delegati. vbi Panor. dicit quod in

* e criminali ſemper requiritur ſententia niſi delictum eſſet notorium quia tunc non requiritur ſentẽtia ſaltẽ cum ſolennitate per tex. iunc. glo. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui notantur in fa. & ideo caute loquitur Fel. in eodem. c. quærẽti col. 3. verſ. fallit. 2. vbi reus cõfeſſus: & vi. Bart. Soci. in tract. fallẽtia. in regula incipiẽti confeſſus crimen quæ mihi eſt. 96.





teſt. & ordine iudicario cõfeſſio facta eſt, nõ eſt differentia in cauſis ciuilibus & criminalibus, vt ibi glo. ſed quando his non præcedẽtibus: licet in ciuilibus non requiratur ſentẽtia, niſi præceptum executiuum de ſoluendo in criminalibus non ſic, imo poſt confeſſionẽ neceſſaria eſt ſententia. Rationem differentię aſſignat in cauſis criminalibus propter magnum præiudicium, quod verſatur: quod non eſt in cauſis pecuniarijs, cum non ſint tanti præiudicij. Item, quia præceptum de ſoluendo non poteſt ſic adaptari in criminalibus, ſicut in ciuilibus. Item, quia licet non ſit conteſtata habetur pro quaſi conteſtata: quia lex non vult audire perire feſtinantem, ideo quaſi contradicit pro eo: vt ſic vltra confeſſionẽ cognoſcat ſaltẽ quando in ea perſeuerat, quo cognito & non ante iudex diffinitiue pronũciat eum condẽnando. hoc idem Bart. in d. l. vnica. in. 3. col. vbi dicit, quod in criminalibus ſine dubio debet ferri ſententia diffinitiua poſt confeſſionem, & ꝙ alias non habetur pro iudicato. Abb. idem in. c. at ſi clerici, de iudi. 6. col. probatur in l. inter penas. in. fi. ff. de inter. & re. Sed eſt text. expreſſo in l. ſi confeſſus. de cuſto. reo. ibi (ſi cõfeſſus fuerit reus, donec de eo pronuncietur in vincula. &c.) Et ibi glo. expreſſe dicit quod in criminali non habetur pro iudicato: & idẽ Bar. ibi facit. l. cum reis. C. de penis. Allego etiam Inno. in c. quærenti. de officio delega. vbi poſtquam poſuit formam executandi cõtra confeſſum in ciuilibus, dicit in criminali autẽ, licet quis confiteatur non mãdatur executioni, niſi ſententia feratur. Allegat. d. l. ſi confeſſus. & ca. nos in quemquam. 2. q. 1. bene facit quod ſingulariter dicit Sali. in l. ſi quis in ea. C. de cuſto. reo. 2. & 3. col. in verſi. quæramus igitur in illa vulgari quæſtione apud glo. & Doct. trita vtrum ex ſola vnica confeſſione quis damnandus ſit: ponderat bene epiſtolam de qua in l. 1. in. §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. ſcilicet, vt non ſtatim iudex confeſſum condemnet, ſed de eius innocentia & cauſa confeſſionis inueſtiget vt melius poteſt: ideo conſultus ibi laudat modum quem iudex tenuit & ſic confeſſum incarcerari faciat: & poſt modum apud acta eum adducat & audiat, puta ſi velit confeſſionem ſuam reuocare ex iuſta cauſa, de cauſa docere. & ſic concludit nõ ſtatim poſt confeſſionem damnandum, ſed dilationem ei dandam ad eius defenſiones faciendas & in carcerem interim poni. & hoc fuit intentio d. l. ſi cõfeſſus. & d. l. ſi quis quæ diſponunt confeſſum in carcerem ponendũ & per hunc modum adhibetur frænum iudicibus carnificibus, quos temporibus noſtris vidimus, placuit mihi calamum dilatare nõ tantum propter hanc limitationem quam propter dictam Bal. opinionem in d. l. vnica de qua titubans receſſi, ſcilicet, quod d. l. ex iudiciorum habeat locũ ſi reus deceſſit poſt confeſſionem ſolennem factam in iudicio, quam non credo verã per ſupradicta. & quia ibi tex. expreſſe requirit, quod condemnatio ſit ſecuta. Nec obſtat quod Bal. dicit ꝙ ſufficit aliud æquipolens, vt eſt confeſſio: quia hoc non eſt verum, quia in criminalibus confeſſio non æquipolet ſententiæ, quia non habetur pro iudicato, vt ſupra latius, cũ requiratur ſententia condẽnatoria, vt dictũ eſt, nec Bal. ex ſuo capite habuit licentiam extendendi dictam legem, quæ loquitur condẽnatione ſecuta ad caſum, in quo non eſt ſecuta; & poſſent multa accidere, propter quæ non ſequeretur, maxime ſi reuocauerat confeſſionẽ & cum dicta lex tribuat accuſato illud beneficium non eſt ei auferendum, & minus dubium eſſet ſi decederet poſt concluſionem in cauſa. Item quia Bar. ſolũ dicit, quod non haberet locũ dicta lex, ſi eſſet talis caſus in quo de iure non eſſet neceſſaria ſententia; ergo cum ſit neceſſaria etiã contra confeſſum, ſequitur quod in confeſſo ſolũ non habebit locum & cũ in penis mitior interpretatio ſequẽda eſt: vnde teneo contra Bal. & indiſtincte ſeruari d. l. ex iudiciorũ prout in ea diſponitur: maxime quia Bar. in d. l. 1. de priua. deli. quem Bal. allegat in autorem & teſtem dictæ opinionis, non dicit illud quod allegatur a Bal. imo loquitur in caſu diuerſo. mouet me adhuc magis cõtra eum quædam theorica Bar. in l. infamem. de publi. iud. 3. col. vbi mouet quæſtionem, vtrum ex cõfeſſione ſit infamis ſi aliquis confeſſus eſt crimen, quod infamat licet glo. in l. ictus fuſtium. de infami. teneat quod ſic. quam ſequitur Azo. in ſumma. contrariũ tenet Bar. motus hoc fundamento quod ſatis vrget in propoſito quia edictum prętoris requirit ad hoc, quod quis ſit infamis quod ſit de crimine damnatus l. 1. ff. de his qui no. infa. Sed in accuſatione criminali confeſſus de crimine non eſt dãnatus nec habetur pro damnato vt d. l. ſi confeſſus. ergo non eſt infamis, ſecus dicit in ciuili vbi confeſſus habetur pro condemnato vt l. 1. C. de confe. quia eſſet infamis, ecce ergo quod Bar. per fundamenta a me ſupra adducta contra Bal. tenet

ꝙ in criminalibus vbi a lege requiritur condemnatio, nõ ſufficit confeſsio. ergo cũ hoc requirat. d. l. ex iudiciorum non recte loquitur Bal. & hoc idem ſequitur Abb. in ca. at ſi cler. ci. de iudi. in col. 10. referens Bar. & eum ſequens prout moris ſui eſt. ¶ Habes igitur ex ſupradictis hanc concluſionem, quod hæc lex non habet locum in cauſa criminali, in qua confeſsio facta in iudicio non habet executionem paratã quia requirit ſentẽtiã poſt ſe & in tantũ habet hoc verum ꝙ etiã ſi non eſſet in totum criminalis: ſed eſſet cauſa ciuilis, & pænalis deſcendens ex crimine requiritur ſententia in confeſſum. Iſta eſt gl. no. in c. cum olim de rerũ permu. quã adhoc ibi commendat Andr. Sicu. & in c. quærenti. de offi. delega. in col. 11. & more ſuo miratur, quod ad hoc nullus docentium illam allegauerit: ſed certe ibi confeſsio fuit facta incidenter.

10 ¶Limita ſecundo, niſi confeſsio facta ſit corã
* f iudice incompetenti * quia talis nõ meretur executionem. C. ſi a non compe. iudi. per totum cap. at ſi clerici de iudi. ſecũdum Bart. in d. l. vnica. ad fi. eſt caſus in d. c. at ſi clerici. vbi confeſsio clerici facta coram iudice ſeculari non tenet. Idem Inno. in c. per inquiſitionem de electio. Hanc ſententiam ſequitur Ang. in l. 1. ff. de confe. ꝙ ſi clericus confiteatur corã iudice laico, confeſsio eſt nulla & non habetur pro condẽnato, nec vigore talis cõfeſsionis poteſt ei fieri præceptum. Idem Io. Andr. in tit. de confe. §. ſequitur verſi. hoc non valet. in addi. ad Spec. & Federi. diſputando & dicit Ang. in d. l. 1. quod fuit de facto Bononiæ & vidit quam plurimos doctores cõtrarium conſulentes. Sed ipſe Ang. ſequitur qđ non valet in tantum, quod hoc ſit verũ. ſiue emanet per modum voluntariæ ſiue contentioſæ iuriſdictionis: qđ reputat nota. dignum & hoc vbicunq; iuriſdictio iudicis incompetentis non poteſt prorogari per cõfitentem, indiſtincte dicit confeſsionẽ nullam ſecundũ Ang. in d. l. 1. & hoc ſentit Sali. in d. l. vnica. 7. quæſtione: plus dicebat Cynus, quod etiã ſi confeſsio fieret coram iudice, cuius iuriſdictio erat prorogabilis per confitentẽ, dato ꝙ iudex eſſet incompetens non præiudicat cõfeſsio. ita dicit Cynus in d. l. vnica. col. 5. in ver. quarta quæſtione. C. de cõfe. reprobata diſtinctione quorundam moderniorum, qui in hoc contrarium tenebant. quæ opinio mihi non placet: quia ſi iuriſdictio poteſt prorogari, non video cur non prorogetur per confeſsionem quæ habet vim litis conteſt. & habeat locum. l. 2. ff. de iudici. & ſi hoc eſt in ſententia, quare non erit idem in confeſsione: & iſta eſt intentio Bar. ibi dũ dicit ſicut in ſentẽtia, vt in titu. ſi a non compe. iudi. & ita etiam tenet Ioan. Andre. in dicta additione & hoc tenet Ang. in d. l. 1. de confeſsione nulla Cini facta mentione, nec Bar. Idem tenet Salic. in l. vnica. 7. quæſt. quãdo confeſsio facta eſt, vt per ipſam iudicium inchoetur & fundetur vt eſt quando reus cõfitetur animo litem cõteſtandi, & ad vlteriora in cauſa procedẽdi. & quia tunc iſto caſu fit litis conteſtatio, ſi ſciens non eſſe iudicem confiteatur valet & inducitur prorogatio: ſecus tamen eſt vbi cõfeſsio eſt facta ad præparationem iudicij inchoandi, & non valet: quia iudex pro tunc eſt incompetens. Idem ſi facta eſt ad iudiciũ futurum euitandum: & etiam tunc non valet, nec præceptum de ſoluẽdo ex ea fictum; quia nec eius eſt competens iudex & ſic his duobus caſibus confeſsio non valet. vbi autem confeſsio eſt de his quæ pertinent ad iuriſdictionẽ voluntariã, ſi iuriſdictio erat prorogabilis, tunc concludit Sali. qđ valet quia per additionem ſolam, eſt illius rei competẽs iudex. l. 2. de offi. proconſu. & lega. obſcura & intricata verba profert Salicetus. Habes igitur ex prędictis, qđ vbi confeſsio facta eſt coram iudice incompetenti, cuius iuriſdictio nõ erat prorogabilis indiſtincte ſiue per modum voluntariæ; ſiue contentioſæ iuriſdictionis, non valet confeſsio, nec habet executionem paratam, ſecus ſi eius iuriſdictio erat prorogabilis, & ſcienter facta eſt confeſsio: ſed hoc ſecũdum limitauit Sali. in d. l. vnica duobus modis. Primus vbi confeſsio facta eſt ad præparationem iudicij inchoandi. Secundus vbi ad iudicium futurum euitãdum & loquitur ita obſcure quod vix & cum magna difficultate poteris eum intelligere. & vt eum intelligas ſcias quod ipſe Salic. in l. vnica. C. de litis conſtet. in. 8. quæſt. tenet qđ vbicunq; reus confitetur coram iudice incompetenti ſi confitetur & ſimul exceptionem proponit peremptoriam, & tunc videtur litem conſtari, cum patet quod vult ad vlteriora procedi & de ſua exceptione cognoſci. Idem ſi confitetur adijciens quod hoc facit animo conteſtandi. Nam tunc videtur fateri narrata, ſed contradicere petitis propter aliquã exceptionem: quã opponere intẽdit. Idẽ ſi confiteatur & petat ad vlteriora pcedi: quia videtur velle peruenire ad diffinitiuã propter aliquod intereſſe ſuũ ad quod peruenire nõ

poteſt,

* Adde modernos maxime Iaſ. in l. magiſtralib' ff. de iur. om. iud. col. 2. & Phi. dec. in c. at ſi cleric. in col. 2. de iudi.



poteſt, niſi litem cõteſtando: vel quia aliquã exceptionem intendit opponere. Iſta ſunt exẽpla Salic. cum quibus iunge primum membrum ab eo poſitum in l. vnica. C. de confe. in quantum dicit, quod vbi confeſsio facta eſt, vt per ipſam iudiciũ fundetur & inchoetur, quod tunc valet, etiam ſi coram incompetenti; & ſic in hoc ſolo caſu dicit valere, vbi autem fit ad iudicium futurum euitandũ puta quia confitetur ius ſcilicet ſe debere vel factum; & tunc dicit, quod non valet; quia in d. l. vnica. de litis conteſt. dicit quod hoc caſu non videtur litem conteſtari: ſed ſtatim debet ei fieri præceptum de ſoluendo iuxta. l. ſi debitoribus. & hoc non poteſt fieri niſi a iudice competenti. certe verba eius videntur abſq; fundamento & contra doctrinam Bar. & aliorum & in effectu quaſi tenet opi. Cyn. quod coram incompetenti confeſsio nõ valet quod eſt falſum. ideo non cures de verbis eius. quia nihil in effectu dicit. & fateor me laboraſſe circa eorum intellectũ. quia ſi præcedente libello cõfitetur veritatẽ abſq; dubio, inducitur litis conteſtatio: quia per narrationẽ & reſponſionẽ inducitur litis conteſtatio, vt dicit tex. in l. 1. §. 2. de iura. calum. nec dicit tex. negationem & adhoc illum allegat Bar. in d. l. vnica. & ſic Sali. male loquitur in illis duobus caſibus: ſed in primo bene loquitur, quia ita dicit gl. & melius & clarius Bar. in d. l. vna in fi. C. de litis conteſta. quia bene poteſt quis confiteri cum animo quod procedatur ad diffinitiuam: quia intereſt ſua, propter ſtipulationem de euictione. ergo tam in illo quã in alijs duobus caſibus tene opinio. Bar. Ang. & Inno. quod ſi iuriſdictio eſt prorogabilis valet confeſsio coram incõpetenti quemadmodum in ſententia, quæ etiam fuit opinio Ioan. Andr. & Federi.

11 ¶Vnum tene menti, quod licet confeſsio clerici nõ valet vt ex ea poſsit damnari, nec habetur pro iudicato, tamẽ erit tãtæ efficaciæ *
* g ꝙ clericus tractus coram iudice ſuo poterit cõpelli ad confitendum * quæ confeſſus fuit coram non ſuo iudice. Ang. in l. 1. ff. de cõfe. refert Inno. ſic tenere in. c. per inquiſitionẽ de electio. verba Inno. ſunt hæc: reſpondeo. d. c. at ſi clerici. dicimus quod confeſsio coram ſeculari iudice non ſufficit: vt epiſcopus condẽnet eũ: ſed vocatus ab epiſcopo requiritur de crimine, quod confeſſus eſt coram ſeculari iudice: & ſi vellet variare non admitteretur, niſi probet quod in alio caſu intelligatur confeſsio ſua. fundamentum Innoc. eſt l. generaliter. C. de non nu. pecu. ꝙ eſt ſingulare verbũ multum extendens & limitans. d. c. at ſi clerici, benefaciũt verba. d. l. generaliter ibi, cum ſuis confeſsionibus. acquieſcere debeat. & ibi nimis enim indignum eſſe iudicamus, vt ꝙ ſua quiſq; voce dilucide proteſtatus eſt, id in eundẽ caſum infirmare teſtimonioq; ꝓprio reſiſtere. verba magni, põderis ſunt, aliud dicebat Ang. in d. l. 1. quod Inno. in c. cum dilectus de ſucceſsio. ab inteſt. dixit quod ſi clericus poſt cõfeſsionem factam coram incompetenti deceſsit, ita quod cõpelli non poſſet ad perſiſtendũ in ea, vt ſupra dictum eſt, quod virtute dictæ confeſsionis poterit ſententia ferri contra hæredem ſuum, quod Ange. reprobat; quia ex quo cõfeſsio non fuit ſufficiens ad cõdemnandum defunctum, nec hæredem per glo. in l. iubemus. C. de libe. cau. certe Ang. inaduertenter fuit loquutus, quia Inno. non dicit illud ad ꝙ allegatur per Ang. imo contrarium.

¶Limita tertio iſtum tex. niſi confeſsio ſit er- 12
ronea * ſiue confeſsio fiat ad totius litis deci- * h
ſionem ſiue patris. hoc clare probatur in l. nõ fatetur. ff. de confe. iuncta. l. 1. eſt caſus in l. cũ fideicommiſſum, quæ eſt penul. eo. tit. ita dicit Bart. in d. l. non fatetur. 2. col. & dicit expreſſe Bart. ibi ſic deberi limitari hanc legẽ, quæ dicit confeſſum haberi pro iudicato in confeſsione non erronea: quia ſi eſt erronea poteſt reuocari: vnde concludit quod ſi ſperatur ſententia non reuocare errorem ante ſententiã, ſi non ſperatur, põt reuocare ante executionẽ, etiã poſt præceptũ niſi ante quã fieret preceptũ eſſet datus terminus ad oſtendẽdum, quare confeſsio nõ debeat exequi, quia tunc eſſet idẽ quod in ſententia. Hæc fuit intentio Barto. in dict. l. non fatetur; & ſic dicit debere intelligi & limitari hanc l. quæ multum his videbatur obſtare, cum cõfeſsio habeat vim rei iudicatæ & poſt rem iudicatam non poteſt errorem reuocare. l. error de iu. & fact. igno. Quod intellige modo ſupra dicto & certe Bar. loquitur ſingulariter & copioſe hanc concluſionẽ & quaſi per eadẽ verba tenet Bar. in l. error verſ. tertio modo põt intelligi. C. de iu. & fa. igno. & addit ꝙ eodẽ modo erit iudicandum in cõfeſsionibus appoſitis in inſtrumentis guarentigiatis quæ fiunt per Thuſciam vbi notarius ex autoritate ſibi conceſſa facit præceptum in confeſſum; quia talis confeſsio habetur tanquam facta in iudicio, & eodẽ modo venit reuocanda ſicut aliæ confeſsiones in iudicio factæ, &



* Adde de eff. huius confeſsionis Feli. in c. & ſi clerici col. 4. de iudi. Phili. Dec. poſt alios in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. o. om. iudicum.

& quia eſt longa materia quando error poteſt reuocari in confeſsione, & quomodo & quando præſumatur: vide Bal. in d. l. error & in l. cum precum. C. de libe. cauſa. & Bart. & Ang. in d. l. non fatetur & Alex. ibi faciẽs copioſas remiſsiones. & in l. vnica. C. de cõf.

13 ¶Limita 3. vbi confeſsio continet incertũ: * quia tunc non mandatur executioni. Caſus eſt in l. certum in princi. ff. de confe. per glo. in d. l. vnica. ponit glo. ibi exemplum. Confitetur hæres ſtichum vel Pamphilum relictũ cogitur certificare. facit glo. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. ibi (cum dubia eſt vindicta) ex qua dicit Ang. ibi eſſe diligẽter not. quod vbicunq; ex forma confeſsionis, non appareret quid quantunq; debeatur exemplum cũ pena eſt arbitraria. Item in ciuili cum quis confitetur ſe ſeruum percuſsiſſe, nec conſtat de quantitate damni: vel cum quis confitetur ſe debitorem ex adminiſtratione tutelæ & non dicit de quanto, non habetur pro cõdemnato: & hæc ſunt verba Angel. prolata inconſiderate ductus fragili fundamento: nam vbi eſt omnimoda incertitudo puta in alternatiuis vt glo. ponit exemplum bene dicit: ſed in alijs exemplis ab eo poſitis non dicit verum ſcilicet de confitente ſe debitorem ex adminiſtratione tutelæ & de confitente ſe damnum dediſſe. Itẽ in actione nego. geſto. & ſimilibus: nam dico, quod in iſtis & omnibus alijs in quibus valet ſententia incerta, valet confeſsio incerta, & habetur pro condemnato & quantitas liquidabitur in executione. ita reperio tenere Barto. in d. l. vnica. C. de confe. in. 3. col. in. 3. oppo. vbi Barto. dicit quod in omnibus caſibus in quibus valet ſententia incerta in illis valet confeſsio incerta: quia æquiparantur & eodem modo meretur executionem cõfeſsio incerta, ſicut ſententia incerta, & in executione declarabitur &, licet Bart. non alleget hoc expreſſe dicit glo. in d. l. certum in glo. 1. quare enim ſi confiteris negotia mea geſsiſſe. 10. annis vel te hæredem eſſe Titij, & me poſsidere hæreditatem & ſimilia, quare non valebit: idẽ Bart. in l. 2 C. de ſen. quæ ſine cer. quam ponit eadem met exempla quæ Ange. poſuit de quibus ſupra puta in actione tutelæ in actione negotiorum geſto. & in peti. hære. & ſimilibus in quibus dicit quod valet petitio incerta & ſententia, incerta, & in executione certificabitur, vt dicit glo. in d. l. 2. & in l. 1. in gl. magna. ff. de eden. Inno. in c. conquerente in glo. penult. de offi. ordi. & expreſſe loquitur Bar. in confeſsione adhuc non facta in iudicio. ſed in inſtrumentis guarentigiatis dicit enim Bart. eleganter in d. l. 2. quod effectus ſententiæ incertæ erit, quod habebit paratã executionem facta liquidatione. hoc modo actor petit executioni mandari ſententiam, in qua talis eſt condemnatus ad indemnitatem præſtandam: & ad probandum, quod ſit damnificatus: faciet incontinenti articulos, nec eſt neceſſaria libelli oblatio, nec litis conteſtatio: ſed procederetur ſummarie ſecundum formam. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. Idem dicit in ſimilibus. & hãc dicit eſſe practicam in illis partibus vbi inſtrumenta, quæ ſunt confeſsionata ſeu guarentigiata merentur executionem ſicut ſententia: quia ſi eſt aliquod inſtrumentum nõ liquidum, peto executionem ſummariæ, & facio articulos ad id probandum, & ſic concludit confeſsionem habere executionem paratam etiam ſi non ſit certa: ſed in eius executione poſſet declarari. & ſic inaduertenter locutus eſt Ang. de hoc vltimo dicam infra latius in commento. l. regni.

**Adde plura per Bar. Seti. in con. 96 in. 4. vol. cõſiderata contingencia facti vbi cõſuluit an quedã captura facta occaſione cuiuſdam ſentẽtiæ non liquide poſsit iuſtificari ex liquidatione poſtea facta.*

¶Vltimo coram quo poſſet peti executio cõfeſsionis & ſi corã vno iudice fuit facta confeſsio, ſi coram alio poteſt executio eius peti. Bar. in d. l. vnica dicit quod ſeruetur diſtinctio prout in ſententia. & in idem videtur inclinare Sali. & Cynus in d. l. ſi. verbis. de quo vide late Bar. Imo Ang. & latiſsime Alex. in l. a diuo pio in. §. ſententiam. ff. de re iudi. & dixi latius in commento. l. regni in illa queſtione, per quem iudicem inſtrumenta guarentigia mandabuntur executioni. ¶Habes igitur ex hac lege tria, quæ habent executionem paratam ſcilicet ſententia, confeſsio ſolennis facta in iudicio, iuſiurandum voluntarium vel iudiciale.

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum per hæredem oſtenſum iudici, quando habeat executionem paratam.*

Adde quartũ ſcilicet teſtamentum non raſum, nec vitioſum oſtẽſum iudici per hæredẽ habet executionẽ paratã quia nec requiritur libellus: imo ſummariæ hæres oſtendendo teſtamentum, poteſt petere executionem * teſtamenti, petẽdo ſe mitti in poſſeſsionẽ ex edicto diui Adriani, quæ

*1 Quartus caſus.*

** a*



ni, quæ executioni cauſatur reſpectu cuiuſdã notorij ſeu liquidi quod fit iudici ex teſtamenti oſtenſione: & ſic quo ad hoc, vt non detur libellus & procedatur ſummarie teſtamentũ habet executionem paratã, hoc probatur in l. quãuis. C. de edi. di. Adria. in l. ſi. eiuſdẽ tit. ibi (cõpetenti iudici teſtamentũ oſtẽderit) & ad hoc ponderat ibi illum Bart. in. 6. q. in verſi. extra gloſſ. in illa quæſtione ſi in dicto remedio requeritur libellus. de quo meminit ibi Alexan. in. 1. col. Idem tenet ibi Bal. in. 4. col. in. 3. notabili dicens, nota quod inſtrumẽtum teſtamenti habet hoc priuilegiũ, q meretur executionẽ ex ſola inſpectione quo ad miſsionem ex hoc edicto, vbi nemo compareret ad contradicẽdum: quia poſtquam cõpareret legitimus contradictor ſeruatur via ordinaria ſecundũ formã. d. legis. Ad hoc etiã commendat illum tex. Alexã. in l. ait prætor in. §. ſi iudex. ff. de re iudi. in. 2. addi. referens Bar. & Bal. idem Alexan. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore in. 4. col. ff. ſolu. mat. idẽ Ang. in l. cum antea. C. de arbi.

## *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum depoſiti an habeat exeutionẽ paratam.*

Adde quintum, quod inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam ſicut res iudicata ſecundum. Bar. in l. penul. C. depoſi. qui põderat ad hoc illum text. & probatur ibi (illico reddere & omnibus modis compellatur) & ibi (quam celerrime) & probatur in alijs verbis eiuſdẽ legis: quia non compelleretur illico ſi condemnatio deberet præcedere antequam perueniretur ad compulſionem, ſecundum Bar. quod eſt verum quo ad ordinem iudiciorũ. probatio tamẽ debet eſſe plenaria, ſecundum eum ſuperuenerunt Bal. & Sali. dicentes contrariũ: imo, quod etiã in depoſito libellus debet dari & via ordinaria debet procedi, ſicut in ceteris cauſis. ambo mouentur ex eodem fundamento. Primo quia nulla lege contrarium cauetur. Secundo quia Innocen. in cap. pen. de accuſa. dicit, quod per talia verba poſita in d. l. ſi quis. in literis apoſtolicis nil debet prætermitti de ſolennitatibus iudicarijs. Item quaſi procederetur executiue non infamaret, vt in l. qui depoſitum. quia executio non eſt famoſa. Ad dict. l. ſi quis reſpondent, primo ex dictis Inno. vel quia loquitur in confitente depoſitum: ſed exceptiones aliquas opponit, quas d. l. non admittit. addit Sali. quod glo. in l. iudicis. C. de iudi. non numerat iſtum caſum Alexan. Imo. in d. l. ſi. ſimpliciter refert, & ſequitur Bart. idem in d. l. ſi quis certe Bart. non immerito tenuit prædictam concluſionem cum in multis verbis. d. l. probetur. primo ibi (reddere illico modis omnibus compellatur) & ibi (quam celerrime ſine aliquo obſtaculo reſtituantur) & ibi (prima fronte reſtituantur) & ibi (quã citius recuperare) per quæ verba ſatis eius opinio videtur fundata *. Et illam ſequor*, primo ex eius fundamentis quæ ſunt ſatis efficacia, quibus Bal. nec Sali. reſpondent. Mouetur Bar. per verba dictæ. l. maximam celeritatẽ importantia. ſ. illico, quam celerrime, quam citius. quæ verba ſignificant ſummariam cognitionem abſtractam a iudiciorum ordine facit quod glo. dicit in l. momentaneæ. C. vn de vi vbi glo. dicit mox. i. ſine ſolẽnitate, ſine libello, & ibi Bar. dicit quod per illa verba intelligitur, qđ debeat procedi ſummatim reiecta qualibet exceptione, quæ altiorem indaginem requireret. a fortiori ergo in noſtro caſu vbi ponuntur plurima verba celeritatẽ deſignantia. Mouetur ſecundo per verba illius l. quæ ſonant in compulſionẽ dum dicit modis omnibus cõpellatur. non ergo compelleretur illico ſi deberet præcedere cõdẽnatio antequam perueniretur ad cõpulſionẽ, vt in auctẽ. de inceſtis nup. colla. 2. §. 1. tertio & hoc magis vrget illa lex remouet oẽs exceptiones, quæ altiorẽ indaginẽ requirũt: Reſeruat eas in ordinario iudicio non vult illas admitti in cõcurſu actionis depoſiti, nec impedire eius reſtitutionẽ. ergo. ¶Preterea Andr. Sicu. in c. bona fides de depo. ſequitur Bar. in. 4. col. mouetur primo ex gl. l. ſi. C. de iudi. quæ exponit illico. i. infra triduum & l. ab eo. C. quo. & q. iu. ponit 10. dierum, & verbum omnibus modis importat ipſo iure, vt dicit gl. not. in. §. ſancimus in auct. vt defun. ſeu fun. eo in parte omnibus modis. & verbũ cõpellatur & l. meminerint quæ dicit qđ non admittatur exceptio: ſed ſubtiliter conſiderata illa lex probat oppoſitum. ſi in d. l. ſi quis, non eſſet aliud verbũ niſi illico, quia ibi ordinarie proceditur, & ſic reſidet eſſe caſum vnicum in d. l. ſi quis quod inſtrumentũ depoſiti habeat executionem paratam: ſufficit enim quod declaretur depoſitum. Reſtat reſpondere Bal. fundamẽtis & Sali. quæ obmiſit Andre. Sicu. Ad primum dicunt quod

*1 Quintus caſus. adde tamen ſingulariter Bald. in conſi. 384. in. 1. vol. cõſi. inſi. inter alia dicentẽ: vbi non apparet de numeratione depoſiti ſed tantũ de confeſſione depoſitarij non habent locũ leges dicentes depoſitũ eſſe priuilegiatũ: & adde Iaſ. in l. 1. C. de edendo. in. 3. not.*

** a*

*2 *Adde quod eandem ſententiam Bar. contra alios ſequitur doc. de Seg. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de ver. obli. car. 101 col. 4. verſ. alius & ſecũdus caſus.*

non eſt lex, quæ hoc dicat: quia hoc negatur
cũ d. l. ſi quis hoc diſponat, vt ex eius verbis
cõſtat. de quibus ſupra, ad dictum Inno. in c.
pen. de accuſa. reſpondeo, quod in reſcripto
non fuerunt appoſita verba d. l. ſi quis. ſolũ-
modo ibi Inno. loquitur quando papa com
mittit negotium ſimpliciter: & de plano ſine
ſtrepitu & figura iudicij, de quibus Bar. in ex
trauaganti ad reprimendã, quæ verba ſunt
multũ diuerſa a verbis. d. l. ſi quis. alia fun-
damenta ſunt leuia. Quia propter tenet Bar.
quem etiam ſequitur An. in l. ſi depoſita. C.
depoſiti, vt refert Alexã. in d. l. ſi quis. tenuit
etiã Mate. in ſuis notab. maxime quia vt fa-
tetur Bar. quo ad probationẽ non eſt priui-
legiatũ. Si ergo plene eſt probandũ, non eſt
magnum priuilegium quod conceditur de-
poſito, maxime quia ipſe Salf. confitetur qđ
d. l. haberet locum ſi pars aduerſa confitetur
depoſitum. Hanc opinio. Bar. refert & ſequi
tur Alex. in l. ait prætor in. §. ſi iudex in pri-
ma addi. ad fi. ff. de re iudi. & in l. ſi cũ dotẽ in
§. eo autem tempore. 4. col. ff. ſolu. ma.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum vel fideicommiſſum quod quis petit vigore teſtamenti an habeat executionem paratam cum nu. ſequent.*

6 *Diſtinctio & opinio authoris.*

# Sextus caſus eſt,

1 quãdo petitur legatum vel fideicõmiſſum vi
gore teſtamenti: nã non eſt neceſſe petere hę
* 2 redem condẽnari per ſententiam diffinitiuã:
ſed tantummodo, quod fiat ſibi præceptum
de ſoluendo. ita dicit nota. Ang. * in auth. de
hære. & fal. §. illud quoq; per illũ text. quod
dicit eſſe notandũ & eſſe ſpeciale in legatis &
fideicõmiſsis, quæ ex teſtamento petuntur:
nam in alijs debitis, quæ debentur vigore a-
liorũ inſtrumentorũ, neceſſe eſt qđ fiat cõclu
ſio, vt debitor per ſententiam diffinitiuam
condẽnetur, quia non poteſt incipi a præce-
pto licet inſtrumentũ ſit confeſsionatũ per l.
minorẽ. 25. annis cui fideicõmiſſum. ff. de mi
no. ſi inſtrumentũ eſſet confeſsionatũ coram
iudice vel notario habẽre authoritatẽ a lege
vel ſtatuto aliud eſſet de quo infra plures ex
his caſus collegit Alex. in l. fi. 1. co. C. de edi.
di. ad & in l. ait prætor in. §. ſi iudex, ff. de re
iudi. & in l. ſi cũ dotẽ in. §. eo. autem tempore

*Adde doc. Dida. de Seg. repe. l. ſi ex legati cauſa. ff de verb. obl. cartã. 192. in vol. repe. vbi dicit qđ legatarius quinte partis bonorũ demõſtrato teſtamento iudici ſine aliquo. 2 vitio: idem iudex mãda-

3. col. ff. ſolu. ma. ¶Aduertis, quod contra
dictum Ang. videtur facere tex. in l. ait præ-
tor in. §. ſi iudex de re iudi. vbi agebatur ſu-
per teſtamento & tamen ibi requirit tex. ſen
tentiam: nam ibi eſt caſus, quod forte alicui
erat relictum aliquod fideicommiſſum, qui
agebat contra hæredem, vt ſibi reſtitueret,
dicit tex. qđ valet talis ſententia, ſi iudex con
dẽnet hæredẽ, vt quod habet ex teſtamento
Mæuij reſtitueret Titio, cui fideicommiſſum 2
erat relictum & Ang. ibi ponderat illũ text.
qui expreſſe loquitur in inſtrumento teſtamẽ
ti in ſcriptis ibi, (quod habet ex teſtamento
vel codicillis) & ibi (qui teſtamento vel codi
cillis relicta eſt) iuncto fine ibi (ſed & ſi fidei-
cõmiſſum ſine ſcriptura) vnde dicit ibi eſſe ca
ſum, qđ ſtatuta diſponẽtia, quod inſtrumẽta
publica mandentur executioni, ſunt contra
illũ tex. ſed cũ ibi loquitur in ſcriptura teſta
menti ergo & ſic videtur qđ iſte textus cõtra
riũ diſponat eius quod Ang. dixit in d. auth.
in. §. illud. Ioã. de Imo. tranſit ibi cũ Ang. ſim
pliciter. ¶Poſtea reperi Alex. Imo. tetigiſſe 3
hanc difficultatem in d. §. ſi iudex in. 2. addi.
& ſoluit duobus modis. Primo quod duplex
via poteſt competere legatario ad conſequẽ
da relicta in teſtamento: vna ordinaria & de
hac loquitur. d. §. ſi iudex. alia executiua & de
hac loquitur. d. §. illud. Solu. ſecundo quod
d. §. illud loquitur quo ad præceptum iudi-
cis habens vim monitionis factæ hæredi ad
effectum, quod hæres incurrat pænam priua
tionis de qua in d. auth. hoc amplius. C. de fi
dei. ſed idem Alex. in d. l. ſi cum dotem. §. eo
autem tempore in. 4. col. commemorat hoc
dictum Ange. & dicit eſſe mirabile: ſed quod
non putat verum. adducit in fundamentum
d. §. ſi iudex & quæ ibi Ange. dicit, cum hoc 4
reſidet Alex. ¶Ego dico quod vltra eos glo.
videtur ſentire contrarium eius quod Ang.
dicit in d. §. illud in glo. ſuper parte quæſtio-
nis vbi gl. dicit, quod vbi agitur pro legato,
vel fideicõmiſſo generali vel ſpeciali debet
finiri infra annũ, vt ibi tex. dicit q annus cur
rit a tempore litis cõteſta. ergo ſi annus cur-
rit a tẽpore litis conteſt. nõ videtur, q proce
datur via executiua. Item quia ex quo datur
annus ad litẽ finiendã, & requiritur litis con
teſt. videtur q nõ procedatur via executiua.
¶Ego conſidero, quod quantũ ad conſtituen
dum hæredem in mora ad hoc vt ex tunc cur-
rat annus qui ei datur ad implendã volũta-
tẽ defuncti & ſoluẽda relicta in teſtamẽto, ſuf
ficit præceptum ei factum per iudicẽ, vt ſol-

bit voluntatem teſtatoris executioni per illum §. illud quod dicit eſſe notandum.





uat & ſic intelligitur tex. in d. §. illud. ibi (ini
tium autem anno damus ſicut prius iam di-
ximus ad admonitionẽ & ex iudiciali decre-
to facto, ſic intelligitur glo. ibi ſuper parte
decreto. per quam ſe fundat Ange. qui dicit
per quandã interlocutoriam, quã ei facit iu-
dex præcipiẽdo ei, vt ſoluat & reuera iſte eſt
intellectus d. §. illud. & glo. & q hoc ſit verũ
probatur ex alio text. conſimili ad quẽ ſe re-
fert dictus. §. illud. ſ. in. §. ſi quis autem non
implẽs ibi (ex decreto iudicis admonitus an-
num totum protraxerit, nec agẽs hoc quod
præceptum eſt) & ibi glo. ſuper parte decre-
to. dicit idem quod dixerat in d. §. illud & di
ctus. §. ſi quis autem. eſt in corpore eiuſdem
aucten. & ſic modicum faciunt illa iura, nec
glo. ad id ad quod allegatur ab Ang. ſcilicet
quod legatarius poſſet virtute teſtamẽti pe-
tere executionem cõtra hæredem ad legata.
Item quia Bald. in aucten. hoc amplius in. 4.
col. C. de fideicom. tenet quod etiam in d. edi
cto monitorio requiritur libellus ſi quis ſpe
cialiter ageret: ſed ſi epiſcopus ex officio fa-
cit generalem monitionem hæredi vt obſer
uet teſtamentũ, non eſt neceſſarius libellus:
& ita debet intelligi quod notat Spec. de in-
ſtru. edi. §. nunc vero aliqua. verſi. quæritur
autem qualiter cum ſequen. Item quia re ve-
ra Ang. in d. §. illud non dicit illud ad quod
allegatur per Alex. nam ipſe Alexã. in d. §. ſi
iudex & in d. l. ſi. dicit quod in executione in
ſtrumenti vltimæ volũtatis fallit regula. d.
§. imo habebit executionẽ paratã quia Ang.
hoc non dicit: ſolũ. n. dicit q in forma cõclu-
dendi non requiritur, quod legatarius ſeu fi
deicõmiſſarius petat hæredem condẽnari vi
gore teſtamenti per ſententiam diffinitiuam:
ſed ſufficit, quod petant tantummodo quod
fiat ſibi præceptum de ſoluẽdo: ſed certe ma
gna eſt differentia inter illud quod Ange. di-
cit & illud ad quod ab Alex. allegatur. ¶Et
hoc etiam reperio tenere Ange. in loco ſatis
peregrino in l. cum antea. C. de arbi. dicentẽ
quod nulla alia ſcriptura habet viam execu
tiuam etiam ſi ſit teſtamentaria. allegat d. l.
minor. ſed melius allegaſſet d. l. ait prętor in
§. ſi iudex. Præterea in libro nouellarum ex-
preſſe habetur, quod ille annus nõ currit ni-
ſi a tempore quo pronunciatum eſt legatum
eſſe præſtandum. ita d. gl. in d. auct. hoc am-
plius. ergo videtur quod neceſſe eſt ferri ſen
tentiam, ergo non habet executionem para
tam: in tantum quod ſi lata eſt ſententia in
contradictorio iudicio pendente tẽpore ap-
pellandi vel appellationis interpoſitæ non
currit annus, quia dictus annus cõcernit exe
cutionẽ quæ prohibetur interim. l. 2. de vſu
ris rei iudi. ita inquit Bald. in d. auct. hoc am
plius. 2. col. ex quo apparet, quod ille annus
appoſitus ad executionẽ non currit niſi poſt
quam determinatum eſt per ſententiam trãſ
actam in rem iudicatam legatum eſſe præſtã
dum. ¶Ex prædictis infero, quod ſi hæres cõ 6
fitetur de plano teſtamentum, & tunc ſit ei
iuſſus ſiue præceptum, vt ſoluat legatũ vel
fideicommiſſum: & tunc habebit executionẽ
paratam & fiet præceptũ ſecundum diſpoſi-
tionem. l. ſi debitori de iudi. alias ſi erat diſce
ptatio iudicialis & tunc requiritur ſentẽtia.
& ſic verificabitur id quod in libro nouella
rum continetur non dico hoc ex capite, imo
adduco Bald. in auctorem & teſtem qui hoc
expreſſe tenet in d. authẽ. hoc amplius. in. 2.
col. 2. oppo. verſi. vel dic quod aut erat diſce
ptatio: & iſta addere poteris immortali viro
do. Alex. quem latuit hæc doctrina.

*SVMMARIVM.*

1 *An inſtrumentum quodcunque habeat executionem paratam contra debitores fiſcales & quando.*

# Addas alium caſum 1

*Caſus ſeptimus.*

contra fiſcales debitores quodcunque inſtru-
mentum habet executionem paratam, & cõ-
tra eos proceditur executiue *. Iſte eſt caſus * a
ſingu. in l. miſsi opinatores. C. de exactio. tri
bu. lib. 10. ad hoc cõmendatur per Bal. in l. 1.
C. de condi. ex l. & per Sali. ibi facit tex. in. §.
coges in auct. de manda. princi. & per dict. l.
miſsi dicit Bal. in l. 1. in. 4. col. C. de hęre. vel
actio. vendi. quod in actionibus fiſcalibus
proceditur de facto. Item incarcerando per-
ſonas debitoris. l. ſacrilegij. C. ad l. Iuli. pecu.
¶Quod limita duobus modis. Primo ſi de- 2
bitũ ſit liquidum per confeſsionem vel in eo
in quo nõ cadit probabilis negatio, vt in tri
butis, vt in d. §. coges. Bal. in d. l. 1. C. de cõd.
ex lege. idem ibi Sali. ad literam autoritate
Bal. ſuppreſſa. ¶Limita ſecũdo niſi ageretur 3
contra debitorem ſui debitoris, * vnde quo * b
ad debitorem ſui debitoris requiritur ordi-
narius proceſſus propoſita conditione ex d.
l. 1. Bal. ibi & Salic. & ibi probat tex. intelli-
ge quando negat debitum, ſecus ſi confite-

fitetur tex.& ibi gloſſ.in l.a diuo pio.in.§.ſic quoque.ff.de re iudi. & ibi notanter Ang. & Imo.& ſingulariter Alex.quando & quomodo habeat locum executio in nominibus debitoris ſic reſidet genitor meus.

4 ¶Tu adde glo.circa prædicta in l. fi. §. ſuper publicis C.vbi quis decurio vel cohar.& eſt glo.fin.quam Ange.ibi dicit ſingularem ad hoc,quod ſi pro debito publico aut publicis functionibus quis vexatur, quod nõ põt ferri ſententia in hac lite: niſi lite conteſtata. Requirit ergo cauſa cõteſtationem,quæ agitatur cum fiſco ſicut ſi agitaretur inter duos priuatos,pro quo facit ſecundum Ange.C. de iure fiſ.li.10.l.prohibitum.& hoc intelligit verum dicit Ange.quando dubitatur an aliquis ſit debitor.vbi vero de debito eſt certũ,executio tunc fit celeriter. l. publicas. C. de ferijs & d.l.miſsi.hæc Ang.& ſic concordat cum Bal.in d.l.1.C.de condi.ex lege.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia arbitratoris an habeat executionem paratam.*

1 *Octauus caſus,adde hodie ſin.legem in compilatione legum de Madrid, & eſt lex.ſin.de qua meminit autor in.§.ſequen. circa cuius declaratione vid. hodie pregmaticam Toleti anno domini 1539.in petition.8.*

Eſt alius caſus in ſententia arbitratoris, quæ habet executionem paratam ſicut ſententia* lata a iudice ordinario, ſi emologatur per tranſcurſum.10. dierum vel expreſſe partes conſentiant. Iſta eſt lex valde notat.in.3.parti.tit.4.(de los juezes y de las coſas que deuen hazer.) l.fi. Incipit (deſpaganſe) vbi mandat iudicibus ordinarijs, quod illam exequantur de iure communi.Bart. tenet quod non meretur executionem in l.ſocietatem in.§. arbitrorum in 4.col.ff.pro ſo.etiam ſi compromiſſum fuiſſet iuratum:imo agendum eſt ex ſtipulatione propoſita vel cõtractu præambulo, cum arbitramentum implet contractum: & ſic ex contractu oritur actio vt in d.§.arbitrorum & in l.fi.C.de contra.emp. & in l. ſi quis arbitratu.ff.de verbo.obliga. Item licet ſit iuratum nõ poteſt oriri actio in factum: nam ex iuramento non oritur actio,quando non eſt deciſorium litis.l.iuſiurandum quod ex conuentione.ff.de iureiurand. ſed iuramentum quod apponitur in compromiſſo eſt ad contractus confirmationem, merito actionem non producit, & ſic non debet incontinenti exequi. l. nimis propere. de exe. rei iudi. l.ſi cum nulla.ff.eo. Itẽ quia arbitramentum nõ emologatur curſu.10. dierum:quia lex cum antea loquitur in arbitro non in arbitratore ſecundum Innocen.in.c.quinta vallis.

*a

2 ¶Dicit tamen Bar. quod per ſtatuta terrarũ prouidetur,quod arbitramenta mandentur executioni:* hæc Bar.in d.§.arbitrorum idẽ tenet in l.fi.in fin.verbis.ff.de bo.po. ſecundum tabu.hoc ſentit in l.1.ff.de arbi.infi.verbis.ſemper ſe remittens ad dicta per eum in d.§.arbitrorum.idem ſentit Bald.in l.2.ff.de arbi.quia ſecundum eum ſententia arbitratoris non emologatur tacite.l.fi.C.de cõtrahen.emp.l.2.C.de reſci.ven. Specu. de arbi. in.§. ſequitur ſententia arbitri emologatur vt in l.cum antea. C. de arbi. & ibi eſt caſus nota.quod ſicut ſententiæ latæ per iudicem poteſt peti executio.ita etiam ex ſententia lata per arbitrum: vnde nõ via ordinaria: ſed executiua agendum eſt: quod eſt notandum ſecundum Ang. Bar. & alios ibi & corã quo iudice fiat executio.vide quæ dicã infra illa quæſtione per quos iudices mandetur executioni inſtrumentum guarentigium ſiue habens paratam executionem & de his multa dici poſſent. Sed hodie eſt expeditum, quod ſententia arbitratoris mandetur executioni:& habet paratam executionem * ſicut ſententia lata a iudice ordinario, ſi emologatur per tranſcurſum.10.dierum vel expreſſe partes conſentiant. Hæc eſt lex valde notabilis in.3.par.ti 4.(de los juezes y de las coſas que deuen fazer) l.fi.incipit.(deſpaganſe) vbi mãdat iudicibus ordinarijs, quod exequantur dictas ſententias. *b *c

3 ¶Adde tamen ꝙ laudum Iudæorum abſq; emologatione tacita vel expreſſa incontinenti mãdatur executioni.tex. eſt & ibi nota.Guil.de Suza in l.Iudæi. C. de Iudæis. Alex.in l.cum antea.C.de arbi.in apoſtilis:ſed certe tex.ille hoc non probat.

*SVMMARIVM.*

1 *Stipulatio de iudicato ſoluendo pro alio quando habeat executionem paratam.*

2 *Fideiuſſor iudicatũ ſolui exactus an habeat executionem paratam pro eo quod ſoluit contra dominum.*

3 *Tranſactio coram iudice facta an habeat executionem paratam.*

4 *Locator pro rebus illatis an habeat executionem paratam.*

5 *Præceptum regis an habeat executio. paratam.*





1 *Nonus caſus.*

Item eſt alius caſus in ſtipulatione de iudicato ſoluẽdo pro alio quæ habet executionem paratam contra eũ licet lata ſit contra principalem, nota tex.in l.fina.§.fi.C.de vſu.rei iudi.& ibi Bar.Bald. & doctor.de quo plene per Bart. in rubrica & in l.1.ff.iudi.ſol.Bal.in d.l.fi.intelligit quãdo eſſet appoſita in iudicio.

*a ¶Idem eſt ſi fit pactum* de præterito iudicato ſoluendo,quia habet executionem paratam.Iſte eſt caſus vnicus in l. tale pactum. in §.qui prouocauit.ff.de pactis.& Bal. ibi in.5. col.verſi.quarto ſic oppo.dicit non eſſe alibi ad hoc: & quia nudum pactum quo iudiciũ formatur, mandatur executioni officio iudicis.l.eum pro quo.ff.de in ius vocã.l.ſi vero non remunerandi in.§.maurus.ff. manda.de quo per Bal.in d.§.qui prouocauit.7.col.9. quæſt.

2 ¶Ex prædictis infertur alius caſus notabilis ꝙ fideiuſſor iudicatũ ſolui, qui exactus eſt & in eſt facta executio pro dño habet executionẽ paratã cõtra dominũ,nec habet neceſſe cõtra eũ dare libellũ,nec procedere* ordinarie in actione madati. Ita tenet Bart. in d.§.fi.C. de vſu.rei iudi.& in l.1.ff.iudi.ſol.vbi latius examinat de quo alibi latius ſcripſi.

*b

3 *Decimus caſus.*

Item tranſactio facta coram iudice etiam delegato, habet executionem paratam.Hoc probat tex.& ibi tenet Vincent.Petrus de Ancha.And. Sicul.in cap.ſi quando.de offi.delega.& licet Innocẽ. Abba.& alij hoc non admittant, maxime in delegato:cum ei hoc non ſit commiſſum: & per conſequens eius iuriſdictio ad hoc ſe nõ extendat: tamen Siculus contra eos adducit tex.in cap. cauſamq; de teſti.ibi (concordia vel iuſtitia mediante decidat:) idem probat tex.in c.1.de mu.peti.ibi (concordia vel iudicio vtraq; determinetis.) & in ca. querelam de ſimonia.vbi late per eos (additio, eſt hodie.l. ſingularis facta in Madrid anno domini milleſimo quingenteſimo: quę lex ſitu ita eſt in pragmaticis,* vbi diſponitur ſingulariter quod omnia quæ in d.l.diſponũtur circa executionem ſententiæ arbitratoris habeant locum in tranſactione.

*a

4 *Vndecimus caſus.*

Itẽ eſt alius caſus in locatore pro rebus illatis & inductis.l.vtiq;.ff.de dam.infe.l.licet.qui ex ca.pig.taci. contra.quod ius exequẽdi eſt limitatum,do nec bona ſunt in domo ſecundum Bart.in d. l.creditores.10.colũ.quia ſi extrahuntur de domo,ceſſat ius executiuum.l.1.de ſolu.l.1. C.de ſaluia.inter.ſecundum eum.

*Duodecimus caſus. adde tex.no.in l.ſi vindicari.C. de pænis: & tex.in.c.cum apud.11.q.3.& Bar.cepol.in cautela.2.*

Eſt alius caſus ſi Rex præcepit alicui facere aliquid preciſe & ſpecifice,puta occidere hominem vel capere aliquẽ vel deuaſtare ſeu demolire turrim, vel fortalicium ad implere aliquod aliud factũ certum dicendo in prouiſione quã ei res mittit,faciatis hoc ſtatim ꝙ videritis hanc prouiſionẽ: nã talis carta, ſeu regis prouiſio habet executionem paratã,*nec contra eam poteſt opponi,niſi exceptio falſitatis;vel ſi eſſet prouiſio mandans executare ſentẽtiam,quia poteſt opponere quod fuit lata per falſos teſtes, Hęc eſt lex nota.in.4.3.parti.titu.18.l.52 incipit (quales cartas deuẽ ſer cumplidas ſin pleyto.) In.2.lectura edita per genitorẽ meũ ſuper hanc.l.in hoc articu. dixit multa & ſingularia.ſ.quando principi eſt obediendum, & qua pœna puniatur tranſgreſſor mandati principis vel non obediens, & quia ſibi accidit de facto in cauſa propria: alamum extendit,nã fuit criminaliter accuſatus ſuper morte comitis de Camiña, a quodam eius famulo inaduertenter occiſi in quadam magna rixa quæ in hac villa occidit.

*a *l.Regni.*

*SVMMARIVM.*

1 *Contra quaſi fideiuſſorem an habeat locum executio.*

2 *Confiſcatis bonis filij an confiſcetur peculium quaſi caſtrẽſe, & limitatur.nu.3. & 4.*

6 *Confiſcatis bonis filij an veniat in ea confiſcatione peculium profectitium & aduentitiũ filij.*

7 *Quid erit de prædictis peculijs ſi confiſcentur bona patris: & nu.7. & 9. & limitatur tripliciter.nu.10.cum ſequen.*

8 *Donatio cauſa mortis an confirmetur ad excluſionem fiſci ſi maritus qui donauit fuerit bannitus.*

# Poteſt etiam addi

alius caſus,ſ.quod etiam in quaſi fideiuſſore
habet locum executio, & pater dicitur quaſi
fideiuſſor,vnde filio ciuiliter cõdemnato fit
*a executio contra patrẽ,* quia ex ipſo iudicio
agitato cũ filio,obligatur ſi filius fuit in iudi
cio patre cõſentiente;& hoc q̃ ad executionẽ
fiendam contra patrẽ in peculio profectitio,
& in vſufructu aduentitio: nã talis vſusfru-
ctus redigitur ad inſtar peculij profectitij;iſta
eſt glo.valde ſingu.& perpetuo mẽti tenẽda
in l.ſi condemnatus.ff.de noxa.quæ non ẽſt
alibi ſecundũ Bal.in l.fi.in.§.& cũ antiquitas
in.2.col.C.de vſuris rei iudi. ¶Additio. Hic
genitor meus pulchre & copioſe in ſecunda
lectura tractauit an confiſcatis bonis filij cõ-
fiſcentur bona profectitia vel aduentitia. &
quid de caſtrenſibus? & inueni duo folia in
quibus ſic erat ſcriptũ. ¶Nihilominus tene
opin.Bar.in d.§.ſi de vectigalibus,quę in ve
ritate nõ eſt opinio ſed l.diſpoſitio.ſ.ꝙ tam
olim quã hodie publicatis bonis filij non cõ
fiſcabitur peculiũ caſtrenſe. eſt caſus in d.l.ſi
filius.*C.de bonis dãna. & opinionẽ Bar.te
net glo.in l.1.ff.de bo.dãna.in gloſſ.magna
quã ibi approbat Bar.& cũ Bart. concordat
Ioan.And.in tit.de accuſatio.in.3.parte in.§.
fi.in additione incipienti vt inf.certũ tempus
prope medium illius additionis per d.l. ſi fi-
lius.idem tenet Guil.de Cu.in l.3.in.§. ſed an
hoc auxilium.ff.de mino.idẽ Bal.in l.ſi filius
ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.vbi dicit,ꝙ
aliqui dixerunt ꝙ d.l.filius eſſet correcta,ſed
dicit ipſe quod non recte cõſiderauerunt hãc
opinionẽ Bar.contra Ang.tenet Io.de Imol.
in d.§.ſi de vectigalibus. mouetur; quia d.l.
ſi filius non inuenitur correcta:ergo illi ſtan-
dum eſt l.præcipimus.C.de appella.Item ra-
tio Ange.videtur friuola ſecundũ eum,quia
non videtur abſonum quod dãnato filio fa-
mil.publicetur cũ hoc expreſſe toleretur &
permittatur per d.l.ſi filius, nec ſequitur fili-
fami.poteſt hodie habere hæredem, ergo pu
blicabitur: nam in aduentitio habet hæredẽ
tamen non publicatur vt infra dicetur: & li-
cet pinguius ius habet in caſtrenſi quam in
aduentitio; tamẽ non videtur ſubeſſe ratio:
quare nuda proprietas remanẽte vſufructu
patri non deberet publicari, ſed publicare-
tur caſtrenſe. Alia ſubdit fundamenta quæ
breuitatis cauſa omitto.hanc opinio. ſequi-
tur Cinus.Bal.& Sali.plenius in d. l. ſi filius:
& ibi reſpondent copioſe ad dictum funda-

*Adde quod illũ tex. dicit valde nota. Iaſ.in l.ſeruũ filij in 2. col. ff.de le. 1.& reputat ſing. licet corrupte alle. An. de Are. §.act. vbi.vi.plu- ra remiſſiue per Iaſ.nu.63 cum ſeq. vi. Iacobinũ. in l.3.§.ſi filius. ff.quod quiſ- que iuris.*

mẽtum ſcilicet quod hodie habet hæredem:
dicunt enim non obſtare ſi dicatur confiſca-
tis bonis alicuius omnia eius bona confiſcan
tur: ſed peculium caſtrenſe eſt filij: ergo.&c.
Reſpondent verum eſſe,quod debent publi-
cari bona quæ ad delinquentem pertinẽt de
iure communi,ſecus in eo quod ad eum per-
tinet de iure ſpeciali: vt eſt caſtrenſe peculiũ
quod habet miles & hoc etiam in effectu te-
net Ang.in d.l.ſi filius cum Bar.tranſit Imo.
in l.cum filius in princi.ff.de verbo. obliga-
tio.cum eo etiam tranſit Alex.in d.§.ſi de ve
ctigalibus,24.col.vbi multipliciter reſpon
det ad fundamenta tenentium contrarium;
& ſic tenebis menti dictam doctrinam,quod
bonis filij confiſcatis non confiſcatur pecu-
lium caſtrenſe.
¶Hoc intellige niſi eſſet talis ſententia, quæ 3
non adimeret ſtatum * ſed bona,vel quanti- *b
tatem aliquam;tunc enim pater nõ poſſet im-
pedire executionem fiſcalem in bonis filij,
cum nõ habeatur pro mortuo: ita dicit Bal.
in d.l.ſi filius.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.
iu.quem valde laudat Alex.in d. §. ſi de ve-
ctigalibus in.24.col.dicit ſe ab alio hoc non
reperire ſcriptum & eſſe diligentiſsime & ſin
gulariter notandum pro limitatione d.l.3.
C.de bonis damnat.
¶Adde etiã aliam limitationem ad iſtam.l.3 4
quia illa intelligitur,quando bona filij pro-
pter delictũ ſunt confiſcata; ſed ſi ſententia
criminalis lata eſſet contra filium, propter
quam condemnatus eſſet in certa quantitate
an tũc contra patrẽ in peculio poſſet ad præ
iudiciũ patris fieri executio* d.ſentẽtiæ Bar. *c
in d.§.ſi de vectigalibus tenet ꝙ ſic per l.3.§.
idẽ ſcribit.ff.de pe.vbi lata ſentẽtia cõtra fi-
liũ mãdatur executioni cõtra patrẽ in pecu-
lio,quãuis actio vel obligatio ipſa principa
lis ſuper qua lata erat ſentẽtia eſſet talis,quę
non potuiſſet intẽtari cõtra patrẽ de peculio
puta ex cauſa delicti,ſeu ex cauſa penali iux-
ta.l.ex pęnalibus.ff.de re.iuris idẽ Roma.ibi
& in d.l.ſi filio.ff.ſolu.matri.Bal.in l.reos.7.
col.C.de accuſation.tenet contra,imo quod
ad præiudicium patris non poſſet per l.3.§.
ſed vtrum.ff.de minor. ad finem in verſicu.
nec eo mouetur etiam Bald.per l.ſi filio la.2.
ff.ſolu.matrimo.& per l.3.in.§.ſi filius.ff.qđ
quiſque iuris.Alexan.in d.§. ſequitur opini.
Bart.& dicit illam procedere, tam in pecu-
lio profectitio,quam in aduẽtitio ſi eius erat
conceſſa adminiſtratio per patrem filio, vt
ibi notat Bartol. nam ſi non eſſet conceſſa
admini



adminiſtratio aduentitiorum: tunc quo ad
proprietatem filij fiet executio dictæ ſenten
tiæ criminalis,non quo ad vſumfructum pa
tris; quia factum filij nõ debet nocere patri:
vt dictum eſt in ciuilibus ſecundum Alexan.
in d.ſi.de vectigalibus.30.col.verſi.bene pu-
to verum.
¶Extẽde etiam d.l.ſi filius ad peculium pro-
5 fectitium & aduẽtitium in quibus minus du
biũ eſt.nam publicatis bonis filij non publi-
cabuntur dicta peculia,*nec aduentitium q̊
*d ad proprietatem,quæ eſt filij.ita tenet Bar.in
d.§.ſi de vectigalibus.videtur caſus quem ip
ſe allegat in l.3.in.§. ſed vtrum in verſi.nec
eo mouentur.ff.de mino.quæ loquitur in ca
ſu contrario. mouetur etiam per d.l.ſi filius
quæ loquitur in peculio caſtrenſi.ergo a for-
tiori in alijs peculijs, in quibus minus iuris
habet Imo.ſequitur Barto.& idẽ in peculio
aduentitio expreſſe format Bal. in l.3.in.§.ſi
filius,argu.illius text.ff. quod quiſque iuris
Bal.in l.executorem in vltima carta in prin-
ci.ff.de execu.rei iud.& in d.§.ſed vtrũ.An-
ge.& Imo.in l.ſi filius de dam.infe.Idem Ale
xan.in d. §. ſi de vectigalibus quia cum tale
peculium non poſſet per filium alienari l.fi.
§.filius autem.C.de bonis quæ libe.ergo nec
eius facto in fiſcum tranſire. l. Imperator in
princ.& quod ibi Bart.de fidei. liber. Idem
tenent Barto.& Bal.in l.ſi quis in tantam.C.
vnde vi.in illa quæſtione vtrum pater te-
neatur pro delicto filij.Idem tenet glo.in l.1
ff.de bo.damna.quã ad hoc ponderauit Bar.
in quantum loquitur per implicatiuam etiã
vbi glo.dicit,quod etiam peculium caſtren
ſe nõ publicatur: & ſic ſentit de alijs peculijs.
6 ¶In caſu contrario eſt fortius. Quid enim ſi
pater commiſit delictum propter quod bo-
na eius ſunt publicata: vtrũ cõfiſcabitur pe-
culium profectitium: & in eo executabitur
ſententia? dic quod non. Iſte eſt caſus valde
ſingularis in l.3.in.§.ſed vtrum* ff.de mino.
Idem Bart.in d.§.ſi de vectigalibus.& ibi Io.
de Imo. dicit ſe credere non eſſe alibi illum
caſum.Idem tenet Bar.in d.§. ſed vtrum vbi
expreſſe dicit ſe neſcire alibi illũ tex. ad hoc
quod publicatis bonis patris non publica-
bitur peculium profectitium.
7 ¶In aduentitio nõ eſt dubium circa proprie-
tatem, cum ſit filij: ſed an publicetur vſus
fructus patre viuente? dicit Barto.in d.§.ſed
vtrum.quod dubitari poſſet.tamẽ quod vi-
dit de facto ſeruari contrariũ argu. l.ſi poſtu
lauerit.ff.de adulte.& l.Iul. eodem titu. & l.

**Addequod ibidem Bart. tetigit an cõ- fiſcat bõ. pa- tris publice- tur vſusfru- ctus quem pa- ter hẽt in ad- uentitijs bo- nis filijs ipſo vſus fructus patre viuẽte*

ſtatius florus.ff.de iure fiſ. & hoc bene nota:
quia quotidianum. Sali.in l. ſi quis poſt hãc
§.ſed quid etiã fluctuat; & videtur reſidere,
quod nõ publicetur; ſed remaneat filio quã-
quam bene non ſe affirmat. vide etiam in d.
§.ſi quid etiam in fine. hæc videntur eſſe de
mente Bald. in l.executorem in. 10. colum.
C.de executio.rei iudic.verſicu.modo quæ-
ro quid ſi non eſt donatio. vbi dicit,quod ſi
pater donauit filio in peculium, confiſcãtur
bona patris,quod in tanto luctu infelicitatis
paternæ hoc peculium loco alimentorum
reſeruetur filio,nec illud inuadit fiſcus. alle-
gat dictum.§.ſed vtrum gloſſ.in l.prima.C.
qui bono.ce.po.Guillelm. de Cugn. in l. 1.
quando actio de peculio eſt anna. Idem dicit
ſi eſt donatio ſimplex facta filio in poteſtate,
ſiue ob merita condigna, ſiue filio emancipa
to in præmium emancipationis; quia nulla
iſtarum confiſcatur propter delictum pa-
tris.
¶Ex his infert in eadem colum.in verſic. qui 8
dam timens. quod ſi aliquis timet ne fiſcus
bona ſua inuadat facit donationem cauſa
mortis vxori ſuæ; demum imaginato. fecit
caſum & poſitus eſt in bano æris,& perſonę.
vtrum fiſcus poſſet occupare? concludit qđ
non. nam cum iſte eſt bannitus; & per conſe-
quens paritur tale exilium quo maius non
reperitur tanquam morte donatio confir-
matur; & ideo vxor poteſt bona defendere:
a fiſco dum modo proceſſum eſſet ad veram
traditionem.tamẽ ſi maritus eſſet forbanni-
tus poſſet dictam donationem reuocare. Iſte
eſt caſus vnicus in iure in l. ſed ſi mors. ff. de
donatio.inter virum & vxorem, & erit hoc
tanti effectus,quod licet valeat talis reuoca-
tio bona remanebũt ipſius, nec redibunt ad
fiſcum: quia non fuerunt incluſa in confiſca
tione.l.ſi deportato ſeruo.ff.de legatis. 3. qđ
eſt notandum ſecundum Bal.in d.l.executo-
rem.10.col.in verſi.quidam timens.
¶Redeundo ad propoſitum eſt concluſio 9
vera, quod confiſcatis bonis patris non
confiſcatur peculium profectitium; & hanc
concluſionem ſequitur Bald. in l.prima. in-
cipit cum & filij.C.qui bonis cede.po.dicens
eſſe mirabile,quod ſi pater eſt ciuiliter mor-
tuus fiſcus in peculio profectitio non ſucce-
dit: ſed apud filium remanet, vt in dicto. §.
ſed vtrum quod alibi non repetitur ſecun-
dum: eum quia naturaliter bona patris filio
debentur idq; pater videtur peculium cõce-
dendo præueniſſe tradendo argu. l. patrem

*& dicit eſſe dubitabile et ſuper eo reli- quit cogitan- dum dicit ta- mẽ ſe vidiſſe de facto ſerua- ri, quod tal. vſusfructus publicetur: de quo vi. eũ- dem Bart. in l. ſi poſtulaue- rit.§.iubet.ff ad trebel.& vi. Bal. in c. 1.§.rurſus de controuerſia inueſti.in vſi- bus feudorũ, vbi querebat ſi aliquis mi- hi cõceſſit v- ſum fructum in re ſua, de- inde cõmiſſit maleficiũ pro- pter quod eſt deportatus vel in metal- lum dãnatus an ego perdã vſum fructũ & reſpondet quod non.*

 ff.de

ff. de his quæ in frau. cre. Idem tenet Salic. in l. ſi quis poſt hanc. §. ſed quid etiã, de bo. dã. cõis eſt opinio, & caſus de ca. & Bar. in l. ſi ñlius fami. ff. de dãno infe. Ale. idẽ poſt Bart. & alios in d. §. ſi de vectigalibus.

10 ¶Quã concluſionẽ tripliciter limitabis. Primo niſi pater eſſet dãnatus de crimine læſæ maie. quia tũc etiã profectitiũ publicat̃. Imo. & Alex. in d. §. ſi de vectigalibus ver. Itẽ in quãtũ. 6. in. q. 20. & 21. co. ꝓbatur in l. q̃ſquis. C. ad l. Iul. maie. iunctis his quæ ibi notãtur.

11 ¶Secũdo limita niſi eſſet tale delictũ, ex quo
*f patre condẽnato efficietur ſui * iuris filius. nã tunc deſinit eſſe peculiũ, vt l. fi. C. de inoff. teſta. & confiſcatur. Caſus ſingularis eſt ſecũdũ eũ in l. 1. in. §. ſed ſi alio. verſi. ſed & ſi morte. ff. quando actio de pecu. eſt annalis: aut ex tali ſententia, filius non efficitur ſui iuris: & tunc durat peculiũ, nec debet adimi eius adminiſtratio per fiſcũ. l. deniq;. §. ſed vtrũ. ff. de mino. l. 1 C. de pecu. eodẽ qui liber. me. Hæc eſt ſingularis doctrina Bal. in l. diximus in. §. ſi pater. ff. de excuſa. tuto. cuius ſunt verba ſuperius a me relata. hãc limitationẽ reperio ſequi Alex. in d. §. ſi de vectigalibus. 21. col. ſequitus opinio. Bal. quæ prius fuit Cini. in l. tria onera. la. 2. ff. de excuſat. tuto. quicquid dixerit Guil. de Cu. in l. 1. in. §. alienatio quomodo actio de pecu. eſt anna. & Alex. pũgit ibi contra Roma. infideliter recitantẽ Bal. & licet Alexã. fuit vir famoſus & honeſte ſcribens, nec detrahens in quantum potuit doctrinæ aliorum. tamen ſi bene cõſideras ſemper obliquitur contra Roma. & quod deterius eſt fatetur ei paucum credere in l. ſi cum dotem. §. eo autem tẽpore. ff. ſol. matri.

12 ¶Limita tertio, ꝙ licet non publicetur peculium profectitium: nõ tñ intelligas, ꝙ remaneat in lucro filij: ſed ſeparabitur a bonis patris: * & talis ſeparatio fit ſecundũ eũ non vt
*g talis filius lucretur illud, ſed vt de eo ſatisfaciat creditoribus peculiaribus qui præferuntur fiſco. Hęc fuit elegãs cõcluſio Bal. in l. ſi filius in fi. ff. de his qui ſunt ſui vl̃ alie. iu. & hũc dicit eſſe verũ intellectũ. d. §. ſed vtrũ Bal. in d. l. executorẽ ſentit cõtrariũ in quantũ dicit dictũ peculiũ reſeruari filio loco alimentorũ, ergo nõ ad cõmodũ creditorũ: & ſic dato q̃d nõ eſſent creditores peculiares remanebit filio. ¶Sed nũquid ſit hoc indiſtincte verũ? Itẽ nũquid in hoc peculio creditores paterni p̄feferantur filio? omittã, quia videor longã facere morã extra propoſitũ. Bal. & Sali. diſputãt in l. 1. C. qui bo. ce. po. & Alex. in d. §. ſi de vectigalibus. 22. col. verſi. tertiã addo limitationem. ¶Et ſupra dicta tene menti quæ in tempore dabunt honorem.

Alius caſus eſt in 31
inſtrumentis confeſsionatis. vnde dixit hic Pau. de Caſt. quod inſtrumẽtum factũ extra iudicium cum præcepto * notarij de ſoluendo haber executionem paratam. *a

*Quatuor decimus caſus.*

Alius caſus poteſt hodie aſsignari de iure regni noſtri, quo diſponitur, quod inſtrumẽta habeant executionẽ paratã. Qua occaſiõe ſumpta cũ hoc multũ accedat propoſito huius legis, eo ꝙ dicta lex regni diſponit, ita habere paratam executionem, ſicut ſententia: & quia examen d. l. quotidianũ eſt in omnibus audientijs frequẽter occurens inter manus iudicũ & aduocatorum deliberaui eius commentum pro poſſe breuiter explicare, cuius. l. tenor talis eſt.

*Quintus decimus caſus, adde alium caſum hodie per pragma. de Madrid, anno domini. 1534. in peti. vlt. que loquitur en los conoſcimientos reconocidos.*

Mvchas vezes en el nueſtro conſejo, y audiencia, y otros auditorios ſe ha viſto por experiencia, q̃ los deudores deuẽ mr̃is, o otras coſas, y q̃ a ſus creedores traen en dilaciones por no pagar allegãdo excepciões malicioſas, y no verdaderas por dilatar la paga, ſobre la qual el ſeñor Rey dõ Enrrique nueſtro aguelo queriẽdo proueer a los mercaderes, y a otras perſonas de la ciudad de Seuilla les ouo dado ſu pregmatica ſancion, ſu tenor eſte que ſe ſigue.

Dõ Enrrique. &c. A los Alcaldes &c. Salud y gracia: ſepades q̃ los cõſules delos Genoueſes y otros mercaderes ſeme quexarõ: y dixerõ q̃ ellos vẽdẽ ſus mercaderias, y fazẽ ſus cõtractos a Chr̃ianos y moros, y judios, por ciertas quãtias de mr̃is, q̃ ſe obligauã de les dar, y pagar por ellas a plazos ciertos, y ſo ciertas penas: de lo qual les otorgãcartas y recaudos ãte vos los Alcaldes dela dicha ciudad ꝑa q̃ fagades execuciõ por ellos. Y q̃ los dichos deudores malicioſamẽte por les no pagar las dichas deudas los traẽ a pleitos y cõtiẽdas, allegãdo q̃ les hã hecho pago dellas, o q̃ hã hecho auenecia cõ ellos, o pacto, o poſtura d̃ no les demãdar, o q̃ ſelo hã quitado, o allegan otras q̃leſquier excepciões: de q̃ dizẽ q̃ tienẽ los teſtigos en otros reynos, o en Ieruſalẽ nõ ſeyẽdo las pagas o excepciões pueſtas verdaderas, por la q̃l razõ les fazẽ fazer grandes coſtas, y ſe aluẽgã los pleitos. Pidierõme por merced q̃ quãdo algũas ꝑſonas allegaſſẽ pagas o excepciões como dicho es cõtra los tales recaudos no ſe recibieſſẽ, ſaluo ſi moſtraſſẽ luego por otra tal eſcriptura o tal aluala, q̃ ſegun derecho deua ſer recibida, o por teſtigos q̃ fueſſen eñl Arçobiſpado de Seuilla, o por cõfeſsiõ dela parte. Yo viẽdo q̃ me pedian razõ y derecho toue lo por biẽ. Porq̃ vos mando q̃ cada q̃ los dichos mercaderes o q̃lquier otra ꝑſona, o ꝑſonas, os moſtrarẽ carta, o otros recaudos ciertos d̃ obligaciones q̃ tẽgan cõtra q̃leſquier perſonas de las deudas q̃ les deuierẽ, q̃ las cũplades y lleguedes a execuciõ, ſeyẽdo paſſados los plazos delas pagas, y no ſeyẽdo legitimas las excepciones y fagades ẽtrega y execuciõ ẽ los dichos deudores, y ẽ ſus bienes por las deudas contenidas en las d. cartas y recaudos de obligaciones, y entregueys, y fagays pago a los di. mercaderes, o a quiẽ los ouiere de recaudar por ellos de las dichas ſus deudas, y q̃ non los dexedes de aſsi fazer y cũplir por paga o excepciõ q̃ los d. deudores allegueſ ſaluo ſi moſtrarẽ luego ſin alongamiẽto de malicia la paga o excepcion legitima por otra tal eſcritura como fuera la dicha deuda, o por aluala, tal como di

cho es,o por teſtigos q̃ ſean en el Arçobiſpado de Seuilla,o por cõfeſsion dela parte,como dicho es.Pero para prouar eſta paga,o excepciõ mi merced es q̃ nõbre luego los teſtigos quiẽ ſon, y dõde ſon: y jurẽ q̃ no trae malicia. Y ſi nõbrare los teſtigos aquẽde los puertos q̃ aya plazo d̃ vn mes para los traer: y ſi allede los puertos por todo el reyno q̃ aya plazo de dos meſes: y ſi fueren faſta en Roma,o en Paris, o en Hieruſalẽ q̃ aya plazo de ſeys meſes, pero es nueſtra merced q̃ el q̃ allegare eſta paga,o qualquier otra excepciõ: y dixere q̃ los teſtigos tiene fuera del dicho Arçobiſpado ſegũ dicho es: q̃ pague luego al dicho mercader, dãdo fiadores el mercader: q̃ ſi el otro prouare lo q̃ allega, q̃ le torne lo q̃ aſsi le pagare cõ el doblo, por pena y nõbre de intereſſe: y en caſo que no lo prouare al dicho termino, q̃ pague en pena otro tãto, como lo q̃ pago: la qual pena ſea la mitad para la obra dela ygleſia mayor de Seuilla: y la otra mitad para la puẽte dela dicha ciudad. Dada en Seuilla a *20*, d̃ Março de. *1396*. ¶Y como quiera q̃ la diſpoſiciõ dela dicha pregmatica parece ſer prouechoſa pa abreuiar los pleitos, y euitar las malicias delos deudores, pa en la dicha ciudad a quiẽ ſe eſtiẽde. Pero porq̃ pece q̃ no prouee cũplidamẽte alos caſos q̃ ſobre eſto acaeſcẽ ſobre q̃ es neceſſaria juſta diſpoſiciõ. Por ende ordenamos y mãdamos, q̃ la dicha pregmatica ſea auida y guardada por la ley general. Y eſſo miſmo aya lugar la diſpoſiciõ deſta ley ẽ la deuda q̃ ſe deuiere por ſentẽcia paſſada ẽ coſa juzgada: y q̃ el termino en q̃ ha de moſtrar la paga el q̃ la allega, en q̃ dize la pregmatica q̃ ſea luego: q̃ eſte luego ſe ẽtieda de diez diaz, y q̃ en todas las clauſulas q̃ de por ley general la dicha pregmatica cõ las cõdiciões ſuſodichas, y q̃ la pena la mitad ſea pa la parte contra quiẽ ſe difiriere la cauſa malicioſa injuſtamẽte: y la otra mitad para el reparo de los muros y para otras coſas pias, o publicas dõde el juez viere q̃ mas es neceſſario.



* a HAEC lex ſituata eſt in titulo de exceptio nibus contractuũ, quæ facta eſt in curijs in ciuitate Toleti celebratis per excelſos memoriæ immortalis principes noſtros regem Ferdinandi, & Iſabellam eius vxorem Reginam naturalem dignisſimam. Anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, quorum imperium omni erit futuro tempore animis linguiſque mortalium duraturum cum de his quaſi prophetice apud Maronem legantur hi verſus.

*Aureus hanc vitam in terris ſaturnus agebat.*
*Aureaque vt perhibent illo ſub rege fuere*
*Secula: ſic placido populos in pace regebat.*

*SVMMARIVM.*

1 *Guarentigiæ vocabulum quid ſignificet & importet.*

2 *Si notarius ex priuilegio ſit iudex ordinarius an poſsit facere præceptum in volentem & confitentem.*

4 *Lex ordinamenti commentanda diuiditur & ſummatur.*

5 *An omne inſtrumentum, de quo loquitur lex ordina. habeat executionem paratam: etiam ſi non adijciatur clauſula illa conſueta: videlicet dedit poteſtatem omnibus iudicibus. &c. & nume. 8. cum pluribus ſequentibus. vſque in finem: & concludit negatiue.*

6 *Inſtrumenta de iure communi regulariter nõ habent executionem paratam.*

*Euidentialia.* Sequutus veſtigia præceptoris noſtri domini Bar. de Saxo. Ferrato in eleganter commento per eum edito in extrauaganti ad reprimedum, aliquas huius legis particulas pro poſſe explicans commentabor. Et quia hic tractatur de executione inſtrumentorũ: & per ſcribentes Italicos in diuerſis locis per diuerſa nomina reperies factam mentionem de inſtrumentis habentibus paratam executionem, modo illa vocando Guarentigia, ſiue Guarentigiæ, ſeu cõfeſſionata more patriæ, ne per terminos ignotos procedamus præmittenda ſunt aliqua.

1 ¶Primo, quod guarantigiæ * eſt vocabulũ Thuſcum, & habens paratam executionem, & in Thuſcia vocatur inſtrumentum * guarãtigiæ illud inſtrumentũ liquidũ, in quo notarius qui ſcripſit inſtrumẽtum facit prçceptũ de ſoluendo authoritate legis municipalis, quæ habet apud eos, ꝙ notarius habeat poteſtatẽ & iuriſdictionem faciendi tale præceptum confitendi corã eo tanquam ſi corã iudice fieret. ita dicit Bal. in l. etiam in. 1. col. C. de exe. rei iudi. Peruſini vocãt illud inſtrumentum confeſsionatum: & ſic eſt apud eos tale ſtatutum. quod illud inſtrumentum mãdetur executioni Bar. in l. poſſeſsio in. §. ſi poſſeſsio de acqui poſſe. & in l. non fatetur in fi. ff. de cõfeſ. Idẽ Cinus in l. vnica. C. de confeſ. 4. col. dicit: quod in Thuſcia maxime in Florentia fit illud præceptum guarentigiæ. l. cõfeſ. ſic exponit illud vocabulum, & dicit: qđ fit in confeſſum fit illud præceptum a iudicibus vel a notarijs habentibus ad hoc authoritatem a ſtatuto, illud prçceptum habet executionem paratam ſic poſitum in inſtrumento, & in dict. l. vnica in multis partibus: facit mentionem huius inſtrumenti guarentigiæ. Idem Bar. ibi in prima dicens, quod in ciuitate vbi ipſe tunc legebat inſtrumẽta cõfeſsionata mandabantur executioni ſicut ſentẽtia difinitiua: Ange. in. §. illud in authent. de hęred. & falcid. dicit: quod ſic ſunt ſtatuta per totam Italiam Bar. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. dicit: quod in illis partibus inſtrumenta guarentigionata vel confeſsionata. ita merentur executionem ſicut ſententia diffinitiua. Idem Ang. in l. ait prætor in. §. ſi iudex. ff. de re iud. dicit quod præceptum guarentigiæ nil aliud eſt, niſi præceptum quod iudex vel notarius authoritate ſtatuti municipalis facit in confeſſum: & ſic inſtrumenta guarentigiæ & confeſsionata idem ſunt, niſi quod vocabula ſunt diuerſa, ſecundũ diuerſitatẽ locorũ illius: & iſta per totã Italiã habẽt executionẽ paratam. Iſta ſtatuta habent fundamentũ a lege poſt rẽ iudicatã. ff. de re iudi & ab alijs quæ diſponunt, ꝙ cõfeſsio habet paratã executionem: & ſi confeſsio fit coram iudice planum eſt. Sed per ſtatuta Italiæ prouidetur, quod idem ſit in cõfeſsione facta corã notario, vt habeat executionẽ paratã tanquam ſi facta fuiſſet coram iudice: & ſic notarius habet authoritatẽ faciendi præceptũ in cõfeſſum ſicut iudex iuxta. l. ſi debitori. ff. de iud. vt no. Bart. in d. l. vnica. C. de confeſ. in 1. col. Idem Ang. in d. §. ſi iudex dicit, quod ſtatuta

**Adde Alber. de Roſa. & additionẽ eiuſdẽ in dictionario verbo guarẽtare & brixie. in verbo guarẽtigia & doc. Dida. de Seg. in re. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obli. car. 102. co. 3. in vol. rep.*

* a

cuta quæ diſponunt, ꝙ inſtrumenta manden
tur executioni ſunt cõtra ius.l.minor.de mi-
no.ſecus in ſtatutis diſponentibus quod in-
ſtrumenta guarantigia habeant executionē
paratã: quia ſecundũ eũ guarantigiæ eſt præ
ceptum quod fit per notarium de inſtrumen
to rogatũ parti roganti, vt obſeruet inconti
nenti contenta in inſtrumento: & fit id præce
ptũ in volentem & acceptantē: & fit authori
tate ſtatutorũ potentiam concedentiũ ipſi no
tario: & ita ſicut præceptũ iudicis factũ in cõ
feſſum habet executionē paratã d.l.ſi debitori
ita tale præceptum notariorũ: vnde notarius
non poterunt facere præceptũ niſi a ſtatuto
daretur poteſtas, caſus & ibi Bal. in l.adopt.
C.de adoptio.Alex.in l.ſi cum dotē in.§.eo
autem tēpore.3.col.ſolu.matri.allegat Bal.
vbi ſupra dicens: quod Imo.An.nec Pau.illũ
allegauerũt: & iſti notarij habentes hanc po-
teſtatē, ſeu iuriſdictionē per ſtatutũ vel priui
legiũ vocatur per Accurſ.iudices cartularij.
in l.1.ff.de iudi.& in l.fi.C.vbi & apud quē
& in l.rem non nouam.C.de iudi.prædicta ſe
quitur Bal.in l.nõ aliter.ff.de adopt.hãc ſen
tentiam per omnia ſequitur Alex.in d.§.ſi iu
2 dex in.2.addi. ¶Vnũ tñ nota, quod ſi nota-
rius ex priuilegio ſit iudex ordinarius, dato
ꝙ ſtatutum ei ſpecialiter non concedet facul
tatē faciendi dictũ præceptũ.tamen bene põt
facere in volentē & confitentem ſicut ſi facta
fuiſſet confeſsio corã iudice, ꝙ nota ſecundũ
Alexã.cũ cõmuniter in illis partibus notarij
ſunt ex priuilegio iudices ordinarij: & dicit
Io.de Imo.ꝙ licet non habeat iuriſdictionem
contentioſam, bene virtute priuilegij habe-
bunt voluntariã ex partium conſenſu & con
uentione.allegat dicta per Cinũ in d.l.vnica
& l.2.§.fi.ff.de offi.cõſu. & ſic in iſto caſu di-
cit, qđ dictũ ſtatutũ mandans exequi dicta in
ſtrumenta habet conſonantiam iuris cõmu-
nis: & hoc fuit dictũ Bald. in l.adoptio.C.de
adoptio.vbi Bal. dicit per illũ tex.ꝙ tabellio
non poteſt facere præceptũ guarantigiæ, niſi
in priuilegio tabellionatus fiat mentio: ꝙ ſit
iudex ordinarius: & ſic ſentit quod ex hoc ſo
lo, qđ ſit iudex ordinarius ex priuilegio põt
facere præceptũ guarantigiæ in volentē & cõ
fitentē.Idē Bal.in l.iubemus in.§.ſane.C.de
ſacroſan.eccl.& idem Alex.in d.§.ſi iudex al
legans dictũ Bal.vbi ſupra.ego vltra omnes
iſtos allego tex. expreſſe facientē mētionem
de hoc vocabulo guarantigiæ in c.1.in.§.ſi
autem inter pares de lege corradi in vſibus
feudorum ibi (ſi poſsidenti dominus guaren

tare voluit.) vbi eſt caſus, quod ſi duo con-
tendunt ſuper beneficio feudi prætendētes
cauſam ab vno inueſtitore, & ambo produ-
cunt in teſtem eundem inueſtitorem, ille ob-
tinebit: pro quo dominus feudi guarentaue
rit ſine fraude.i.depoſuerit, Bal.ibi dicit, qđ
guarentare eſt vulgare Tuſcorum, qui ap-
pellant inſtrumenta guarantigiæ.i.firmita-
tis & præciſum cui omnimodo eſt ſtandum
Andre.de Iſer. ibi exponit ſi dominus velit
poſsidenti ſine fraude guarentare.i. teſtimo-
nium dicere pure & vere teſtificari quis ha-
beat ius. Omnia tendunt ad eundem finem
Bal.in l.pen.C.de fideiuſſ. dicit guarentigia
eſt obſeruantia alicui iniuncta per manda-
tum tabellionis, qui eſt iudex ordinarius &
cartularius Salice.in l.ſi per ea.C.manda.3.
colum.loquitur de huiuſmodi inſtrumentis,
in quibus dicit, quod ſecundum conſuetudi
nem quorundam locorum requiritur præ-
ceptum tabellionum cartulariorum in alijs
ſufficit ſe guarentaſſe.i.ſe debitorem confeſ
ſum eſſe. ¶Ex prædictis habes alium caſum 3
habentem paratam executionem ſcilicet in-
ſtrumentum guarentigiæ ſi confeſsio fiat co
ram iudice, qui faciat præceptum. Idem ſi co-
ram notario qui a lege vel ſtatuto municipa
li habet authoritatem faciendi tale præceptũ
quod extende etiam ſi ex priuilegio eſſet iu-
dex ordinarius, nec ſpecialis poteſtas ei eſſet
conceſſa faciendi dictum præceptum. ¶Hac
forma inſtrumentorum nõ vtimur in Hiſpa
nia, cum notarij non habeant hoc priuilegiũ
nec aliquam iuriſdictionem ad faciendum di
ctum præceptum: ſed nec coram iudice fiunt
inſtrumenta, nec iudex facit eis præceptum.
In ciuitate Hiſpalenſi & in alijs partibus Be-
ticæ prouinciæ vidi obſeruari, quod cum
partes volebant celebrare contractum ibãt
cum notario coram iudice, & facto contra-
ctũ coram eo ipſe mandabat obſeruari, & fa
ciebat eis præceptum: vt obſeruarent con-
tenta in inſtrumento ſicut ex ſentētia, & vul
gariter dicunt ipſi inſtrumentum ex iudicio
iudicato: & illud eſt inſtrumentum confeſ-
ſionatum, & guarentigiæ: vt ſupra dictum
eſt. Certe eſt optima & ſingularis practica
ad multa: & de forma qua vtimur commu- 4
niter in Hiſpania ſcilicet quod contrahentes
dant poteſtatem exequendi omnibus iudici-
bus dicam ſtatim.* ¶His ſic præmiſsis hæc
lex in ſumma tria ponit. Primum, ꝙ inſtru-
mentum cuiuſcunque debiti mãdetur execu
tioni cõtra debitorem. Secundo hoc limitat
niſi

** Diuiſio & ſummariũ legis. 5. de las excepciones. lib. 3. or. ſuperius inſerte.*



niſi debitor infra decem dies oſtendat cõtra
inſtrumenti ſolutionē vel quitationem, vel
aliã legitimam exceptionem, quę illum excu
ſet a ſolutione debiti. Tertio diſponit, ꝙ ſi in
fra decem dies hoc non probet, qđ poſt decē
dies nulla exceptione obſtante debeat exe-
qui contractus: & ipſe compellendus eſt om
nino ad ſoluendum: & ſic facta ſolutione &
executione aſsignetur ſibi terminus compe-
tens ad probãdum datis fideiuſſoribus a cre
ditoribus, quod in duplum reſtituet, quod
ſibi ſolutum eſt, ſi debitor probet ſolutionē
vel aliam legitimã exceptionem a debitore
allegatam, quam ſi non probauerit infra tē-
pus ſibi aſsignatum, incidit in pænã: de qua
hic hoc intendit iſta.l. in ſumma, cuius diſpo
ſitio habet locũ in debitis per ſententiã tranſ
actam in rē iudicatã, vt hic diſponit hæc lex.
¶More commentantium venio ad primam
partem ibi (carta, o recaudos ciertos de obli
gaciones que los cumplades y lleguedes a
execucion, &c. Nota primo, quod inſtrumē
ta publica debent mandari executioni & ha
bent paratam executionem: habes hic alium
caſum in quo inſtrumentum habet executio-
nem paratam, quē adde ſupradictis.* ¶Sed
5 pulchrum & mihi nouum dubium eſt, vtrũ
omne inſtrumentum, de quo loquitur hæc
lex, habeat executionem paratam ex hac le-
gis diſpoſitione, etiam ſi in eo non appona-
tur illa clauſula quæ cõmuniter in Hiſpania
apponitur in contractibus per tabelliones
ſcilicet qui.T. dedit poteſtatem omnibus iu
dicibus, coram quibus hoc inſtrumentũ fue
rit oſtenſum vt faciant pro contentis in eo
executionem in eius perſona & bonis: tanquã
ſi contra eum eſſet lata ſententia tranſacta in
rem iudicatam: & ſic ſi virtus executiua ſtet
in dicta clauſula vel in diſpoſitione huius le
gis; ita quod etiam ſi nõ apponatur iſta clau
ſula contractus habeat paratam executionē,
neminem vidi ſuper hoc ſcribentem in termi
6 nis. ¶Et vt vides a radice quomodo proce-
dunt de iure iſtæ executiones inſtrumento
* rum, & qui a de iure communi ſit ſtatutum.
¶ Aduertas, quod de iure communi inſtru
menta * non habent executionem paratam.
Iſte eſt caſus ſingu. * in l.minor.25. annis cui
fideicommiſſum.ff.de mino.ibi. (quia paratã
ex iudicati cauſa perſecutionem nouo con-
tractu ad initium alterius petitionis redigit)
ibi Bar. & Bal. Ange. in l.ſi cum dotem in.§.
eodē autē tempore.ff.ſolu.matri. dicit illum
ad hoc eſſe meliorem textũ quam ſit in toto

** Queſtio notanda quam late examinat author et concluſiue in fra nu. 10. tenet iſſe neceſſariam adiectionē huius clauſule vt inſtrumenta habeant paratam executionem.*

** Adde doc. Dida. de Se. in re.l.ſi ex le gati cauſa.ff de verb.obli. ex car. 301. col. 3. verſi. 3. diſ ferentia allegante plura.*

corpore iuris. Idem ibi Alex.in.3.col.& licet
hoc dicat probari in parte ad inſtar, corrup-
tus extat ꝙ nõ eſt tale verbum in d.l. voluit
allegare.ad initiũ: & ſtat magis proprie ad
hoc allegatur per eundē Ang.in l.ait prætor
§.ſi iudex.ff.de re iud.illũ ad hoc allegat.Idē
An.in l.cum antea.C.de arbi.& licet ille tex.
ſit ad hoc notabilis.tamē eſt ſimilis in l.2.C.
de execu.rei iudi.vbi idem tex.ad literam, ꝙ
ſi aliquis habens pro ſe ſententiam illam no
uauit per alium cõtractum, quod perdit ius
executiuum competens ſibi ex ſententia: &
debet agere via ordinaria exacto contractu.
ibi. (iudice acceptio ſecundum iuris formam
experire.) & ibi Accurſius, tanquam ſummus
iuriſta allegauit in concordantiam. d.l. mi-
nor.ſimilis caſus in l.4.§.ſi ex conuentione.
ff.de re iudi.facit tex.in l.ſi cum dotem.§.eo
autem tempore, & in l.ſi marito.§.ſi volunta
te.ff.ſolu.matri.vbi eſt caſus, quod in contra
ctu facto etiam ſuper dote lis conteſtatur, &
aliæ ſolennitates: & ſic non habet executionē
paratã: & per illa iura dicunt ibi moderni &
Bal.in l.vbi adhuc.C.de iure do.& Ang.in l.
ait prætor in.§.ſi iudex: & ibi plene Alex. de
re iudi.quod ſtatuta quod inſtrumenta ha-
beant executionem paratam ſunt contra di-
cta iura: & cõtra caſum expreſſum.& ibi Bal.
in l.adoptio.C.de adoptio. Et propter hoc
dicebat Bal.in l.1.C.de exec.rei iudi.in prin.
quod nullum genus probationis habet exe
cutionem paratam. Itaq; nec probationes;
nec inſtrumenta habent executionem para-
tam: quia licet ſit probatum ſub iudice lis eſt
ff.de pecu.l.eo tēpore.& l.quod debetur niſi
eſſet confeſsio facta in iudicio, vel iuſiuran- 3
dũ iudiciale.dicit de hoc eſſe glo. ſingu. in l.
ſed.ſi poſſeſſori.§.pen.ff.de iureiuran.& eſt ca
ſus not.qui loquitur in inſtrumēto teſtamē-
ti in l.ait prætor.in.§.ſi iudex.ff.de re iu.& ibi
Ang.& Alex.quia ibi tex.dicit: quod debet
ſequi condēnatio: ergo non executio: & ſic
omnia hæc iura clare probant, quod inſtru-
mēta de iure cõmuni non habēt executionē
paratã. Super hoc exclamat Ang. cõtra Bar.
in l.tale pactũ.§.qui prouocauit. in princ.ff.
de pactis.& in.2.col.vbi dicit, ꝙ omnia iura
mundi fatentur ꝙ nulla conuētio extraiudi-
cialis mereatur executionē quantuncunq; re-
dacta in publica documenta.allegat.d.l.mi-
nor.25.annis.etiam ſi in cõuentione pũctua-
liter ſit deductum, quod erat deductũ in ſen-
tentia, vt in d.§.ex conuentione. ¶Ego addo 7
etiam ſi in inſtrumento quis cõfiteatur ſenten
tiam

tiam contra ſe latam : quia tale inſtrumentũ
non habet paratam executionem, ex quo in-
fertur, quod ſi in contractu tẽpore quo fuit
celebratus non interuenit præceptum gua-
rentigiæ, ſed poſtea ex interuallo partes va-
dunt ad notariũ, & dicunt tu non feciſti præ
ceptum guarentigiæ: ſed facias nunc quod iſtud
inſtrumentum non meretur executionem,
hoc eſt ſingulare verbum Bal. in l. pe. C. de fi
deiuſſo. per illum tex. mirabile verbum eſt,
ſi eſt verum. Sed ego crederẽ verba eius eſſe
corrupta. quis enim dubitat quod quando-
cunque partes irent coram tabellione, qui
ad hoc habeat iuriſdictionẽ: quod ex conſen
ſu partium hoc petentium potuit eis facere
præceptum guarantigiæ: quia illam iuriſdi-
ctionem in eos conſentientes quotienſcunque
ipſi velint poteſt exercere. credo quod Bald.
velit dicere, quod ſi in contractu non eſt fa-
ctum a principio præceptum guarantigiæ,
& partes confeſſæ ſunt præceptum eſſe fa-
ctum in alio inſtrumento, quod illud inſtrumen
tum non habebit paratã executionem, dato
quod in illo ſic dicta confeſsio. Cogita, & te-
ne menti: quia ſic loquitur tex. in d. l. pen. vi-
diſti ergo iura. nor. probantia hoc habere lo
cum etiam in cauſis a iure priuilegiatis: vt in
inſtrumento dotali in inſtrumento teſtamen
ti, & hoc de inſtrumento teſtamenti intellige
vt ſupra dictum eſt quando legatarius vel
fideicommiſſarius agit contra hæredẽ: quia
ſi hæres petit ſe mitti ex edicto di. Adria. be
ne habet paratam executionem, vt ſupra vi-
diſti. His ſic præhabitis redeamus ad noſtrã
principalem quæſtionem.

8 ¶Vtrum dicta clauſula quæ ſolet apponi in
inſtrumentis, quia partes cõueniunt inter ſe,
& dant ſeu cõcedunt omnibus iudicibus co-
ram quibus dictum inſtrumentũ fuerit oſten
ſum; vt eũ executioni tradant, ſi hęc clauſula
& conuentio operetur de iure, vt inſtrumen
tũ habeat executionẽ paratam. Iſta eſt famo-
ſa quæſtio. Et cum in Italia non vtuntur hac
clauſula in inſtrumentis, non loquuntur de
ea, & inſtrumẽta guarantigiæ quæ fiunt apud
eos non fiunt illa forma apud nos: quia nota
rij huius regni, nec ex priuilegio vel conſue
tudine habent poteſtatem faciendi præceptũ
in confeſſum ſecundũ formam legis ſi debi-
tori. ff. de iudi. tanquam ſi confeſsio fieret co
ram iudice. Cum ergo apponendo hanc clau
ſulam via eſſet breuior; aut ipſi non ad hoc
aduerterunt aut non habuerũt eam pro via
executiua. Præterea multi conati ſunt cõpre
hendere caſus in quibus de iure inſtrumenta
habent executionẽ paratã, præſertim Alex.
in l. fi. C. de edict. di. Adria. & in l. ait prætor
in. §. ſi iudex. ff. de iudi. & in l. ſi cum dotem
in. §. eo autẽ tẽpore. ſoluto matri. & inter eos
non reperitur noſter caſus. Præterea quęſiui
omnes. ll. tertiæ partitæ. tit. 18. (de las eſcri-
pturas) vbi leges tradunt formã inſtrumẽti
mutui & venditionis, & aliorũ cõtractuum:
tñ in nulla illarũ, potui inuenire, quod iſta clau
ſula apponeretur ad robur cõtractus, nec ad
faciendũ illũ habere executionẽ paratã: & li-
cet iſta nõ ſint argumenta, quæ de neceſſario
concludant: tamen aliqualiter pungũt, maxi
me cum in omnibus fere partibus prouiſum
eſt, quod inſtrumenta habeant executionem
paratã: vt patet in ſtatutis Italiæ quæ ad hoc
inuenerunt præcepta guarentigiæ. Patet etiã
ex hac lege noſtra. Pręterea facit quod ſupra
dictũ eſt, quod regulariter inſtrumenta non
habent paratam executionem, vt in d. l. mi-
nor cum ſimili. Cum ergo leges ſuper hoc lo
quuntur indiſtincte ſunt intelligendæ. l. de
precio. ff. de public. Pręterea vrget me quod
dam verbum Bar. ab eo poſitum in l. 4. in. §.
ſi ex conuentione, ff. de re iudi. vbi eſt caſus,
quod ſententia habet executionem paratam
niſi ſit nouata per alium contractum. quærit
ibi Bar. quæ ſit ratio, quod ſi eſt nouata non
habet executionem ipſa ſententia, nec cõtra-
ctus reſpõdit, quod ad hoc, vt poſſet fieri exe
cutio: requiruntur duo. Primo, quod debitũ
ſit liquidum. Secundo, quod iudicis officiũ
ad hoc ſe extendat, vt in ſententia & confeſ-
ſione facta in iudicio: ſed quando ſententia
eſt nouata, tunc licet debitum ſit liquidum:
tamen iudicis officium ad hoc ſe non exten-
dit, quia extra iudicium ab ipſis partibus ſit
liquidatum. Ecce ergo intentum Bartoli, vo-
lentis, quod ad hoc vt ius executiuum ha-
beat locum, requiritur quod coram iudice
ſit liquidatum: quia de eo quod eſt liquida-
tum extra iudicium non eſt liquidum iudici,
nec eius officium executiuum ſe extẽdere po
teſt ad illud. Sic in propoſito licet in contra-
ctu appoſita eſt illa clauſula, tamen quia nil
actum eſt in iudicio, nec corã iudice, videtur
quod iudicis officium executiuum ad talem
contractum non poſſet ſe extendere: quia ceſ
ſat vnum de requiſitis a Bartolo. Præterea
eſſe actum extra iudicialem, poſuit Baldus
in maximo conflictu: vtrum iuramentum
extra iudiciale habeat executionem paratã
in l. ſecunda in. 6. columna. in. 3. notabili. ff.
de iu-



de iureiurando: vnde dicit ipſe, quod in iura
mento iudiciali bene oritur officium iudicis
habens paratam executionem in extra iudi-
ciali: dubitat, quia dicit non habere legem,
nec rationem neceſſariam ad cõcludendũ, quod
habeat paratam executionem per iudicis of
ficium: quia iſte actus cũ ſit extraiudicialis,
non incidit nec emergit proceſſui: vt poſſet
dici, quod per hoc reducatur ad iudicis pote
ſtatem: & ſic quaſi vadit Baldus per ſemitam
Bar. licet illum taceat. Facit etiam glo. ſingu
laris in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed cum de hæ-
reditate. ff. de iureiurando: vbi glo. dicit, quod
ex nulla probatione naſcitur executio, niſi
ex confeſsione vel iureiurando.

¶Et vltra prædicta reperio Bal. in terminis
9 decidere hanc quæſtionem in l. tale pactum,
in. §. qui prouocauit. ff. de pactis in repetitio
ne quam fecit in ſtudio Paduano in fi. co. vbi
eleganter quærit, an valeat pactum, quod in
ſtrumentum mandetur executioni ſicut ſen-
tentia; arguit pro & contra, finaliter determi
nat quod non. mouetur: quia ordo iudicia-
rius peruerti non poteſt; quia eſt ordo ad ſub
ſtãtiam iudicij. c. de cauſis de offi. delega. per
glo. & quod nota. per Specu. de pign. in. §. fi.
verſi. quid ſi iudex creditori. adducit in ſimi-
li notata per Bartolum in l. ſi cum nulla, & in
l. a diuo in. §. ſententiam Romæ dictam. ff. de
re iudi. & ſic reſidet reſpondens notanter ad
l. creditores, C. de pigno. & ad dictum. §. qui
prouocauit: ſingularis eſt profecto & famo-
ſa determinatio in totum deſtruens practicã
noſtri regni: & hoc dictum Bal. poteris corro
borare, ex eo quod dicit Bart. in l. ſi ſocieta-
tem. §. arbitrorum in tertia col. ff. pro ſocio.
in illa quæſtione, ſi in cõpromiſſo eſt dictum
quod poſſet cognoſcere de iure & de facto: &
etiam ex his quæ notant moderni in dicto
cap. de cauſis, & cap. 1. de libe. oblatio. & glo.
in clemen, ſæpe de verborum ſignifi. Et hanc
opinionem Baldi, videtur tenere Angelus in
eleganti lectura dicti. §. qui prouocauit quã
ipſe teſtatur grauiter, & eleganter fabricaſſe.

¶Et hæc opinio poteſt etiã corroborari ex
10 omnibus fundamentis Iacobi de Venetiis.
quæ recitat Bart. in l. creditores. C. de pigno.

¶Hæc ſunt quæ aliquibus diebus me titu-
bantem tenuerunt, nihilominus practicam
*c & conſuetudinẽ * communem noſtri regni
circa dictam clauſulam defendam, ne forte
Italici ſcriptores dicant, vbi nunc ſunt leges
Hiſpanorum: iuxta illud quod Heliſeus pro
pheta dicebat, cũ aquæ non fuerunt diuiſæ
cum palio Heliæ. 4. Regũ cap. 2. * dico igi-
tur, quod iſta clauſula eſt tantæ importãtiæ,
quod facit inſtrumentum habere paratam exe-
cutionem, vt ex ſequentibus apparebit. Pri-
mo, quia hæc eſt conſuetudo obſeruata &
approbata in hoc regno; vt inſtrumenta quę
habent dictam clauſulam mandentur execu-
tioni ſtatim viſo inſtrumento, & eſt commu
nis practica. vnde habeo quod conſuetudo dat
ordinem cauſæ: vt in ea procedatur ſumma
rie, & executiue. Caſus eſt ſingul. ſecundum
Bal. in l. miſsi opinatores. C. de exa. tribu. li-
bro. 10. & etiã ex pacto: vt ſentit ibi Bal. Se-
cundo, quia contractus ex conuentione le-
gem accipiunt: vt leges teſtantur. ſi ergo par
tes concedunt iudicibus poteſtatẽ exequen-
di inſtrumentum tanquam ſi eſſet ſententia
illud ſeruandũ eſt. Tertio allego tex. expreſ-
ſum qui approbare videtur dictam practicã
in. l. creditores. C. de pigno. vbi ex pacto lici
tum eſt integri poſſeſsionẽ propria authori
tate; & ſic eſt ibi caſus expreſſus, quod ex pacto
pars poteſt exercere propria authoritate: &
per ſe ius executiuum in re ſibi obligata: er-
go a fortiori poteſt concedi iudici poteſtas
exequendi inſtrumentum: cum parti poſſet
concedi ex pacto. l. cum creditor. ſecundum
vnam lecturam gloſſ. ff. de furtis. l. penul C.
de pigno. actio ibi. nec creditor citra cõuen
tionem. ¶Præterea dico, quod ius exequendi ex
conuentione, & ius exequendi iudicis autho- 11
ritate æquiparantur. Iſte eſt caſus ſing. in. l.
penulti. C. de pigno. actio. & in l. dotis ſolut.
matri. quos ad hoc cõmendat Bart. in. d. l.
creditores. xj. col. verſi. quinto principaliter
eſt videndum, & in. 8. col. in verſi. Item ex iſto
pacto. ſi ergo iſta æquiparantur quod alicui
competat ius exequendi ex permiſsione &
authoritate iudicis, & ex conuentione cum
cõuenit per pactum quod iudex coram quo
fuerit oſtẽſum inſtrumentum illud exequa-
tur: quare iudex illud nõ poſſet exequi oſten
ſo ei inſtrumento, vt inter partes fuit conuẽ
tum. Præterea hoc videtur magis clare de-
terminaſſe. Bar. in dicta repetitione in. 8. col.
in verſi. Item ex iſto pacto, vbi eleganter in-
quit, quod ex pacto ingrediendi propria au-
thoritate, de quo in d. l. oritur quoddam ius
quod eſt executiuũ præcedẽtis obligationis,
& facit ipſam obligationem habere paratam
executionem ſecundum voluntatem partiũ,
ſicut ex ſententia oritur actio iudicati, vel
in factum, vel officium iudicis, quod habet
paratam executionem. & iſta poteſtas quæ

** Adde quod forte ſecundum hãc opinionem ſunt intelligenda quæ ſcribit doctor Dida. de Segu. in repe. l. ſi. ex lega. cauſa. ff. de verb. obliga. car. 104. in verſi. 3. infe ro ad practicam noſtri regni vbi multipliciter pon derat verba. l. regiæ & cõ cludit hodie non eſſe neceſ ſariã cauſam in huiuſmodi inſtrumentis & per conſe quens ceſſare diſpoſitionem l. 2. §. circa. ff. de doli excepti.*

competit creditori ex conuentione æquiparatur licentiæ ſibi datæ per iudicem, vt dicta l.penulti. Ecce ergo ſingularia verba domi. Bar. aperte determinantis quæſtionem, ſcilicet, quod ex conuentione inſtrumentum habet executionem paratam ſicut ſententia qđ tenebis menti. Præterea ipſe Bart. in dicta repetitione in.11.colum.verſi. quinto principaliter eſt videndum firmat eandem concluſionem. Dicit enim in d.l. dicitur, quod licet creditor habeat poteſtatem ingrediendi propria authoritate, vrbanius faciet ſi cum authoritate iudicis ingrediatur poſſeſsionem, ſi creditor cum authoritate iudicis vult ingredi, & ſic exequi contractum. dicit ipſe qđ rationabilius faciet iudex ſi citet partem ad videndum ſi habeat aliquam cauſam impediendi executionẽ, ſicut nec iudex debet mãdare ſententiam executioni, niſi parte citata ad opponendum. Quare non debet fieri executio: fatetur tamen quod non debet dari libellus, ſed debet procedi ſummarie ſicut cũ ſit executio rei iudicatæ. l. a diuo pio. in. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. l. minor. 25. annis. ff. de mino. cum illud ius exequendi ex conuẽtione & iudicis authoritate ęquiparentur, vt in d.l. pen. & cum in omni iure quod oritur ex ſententia arbitri proceditur ſummarie: & ſic ex ſentẽtia iudicis, vt in d.l. a diuo in prin. ergo idem erit vbi ius exequendi oritur ex conuentione. l. 1. & l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiu. Item cum ex iureiurando oritur ius exequendi, cum illud procedit ex conuentione, vt d.l. 2. ff. de iureiurã. & l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate; & tunc proceditur ſummarie, vt ex ſentẽtia. Idem erit in iure exequendi quod oritur ex conuentione. facit. l. tale pactõ, §. qui prouocauit. ff. de pactis. Hæc fuerunt verba Bar. ſatis clara & elegantia ad deciſionem noſtrę quæſtionis & punctualiter determinans: qđ ex * partium conuentione iudex poteſt exequi inſtrumentum: & in tali executione ſeruabitur ordo & formã quæ ſeruatur in executione ſententiæ, ergo cum hodie in omnibus inſtrumentis partes cõcedunt iudicibus hanc facultatem exequendi inſtrumenta: clarum eſt quod virtute dictæ conuentionis habent executionem paratam: & adhuc in caſu fortiori loquebatur Bart. ſcilicet quando ius exequendi conceſſum eſt parti & pars ex vrbanitate adiuit iudicem, quod iudex debet ſeruare illam formam executiuam, quam ſeruaret in executione ſententiæ.

** Adde Anto. acanar. in tract. de executio. inſtrumentorum in q. 32. dicentẽ quod hæc quæſtio. habet altiorem indaginem.*

¶Facit etiam pro hoc glo. ſingularis in l. meminerint in glo. 2. ad finem. C. vnde vi. quæ 12
videtur æquiparare iudicis præceptum cum conuentione partium. Item facit dictus. §. qui prouocauit: vbi eſt caſus ſingularis: quod ſi aliquis poſt appellationem trãſegit & pactus eſt, quod ſi infra certum tempus pecuniam quam tranſegit non ſolueret iudicans ſe ſatisfacturum, dicit ibi tex. quod iudex appellationis nullo alio diſcuſſo iuxta conuentionem veluti confeſsi ſequitur. & eſt ille mirabilis caſus ſecundum Bart. ibi qui intelligit illum tex. quod non ſententia prima a qua fuit appellatũ mandabitur executioni, quod clare probat ibi ille tex. in quantum dicit, ꝙ ipſa conuentio de ſoluendo mandabitur executioni: non autẽ aliquam mentionem facit de ſententia. vnde eſt ibi caſus ſingu. ſecundũ Bar. quod pactũ de parendo ſententiæ ſi tranſactioni non pareatur meretur executionem ſicut ſententia & confeſsio: & ſic concludit Bar. ꝙ conuentio, de qua in d. §. meretur executionem: nam ſecundum eum prima ſententia fuit in totum ſopita per tranſactionẽ, quæ fuit ſimpliciter facta: ergo cum dictus. §. dicit iuſtam conuentionem exequitur, non intelligitur de ſententia: ſed de conuentione. & dicit Ange. ibi illud eſſe mirabile, cum nulla conuentio habeat paratam executionem: vt d.l. minor. ecce ergo ſecundum intellectum Bar. ibi expreſſum caſum, vbi conuentio habens aliquod fundamentum a ſententia habet executionem paratam.

¶Eſt verum, quod Bal. & clarius Ang. impugnant hoc in d. §. dicunt enim, quod ſentẽtia 13
meretur executionem non ipſa conuentio, & dicunt ipſi eſſe caſum ſingul. & vnicum ꝙ pactum de præterito iudicato ſoluendo habet executionem paratam, & ꝙ illud eſt propterea, quia per dictam trãſactionem non fuit receſſum a ſententia, quaſi velint dicere ꝙ in tranſactione fuit conuentum de parendo ſententiæ ſi tractioni non pareatur: ſed certe ille text. indiſtincte loquitur, ꝙ fuit facta ſimpliciter tranſactio. tenendo ergo ꝙ tranſactio fuit ſimpliciter facta, certum eſt ꝙ per ipſam tranſactionem fuit in totum ſublata & extincta prima ſententia. l. ſi contra maiorem. C. de appell. ergo ea extincta. cum tex. dicat iſtam conuentionem, veluti confeſsio exequitur, impoſsibile eſt, quod poſſet intelligi, niſi de ipſo pacto: quia ſententia iam erat extincta: & hæc fuit Bart. intentio, licet in ſummario aliter dicat: & per hoc tollitur reſponſio



ſio quam Bal. dat in d. §. ad fi. ſ. quod ideo illa conuentio mandabitur executioni, quia contractus conſtabat & accipiebat robur ab authoritate rei iudicatæ; de cuius intellectu latè videbis Bal. Ang. & gl. in d. §. qui prouocauit qui ambo tenent contra Bar. Nec obſtat reſponſio data a Bal. in d. §. qui prouocauit. ad d.l. creditores. ſ. quod ibi loquitur in priuata executione, in qua non requiritur ordo iudiciorũ. ſecus in publica & iudiciali per gl. in d.c. de cauſis, quæ ſolutio non obſtat propter duo. Primo, quia non eſt ſufficiens ratio differentiæ: nam ſi ego propria authoritate ex pacto poſſum exequi melius authoritate iudicis. Item, quia ſupradictum eſt expreſſe tenet Bart. in d.l. creditores, ꝙ virtute dicti pacti ſi vado ad iudicem, ille poteſt exequi & debet ſeruare eundem ordinem in exequendo virtute dicti pacti, ſicut ſi exequeretur ſententiã exeo: quia æquiparatur ius exequẽdi alicui cõpetẽs ex pacto vel ex authoritate iudicis. & per alia fundamenta pulchra quæ ipſe adducit, vbi a iure reperitur competere ius exequutiuum ex conuentione. & concluſionem Bar. ſequitur ibi Sali. & ad hoc dictũ Bar. & eius. fundamenta nõ aduertit Bal. nec eis reſpondet fundamentũ Bal. in glo. d.c. de cauſis. ſ. quod ſubſtantialia iudicij nõ poſſunt peruerti de partiũ conſenſu, eſt regula multũ generalis, quæ habet multas fallentias. Item hic non peruertitur ordo iudicij, niſi qđ lex permittit, quod partes inter ſe poſſent cõuenire, quod vnus eorũ exequatur debitũ; quare non poterũt hoc permittere alteri & dare ei exequendi poteſtatem, maxime; quia in totum poſſunt ordinem iudiciorum remittere. Iſta fuit ſingularis opinio Hoſtiẽſis in d. c. de cauſis. quã ibi approbat & ſequitur do. Ant. quod non poſſunt partes facere pactũ, quod partim remittatur ſolennitas iuris, partim non: tamen in totum bene poſſunt, vt iudex nullo modo ordine, nec ſolennitate ſeruata procedat, vt in caſu præſenti eſt gl. ſing. quę hoc tenet in c. fi. ſuper parte illuſtriũ de re iudi. lib. 6. Itẽ facit. l. fi. §. fi. C. de vſuris rei iud. & propter hæc dubia & opiniones forte Itali non vtuntur hac practica noſtra.

14 ¶Ad alia argumenta in contrariũ adducta põt vnico verbo reſpõderi. ſ. quod habeant locum in inſtrumento de per ſe ſimpliciter ſumpto, in quo non continetur dicta clauſula, nec conuenti. Si tamen inter partes eſt cõuentũ. quod iudex exequatur dictũ inſtrumẽtum contra quemlibet eorum non parētem, tanquam ſi eſſet ſententia lata, tunc ex dicta conuentione, & eius virtute inſtrumentũ habebit paratam executionẽ. & iſte eſt alius caſus addendus ſupradictis. ſ. vbi inſtrumentũ habet executionẽ paratam. ſ. ex conuentione facta inter partes ſecũdum opi. docto. Bar. in d.l. creditores: vbi reſpondet latiſsime cõtrarijs fundamentis: & hæc opinio eſt hodie approbata, tam per conſuetudinẽ huius regni, quã per hanc legem. quod ſing. nota: quia quotidianum. Prædictis pro poſſe ſic declaratis deſcendo ad ſolutionẽ dubij principalis, in quo videtur poſſe attentari.

¶Quod hodie inſtrumenta * de per ſe habeãt 15
executionem paratam, dato quod in eis non *d
ſit clauſula ſupradicta: & partes non dicant in inſtrumento qđ dant iudicibus exequendi poteſtatẽ: & de hoc eſt caſus clarus in hac lege in multis eius partibus: nã ratio huius legis eſt multũ generalis, quæ extẽditur ad oẽs contractus. Item tex. indiſtincte loquitur in contractibus certis de debitis liquidis ibi. (de lo qual les otorgan cartas y recaudos.) Itẽ hoc aperte videtur determinari, ibi. (por que vos mandamosque cada que los dichos mercaderes, o otra perſona vos moſtraren carta, o otros recaudos ciertos de obligaciones que tengan contra qualeſquier perſonas de las deudas que les deuieren que las cũplades y lleguedes a execucion: y fagades entrega execucion por las deudas contenidas en las dichas cartas.) & ſic lex iſta ſolũ videtur duo requirere ad hoc vt inſtrumenta mandentur executioni. Primo, qđ debitũ ſit certum; ſecundo, quod tẽpus ſolutionis ſit elapſum: & ſic his duobus interuenientibus indiſtincte lex mandat exequi contractum. Item in multis partibus Italię, vt referunt doct. eſt ſtatutum quod inſtrumenta publica mãdentur executioni dato, quod non ſint guarentigiata: vt referunt doctores in multis locis. Præterea ſi loqueretur hæc lex ſolũ in cõtractibus habẽtibus paratã executionẽ ex dicta clauſula. cũ illud idẽ erat ſtatutũ de iure cõmuni. ſ. quod mandaretur executioni, quaſi de nihilo deſeruiret prouiſio iſtius legis.

*¶Pro contraria parte facit d.l. * facta a re- 16
ge Enrrico, quã ſupra allegaui quæ diſponit *Adde quod
ꝙ ſententiæ & cõpromiſſa & inſtrumenta & *e
omnia alia quæ habent executionẽ paratam *hunc intelle-*
mandentur executioni nõ obſtante quacũꝙ *ctũ clare ſen-*
exceptione, niſi certis ibi numeratis: & ſic vi- *tit ad hanc. l.*
detur preſupponere illud ſolũ habere locũ *doct. de Pala.*
in illis inſtrumẽtis, quę habent paratã execu- *Ru. in rep. ru.*

 tionem

*de donat. inter virum & vxorem car. 2. & verſi. ex quo infertur.*

tionem;ergo nõ omnia habent illã paratam.
Præterea facit hæc lex in prin.vbi tex. dicit.
(Y porque no les pagan las dichas deudas,
preſentan las dichas cartas, y recaudos ante
vos los dichos alcaldes para q̃ fagades exe-
cucion por ellos.)Et ſic videtur quod loqui-
tur d.l.in illis contractibus, pro quibus pete
bãt creditores executionẽ ante dictã legem:
ſed certũ eſt,quod non poterant petere exe-
cutionẽ,niſi pro illis inſtrumentis,quæ habe
bãt paratam executionẽ ex dicta clauſula &
conuentione: ergo ſuper illis venit ad diſpo
nendum hæc lex.Item hæc lex prouidet etiã
in debito,quod debetur per ſententiam quę
habet paratam executionem: & ſic eſt præſu
mendum quod venit ad diſponẽdum ſuper
contractu habente ex ſe paratam executionẽ:
& per hoc tollitur illud motiuum,de quo ſu
perius.ſ.q̃ de nihilo prouideret iſta lex ſi ſo-
lũ loqueretur in inſtrumentis habentibus de
per ſe paratam executionẽ vigore dictæ clau
ſulæ: quia imo multum per eam prouidetur
ſ.quo ad exceptiones quæ debent admitti cõ
tra executionem:& de tẽpore illas probãdi,
vt in ſententia quæ etiã ante hanc legem ha
bebat paratam executionem. Itẽ per verba
obſcura ſuppleta vel ſubintellecta non eſt
inducenda legũ correctio. glo. ſingularis in
c.cupiẽtes in.§.quod ſi per viginti de electio
ne lib. 6. ergo cũ hęc lex non loquatur clare
non debemus inducere ex ea legũ correctio-
nem quæ induceretur,ſi diceremus quod mã
dat indiſtincte,quod omnia inſtrumenta exe
cutioni mãdentur quod eſt cõtra. d.l.minor
25.annis cui fideicommiſſum.ff.de minor.
17 ¶Item vbi aliqua lex noua loquitur ſimplici
ter & indiſtincte ſuper eodem caſu affirmati-
ue vel negatiue, ſuper quo loquebatur lex
antiqua niſi aliud expreſſe conſtat,regulatur
& diſtinguitur ſecũdum diſtinctionem legis
antiquæ.Iſta eſt glo.ſingula.quæ ad hoc mul
tum commendatur ab Ang.Bart.& Bal.in l.
ſciendum.ff.qui ſatiſda.cogan.de quo multa
pulchra dixi in proœmio legum.fer i facit.l.
ſed poſteriores.ff. de legi. ergo cum hæc lex
noua indiſtincte loquatur.ſ.quod inſtrumen
ta mandentur executioni, debet intelligi de
illo inſtrumento quod habet executionẽ pa
ratam a ſeipſo virtute dictæ clauſulæ vel a-
lias:& ſatis eſt, quod hæc lex prouidet in ter
mino probandi exceptiones quæ contra in-
ſtrumentum opponuntur & de ſatiſdatione
præſtanda a creditore & circa alia ſuper qui
bus non erat per aliam legem ſic diſpoſitum.

¶Item iuuat hanc opinionem communis cõ- 18
ſuetudo huius regni, quæ habet vt in omni-
bus inſtrumentis apponatur hæc clauſula.ſ.
dans poteſtatẽ omnibus iudicibus exequẽdi
hoc inſtrumentum: & ſic cõſuetudo interpre
tatur dictam clauſulam eſſe neceſſariã in tan
tũ quod ea non appoſita inſtrumentũ nõ ha-
bebit,executionẽ paratam.conſuetudo enim
eſt optima legũ interpres. l. ſi de interpreta-
tione.ff.de legi.in tantũ;& hoc eſt multũ ſin-
gulare ad hanc legẽ: & iſtius dubij deciſionẽ
q̃ lege exiſtẽte dubia debemus recurrere ad
conſuetudinem loci;& ſi de ea apparet nõ eſt
recedendum ab illo intellectu, quẽ conſuetu
do tribuit.etiam ſi ex poſt facto appareat,q̃d
ille intellectus in ſe non ſit bonus. nam debet
ille valere ſaltem ratione,conſuetudinis. ita
ſingu.dicit Abb.in c.cũ dilectus de cõſuetu.
per illum tex.quod dicit eſſe menti tenẽdum.
*Et iſta pars videtur magis ſuſtentabilis ma
xime ſi teneremus opinionem : quam tenuit
Bal.vbi ſupra, quod ex conuentione non cõ
peteret ius executionum;quia ſatis eſt,quod
iſta lex daret validitatẽ conuentioni ad faciẽ
dum contractum habere paratam executio-
nem;& ſic pactum executiuum iuncta huius
legis diſpoſitione,& diſtinctione facit cõtra-
ctum habere executionem paratam modo
& forma,de quibus in hac lege.

**Nota reſolutionem authoris.*

*SVMMARIVM.*

1 *Executio habet etiam locum cõtra hæredem ſcriptũ in teſtamento.*
2 *Vt contra hæredem poſſit inſtrumentum mãdari executioni requiritur quod cõſtet & liquidetur prius illum eſſe hæredem.*
3 *Practica quam obſeruabat autor contra hæredem debitoris.*
4 *An ex mutatione ſucceſſoris impediatur executio puta ſi laico ſucceſſit eccleſia.*
5 *Infra tempora conficiendi inuentarium nõ poteſt executio peti.limitatur tripliciter.nume.6.& nu.7.& 8.*
9 *Si minor petit ſe reſtitui ad conficiendum inuentarium interim non debet executio peti.*
10 *Hæres creditoris etiam poteſt petere executionem inſtrumenti ſicut ipſe d.functus quod intellige.vt nume.11.*

Legata



12 *Legatarius cui eſt legatum nomen debitoris poteſt petere executionem.*

# Extenſio prima ad

*1 Prima limitatio.*

hanc.l.eſt,q̃ licet hæc lex tantũ loquatur con
tra debitores, tamen inſtrumẽtum habebit
executionem paratam cõtra *eius hæredes.
bonus tex.in.l.poſtulãte.ff.ad trebell.vbi eſt
*a caſus *quod ad id ad quod poterat cõpelli
defunctus poteſt cõpelli, & eius hæres : licet
verbis legis non exprimatur,& per illũ tex.
infert Bar.ibi ad propoſitũ:q̃ ſi ex forma ſta
tuti debitor debeat carcerari pro debito, q̃
hæres debitoris poteſt etiã carcerari: licet in
ſtatuto nulla fiat mẽtio hæredis. Idẽ Angel.
ibi motus:quia licet loquatur ſtatutũ de de-
bitore hæres debitoris etiã debitor dicitur,
cũ ille proprie debitor a quo dicitur inuito
debitũ poteſt exigi.l.debitor.de verb.ſigni.l.
ſi is cui.§.flauius.ff.de ſolutio, hęres eſt huiuſ
modi,ergo.&c.Idẽ q̃d Bar.& Ang.tenet Bal.
in.l.per diuerſas.C.manda.Alex.Imo.in.d.l.
poſtulante Paul.de Caſt.in.l. ſi deceſſerit. ff.
qui ſatiſda.cogan.Ludo.Ro.in.l.alia.§.elegã
ter.ff.ſolu.matri.Præterea in ſpecie alle. Ioã.
de Imo.poſt Angel.in.l.1.pen.col.ad fi.ff.de
his quæ in teſt. delẽ. vbi in terminis dicit q̃
ſi per ſtatutum inſtrumentũ publicum mere-
tur executionem contra debitorem eodem
modo habebit executionem paratam cõtra
eius hæredes:& ſic dicit Angel.fuiſſe iudica-
tum.Mouetur vltra allegata,qui ex quo de-
bitor eſt obligatus in inſtrumento obligatio
ſuorum hæredũ, etiam virtualiter cõtinetur
in inſtrumento licet non exprimatur hoc in
inſtrumẽto,ar.l.1.C.ſi cer.pet.&.l.ſi pactum.
ff.de probatio.Idem Alex.in.d.l. poſtulante
in.4.col. addatis q̃ Paul.idem reperio tene-
re Ang.in.l.creditores.C. de pig.per.l.hære-
dem. ff. de re.iuris. pro qua cõcluſione facit
tex.ſing.in.l.1.C.quorũ lega.in verſ.hæredi
ſcripto.cum glo iuncto verſi.patre tuo. quã
ad hoc ibi ponderat Bal.dicẽs,notat q̃d exce
ptio quę quotidiæ oritur in palatio cõtra ali
quẽ.ſ.non es nominatus in inſtrumento non
nocet hæredi. imo nominato Titio videtur
eius hæres in eodem inſtrumẽto nominatus
ſecundum eum hanc concluſionem ſequitur
Alexan.in.l.in ratione. la.1.ff.ad.l.falc.in.§.
ſi filio in.5.col.verſ.nota quod eſtipulatio:&
ibi Ang.licet Alex. ponat caſum, e contra.ſ.
quod licet maritus per inſtrumentũ promi-

**Adde ſingu. maria.Soci.cõſ.293.incipi. præſens conſultatio. volu. 2. vbi dicit hãc concluſionem nõ procedere in pacto exorbitanti ſtricte intelligendo, & de.d.Bar. hic alleg. vi. Iaſ.in l.ſi cui. legetur.§.fi. ff.de lega.1. & eundem Iaſ.in.§.fuerat inſtit. de actio.nu.60. & quãdo teſtator fuit nominatus etiã cum dictione taxatiua an nihilominus cõprehendatur eius hæres vid.tex.tum ſingu in l.neceſſarias. §. de vendẽdo. ff.de pign. actio.& Are. & docto.in l. ſtipulatio iſta habere licere.ff.de verbo.oblig.*

ſiſſet reddere dotem vxori ſicut ad petitionẽ
vxoris inſtrumentum habeat executionem
paratam ſic ad petitionem hęredis dictę vxo
ris: & dicit Paul.de Caſt.& bene in d.l.poſtu
lante in princ. q̃d hoc nõ deſeruit de magno
dubio cum hæres & defunctus vna & eadem
perſona cẽſentur ibi plus decidit in caſu for-
tiori,quod etiam ſi ſtatutum dicat inſtrumẽ
tum eſſe mandandum executioni contra de-
bitorem in ipſo inſtrumento comprehẽſum
vel deſcriptum, etiam ſi loquamur in ſtatu-
tis quę non extenduntur de perſona ad per-
ſonam. l.ſi vero.§.de viro. ff. ſolu.matri.tñ
ſecus eſt in hoc caſu, imo mandabitur execu
tioni contra hæredem : nam talis diſpoſitio
ſtatuti intelligitur repellere illam perſonam
quæ non ſit nec reputatur eadem cum defun
cto; ſecus ſi reputatur eadem,vt in authen.de
iureiu.a morien. pręſ. quia tunc non dicitur
fieri extenſio.l.nõ erit in.§.dato.ff. de iureiu.
maxime hoc procedit ſine dubio ſecundum
eum attento,quod notarij ponunt in inſtru-
mentis q̃d talis promiſit per ſe: & ſuos hære
des. ad prædicta allego caſum expreſſum in
l.ex contractu.ff.de re iud.vbi ius executiuũ
tranſit contra hæredem: & dicit ibi Bar. non
obſtat, quod contra nouam perſonam cum
qua non eſt litigatum non habet locum exe-
cutio;quia reſpondet ipſe, q̃d hæres non eſt
noua perſona:ſed vna & eadem cũ defuncto,
& in caſu noſtro eſt minus dubium, quam in
ſtatuto,in quo loquuntur prædicti doctores
nos loquimur in lege quæ indiſtincte extẽdi
tur contra hæredem: & adhuc in d.l.ex con-
tract.eſt fortior caſus;quia ibi fuit litigatum
ex contractu paterno cũ pupilla. & fuit con-
dẽnatio poſt condẽnationẽ abſtinuit ſe a bo
nis paternis;dicit ibi tex.q̃d ſi bona, ſeu hęre
ditas deuenit ad cohęredes vel ad ſubſtitutũ
q̃d tranſit contra eos actio iudicati niſi culpa
turorũ fuiſſet condẽnata;& Bar. ſic ſummat
iſtũ tex.ius executandi ſententiã tranſit cõtra
eũ qui in locũ condemnati ſuccedit.Ratio eſt,
quia iſti habẽtur loco vnius: & ſic in hærede
& defuncto:& ſic cũ vna & eadem perſona cẽ
ſeantur hæres & defunctus, nimirũ ſi ius exe-
cutiuum contra hæredem competat.
¶Hanc tamen concluſionẽ intellige præmiſ 2
ſa prius citatione & liquidato,*q̃d ſit hęres. *b
*Ita dicit Bal.in l.per diuerſas.C.manda. 8.
col.10.quæſt.dicens q̃d vigore ſtatuti diſpo
nentis,q̃d debitor poſſet incarcerari pro de-
bito;licet hæres poſſet capi tamẽ prius debet
citari & diſcuti vtrum ſit hæres,idem Ange.

**Adde Anto.acanar.in tracta.de executio.inſtrumẽtorum in*

S 3 in l.

*30.q.& adde quod hoc poteſt confirmari ex pluribus allega. per Curtium ſeniorem in conſi.73.ſuper memorata facti narratione colu.2.vbi cōſuluit quod ſi poteſtas legitimandi eſt cōceſſa alicui ꝑ hæredibus & ſuccesſoribus ante omnia debet conſtare de illa qualitate quod ſunt hæredes & adde allegata per Hippoli.ſing.187*

in.l.ratione.ff.de ferijs, dicit ꝙ executio ſen-
tentiæ non poteſt fieri contra hæredem. etiā
ſuper repetita, niſi primo citetur ad ſciendū
vtrum ſit hæres.pro quo bene facit tex.in di
cta.l.oratione. vbi eſt caſus quod hæredi eſt
dāda noua dilatio,licet data fuerit defuncto.
Idem Angel.in.l.4.§.ſi ex conuentione. ff. de
re iudi.& in.l.1.C.de iudi.in repet.Idem Bal.
in repetiti.l. tale pactum. §.qui prouocauit.
ff.de pactis in.10.queſtione dicens:ꝙ vbi eſt
noua perſona requiritur ſemper citatio in
executione. Idem Angel.in.l. ex contractu.
ff.de re iudi.& ſic debes limitare illum text.
qui dicit, quod ius executiuū tranſit cōtra hę
redem.Idem Imol.in.l.intra.ff. de re iudi. idē
Alex.in.l.a diuo Pio.§.ſuper venditione.ff.
de re iudi.Idem Angel.in.l.creditores. C.de
pigno.5.col.mouetur, quia hæredi non con-
ſtat de debito.nec iudici conſtat hunc vniuer
ſalem ſucceſſorem: & ſubdit Ange.tene mē-
ti tu Florentine,qui petis vniuerſalem ſucceſ
ſorem capi virtute inſtrumenti guarentigiæ
vel ſententiæ:quia non potes, niſi prius ipſe
citetur.Idem conſuluit expreſſe Alexand. in
caſu ſimilis ſtatuti in conſ.188.in.2.vol.idē
Paul.& Alexand in dict.l.poſtulante.4.col.
dicentes,ꝙ dato ꝙ ſtatutū diceret, ꝙ inſtru-
menta mandentur executioni ad petitionem
creditoris nulla citatione præcedente: ꝙ ni-
hil ominus hæres debitoris debet citari, & li
quidari oportet quis ſit hæres:& ſic eſt de mē
te Bal.in.d.l.per diuerſas.quod Paul.reputat
menti tenendum:& dicit ſic fuiſſe iudicatum:
mihi nunquā fuit hoc dubium:quia cum cre
ditor fundet intentum contra aliquē tanquā
contra hæredem quis dubitat: niſi quod hoc
debet ante liquidari tanquā principale fun-
damentum, ſuper quo ipſe fundat petitionē
ſuam: & debeat liquidari perſonam eſſe ta-
lem contra quam habeat locum executio.
quod nō poteſt fieri, niſi liquidato prius qđ
ſit hæres.bene facit.qđ Bald.dicit in.l.ſi.quis
curialis.C.de epiſ.& cle.omnes iſti habuerūt
fundamentum a quodā dicto notabili, licet
vulgato Innocen.in cap.quia de iudicijs.vbi
inquit, ꝙ quando ius executiuū reſpectu rei
poteſt exerceri contra ſingularem ſucceſſo-
rem alienantis priuſquam exerceatur debet
citari poſſeſſor:& cōſtare,ꝙ iſte habeat cau-
ſam ab eo contra quē poſſet fieri executio.
Habes igitur ꝙ cōtra*heredem executabitur
inſtrumentum liquidato prius, quod ſi hæ-
res citatione præcedente.*¶Ego autem ob-
ſeruabam ſemper hanc practicam ne dilata
retur negotium petebam executionem in-
ſtrumenti contra Titium hæredem Sempro-
nij debitoris mei: offerebam me incontinen-
ti liquidaturum illū eſſe hæredem ſi hoc ne-
gaſſet.Iſta exceptio cum alijs per eum oppo
ſitis liquidabatur coniuncte:& ſic non fiebat
proceſſus diuerſus. Primo vtrum ſit hæres.
Secūdo ſuper exceptionibus per eū oppoſi-
tis:& iſta practica eſt iuridica, vt videbis in-
fra in illa quæſtione,vtrū inſtrumētum non
liquidum mandetur executioni. ¶Prædicta 4
limitat Angel.in dicta.l.creditores eſſe vera,
niſi eſſet mutatus ſucceſſor.puta quia laico
ſucceſsit popillus,vel eccleſia:quia tunc con
tra talem ſucceſſorem inſtrumentum non ha
beret executionem paratam per ea quæ no-
tat Cynus in authen.quas actiones.C.de ſa-
cro ſanct.eccleſi.hoc non pono nunc pro con
ſtanti, vt infra dicitur in illa quæſtione ſi in-
ſtrumentum habebit executionem paratam
contra clericos:nā Bal.in authen.quas actio-
nes.5.col.expreſſe tenet, ꝙ ſiue quo ad forū,
ſiue quo ad executionem inſpiciatur perſona
priuiligiati,& ſic clerici ſuccedentes laico: &
ſic de alijs priuilegiatis, quia executio eſt a-
ctus de futuro, i. poſt mortem authoris. Ideo
non conſideramus cauſam de præterito: ſed
locum & tempus quando & ibi fiet argu. l.
miſsi opinatores.C. de extra.tribu. & ſic de-
bet inſpici perſona in quā ſit, ſeu fieri debet
executio Bar.in.l.cūctos populos.C. de ſum
ma trini.& ſid.ca.tenet contrarium.Imo, qđ
etiam in foro epiſcopi habebit executionem
inſtrumentum vigore ſtatuti mandatis exe-
qui inſtrumenta:ſi eſt vera opinio Bar. mul-
to fortius deberet exequi contra clericum hę
redem laici:& de iure regni habemus quan-
dam legem ſingularem diſponētem, ꝙ ſi cle-
ricus ſit hæres laici, ꝙ poſſet conueniri corā
iudice laico: & iſta ex lex in prima partita.l.
67.incipit(temporales ſon llamados) titu.6.
(de los clerigos): & tunc ſine dubio haberet
contra clericum hæredem executionem pa-
ratam.¶Aduerte tamen ſingulariter & vtili-
ter ad multa,ꝙ vbicunq; hæres eſt intra tem 5
pus conficiendi inuentarium non poteſt con
tra eum exequi inſtumentum.eſt tex. ſingu-
laris *in.l.ſi.in. §. donec. C. de iure deli.vbi
eſt caſus intra tempus conficiendi inuentariū
non poteſt hæres a creditoribus vel legata-
riis conueniri.plus probat ibi tex. in quantū
dicit eos inquietare,quod intra dictum tem-
pus non poteſt fieri cōtra hæredem executio
ſentēriæ latæ cōtra defunctū:& ſicut hæc ex-
ceptio

*Nota practicā quam ſeruabat autor.*

*l.regni.*

** Adde de his omnibus videndū Phili. Cor.in.§.donec.l.ſi.hic allega. inter alia poſt alios doct.dicē tē quod licet hæres nō poſſit conueniri poteſt tamen interim alios cōuenire.Nec obſtat titulus ff.quod quiſque iuris quia loquitur in iure impetrato, & in iure in quo:& adde Franciſcū porce. in tracta. de inuētario. c.4.in.7.q.*



ceptio impedit executionē ſententiæ ad hoc
ſolus Bar.ponderauit ibi illū tex. & per illū
dicit, ꝙ practicatur quotidie ꝙ executio in-
ſtrumentorū non fit contra hæredem infra
tempus cōficiendi inuētarium, quod perpe-
tuo tene menti:quia eſt ſingularis concluſio
& eſtenſio ad hanc.l. & miror quod doctores
quos ibi viderim non faciant mētionem de
eo: & obtinebit hoc locū dato ꝙ hæreditas
ſi locupletiſsima & notorie ſit ſoluēdo: quia
etiā vbi talis eſt hæreditas poteſt pretendere
hæres exceptiones,& beneficia inuentarij cō
ficiendi & eis gaudere,etiam quo ad ſolutio-
nem differēdam: ita extendit Bal.d.§.donec
in.§.cū igitur.eiuſdem legis in princ. & hoc
proderit multum hæredibus:& eſt iuſtū pro
pter occupationem quam habent in inuenta
rio conficiendo.
6 ¶Hoc tamen fallit vbicunq; hæres conueni-
tur ad reſtitutionem vſurarū vel aliarum re
rum male ablatarum a defuncto quæ per te-
ſtamentum vel per contractum mandauit re
*d ſtituere:*quia tunc hæres ſtatim mortuo de
functo poteſt conueniri,nec gaudebit dilatio
ne inuentarij cōficiendi:ita prius determina-
uit Ricar.Malum.vt recitat Cynus in d.§.do
nec mouetur propter periculum animæ quę
omnibus rebus præferēda eſt.l.ſancimus. C.
de ſac.ſan.eccle.c.cū infirmitas de pœni.& re
miſ.Item quia ideo datur dilatio,quia omni
bus remanet ius ſuū ſaluum: ſed hoc nō eſſet
in iſto caſu,cum animæ detrimentum iā illa
tum non per hoc tollatur poſtea,argu.l.2.ff.
de appel. reci. bene facit nota.text.in l.tutor
qui repertorium in prin.ibi(niſi id quod dila
tionem modicam expectare nō poſsit.)ff. de
admi.tur.vbi tex.dicit, quod tutor ante con
fectum inuentarium nō poteſt gerere nec ad-
miniſtrare, niſi id quod dilationem modicā
requirat,& ſic in propoſito idem tenet Bald.
in d.§.donec,vbi dicit plus: quod hoc etiam
habebit locum in relictis ad pias cauſas.Hāc
doctrinam ſequuntur ibi Sali.Ang. & Alex.
Bal.in addi.ad Specu.titu.de inſtru.edi.tu ad
de tex.ſingu.hoc probantem in l.nulli.C.de
epiſ.& cler.ibi(pium defuncti propoſitū ſine
vlla cunctatione vt conuenit impleturus) &
ibi glo. exponit ſine vlla cunctatione. i. ſine
vlla mora,& ibi Bal.ponderauit ibi illū tex.
adhoc dictū Cy.in d.§.donec eſt verum, qđ
tex.ibi ſi bene ponderetur loquitur in execu
tore non in hærede,ſed eadem ſtat ratio & di
ſpoſitio bene facit quod per eūdem tex. dicit
Bal.in d.l.nulli, quod in relictis ad pias cau-
ſas: licet differatur hæreditatis aditio,nō dif
fertur executio:idem Bald.in l.eam quam in
4.col.C.de fideicom.quod ſi eſt res quæ dila
tionem non recipit:& eſt relictū ad pias cau-
ſas,puta pro ſepultura vel pro ſuſtentatione
infirmorum,quod tunc nulla requiritur adi
tio hæreditatis.allegat Cynum in d.§.donec.
idem Io.de Imol.in l.1.§. hæc ſtipulatio.ff.ſi
cui pluſquā per l.falci.dicens,quod dictus.§.
donec non habebit locum ſi hæres conuenire
tur pro impenſa funeris,vel pro alimentis re
lictis pauperibus,qui fame perirēt cū ſit eadē
ratio quæ in vſuris.idē Alex.in d.§.donec.
¶Item fallit vbi hæres conueniretur rei ven 7
dicatione,quia tunc ex quo cōuenitur,vt qui
libet poſſeſſor,non vt hæres non gaudet be-
neficio.d.§.donec.ita tenent Bal.Salic. Paul.
Alex.poſt alios in d.§.donec reprobata com
muniter opinione Cyni.ibi & contra eū facit
tex.in d.§. donec.qui loquitur de creditori-
bus hæreditarijs:vnde creditores non hære-
ditarij non cōprehenduntur, vt ibi dicebat
Alex.& hanc opi.approbat ibi Ang.allegat
tex.ſingu.in ſimili in l.Neſennius in.§.fundū
ff.de re iudi.
¶Item fallit ſi ipſe hęres alios inquietat,vt hę 8
res quia poterit reconueniri a conuentis ab
eo: ita dicit Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio. ff.ſi
cui pluſquā per l.falc.in.6.col.arg.l. ſed ſi.§.
& a gūt.ff.de iudi.C.de ſen.& in om.iudi.au-
then.& conſequenter,ꝙ dicit verum niſi ipſe
alios cōueniret neceſsitate cōpulſus. puta qa
debitores hæreditarij cū pecunia fugiebant:
vnde fecit eos capi,vel domus vicinæ mina-
bantur ruinam ſuper domum hæreditariā:
vnde petijt cautionē dāni infecti per d.§. ſed
ſi agāt.& dicit quod ita vidit pluries de facto
practicari & iudicari de omnibus ſup.dictis.
¶Finaliter notabis vnū, & eſt ꝙ ſi minor qui 9
nō cōfecit inuētariū petit ſe reſtitui ad ipſum
conficiendū,ꝙ pōt vt in authē.de hęre.& fal.
in.§.pupillus ꝙ interim nō debet contra mi-
norē aliquid innouari.ita no.cōcludit Bal.in
l.ait prætor la.1.ff.de mino.in ſi.princ.
¶Idem dicas actiue:vnde hæc lex quę permit 10
tit,quod inſtrumenta mandentur executioni
ad petitionem creditoris habebit etiā locum
ad petitionem hæredis eius, ita dicūt Pau.de
Caſt.Alex.in d.l.poſtulante in.4.colu.quod
ſtante ſtatuto:de quo hic ꝙ inſtrumēta man-
dentur executioni ad creditoris petitionem,
habebit etiam executionem paratam ad peti
tionem hæredis eius.allegant Ioan. Andr.in
additio. ad Specu. in titu. de ceſ. actio. idem

*principali de effectu inuentarij.*

Bal.expreſſe in l.vnica.in.§.videamus.ad fi.
C.de rei vxo.actio.eſt caſus & ibi Bal. in l.1.
C.quorum lega.vbi Bal.per illum tex.dicit,
quod ſemper hęres videtur nominatus in in
ſtrumento dato,quod de eo non fiat mentio
in inſtrumento,facit text.in l.vnica.C.vt a-
ctio.ab hæredi.& contra hęred.vbi actiones
actiuæ & paſsiuæ incipiunt ab hærede;& cō-
tra hæredem.facit totus titulus.C.de hære-
di.actio.accedat tex.ſingu.& vnicus in l.ſi ſer
uus in.§.qui Margaritam.ff.de lega.1.vbi eſt
tex.quod imperſonalitas in vltima volunta
te non viciat;imo videtur teſtator ſe referre
ad vniuerſalem hæredem,tā grauando, quā
onerando de grauato.eſt ibi caſus quod ſi te
ſtator ita ſcripſit rogo te Titie vt acceptis cē
tum illum ſeruum manumitas: quod licet te
ſtator non dixerit, a quo acciperet videtur
onus iniunctum hæredi & ipſe videtur gra-
uatus dare & ad hoc tenetur. ad hoc illū tex.
dixit vnicum Bal.in authen.ſi quando.C.de
conſti.princ.& in d.l.vnica.C.vt actio.ab hę
re.fi.col.vbi illum extendit etiam ad onera-
tum: vnde infert quod ſi in teſtamento dixi
lego poſt mortem Titij.10.quod legatū vi-
detur factum hæredi Titij quod eſt nota.ſe-
quitur hoc Sali.in d.l.vnica Paul.de Caſt.in
d.§.quæ Margaritam.dicit eſſe tex.in l.3.§.ſi
quis acceperit.ff.de ſtatu.libe. maximum fe-
ſtum ad hoc fecit de illo tex.Ludouicus Ro-
mañ.in ſingulari.47.

11 ¶Intellige tamen iſtam concluſionem,dū ta-
men petens executionem probet ſe hæredē,
& ſic perſonam ſuam legitimare:vt dicit Bal.
in d.l.per diuerſas Ang.in d.l.creditores.

12 ¶Plus dico,quod non ſolum ad petitionem
hæredis:imo etiam ad petitionem legatarij
inſtrumentum habebit executionem para-
tam,ita notanter dicit Bal.in l.ex legato.C.
de lega.& eſt finale verbum ſuum in d.l.vn-
de ſi alicui eſt legatum nomen debitoris ille
legatarius habebit vigore inſtrumenti con-
tra eum executionem paratam,ſicut haberet
defunctus:& licet ipſe non dicat expreſſe pro
batur per d.l.ex legato,vbi eſt text.quod le-
gato alicui nomine debitoris licet non com
petat ei directa non mandatis actionibus, ab
hærede tamen competit ei vtilis ſuo nomine
& ille cui competit vtilis poteſt petere exe-
cutionem.l.4.§.1.&.2.de re iud.l.nam & po
ſtea.§.iuſiurandi.ff.de iureiurand.& Bar.ex-
preſſe in l.1.ff.de actio.& oblig.4.col.& di-
cam infra in quæſtione de ceſsionario.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum habet paratam executionem etiam ſi in eo deficiat verbum promitto.*
2 *Illud quod virtualiter cōtinetur in inſtrumē to cenſetur eſſe ſcriptū in eodem.& nu.5.*
3 *Præſumptio reſultans ex inſtrumento an poſ ſit mandari executioni.*
4 *Excluſa probatione contra inſtrumentū non intelligitur excluſa contra præſumptionē reſultantem ex inſtrumento.*
6 *Subſcribens ſe inſtrumento an omnia præce- dentia confirmet.*
7 *Subſcriptio generalis an ſufficiat.*
8 *Si reperiatur folium ſeparatum ſcriptum alie na manu & ſubſcriptum manu notarij an probet.*
9 *Subſcribens ſe cedulæ vacuæ ſibi non præiu- dicat.*

Secundo extende 1 *Secunda extenſio.*
hanc legem,quod habeat locum eius diſpo-
ſitio,& inſtrumentum habeat executionem
paratam,dato quod in eo deficiat verbū pro
mitto. * Iſte eſt caſus valde ſingularis in l.ſi *Adde mo-*
duo patroni.§.Marcellus. ff. de iureiurā.ibi *der.in l.ſcien-*
(rem ſibi in dotem dediſſe) hunc text. Primo *dū.ff.de ver-*
ad hoc ponderauit Bart.in l.1.ff.de his,quæ *bo.obli.la.§*
in teſta.delen.per quem infert ad propoſitū, *Marcellus hic*
quod ſi ſtatuto ciuitatis cauetur,quod inſtru *alleg.in prin.*
mentum publicum mandetur executioni, ſi
apparet inſtrumentum publicum,in quo vir
confeſſus eſt, ſe recepiſſe dotem & aliter non
apparet in inſtrumento, quod promiſit reſti
tuere dotem,quod nihilominus dictū inſtru
mentum mandabitur executioni per d.§.pe.
eundē ſequitur ibi Io.de Imo. Mouetur quia
licet iuramentum ſit ſtricti iuris.c.pe. de iure
iuran. * tamē ſi quis iurauit ſe dediſſe dotem
trahitur iuramētum,vt videatur iuraſſe etiā *a
ſibi promiſſam dotē reſtitui, dicit eſſe caſum
in d.§.penu. qui incipit Marcellus,certe inad
uertenter Ioan.de Imol. errauit in caſus poſi
tione.d.§.pen. nam ibi non iurauit mulier ſe
dotem dediſſe:ſed maritus iurauit eā ſibi do-
tem dediſſe.vnde eſt ibi caſus notabilis, quod
ſi maritus iurauit quod vxor ſibi dotem de-
dit, quod ex tali iuramento licet nihil dixit
de promiſſione vxor habebit vtilem actio
nē de dote virtute iuramēti contra maritum
vel



vel eius hæredes, ſed cū iuramentum habeat
executionē paratā,vt hac.l.poſt rē. certe eſt
ibi caſus ad literā de iſta quæſtione.ſ.quod ex ſo
la cōfeſsione mariti de dote recepta licet nil
dictum ſit de promiſſione, habebit cōtra eū
executionem paratam.Hanc quæſtionem di-
cit ibi Bal.ſe habuiſſe de facto,& quod ſuper
ea conſuluit antequam intraret palatium, &
tenet opin.Bar. dicens quod ſic ſeruatur in
practica.& moueretur vltra Bar. quod ex
quo pręſuppoſito inſtrumento neceſſario ſe-
quitur huiuſmodi obligatio, quia debet mā
dari executioni. adducit in ſimili quod ve-
niens ex tacita ſubſtitutione habet beneficiū
l.edicto.C.de ædi.di.Ad. Item facit tex.nota
in.l.iuris gentiū.§.quod fere.ff.de pactis.vbi
illud quod pręſumitur & conuincitur ex in-
ſtrumento:videtur eſſe proprie tenor ipſius
inſtrumenti, hæc fuerunt eius fundamenta,
dicit quod ſic ſeruatur in practica: mouetur
2 Ioan.de Imo. ¶Quia illud quod virtualiter
continetur in inſtrumento debet intelligi eſ
ſe ſcriptum in co.ar.l.aſſe toto.ff.de here.in-
ſti.&.l.ſi ita ſcripſero de condi.& demo.idē
reperio tenere Bal. in.l.vnica in.§.& vt ple-
nius ad fi.C.de rei vxo.actio.dicens quod in-
ſtrumentū cōfeſsionis dotis, quod in ſe taci-
te continet promiſsionem de reſtituendo.ita
meretur executionem ſicut expreſſa promiſ-
ſio reſtitutionis quod dicit eſſe menti tenen-
dum,idem Bal. in effectu in.l.vbi adhuc in.
4.colum.verſi.aduerte.C.de iure doti.vbi
ponit hanc regulam,quod vbi ex aliquo ex-
preſſo in inſtrumento ſequitur aliquid taci-
tum de neceſsitate,perinde habetur, ac ſi il-
lud eſſet in inſtrumento deſcriptum. vnde
infert quod licet in inſtrumento dotali non
fiat mentio de hypothecaria:tamen quia ſup
poſita dote de neceſſario ſequitur hypothe-
caria,quod dicta tacita hypotheca habet ean
dem executionem,quam ex forma ſtatuti ha
beret hypotheca expreſſa in inſtrumento,
idem Bal.in.d.§.& vt plenius & Bal.in.l.ad
probationē la.1.C.de probatio.dicens quod
tacitæ ſtipulationes.ita mandantur executio
ni ſicut expreſſæ cum præſumptio ſumpta
ex inſtrumento reputatur eius tenor. alle-
gat.d.§.quod fere:& ſic refert conſuluiſſe &
eſſe primum conſiliū quod dederit ex com-
miſsione iudicis de cauſa iudicantis de his &
alijs ſimilibus aliqua ſcripſit Andre. Sicu.in
repeti.rubri.de fide inſtr.& in repetitio.l.cū
acutiſsimi de fidei com.ego latiſsime in mea
ſolenni repetitione.l.1.C.de hæredi.actio.

Plus dixit Alexand.Imol.in d.§.quod fere ad fi- 3
nem quod vigore ſtatuti permittentis inſtrumē
tum executari, etiam executabitur præſum-
ptio reſultans ex inſtrumento. Mouetur ex
his quæ docto.dicunt in locis a me relatis &
licet ipſe nō dicat in hoc vltimo reperio Bal.
ibi circa fi.tenere contrarium dicens,quod ſti
pulatio doctis pręſumpta ex inſtrumento nō
meretur executionē vigore ſtatuti ſicut in-
ſtrumentum fundatur Bal.ex quadam gloſſ.
poſita in dict.§.quod fere.vbi eſt caſus quod
ſolennitas præſumitur interueniſſe inſtru-
mento hoc modo quia ſi in inſtrumento cō
tineatur,quod interuenit interrogatio & re-
ſponſio,præſumitur quod interuenit ſolen-
nitas ſtipulationis a iure ciuili requiſitę tamē
bene poteſt probari contrarium dicit gloſſ.
quod etiam per teſtes. Certe aliquam diffe-
retiam crederem eſſe inter caſum,in quo lo-
quitur Bar.& alij in d.l.1.ſ.in tacita hypothe
ca & in tacita promiſsione ſeu ſtipulatione:
& in alijs quæ de neceſſario ex natura actus
ſequuntur in conſequentiam contractus, vt
in eo qui confitetur ſe recepiſſe a iure tacite
ineſt promiſſio quod debeat ſoluere & reſti-
tuere quod confitetur & in ſimilibus quam
in præſumptione reſultante ex inſtrumento,
nihilominus teneo contra Bal.ſequens opi-
nio.Alexen.quia ſi illa præſumptio, quæ re-
ſultat ex inſtrumento eſt talis, quā lex præſu
mit puta ſi præcedit interrogatio & reſpon-
ſio præſumitur quod ſtipulationis ſolēnitas in-
teruenit, & ſic de ſimilibus donec probetur
contrariū, non video rationem, quare tale
inſtrumentū non mandetur executioni: & ſic
in ea præſumptione,quam lex præſumit, &
eſt præſumptio certa.ſequor opinio. Alex.
ſecus in alijs præſumptionibus. Et poſt quā
hæc ſcripſit reperi hoc meū motiuum ſentire
quendā modernū auditorem Rotæ Eelinum
Sādeum nomine in c.trāſlato de conſtitu.3.
col.ver.ſed generaliter. Vbi dicit,quod illud quod
reſultat ex præſumptione habetur pro ex-
preſſo in inſtrumento, niſi deducatur taliter
quod de neceſsitate nō inferat:ſed perſuaſiue vel
argumentatiue: ſed certe iſte fuit ſenſus Bal.
recte intuēti in d.l.ad probationē dū allega.
d.§.quod fere & l.ſciendū de ver.obli.&.§.ſi ſcri
ptū inſti.de inu.ſtipula.¶Secus dicas vbi per 4
ſtatutum excluditur probatio contra inſtru
mentū,quia non intelligitur * excluſa cōtra *d
pręſumptionē reſultantē ex inſtrumēto. hoc
probat glo.nota.in l.reos in.§.cū tabulis.ff.
de duo.reis.quā dicit Ang.eſſe perpetuo mē

ti tenēdam. ibi. & ſubdit, quod aduocati notabiles dicunt per illam gloſſ. quod licet cōtra inſtrumentū guarentigiæ ex forma ſtatuti non admittatur probatio, niſi per aliud inſtrumentum, tamen contra præſumptionem reſultantem ex ipſo inſtrumento, bene admittitur probatio per teſtes. ſimilis gloſſ. eſt in dict. §. ꝙ. fere: & ibi Ange. multum cōmendans hanc concluſionem: hoc probat gloſ. in l. quicunꝗ. C. de apochis publi. lib. 10. & per eam dicit Bar. ibi. ꝙ licet contra inſtrumentum in ſcriptis non admittatur probatio in contrarium, niſi per ſcripturā. l. generaliter C. de non nu. pe. tamen contra præſumptionem reſultantem ex ipſo inſtrumēto, poteſt fieri probatio per teſtes. Ponit exemplum ſi per ſtatutum non poſſet inſtrumentū redargui de falſo, niſi per aliud inſtrumentum aliquis produxit contra me inſtrumentū quod habet plures clauſulas inconſuetas: & ſic eſt præſumptio falſitatis ſecundū glo. in l. 3. de condi. inſti. certe contra talem præſumptionē bene poſſum probare per teſtes. Hoc exēplum non ponit Bar. ſed eſt quædam additio Ang. vel Alex. quod mihi diſplicet, quia proprie tunc non probatur contra inſtrumentū: ſed coadiuuando inſtrumentum ſi vellet probare quis contra illam præſumptionem non probabat; niſi qui producebat inſtrumētum illud eſſe verum cōtra talem præſumptionē melius exēplificabis in caſu d. l. quicunꝗ de eo qui ſoluit tribus annis præſumitur in præteritum ſoluiſſe contra illam præſumptionē, quæ reſultat ex inſtrumento in quo continetur ſolutio trium annorum bene poſſum probare per teſtes contrarium dato quod cōtractus ſolutionis eſſet in ſcriptis ſecundum formam in d. l. generaliter. Iſta omnia tene mēti ad hanc. l. quæ mandat quod poſt. 10. dies non admittatur exceptio nec probatio ad executionem impediendam, quia illud eſt verum contra inſtrumentū: ſed bene cōtra præſumptionem reſultantem ex ipſo inſtrumento, quæ ex ipſo inſtrumento non cōprægenditur quod eſt importantiſſimum ſi ſcis deducere in practica dum caſus occurrerit.

5 ¶Et ad confirmationem* ſupradictæ concluſionis. ſ. quod illud quod tacite reſultat ex inſtrumento habeat executionem paratam bene facit quoddam conſilium Petri de Ancha. con. 186 Incipit viſa diligenter vbi cōſuluit ſuper quadam bulla conceſſa a Bonifacio populo Ferrarieſi in qua priuantur nō expreſſi in inueſtitura ſi eam non petierint dicit, quod illi dicuntur expreſſi, qui comprehenduntur tacite ex verbis inueſtituræ ſumpta interpretatione a iure communi ſubdens generaliter, quod vbicūꝗ requiritur expreſſio in perſonis vel rebus ſufficit quod includantur ſub natura verbi expreſſi: adde prædictis notabile verbum Bal. in l. ſi quis ad declinandam in. 3. col. C. de epiſ. & cleri. vbi tenet, quod ſi aliquis in teſtamēto inſtituit pauperes, quod epiſcopus qui habet ius & nomē hæredis per d. l. poteſt nomine pauperum petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum ex edicto diui Adriani. Nec obſtat quod aliud eſt, quod intellectu percipitur aliud quod in ſcriptura continetur. l. 1. ff. de his quæ in teſt. delen. quia ſatis continetur ex quo nomine pauperum epiſcopus virtualiter repræſentatur & per alias rationes per eum ibi adductas. & illa fuit opinio Iaco. doctoris antiqui: & ita fuit obtentum ſecundum eum. facit tex. not. in c. cum olim in fi. ibi (patebat expreſſe) de cēſi. per quem decidunt ibi Anto. & Abb. quod inſtrumentum dicitur clare & expreſſe probare non ſolum quod continetur in eo directe, ſed etiam indirecte, & quod inſtrumentū mandabitur executioni etiam in his quæ in inſtrumento indirecte probantur, facit text. nota. iuncta glo. in l. prætor ait in. §. interdū ff. de noui ope. nuncia. dicit ibi tex. quod edicto expreſſum eſt nequid noui operis fiat poſt denunciationem. dicit ibi glo. ſuper parte expreſſum. ſ. tacite quia eo ipſo quod mādat deſtrui videtur vetare ne fiat. ecce ergo caſum iuncta gl. quod expreſſum dicitur id quod tacite & neceſſario ſubintelligitur in expreſſa diſpoſitione, facit tex. nota in c. ſuper quæſtionum in. § intentionis de offic. delega. vbi eſt caſus, quod ſi intentio ſcribētis colligitur ex coniecturis, dicitur liquido cōprægendi, quem ad hoc ibi commendat Abbas & alij vt de is late per Andre. Sicu. ibi. & in d. capi. tranſlato. ſ. quando aliquid dicatur liquido probari & poſt eum prædictus auditor rotæ, vnum tamen inaduertenter dixiſſe arbitror. ſ. quod Bar. in l. 1. ff. de his, quæ in teſt. delen. tenuerit contra cōmunem opinionē. ſ. ꝙ tacite ſtipulationes; ſeu hypothecæ non mereantur executionem: nam re vera contrariū tenuit recte intuenti, & ipſe primus ad hoc allegauit dict. §. penul. l. ſi duo patroni & ſic ab omnibus intelligitur. ¶Per optime adducitur ad prædicta id quod Angel. dicit in l. ſi ita ſtipulatus in. §. Griſogonus. ff. de verbo. obliga. per illum tex. ibi (coram ſubſcribente) ibi eſt caſus quod qui ſubſcribit ſe alicui ſcripturæ vt principalis omnia præcedentia confirmat. addit Ang. quia ſubſcribēs virtualiter ſcribit omnia præcedentia, quorum habuit notitiam, vnde infert ad ſtatutū Florentinum quod diſponit vt ſcriptura facta manu debitoris propria executioni mandetur ad volūtatem creditoris, ſi ſcripta eſt manu tertij & ſubſcripta manu debitoris aſſerentis ſe omnia ſupra ſcripta confirmare & approbare ſatis eſt & mandabitur executioni: ratio quia virtualiter ſub illis verbis omnia prædicta ſcripta continentur: & ſubſcripta dicūtur manu propria ex quo ſcripta eo modo vt ſupra. Mouetur Ang. ex alio quia virtualiter ſcribit ille, qui ſcribit per cifras conſuetas nota in auct. ꝙ ſine. C. de teſta. probatur in l. diuus. ff. de falſis in prin. iuncto. §. ſcribere &. §. diuus. Ego allego tex. ſingularē ad hoc in l. pluribus. ff. de verbo. obli. in princi. ibi (proprius eſt vt tot ſtipulationes quot res ſint) vbi eſt caſus, quod ſi in præfatione plures ſunt poſitæ; deinde ſubſequatur ſtipulatio ea omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt dari qđ tot cenſentur eſſe ſtipulationes, quot res in præfatione numeratæ. & illum ad hoc ponderat ibi Ange. ad hoc quod paria ſunt aliquid apparere ex figura & imagine verborū, vel ex verbis vel ſub verbis aliquid contineri virtualiter. ex quo infert quod ſcriptura tertij ſubſcripta manu debitoris habet executionem paratam, ſicut ſi tota manu propria debitoris ſcripta eſſet: & vltra hoc ſubdebat Ange. legendo in voce rationem, vt refert Imo. & Alexan. in dict. §. Griſogonus. quia ſi aliud diceretur multa inconuenientia ſequerentur forte erat vnus tardus ſcriptor, qui volebat contrahere ſecundum formam ſtatuti, vt inſtrumentum haberet paratam executionem propter multitudinem ſcripturæ, hoc de facili non poſſet: refert Alexand. & Imo. Ange. dixiſſe ſic fuiſſe conſultum in ciuitate Florentiæ. Hanc concluſionem Ange. ſequuntur ibi Imo. & Alexand. qui eleganter & copioſe more ſuo loquitur. idem ibi Paul. de Caſtr. idem ſentit Bart. per illum tex. in l. emptor in. §. Lucius. ff. de pactis. dicens nota quod ille, qui ſubſcribit ſe ſcripturæ factæ per alium ſibi præiudicat ſicut ſi ipſe ſcripſiſſet. idem ibi Ang. probat tex. quem ad hoc allegat Bar. in l. 1. in. §. ſi inter filium. ff. de falſ s. facit. l. ſi fideiuſſor. in. §. fi. de pign. bene facit quod ſcribit Bald. in aucten. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. vbi tenet, quod pœna illius auct. quæ diſponit contra negantem propriam ſcripturam, habet locum in ſcriptura ſcripta a tertio & ſubſcripta a debitore negante. Per hæc & alia multa Alex. reſidet in concluſione Ange. & reſpondet ad aliqua obiecta quæ in contrarium adduci poſſent, facit. l. ſi ita ſcripſero de con. & demonſt. & l. aſſe toto, de hæred. inſti. cum ſi. & quæ not. Barto. & docto. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. materia eſt larga de qua per. Alex. ind. in d. §. Griſogonus. ponentem plures remiſſiones & quod ſubſcribens & ſigillans videatur conſentire, vide Bar. in d. l. quæ dotis in fi. vbi allegat pulchras leges.

*late diſputat quādo poteſt dici expreſſi illud quod tacite cōtinetur licet verbis non exprimatur: & vid. ſcribent. poſt Bar. in l. 1. ff de vulg. & pupil.*

** Adde inſimul plura per Iaſ. in l. prætor in principio. ff. de noui operis nunciatione vbi*

** Adde ſing. & late per Feli. in c. quoniam contra de probati. car. pen. nu. 43. vbi ordinauit regulā cum. 7. limitationibus, ſeu declarationibus: & vid. plura remiſſiue citata per Hippo. marſi. in repetit. rub. C. de probatio. nume. 296. verſic. modo his viſis.*

¶Aduertas tamen quod in forma & modo ſubſcriptionis Bar. fuit in quadā opinio. ſingulari in l. diuus in. §. Item ſenatus. ff. de falſis. dicit. n. quod ſubſcriptio generalis nō ſufficit vt probat ibi tex. & in. §. inter filium. l. 1 eiuſdem tituli. quod dicit Barto. prodeſſe ad infinita. vnde dicit quod ſi aliquis ſcripſit vnam cedulam in qua continentur quædam facta in fauorem ſui & in fauorem mei, ſubſcripſi me dicēs omnia dicta approbo & mea voluntate eſſe ſcripta dico & confirmo, quod hæc cedula non valet contra me, niſi ſpecialiter fiat ſubſcriptio hoc modo, dicendo quod factum eſt de tali contractu inter me & talem approbo & ſic requiritur ſecundum eum ſpecialis ſubſcriptio, idem dicit de notario qui impeditus poteſt inſtrumentum ſcribere per alium. l. 1. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. ſi. §. ſin autem dubius. C. de iure. delibe. ibi (vel ſcribere impeditus) quod notarius non debet facere generalem ſubſcriptionem dicendo omnibus quæ ſupra ſcripta ſunt ipſe inter fuit: & de eis fuit interrogatus; ſed debet facere ſpecialem ſubſcriptionem, dicendo omnibus quæ ſupra ſcripta ſunt inter talem & talem. nec ſufficit generalis, niſi committeret filio ſuo. & ita reſidet per dicto. §. Item ſenatus. ſed Angelus in dicto. §. Griſogonus; tenet contrarium dicens quod ſufficit generalis ſubſcriptio prout ſupradictum eſt: & quod non inuenit lege cautum id quod Bart. dicit ad. §. Item ſenatus. reſpondit quod ibi eſt caſus ſpecialis, eo quod ſcriptura erat l. prohibita, niſi de cōſenſu expreſſo ſcribentis conſtaret. Idem Baldus in auctentica ſi quis in aliquo. C. de edend. in. 3. colum. verſiculo vlterius ponamus expreſſe reprobando dictum Barto. in §. Item ſenatus. idem dicit de tabellione, quod ſufficit generalis ſubſcriptio dicendo prædictis omnibus inter 7

*¶ Hæc additio cadit in 7 nu. in verbo ſubſcriptionis.*

*Adde quod ſecundū magis cōmunes concluſiones non requiritur ſpecialis ſubſcriptio ſed ſufficit generalis ſecundum Alexā. de Imo. optime loquentē*

*in con. 147. ponderatis in 2. vol. conſi. col. 2. vbi late repetit opinio. Bar. in. § item ſenatus hic alleg.*

terfui cum talia verba habent relationẽ ad certum. & reſpondet ad. d. §. eo modo quo eius frater quod ibi præcedẽs ſcriptura erat prohibita a iure; vt quando quis ſibi aſcribit & ſic ad purgandum vitium requiritur ſubſcriptio ſpecifica. Hanc opi. approbat Petrus de Ancha. in conſ. 234. incipienti in Chriſti nomine prius de viribus probationis & recitat & ſequitur opi. Bald. in d. §. ſi quis in aliquo. quia ſufficit ſecũdum eum approbatio: & ſubſcriptio generalis habens relationem ad ſpecificata. §. 1. Inſti. de inu. ſti. & hanc ſequitur Alexan. in d. §. Criſogonus. 3. colu. vltra prædicta mouetur: quia idem operatur genus, quo ad omnia quod operatur ſpecies quo ad ſpeciem. l. ſi duo in ſi. de admini. tuto. l. ſi chorus in prin. de lega. 3. l. omnes de prę. 30. an. & dicit ſibi non placere, & bene concordiam datã ibi ad Imo. inter Bar. & alios, quia in dubio præſumitur ſubſcribẽs habere ſciẽtiam omnium contentorum in ſcriptura, in qua ſe ſubſcripſit vt Bar. in. l. 1. in. §. ſi. ff. quẽ admo. teſt. ape. l. nõ eſt ferendus cũ ibi nota. per docto. ff. de trãſa. vnde ſi ille qui ſubſcripſit allegat ignorantiam habet neceſſe illam probare. cum ſit fundamentum intentionis ſuæ. l. ei qui dicit & l. in exceptionibus. ff. de probatio. ſecundũ Alexan. facit tex. nota. in c. ſi pro dote de reſcrip. lib. 6. & ibi Domi. in prin. dicit, nota ꝙ ſcriptura dicitur eſſe alicuius quãdo ille non ſcribſit propria manu: ſed alius de eius mandato quod dicit notandum ad dubiũ ſtatuti diſponẽtis quod quis non admittatur ad excipiendum contra ſuã ſcripturã in qua continetur promiſſio pecuniæ, quia videretur habere locũ etiam ſi non eſſet propria manu ſcripta: ſed alterius de
8 eius mandato: quod eſt notandum. ¶ Supradicta fortiſsime præſtant opem cuidam eleganti cõſilio Paul. de Caſt. conſi. 230. incipiẽti in Chriſti nomine amẽ. Dubitatur primo an comes Palatinus in. 6. colu. vbi conſuluit quod ſi inter abreuiaturas ſeu protocola notarij iam defuncti non reperitur inſtrumentum legitimationis, ſuper qua erat dubium: ſed ſolum reperitur quædam nota in quodam folio ſeparato non poſito in libro: ſed ſcripta manu alterius, & ſubſcripta manu notarij, vtrum ex hoc vitietur, inſtrumẽtum legitimationis? Arguit primo ꝙ ſic ex doctrina Bal. in rubrica de fide inſtru. dicẽtis protocolũ debere eſſe ſcriptũ propria manu notarij: ſed contrarium conſuluit dicens, quod doctrina Bal. debet limitari niſi protocolum ſit ſubſcriptum manu ipſius notarij: nã perinde eſt ac ſi totum fuiſſet manu ſua ſcriptũ. allegat. l. emptor in. §. Lucius. ff. de pactis & ego iam habui de facto in quodam arduo negotio apud ciuitatem Hiſpalenſem. Intellige quod ſubſcriptio notarij * debet eſſe copioſa vt ſupra poſui exemplum, quia propter ſubſcriptionem breuiſsimã vidi corruere aliud negotium in caſu conſimili: & iſta adde dicto conſilio Pau. de Caſt. qui pauca & breuia adducit fundamenta, & hoc accidit quotidie, quia multoties partes vadunt ad notarium & portant ſecum contractum ordinarum & vadunt coram tabellione & celebrant cõtractum, & dimittunt ei illam ſcripturam pro regiſtro: quia ſi eſſet ſubſcripta manu tabellionis eo modo quo ſupra dixi, licet ſit ſcripta manu alterius valebit vt protocolũ, tãquam ſi totũ eſſet ſcriptum propria manu eius: qua virtualiter ſubſcribens, videtur omnia ſcribere: & ſic alias cõſului pluries & multa protocola huiuſmodi formæ reperiũtur in regiſtris notariorum. Benefacit quod dicit Abb. in c. inter dilectos de fide inſt. in. 4 9
col. & alij ibi Sali. in l. cõtractus. C. de ſi. inſtr. ¶ Intellige prædicta quando aliquis ſubſcribit ſe inſtrumento iam ſcripto: quia domini ſubſcribentes ſe cedulis * vacuis, niſi præauiſati eſſent de his quæ in eis ſcribenda eſſent, vel conſtet ſubſcribẽtem ſcire vel mandaſſe de certo ſcribendo nihil eis præiudicat, quæ in eis ſcripta ſunt. De quo late Innoc in ca. 1. de fide inſtr. propter multa inconuenientia, quæ inde poſſunt ſequi. Idem Ange. & Imo. in d. §. Griſogonus. quod reputant menti tenendum.

** c*

** Adde dicto. maxime Bar. Bal. in c. ſi quis presbyterorum de rebus eccl. nõ alienandis.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Contractus ſuper ſpecie an debeat mandari executioni in eadem ſpecie.*

*Tertia extenſio.*

# Tertia & famoſa

extenſio ſit ad hanc. l. vt habeat locũ in cõtractu ſpeciei. allego ad hoc elegans verbum Bald. in l. vnica in penul. colu. C. de ſent. quæ pro eo. vbi dicit quod ſi in venditione eſt factũ inſtrumentũ, quod habeat paratam executionem, quod venditor * præciſæ cõpellitnr ad tradendũ. qđ eſt ſatis notandũ. Mouetur, quia tale inſtrumentũ habet vim ſententiæ & ex ſentẽtia vẽditor præciſe cogitur ad traden

** a*



tradendum, vt eſt caſus vnicus in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. quem Bal. ibi vocat mirabilem ad hoc, quod licet debitor liberetur præſtando intereſſe, hoc eſt verum, niſi ſit lata ſentẽtia diffinitiua ſuper traditione; quia tunc præciſe tenetur, cum omnis ſententia præciſæ obliget.

### *SVMMARIVM.*

1 *An hoc ius executiuum poßit exerceri vigore inſtrumenti in diebus feriatis, & nume. 2. & 3.*

1 *Quarta extenſio.*

# Quarto extende

hanc legem quod hoc ius executiuũ vigore inſtrumẽti põt exerceri in diebus feriatis ob neceſsitates hominũ. Hoc probat tex. ſing. in l. omnes. * C. de ferijs. ad ſi. vbi tex. dicit ꝙ in diebus feriatis ob neceſsitatẽ hominũ nulla fiat cognitio iurgiorum: ſed in fine legis, vbi dicitur, qđ nulla fiat executio, loquitur præſertim in diebus feriatis in honorem Dei: & hoc tenet ibi Bar. dicens, quod in diebus feriatis in honorẽ hominum homines poſſunt cap. pro executione debiti, pro quo facit tex. ſingu. in c. ſignificauerunt de iudi. vbi executio ſententiæ poteſt fieri diebus feriatis ob neceſsitatẽ hominum. ex quo infert Bar. in d. l. ſi. ad propoſitum quod cũ inſtrumenta guarantigiæ ſiue confeſsionata habeãt executionem paratam. ſicut ſententiæ diffinitiuæ capi poſſunt homines pro eorũ executione in diebus feriatis ob neceſsitatem hominũ; ſecus in feriatis ob honorẽ Dei, in executione ſententiæ; quod poſſet fieri in diebus feriatis ob neceſsitatẽ hominum: tenet etiã Bar. in l. ait prætor. in. §. ſi debitorẽ. ff. de reuocã. his quæ in frau. cred. per d. c. ſi. idem Bal. in l. in minorũ. C. in qui. ca. in integrũ reſt. non eſt neceſſa. tenet indiſtincte per d. c. ſi. quod executio diffinitiuæ & interlocutoriæ poteſt illis diebus fieri. Idem Bal. in l. prouinciarum. C. de ferijs. tam in ciuilibus, quam in criminalibus per d. c. ſi. per l. cum reis. C. de penis. ibi (vltio differenda non ſit) idem Bal. in authen. ſed omnino. col. 10. C. ne vxor pro ma. inferens ex hoc quod repræſaliæ cum ſit executio in talibus diebus exerceri poſſunt & executari: niſi eſſet quæſtio cuius ſint res; quia cum tunc requiritur aliqualis cauſę cognitio ſequeſtrabuntur res, donec tranſeant feriæ. Idem Bal. in l. 2. ff. de ferijs. omnes iſti habent fundamẽtum in d. c. ſi. in. §. ſi. ibi (cum tempus propter vindemias exiſteret feriatum) iuncto fine ibi (mandamus quatenus hoc nõ obſtante in negotio ratione præuia procedatis.

** a*

¶ Sed quo ad caſum legis noſtræ teneo contrariũ, ex eo quia in executione huiuſmodi 2
inſtrumenti, requiritur cauſæ cognitio cum habeat. 10. dies ad probandũ quãcunq; legitimã exceptionẽ ad impediendã inſtrumẽti executionẽ. & etiam poſt. 10. dies ſecundum formã hic traditã: allego ad hoc Abb. in d. c. ſi. in ver. ſeptima lectura, qui ita limitat tex. in d. c. ſi. vbicũq; executio ſentẽtię debet fieri in rebus adiudicatis, ſuper quibus ſpecifice pronunciatũ eſt: quia cũ tunc in executione non requiritur aliqua cauſæ cognitio vt dicit Inno. in c. cum ſuper de re iudi. & ſic ceſſet iudiciorũ ſtrepitus, ceſſat per conſequens ratio feriarum. l. 1. & 2. ff. de ferijs. ſed vbi petitur executio in alijs rebus, quam ad iudicatis, tunc requiritur cauſæ cognitio, vt in l. a diuo in. §. in venditione cũ ibi nota. per Bar. ff. de re iudi. puta condẽnatus eſt quis ad certã ſummam, vt quotidie ſit: & quia nõ ſoluit ſit executio in bonis, quæ venduntur pro executione, tunc non põt fieri executio in dictis ferijs, etiã ob neceſsitatẽ hominis. & hæc fuit lectura Io. And. qui pulchre loquitur in addi. ad Specu. de libel. concept. §. nunc videndum. cuius verba recitat Abba. in d. c. quia ſibi viſa fuerunt pulchra: & ſic concludit Abba. ꝙ vbi non requiritur cauſæ cognitio aliqua in executione ſententiæ vt ſupra dictũ eſt, poteſt fieri in diebus feriatis ob hominũ honorem; & non ſolum executio meri facti: ſed etiam mandatũ de exequendo & propter hoc credo Bal. non fuiſſe recte loquutum in l. 2. ff. de ferijs. qui tenet quod in caſibus in quibus executio ſententiæ fieri in talibus diebus intelligitur de actu facti ſed licentia & mandatum exequendi debet fieri die iuridica; quia non bene dicit. imo contra caſum. d. c. ſi. vbi fuerunt iudices dati ſuper executione, & ipſam Papa mandauit fieri non obſtante tempore feriato. & ſic tenet Abb. in. d. c. ſi. & bene; quia ex quo tex. permittit hanc executionem fieri in talibus diebus feriatis, videtur permittere poſſe fieri mãdatum de exequendo: ex quo ſine iudicis mandato officialis non exequitur ſententiam.

¶ Habes igit. ꝙ vbi in executione requiritur 3
cauſæ cognitio nõ poſſet fieri in talibus diebus, alias ſic. Et hanc opinio. reperio tenere

Alexan.

Alex. in l. 1. in. §. nunciatio. ff. de noui op. nū.
col. 6. & licet oēs Bar. taceāt hęc fuit eius ſen
tentia, in d. §. nunciatio. vbi dicit quod exe-
cutio ſentētiæ, quę non requirit cauſæ cogni
tionē, vt in. l. ait prætor. in. §. ſi. ff. de iud. pōt
fieri in talibus diebus. Nec obſtat tex. in d. c.
ſi. quia debes illum intelligere ſecundū diſtin
ctionem ſupra dictā vel aliter: quia ibi erat
periculum in mora, ſed forte ne laberetur tē
pus electi ad regimen, vt expreſſe ibi diſpo-
nit tex. & ſic agebatur de regimine reipubli-
cæ: & iſta fuit lectura gl. ſ. quod erat pericu-
lū in mora, ergo cum in caſu huius legis iſta
executio requirit cauſæ cognitionē, teneo ꝙ
inſtrumentum habēs paratam executionem
non poſſet exequi in his diebus feriatis ob ho
minum neceſsitatem. & ille tex. optime facit
pro dicto Bar. in l. ait prætor. in. §. ſi debito-
rem. ff. de reuo. his quæ in frau. cre. quod vbi
eſt periculum in mora tunc etiam in diebus
feriatis in honorem Dei poteſt cap. & carce-
rari debitor, ſi eſt ſuſpectus de fuga. Idē Abb.
in d. c. ſi. eſt glo. ſingularis in l. dies feſtos. C.
de ferijs. quam ibi Bal. dicit vnicam.

*SVMMARIVM.*

1 *An vigore inſtrumenti confeſsionati poſsit impediri ſepultura defuncti. & numero. 2. & 3.*

1 *Quinta extenſio.*

# Extēſio quinta eſt,

quod non ſolum hæc lex vendicabit ſibi lo-
cum contra viuum, verum etiam cōtra mor
tuum: vt eius corpus poſsit detineri ne ſepe
liatur donec ſoluat debitum. Dictum eſt ter
ribile: licet vulgatū. Ange. in authen. vt de-
fun. ſeu funera. eo. §. 1. coll. 5. vbi dicit per hāc
legem poteſt dici, quod cum per formā ſta-
tuti communis Peruſij inſtrumenta cōfeſsio
nata debent mandari executioni ad volunta
tem creditoris producentis inſtrumento cō-
feſsionatū qđ mortuo debitore poterit face
re detinere cū autoritate iudicis corpus eius
ne ſepeliatur quouſqꝫ ſibi de debito ſatisfiat.
& ſic ſentit quod iudex ad petitionem credi
toris debeat corpus mortuum detinere.

2 ¶Ego quoad caſum. *l. noſtrę teneo *contra
*a Ang. imo quod virtute inſtrumēti executiui
nullo modo poteſt impediri ſepultura, nec
etiā in caſu ſtatuti Peruſini, in quo loquitur
Ang. quia caſum habemus indiſtincte loquē
tem, quod pro nullo debito poteſt impediri
ſepultura, nec detineri corpus mortuū ne ſe-
peliatur: vt eſt caſus in d. authen. vt defun.
ſeu funera. in. §. 1. & probat hoc clare tex. in
l. ſi. C. de ſepulchro viola. ibi (debitūqꝫ exigē
do ſepulturam eius impediunt) & contra eū
adduco caſum expreſſum in d. l. ſi. ibi (ea qui
dem quæ mortuo poſito ante ſepulturā eius
facta fuerint, vel exigendo quod debitū eſſe
dicitur, vel confeſsiones aliquas aut fideiuſ-
ſorem, aut pignora capiendo penitus ampu
tari præcipimus) ecce ergo caſum generaliter
loquentem ad omnem actum factum pro de
bito conſequendo: ſed certum eſt, quod petē
do executionem inſtrumenti ad ſepulturam
impediendam eſt facere actū pro debito exi-
gēdo, quod omnino tollitur per d. l. & dictū
Ang. caret fundamento, nec in d. auth. eſt ali
quod verbū ex quo Ang. poſſet moueri.

*Adde l. 13 titulo. de las deshonras. 7 parti. vbi prohibetur ſepulturam defuncti impediri propter debitum pecuniarium: & in l. 5. ti. 18. lib. 4. foro legū.*

3 ¶Et verus ſenſus illius authen. in ver. aut in
rebus eius non ſeruato legali officio ſignacu
la imponit, ex quibus forte moueri potuit,
eſt quod ſine autoritate iudicis nō poteſt pro
pria autoritate ſignare res defuncti, & illud
ſic eſt ſtatutum de iure. C. vt nemo priuatus,
quod propria autoritate nō poteſt facere di
ctū ſignaculum: tamen ibi nil diſponitur de
impediendo corpore defuncti ne ſepulturæ
tradatur. Præterea ille tex. loquitur quando
illa violentia ſignandi res fiebat debitore vi
vo, licet infirmo: & ſic dicit tex. qđ debebat
facere ſeruato legali officio cū iudicis decre-
to. Præterea hæredes defuncti, vel eius fide-
iuſſores, nec cognati, nec affines poſſunt cōue
niri in quietari, nec admonitionē pati prętex
tū debiti defuncti, vel alterius intra. 9. dies a
tēpore mortis, vt diſponit tex. in auth. vt cū
de app. cogno. §. meminimus. coll. 8. vnde ꝙ
vna via denegatur alia concederetur. ſ. deti-
nendo corpus defuncti propter debitū defun
cti quod ab hæredibus vel fideiuſſoribus de
functi deberet ſolui contra regulam iuris: &
loquitur generaliter ille tex. quod nullo mo
do poſſent cōueniri, nec inquietari. ſileat igi-
tur dictum Ange.

*SVMMARIVM.*

1 *An inſtru. corroſum poſsit execu. mandari.*

# Sexto extēde hanc

1 *Sexta extenſio.*

legem ex quæſtione Bald. quam dicit ſe ha-
buiſſe de facto, media pars literarum inditio
nis cuiuſdā antiqui inſtrumenti erat corro-
ſum: ita quod non poterat legi iudicio tamē
perſpicatiua in intellectu poterat legi vtrū
tale inſtrumentum probet, & debeat executa
*a ri: concludit * quod ſic quia cum iſtud acci-
dit poſt inſtrumentum perfectum: ergo non
viciat. l. 1. §. ſed ſi conſulto. ff. de his quæ in
teſt. delen. vbi Bal. hoc tenet. l. 1. §. ſi roſæ. ff.
de ſecun. tabu. c. inter dilectos de fide inſtru.
ar. l. cum pater in. §. imperfecta de lega. 2. Io.
de Imo. credit hoc eſſe verū, in inditione, quæ
poteſt colligi ex numero annorum: vt dicit
glo. in d. c. inter dilectos, & in l. 1. C. de emē.
iuſ. C. ſecus putat ſi eſſent corroſi anni domi-
ni ex quo corroſio eſſe tunc in parte ſubſtan
tiali: quia ex quo non poteſt comprehendi
numerus annorum, videtur quod non pro-
bet inſtrumentum per ea quæ notan. in l. 1.
§. fi. de ſecun. tabu. & in l. ſi vnus. C. de teſta.
quod bene nota: hoc crederē eſſe verum, niſi
per id quod continetur in eodem inſtrumen
to non raſum conſtet illud eſſe verum, & ma
nu tabellionis ſcriptum, vt notatur in c. cum
venerabilis de religioſis domibus ſentit Bal.
in l. ſi vnus ad finem de teſtamentis.

*SVMMARIVM.*

1 *An poſsit executioni mandari inſtrumentū ad petitionem ceſsionarij.*

*Septima extenſio.*

# Septima extēſio ſit

quod non ſolum executabitur inſtrumentū
ad petitionem creditoris: ſed etiā ad petitio-
nem ceſsionarij Io. And. in addi. ad Specu. in
titu. de ceſsio. acti. Paul. de Caſt. & Alex. in l.
poſtulantem in. 4. col. ff. ad trebel. Bald. in l.
per diuerſas. C. manda. in. x. quæſtio. qui lo-
quitur in caſu fortiori. ſ. in captura perſonę
*a permiſſa * a ſtatuto creditori: nam idem in
ceſsionario qui dicitur creditor l. ab Anaſta
ſio. C. manda. in ver. & in alium creditorem:
& ibi Bal. in. 3. nota. commendat illum text.
ad hoc. ſ. quod ceſsionarius dicitur creditor.
Item quia in ius creditoris ſuccedit idem A-
lexand. in dicta. l. poſtulāte in. §. 1 fi. verbis.
hoc reperio tenere Barto. in l. 1. ff. de actio. &
obli. in. 4. col. in verſi. quæro ex forma ſtatu-
ti: vbi tenet quod ſi ex forma ſtatuti inſtru-
mentum habet execu. paratam, quod habe-
bit executio. paratā ceſsionarius talis inſtru-
menti: ratio, quia vbi ſententia lata pro pro
curatore competit domino vtilis: & tamē do
minus poteſt petere executionem. ſicut ſi ha-
beret directam. l. ſi procuratoris. ff. de procu
ra. l. 4. §. 1. & 2. ff. de re iu. l. nam & poſtea. §.
iuſiurandum. ff. de iureiuran. hoc idem Bal.
in l. ex legato. C. de lega. in fine verbis. vbi di
cit: quod poteſt cedi ius ſententiæ: & quod ſi
cedens habet ius executionis paratæ eodem
modo ceſsionarius habebit: & idem in lega-
tario ſecundum eum: prius tamen debet li-
quidari vtrum habeat ius ceſſum vel ne: ita
dicit Bal. in d. l. per diuerſas in. 10. col. C. mā.
legat Inno. in cap. quia. v. de iudi. & hoc non
eſt dubium per ea quæ dicta ſunt in prima
ampliatione.



*SVMMARIVM.*

1 *An inſtrumentum confeſsionatum habeat paratam executionem contra clericos in foro ſuo.*

# Octaua ampliatio

1 *Octaua extenſio.*

ſit quod tale inſtrumentum habebit paratā
executionem contra clericos in foro ſuo ſe-
cundum Barto. in l. cunctos populos. 8. colu.
verſi. hoc præmiſſo de ſum. Trini. Dicit enim
quod ſtatutum erat in ciuitate vbi legebat,
quod inſtrumentum publicum mādetur exe
cutioni ſine libello, quod ſi laicus habet in-
ſtrumentum contra clericum, quod in foro
epiſcopi ſeruabitur dictum ſtatutum: & ſic
mandabitur inſtrumentum executioni quod
eſt notandum ad hanc. l. mouetur per capit.
cum veniſſet. de eo qui mitti. in poſſe. vbi in
his quæ pertinent ad proceſſum in foro ec-
cleſiaſtico ſeruatur conſuetudo laicorum, ꝙ
probatur in tex. ibi (vellent procedere.) item
quia tale ſtatutum eſt honeſtum, nec eſt con-
tra clericorum priuilegia eis vt clericis con
ceſſa: * & ſic ligabit clericos. cap. conſtitutus *a
de in integr. reſti. glo. in l. ex ea. ff. de poſthu.
de re iudica. cap. cum cauſ. vbi ideo retracta
tur: quia fuit mala conſuetudo ſecus ſi bona
hæc ſunt fundamenta Barto ſuperuenit Bal.
doctor. Peruſinus qui in quantum potuit
ſemper detraxit doctrinæ domini Bart. l.
præceptoris ſui maxime in eleganti repetitio
ne per eum ædita ſuper. l. 1. C. de ſan. ſanct. ec
cleſijs: & in materia iſtę. l. cunctos popu-
los. vſque adeo, quod eum vocat ſaturninū
in d. l. 1. quaſi nouarum opinionum inuento-
rem quæ nuſquam viſæ, nec auditæ ſint de
quo fit mentio in l. 1. ff. de ſenato. dicit ergo
Bald.

Bal. in d. l. cunctos populos in. 8. colu. in illa quæſtione vtrum ſtatuta generalia includãt clericos, & quaſi per totam vnam col. intendit adducere fundamentum contra Bart. & reſpondens ad rationes Bar. dicit, quod non valet argumentum quod ſtatutū ſit bonum, & æquum, quia per hoc non datur authoritas ſtatuēti, nec etiam obſtat. l. ex ea. ff. de poſtula. quia ibi loquitur inter ſubditos. plus dicit, quod ſi clericus habet inſtrumentū executiuum, ſeu guarantigiæ contra aliquē, qđ pōt vti beneficio legis vel ſtatuti circa executionem paratam, & hanc opi. Bar. ſequūtur ferè omnes canoniſtæ; ſed quia hęc eſt materia larga: & pro eius examinatione requireret plures cartas: & quia non eſt materia Legiſtarum relinquamus Tarētinis deos ſuos iratos, vt dixiſſe fertur Marcum Marcellum cū Siracuſas vrbem ornatiſsimam Siculorum cœpit: vt refert Auguſtinus in. 1. de ciuitate Dei cap. 6. & pulchra, & bene ordinata, & collecta ſuper hac quæſtione ex hinc inde ſparſis vide per auditorem Sandeum. in ca. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. 28. col. in. 8. quæſt. de conſti. vbi per 6. col. campum cucurrit de antiquis, & modernis faciens longam recitationem, & vtinam colligere poſsis veritatē poſuit multa Andr. Sicu. in repetitione rubric. de rebus eccle. non alie. in. 2. dubio: vbi mēs ſua inclinatur in opinio. Bart. eos vide.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ius exequendi non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, nec contra poſsidentes bona debitoris hypothecata & num. 2. 3. & . 4.*

5 *Si in inſtrumento debitor promittit rem non alienare poterit executioni mandari contra tertium in quem eſt facta alienatio. & nume. 7.*

6 *Ius ingrediendi poſſeſsionemque cautela verborum poſsit tranſire contra ſingularem ſucceſſorem.*

8 *Si locator promittit non alienare rem locatā durante tempore locationis licet res alienetur durabit locatio.*

9 *Venditor primus an habeat actionem in rem contra ſecundū emptorem appoſito pact. de retro vendendo & de cautela notanda in hoc nume. 10.*

11 *Vt pactum de non alienando impediat dominij translationem, an requiratur ſpecialis hypotheca & de intellectu. l. ſi creditor. §. fi. ff. de diſtra. pigno.*

13 *Quando ius executiuum intentatur contra tertium, an ſit neceſſaria executio.*

14 *Si vnus ex pluribus hæredibus conueniatur hypothecaria non poteſt ſe defendere ex eo quod ſunt plures cohæredes ex quo ſumitur cautela.*

15 *An ius executiuum tranſeat in ſingularem ſucceſſorem quando in eum eſt facta alienatio in fraudem.*

Ibi que las cūpla-des, y lleguedes a execution, y fagades entrega en los deudores, y en ſus bienes &c. Intellige hanc. l. habere locum ſolum in caſu in quo loquitur. ſ. ꝙ inſtrumentum mādabitur executioni contra debitorem vel eius hæredem. vt ſupra dictum eſt: non tamen contra ſingularem ſucceſſorem * ſeu poſsidentem bona debitoris hypotheca, quia contra illū non poteſt inſtrumentum executari, nec habet executionem paratam; imo via ordinaria conueniendus eſt: ratio eſt, quia obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem, nec fundi poſſeſſorem. l. ea. l. C. de condi. ob cauſam. l. vt pomum. ff. de ſerui. l. 4. §. opus de aliena. iudi. mu. ca. fa. l. venditor in princi. ff. communia prędio. per quæ iura dicebat Ang. in l. 1. in. §. ſi hæres. ff. ad trebe. quem ibi ſequitur Alex. quod fatui eſſent creditores qui peterent executionem inſtrumēti guarentigię, & habentis paratam executionem contra poſsidentes bona debitorum ſibi hypothecata: imo ordine iuris ſeruato deberent hypothecariam intentare. Alexand. allegat Ange. idem tenentem in l. creditori. C. ſi aduerſus credi. ſed in illo titulo non eſt talis lex, nec Ange. hoc dicit: & in hanc fatuitatem vidi iam incurrere quendam ſemilitem cuius nomē honoris ſui cauſa taceo qui executari fecit quoddam inſtrumentum contra quendam medicum ciuen de Madrid qui poſsidebat quandam domum quæ antea fuerat cuiuſdā debitoris ſuis propter quod irritata fuit executio, & ipſe cōdemnatus in expenſis: vt illi prædixerant. ¶Facit quia ius exequendi non tranſit contra talem ſucceſſorem etiam ſi ius exequendi procedat ex ſententia. l. ſi mater in. §. fi. & l. iudicatis. §. fi. ff. de excep. rei iudi. Bar. in repet. l. creditores in. 9 col. de pign. C. vnde dicebat eleganter Bal. in l. 2. in. 2. col. in verſic. ſed quid dices. C. de exe. rei iudi. ꝙ ſi contra executionē laudi nulla exceptio poſſet opponi, & condemnatus dedit quendam campſorem qui promiſit ſoluere victori. quod contra iſtum campſorem non erit parata executio: quia laudum non extendit ſe ad iſtum campſorem. In caſu fortiori dicebat eleganter Bal. in l. 1. in princ. in 2. col. C. cōmunia delega. per quandā gl. ibi poſitā quę exponit ſuper his. i. pro ſecuritate eorum, ꝙ ſi ſtatutū diſponat, quod ſuper cauſis vertentibus ſuper inſtrumentis confeſsionatis habentibus executionē paratam procedatur omni exceptione reiecta, tale ſtatutū non habebit locum ſi agatur non cōtra debitorem, ſed contra tertium poſſeſſorem hypothecaria; quia præceptū vel confeſsio non ſequitur fundū. l. 1. cum ſimi. ſi cer. peta. & ſic ſolū contra debitorē vendicabit locū diſpoſitio ſtatuti. Hoc dictū ſequitur Petrus de Ancha. in repe. c. canonū ſtatuta. de conſti. verſi. circa iſtā extenſionē. & Alex. in d. l. 1. §. ſi hæres. ad Trebel. facit maximū feſtū de hoc dicto Bal. refert modernus auditor in c. cum ſuper de re iudi. in. 7. col. in verſic. & in tantum patet aditus, & refert, quod per illud dictum Maria de Sen. in conſ. 204 incipit Comes, ducis cum pluribus alijs conſuluiſſe ad ſtatutū Florentiæ ꝙ diſponit: vt libri mercatorum ſint publica documenta, & mandentur executioni tanquā ex inſtrumēto executorio in bonis debitoris. ꝙ non intelligitur dictū ſtatutum, nec extēditur ad bona a tertio poſſeſſa, cū eo tranſit dictus auditor allegans ibi aliquas cotas corruptas dicit quendā Benedictū de Brazis de Aretio dixiſſe ſuper hoc aliqua in tractatu guarentigiæ. 32. col. verſ. dicendū nunc: & ſic reſidet. vtinā tractatus ille veniret ad partes, forte aleuiaret laborē meum in hu-

4 ſtræ quæſtionis. *Et ſi recte intueatur dictum Ang. non eſt cōtrarium dicto Bar. nam prædicta Bar. determinatio loquitur quādo per teſtes credito. volebat probare, ſiue debitū, ſiue inſtrumentum, & eius amiſsionem nō autem fuit celebrata aliqua ſcriptura cū iuris ſolēnitate ſuper depoſitionibus teſtium, ſed ſi ſcriptura fuiſſet facta ſecus eſſet. exēplum. teſtamentū nuncupatiuum eſt factū coram teſtibus ſine aliqua ſcriptura vel factus eſt contractus mutui corā teſtibus qui viderūt mutuum interceſsiſſe, & etiam præceptū guarētigiæ fieri vel ſecundum nos, quod partes dederunt poteſtatem coram teſtibus omnibus

*Notanda practica.

iudicibus executandi dictum contractū mutui, quod ſi in forma iuridica, & cū ſolennitatibus a iure requiſitis citato debitore, creditor narret factum iudici, qualiter ipſe mutuauit Titio centum coram teſtibus, & quod fuit factum præceptum vel pactum executiuum ſuper hoc petit a iudice, quod accipiat dictos teſtes, & iudex illos accipiat, & in cōtradictorio iudicio mandet ſcripturam fieri ſuper dictis atteſtationibus vtraq; parte audita, quod hæc ſcriptura teſtium ſi per illam probatur debitum & eſt appoſita dicta clauſula, quod habebit executionem paratam: & ita poteſt verificari dictū Ang. aliter intellectum eſſet falſum: & ſic etiam pones exemplum quādo a principio fuit factum inſtrumentum: & poſtea eſt perditum & licet Ang. non loquatur hoc caſu; tamen minus habet dubitationis: & quod ita debeat intelligi: quod tunc habeat executionem paratam, probat glo. in d. l. ſi. ſuper parte depoſitionibus. quæ dicit, quod ſi teſtamentum nuncupatiuum nō fuit in ſcriptis redactum, ſed ſolennis numerus teſtium ante competentem iudicem teſtationes deponant, & in ſcriptis redigantur, quod vigore talis ſcripturæ poteſt hęres mitti in poſſeſſionem ex edicto diui Adria. tanquam ſi teſtamentum vere in ſcriptis præcederet & quod hoc ſit verum, allego Bar. in d. l. ſi. 7. col. verſic. procedo vlterius, vbi Bar. approbat glo. dicens quod diſpoſitio d. l. habet locum in teſtamento facto coram teſtibus, de quo non eſt facta pro tunc ſcriptura, ſi illud teſtamentum poſtea eſt redactum in ſcriptis per notarium: quia tunc facit fidem. l. fina. C. de fide inſtrumen. l. 1. C. de teſtamen. eſſet ergo neceſſe, quod per teſtes examinarentur & publicarentur citatis his, quorum intereſt & ſic de eis fiat ſcriptura: nam tūc talis ſcriptura poſſet poſtea produci & ex ea debet fieri miſsio: quia ex inſpectione ipſius fieret notorium iudici; ſed ſi non eſſet facta ſcriptura, tunc non haberet locum illud notorium quod lex requirit ad executionem. Hæc ille. ſic ergo clare colligitur de mente Bar. quod etiam in caſu, quo a principio non interuenit ſcriptura, ſi ex depoſitionibus teſtium fiat ſcriptura cum citatione partis, & dictis ſolennitatibus quod illa ſcriptura habebit executionem paratam: ſecus ſi per teſtes probatur antequam de eorum dictis & depoſitionibus ſit cōfecta ſcriptura & ſic Bar. ex illuſtri ingenio ſuo videtur declarare mentem ſuam non eſſe diuerſam ab eo, quod Ange. dicit tanquam a capite ſuo

te ſuo primo dictum, & hoc fuit etiam de mēte Barto. in d. l. creditores & hoc videtur eſſe de mente Bal. & Sali. in d. l. fi.

¶Et ſic concludo, qvod vbi citata parte & in iudicio cōtradictorio iudex reciperet teſtes, & eos ſolenniter publicaret & de illorum dictis ſic publicatis & receptis ſolēniter & forma iuridica præcedēte fieret ſcriptura, quod

*b talis ſcriptura haberet * executionem paratam, & ſemper intellige, vt dixi parte præſente citata & cum cauſæ cognitione in contradictorio iudicio recipiantur & publicentur etiam data copia parti. quia alias nihil eſſet cum ſit contradictor & pars in cuius præiudicium hoc agitur qui eſt debitor nihil in ſui præiudicium allegat fieri poteſt eo non citato. l. fi. C. ſi per vim & in propria materia dicunt docto. in d. l. fi. C. de edi. diui Adria. & ita eſt ibi de mente Cyni. & ita dico eſſe Ange. & Bart. concordandos, & intelligendos, & ita etiam concordabis Cynum & Bald. in d. l. fin. nam Cyn. dixit quod venientibus ab inteſtato non competit beneficium edicti. Bal. licet timidus quod ſic, ſi teſtes eſſent recepti ſuper ſucceſsione inteſtati quod ſibi videtur æquiſsimum: nam dico quod ſi teſtes eſſent recepti in forma iuridica citatis his quorum intereſt: & de his atteſtationibus fieret ſcriptura nulli dubium, quod talis ſcriptura mandaretur executioni beneficio dictæ. l. fi. & ſic hoc caſu eſſet vera opi. Bal.

6 ¶Sed conſiderato, quod iſti teſtes debent deponere & publicari parte audita & citata in contradictorio iudicio, & quod deberent deponere de contractu & eius tenore & de clauſula in eo contenta. ſ. quod partes dederunt iudicibus poteſtatem. &c. Forte res prolixū finem haberet & quaſi tantum tempus expenderet actor in eo ſicut ſi via ordinaria actum eſſet, non eſſet maximæ importantiæ dicta practica Ang. niſi forte in caſu quo debitum eſſet in diem vel conditionale & pendente dilatione termini in quo non poſſet creditor exigere debitum ad ſui ſecuritatem vellet creditor facere dicta teſtium recipi & ex eorum depoſitionibus redigere & cōficere ſcripturam cum iudicis autoritate, vt ſic poſtea adueniente termino poſſet petere executionem contractus ex dicta ſcriptura. Tenebis ſemper menti hanc meam conſiderationem & concordiam ad dicta iſtorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum non liquidum non meretur executionem.*

2 *Si petitur executio pro inſtrumento dotis an ſit neceſſe probare de matrimonio & nu. 3. & 4.*

5 *Inſtrumentum nō liquidum poteſt peti vt exequatur conditionaliter petendo liquidari & poſtea liquidatum pronunciari, & deinde executioni mādari, ſed melior eſt practica autoris.*

6 *Saluatur Barto. a contrarietate quæ ſibi ſolet imponi in locis ibi allegatis.*

7 *Inſtrumentum continens promiſsionem damnorum vel intereſſe non poteſt fieri niſi facta liquidatione, licet poſſit peti ante liquidationem quod limitatur. num. 9.*

8 *Inſtrumentum incertum an mereatur executionem fauore dotis.*

Quarto limita hāc l. habere locum vbi inſtrumentum eſt liquidum quia ſi non eſt liquidum * non meretur executionem hæc probat lex iſta in multis eius partibus ibi (vos moſtraren cartas o otros recaudos ciertos de obligaciones) & vltra ibi (por ciertas quantias de marauedis que ſe les obligauan de dar) & alia plura verba iſtius. l. hoc probant allego. ad hoc nota. dictum Bart. in l. proinde in. §. notandum. ff. ad. l. aqui. cuius verba ſunt hæc. Vltimo nota pro ſtatutis Italiæ quæ dicūt, quod inſtrumenta habent executionem paratam; quia illud eſt verum, ſi inſtrumentum eſt liquidū: ſed ſi non eſt liquidum ſecus: vt ſi promiſiſti mihi emendare damnum. tamen non apparet quantum ſit. Idem ſentit Barto. in l. creditores in fi. 5. col. de pigno. in repetitione. allego ad hoc tex. valde nota. qui hoc probat in l. hoc. ff. de verbor. obligationi. ibi (non ante quidquam peti poſſet quam exploratum ſit ante eam diem in Italiam Titium venire non poſſe) quem ad hoc ponderauit Bal. in l. cum teſtamento in fi. C. de manu. teſtamento vbi eleganter inquit, quod inſtrumenta guarentigiæ ſi habent conditionem re vera purificatam: ſed in iudicium nondum probatam dicunt inſtrumenta pura & non conditionalia, licet ad executionem facti non poſſet procedi, donec liqueat iudici. per dict. l. hoc iure quæ verba ſunt notāda ſecundū eum. præterea allego tex. notabi. in. l. ſi quidē. C. de exceptio. per quem nota. ibi Bal. quod cum aliquid cōditionale deducitur in iudicio, debet conditio liquidari: vnde inſtrumentum conditionale non meretur executionem, dicit eſſe caſum ſing. in. l. licet. ff. de ver. oblig. certe voluit allegare. d. l. hoc iure. idem reperio cōſuluiſſe Alexan. Imo. in cōſilio nonageſimo. 3. col. in. 3. vol. addo Bal. qui eleganter loquitur in l. ſi cauſam. C. de exe. rei iudi. vbi dicit, quod ſi per formam ſtatuti omnia inſtrumenta tabellionum debeant mādari executioni. quemadmodū ſententiæ q̄d tale ſtatutū intelligitur de liquidis, non liquida. n. non merētur executionem. l. fi. C. cōpenſa. ponit exemplū in inſtrumēto dotali: nā ſi dos repetatur liquidari oportet, quod matrimonium ſit ſolutū, vel quod ſit caſus dotis reſtituendæ cōſtante matrimonio. auct. q̄ locū. C. de colla. Itē ſi vir petit dotem oportet q̄ doceat de matrimonio cōtracto. vnde ſi inſtrumentum dicit promiſit pro matrimonio contrahendo iſtud inſtrumentū non eſt liquidū. l. tali. de iure do. ſi dicit pro matrimonio contracto, ſiue ſint verba aſſertiua matrimonij, tunc contracti ſiue enunciatiua, inſtrumentū eſt purū & liquidū quia per illud probatur matrimoniū & illud videtur partes confiteri cū ſuper facto partiū talia verba proferuntur. l. optimā. C. de contra. & con. ſti. & ſic in effectu cōcludit, q̄ ſi non eſt liquidū inſtrumentū non debet exequi. vnde oēs exceptiones obſtatiue liquidationis poſſunt opponi. de quo ibi latius per eū. Habes igitur ex ſupradictis cōcluſionē hanc. q̄ omnia inſtrumenta cōditionalia & incerta, dū liquidātur non gaudent

*b beneficio ſtatuti, & ſuper * liquidatione citanda eſt pars, quia cauſæ cognitionē requirit ſecundū eū. idē ſentit in l. etiā eiuſdē ti. 1. col.

¶Et ex hoc d. Bal. infero contra quendā Hiſpanū noſtrū cuius cognomen de Montaluo, qui in quodam repertorio per eū facto ad. ll. huius regni ſuper parte obligatio. poſtillās legē Henrici in qua diſponitur q̄ inſtrumenta mandantur executioni non obſtantibus quibuſcunq; exceptionibus niſi certis in d. l. numeratis mouet. q. pater familias promiſit per inſtrumentum guarentigium dare centū filiæ & Titio ſuo ſponſo pro ea maritanda. Titius iſte maritus futurus petit executionē dicti inſtrumenti. opponit pater matrimonium nullum fuiſſe ſubſecutum determinat quod nullo modo poteſt opponere: immo executabitur inſtrumentū. Mouetur quia. d. l. excludit omnes exceptiones, niſi ibi numeratas: ergo iſtam cum non ſit de numeratis. & adducit alia auditu atq; recitatione indigna, & dicit quod ſic ſentiunt doct. nō exprimens qui eſſent iſti docto. qui hoc ſentiunt: ſed ad literam traduxit hanc quæſtionem & eius verba ex quodam paruulo tractatu inſtrumenti guarentigiæ intitulato, quē aliqui aſſerunt eſſe domini Bar. & certe (vt opinor) falſo aſſeuerant: quia nec eſt eius ſtilus, nec fundamenta, quæſtionum quæ ibi mouētur, nec eorum deciſiones conueniunt tanto doctori ſed fuit factus ab aliquo inſipienti, vt ex ineptijs, quæ ibi continentur, conſtat, & prout iſte noſter doctor inuenit, ſic traduxit cogitans aliquid inueniſſe, & quod peius eſt tacuit nomen & autoritatem dicti tractatus, vt laudem vel verius dedecus dictæ determinationis ſibi quæreret, certe ipſe & alij doctores, quos prædictus doctor affirmat hoc ſentire, dicunt expreſſe contra ſupra dictā Bald. determinationem expreſſe tenentis, quod ſi vir petit executionem inſtrumenti pro dote ſibi promiſſa, eſt neceſſe quod probet de matrimonio contracto, cum alias non ſit liquidum & dicta l. quæ mandat exequi inſtrumenta, intelligitur de liquidis, ſi ipſe videraт dictam determinationem, non diu vagaret quærendo inania fundamenta ad deciſionem dictæ quæſtionis. Ad hoc etiam allego notabilem deciſionem eiuſdem Bald. in l. ab executore. in. 4. & 5. col. C. quorum appella. non reci. vbi dicit, quod etiam ſi ſtatuto caueatur, quod ab executione inſtrumenti dotalis non poſſet appellari: tamen oportet probari de matrimonio in tantum, quod per inſtrumentum confectum ſuper dote, & nō ſuper matrimonio non probatur matrimonium, cum plerunq; dotes ante matrimoniū promittantur, de dona. inter vi. & vxo. l. pe. niſi inſtrumentū faceret mentionem de matrimonio contracto ſecundum Bal. ſubdens hæc verba poſito eum iſtud inſtrumentum habeat vim ſententiæ. ſicut nulla præcedente ipſo iure non tenet executio. ff. de exec. rei iudi. l. ſi cum nulla. ita in inſtrumento non liquido, nec erit neceſſe appellare, tanquam ab exceſſu moderationis, quod nota: & vt clarius eius error conuincatur. allego famoſum tex. in l. ſtipulationem. ff. de iure do. cuius verba ſunt (ſtipulationem quæ propter cauſam

*Quarta limitatio.*

* *Adde A.*

* a *lex. de Imo. in cōſi. 188. lib. 2. inci. Viſo proceſſu agitato in. 1. col. vbi allegāt plura ex hic alle. & dicit eſſe neceſſe ſi petitur executio contra nonnominatum in inſtrumēto q̄ primo liquidetur illū eſſe hæredē nominari alle. Bal. in l. per diuerſas in. 10. q. C. mandati poſt Inno. in c. quia gu. de iudi.*

cauſam dotis ſit, conſtat habere in ſe condi-
tionem hanc, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ: & ita
demum ex ea cogi poſſe quanuis non ſit ex-
preſſa conditio ſi nuptiæ extent) ecce ergo ca
ſum ſingularem, quod agenti ex inſtrumen-
to dotali incumbit probatio, quod nuptiæ
ſint ſecutæ tanquam ſi expreſſa eſſet condi-
tio, ſi nuptiæ ſequantur. Ergo cum lex habet
hunc contractum pro conditionali, vbi ſim
pliciter dos promiſſa eſt. ſ. ſi nuptiæ ſequan-
tur, ſequitur quod petens executionem de
neceſſario debet verificare conditionem. ſ.
matrimonium eſſe ſecutum: cum igitur agen
ti incumbat hoc onus probandi & non oppo
nitur, non poteſt dici quod opponens ſit ex-
cluſus ex verbis dictæ legis ſimilis text. in l.
talis. ff. eo. vbi tex. dicit, quod ſi aliquis pro-
miſit dare centum nomine dotis in anno pro
ximo a quo tempore currat annus: dicit tex.
reſponſum eſt ex die nuptiarum annum eſſe
numerandum. ad idem text. ff. de pactis in l.
Item quia. ff. de pactis in. §. 1. ib. (nam dos an
te nuptias male petitur.) quaſi hoc expreſ-
ſum fuiſſet: & nuptijs non ſecutis ipſo iure
euaneſcit ſtipulatio: Vnde ſi iuretur quod
dos dabitur intelligitur ſi nuptiæ ſequantur
Bal. in l. fi. C. de non nume. pecu. ¶Et iſta ſunt
valde notanda ad multa faciunt ſuperius di
cta in hac limitatione. Præterea. d. l. Henrici,
quæ dicit quod contra inſtrumenta non poſ
ſent opponi niſi certæ exceptiones ibi nume-
ratæ, intelligitur contra illud inſtrumentum
quod habet paratam executionem vt in d. l.
expreſſe diſponitur, ſed inſtrumentum dotis
non habet paratam executionem niſi purifi-
cata & probata conditione matrimonij. ergo
ante omnia illud eſt probandum. ¶Conclu-
do ergo, quod inſtrumentum conditionale,
& non liquidum non habet executionem pa
ratam: niſi probetur purificatam eſſe condi-
tionem, & iſta concluſio corroboratur ex his
quæ dicentur in illa quæſtione. vtrum con-
tra inſtrumenta executiua poſsit opponi ex-
ceptio non nume. pecu. & poſtquam hæc ſcri
pſeram reperi Ange. in loco ſatis peregrino
tenere hanc eandem concluſionem in l. 2. §.
creditum. ff. ſi cer. peta. dicens quod inſtru-
mentum guarantigiæ ſuper dote pure pro-
miſſa confectum non habebit executionem
paratam: niſi contractis nuptijs: ineſt. n. taci-
te conditio obligationi promiſſæ. dicit eſſe
caſum ſingu. in d. l. tali & in l. ſtipulationem
facit. l. ſcimus. C. de nup. ¶Conſidera tamen
& tene perpetuo menti, quod inſtrumentum
non liquidum poteſt peti, vt excutetur con-
ditionaliter puta petat actor inſtrumentum
liquidari: & eo liquidato liquidatum pronũ
ciari deinde exequi, * vnde dum liquidãtur, *c
non gaudent beneficio ſtatuti permittentis
executionem. Sed poſtquam interlocutum
fuerit ea fore liquidata tunc ſtatutum de exe
quendo incipit habere vires, hæc eſt theori-
ca & practica Bald. in l. ſi cauſam. C. de ex. rei
iudi. hoc eſt maxime importantiæ maxime
applicatum ad factum practicum hoc modo
maritus habet inſtrumenta dotis promiſſæ
contra ſocerum vult illorum petere execu-
tionem contra ſocerum vel eius hæredes, eo
mortuo videbatur quod non poſſet quia nõ
ſunt liquida: & ſic de ſimilibus quia prius de
bet conſtare de matrimonio ſi per viam ordi
nariam incipis tela iudiciorum eſt larga. * cõ
ſilium eſt quod vadas ad iudicẽ & narres fa-
ctũ puta, domine iudex ego Titius dico, qđ
Seius ſocer meus promiſit mihi. 300. in dotẽ
ſuper quo celebratus eſt inter me & eum cõ-
tractus iſte quem coram vobis produco ha-
bentem paratam executionem. Quare peto,
quod ad eius executionem procedatis man-
dãdo illam fieri in eius bonis ſeruata forma
legis Toleti, quæ loquitur ſuper executioni-
bus inſtrumentorum, & ſum paratus in con
tinenti probare liquidationem contractus
ſ. qualiter ego contraxi & conſummaui ma-
trimonium cum filia ſua, & ſi eſt notorium
allega illud vt notorium petendo dictã exe-
cutionem eo modo, quo loquitur Bal. & me
lior eſt hęc forma, quã ego nunc tradidi & nõ
cures petere pronunciationẽ ſuper liquida-
tione, ne forte ex hoc oriatur tela iudiciaria
& ita infinitis vicibus practicaui & obtinui.
Et vt breuius expedias negotiũ petas vt pars
iuret de calũnia, & ponas ei poſitiones ſuper
dicta liquidatione, puta ſi ſcit ꝙ tu contraxi
ſti matrimoniũ, & ſic de ſimilibus: nã ſi ipſe
confitetur per eius cõfeſsionẽ efficitur liqui-
dũ inſtrumentũ, vt in proprijs terminis deter
minat Bar. in repe. l. creditores. C. de pigno.
10. col. verſi. aduerte tñ quod contra ipſum
debitorẽ. * ¶Ex hoc infero errare illos qui
dicũt qđ Bar. fuit ſibi cõtrarius in d. §. notan-
dũ in l. 1. ff. de lega. 2. nã certe intentio Bar. tẽ
dit ad idẽ ꝙ Bal. dixit in d. l. ſi cauſam. dicit.
n. Bar. ꝙ ſi aliquis promiſit inſtrumẽto inter
eſſe, vel aliquid incertũ, qđ illius inſtrumẽti
poteſt peti executio ex forma ſtatutorum, ſi
cut ſi contineret certam quantitatem & in iu
dicio declarabitur quantitas. l. prima. C. de
ſen.

** Notanda practica.*

** Adde videndum Lu do. Ro. in conſi. 112. fin. col. incip. de lega. doctor. vbi dicit dictum Bart. in §. notandum*



ſen. quæ ſine cer. quã. l. 1. in prin. ff. de edẽdo.
l. defenſionis facultas. C. de iu. fiſ. l. 10. ꝙ dicit
eſſe bene notandũ & ꝙ vbiqȝ fuit iſta intẽtio
Bar. allego eũ in l. 1. in ti. col. ff. iudi. ſol. in illa
queſtiõe an in fideiuſſore iudicio ſiſti fiat exe
cutio: & cõcludit qđ ſic, nõ ſolũ, qñ certa pe-
na eſt promiſſa, ſi nõ ſteterit reus in iudicio:
ſed etiã ſi nõ haberet certã pęnã: ſed cõmitte-
retur ad intereſſe quia videtur cõfeſſus ſe de
bere intereſſe ſi non ſteterit. Subdit Bar. & in
hoc facit quomodo mereretur executionẽ, cũ
quãtitas nõ ſit certa. Reſpõdet qđ in ipſa exe
cutione certificabitur & declarabitur iſtud
intereſſe, vt declaratur ſententia incerta & in
vniuerſalibus iudicijs certificatur in execu-
tione, vt no. in l. 1. in glo. magna. ff. de edẽ. &
ſic dicit debere intelligi. l. 1. C. de ſen. quæ ſi-
ne certa quã. & ſubdit vlterius hęc verba ele
gantia & ſic practicamus quotidie in inſtru-
mentis guarãtigiatis ſeu cõfeſsionatis q̃ me-
rentur executionẽ ex forma ſtatutorũ Italię,
nã & ſi nõ cõtineãt certã quantitatẽ merẽtur
nihilominus executionẽ declarata prius & li
mitata quantitate: & ſic vides pulchra verba
Bar. a quo habuit Bal. autore ſuppreſſo in d.
l. ſi cauſa. ¶Hanc practicã approbat Bar. in l.
1. * in. 2. col. ff. de edẽ. per. quandã gl. ibi quæ
dicit vel poſtea in executione examinabũtur
q̃ ſint res quã Bar. dicit eſſe mẽti notandã ad
practicã currẽtẽ in partibus Italiæ vbi inſtru
menta publica habẽt executionẽ paratã: nã
ſi eſt aliq̃d inſtrumẽtũ non liquidũ vel obſcu
rũ vt quia promiſiſti mihi dãna vel intereſſe
meũ ſimpliciter petã executionẽ inſtrumẽti.
& in proceſſu liquidabo de meo intereſſe vel
dãno. videtur caſus de oĩbus his in l. 2. C. de
ſen. quę ſine certa quã. vbi Bar. hoc idẽ tenet.
Plus dicit ibi text. qđ vbi petitur incertũ va-
let ſententia incerta dicit ibi Bar. q̃s erit effe-
ctus huius ſententiæ incertæ: reſpõdet q̃d ha
habebit executionẽ paratã: facta liquidatiõe
q̃ fiet hoc modo ſcđm eũ actor petet ſentẽtiã
executioni mandari. in qua tali eſt condẽna-
tus ad indẽnitatẽ pręſtandã: ad probandũ ꝙ
ſit dãnificatus faciat in cõtinẽti articulos, nec
eſt neceſſaria libelli oblatio nec litis cõteſta-
tio & ſic procedetur ſummarie ſcđm formã
l. a diuo pio. §. ſuper rebus. ff. de re iu. & hãc
dicit eſſe practicã in illis partibus vbi inſtru
menta guarẽtigiæ merẽtur executionẽ: quia
ſi eſt aliq̃d inſtrumentũ non liquidũ peto exe
cutionẽ ſummarie & facio articulos ad pro-
bandũ illud ſcđm ea quę ſuperius dicta ſunt.
Hoc placet etiã do. Alex. viro digniſsimo in
l. 1. 7. & 8. col. verſ. in gl. in verſ. nec. ff. de leg.
1. & ſibi diſplicet cõcordia Io. de Im. in. d. l. 1.
qui diſtinguebat vtrũ poſſet in breui liquida
ri, vel non & vltra aliorũ fundamẽta, Moue-
tur Al. quia in fauorẽ actoris fuit introductũ
vt inſtrumẽtũ mãdetur exequutioni. Ideo nõ
debet in eius odiũ retorqueri. vnde licet talis
liquidatio nõ poſſet in cõtinenti expedire ni-
hilominus debet audiri volẽs liquidare. pro
bat hoc tex. ſing. in. l. minor. 25. annis cui fi-
dei cõmiſſũ. ff. de min. intelligẽdo ꝙ ibi fuit
lata ſentẽtia ſuper fideicõmiſſo vniuerſali, cũ
ibi tex. ſimpliciter dicat de fidei cõmiſſo: & ſic
ſentẽtia erat lata ſuper re incerta & nõ liqui-
da, & nihilominus dicit tex. ſentẽ. habere pa-
ratã executionẽ, nec requiritur ſcđm eũ pro-
nũciatio ſuper liquidatione. vt dicebat Bal.
in. d. l. ſi cãm quia ſuper incidẽti nõ eſt pronũ
ciãdũ. l. 1. de ord. iud. licet ibi Raph. cõtrariũ
ſecutus Bald. in d. l. ſi cauſam & non bene di-
cũt nec obeſt l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fiſ.
per quam ſe fundat Rapha. quia ibi loquitur
quãdo lex dicit, quod talis habeatur pro cõ-
feſſo: quia illud intelligitur per ſententiã vt
ibi Bar. dicit. ¶Adde prædictis vnum caſum 8
vbi inſtrumentũ non liquidum & incertum,
meretur executionẽ hoc fauore dotis. * vnde *d
ſi mulier promiſit dotẽ ſimpliciter executa-
bitur arbitrio boni viri ſecũdũ Bal. in. l. 1. C.
de procura. in fi. ¶Limita prædicta. * ſingu- 9
lariter vbi illud intereſſe licet incertũ eſt tñ.
expreſſe promiſſum in inſtrumẽto, puta pro-
miſiſti mihi damnum & intereſſe per inſtru-
mentum exequibile, ſecus ſi intellectualiter,
& ſub conditione cõprehendatur vt in obli-
gationibus facti in quibus propter nõ imple-
mentum ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſti
pulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de
verb. obliga. nam pro tali intereſſe non ha-
bet locum executio: exemplum promiſiſti
mihi facere domũ in inſtrumento publico:
non feciſti domum, es obligatus ad intereſſe,
certe pro tali intereſſe non habet locum via
executiua: ita ſingulariter voluit Anton. de
Bu. in c. tranſlato de conſtitu. Ratio quia hoc
intellectuale & tacitum non meretur execu-
tionem ſicut expreſſum de quo ſuperius in
3. extenſione. idem ibi ſequitur Imo. pro quo
facit nota. dictum Bal. in l. etiam in. 2. col. C.
de execu. rei iudi. vbi quærit, fęnerator mu-
tuauit mihi re vera centũ & fuit celebratum
inſtrumentum executorium ſub hac forma,
quod ego promiſi reſtituere iſta centum in-
fra menſem & a menſe vltra eſſet licitũ credi
tori

*hic alleg. debere intelligi de inſtrumento nõ liquido ex eo quia cõtinet ius incertũ particulare dicta autẽ eiuſdẽ Bar. in l. 1. de lega. 2 ff. intelligantur procedũt in inſtrumẽto cõtinente ius incertũ vult & dicit quod hæc eſt veritas et ita ſemper legẽdo tenuit: & addeeliam concordiã quam ſingulariter & nouiſsime ponit Bar. ſo. conſi. 89. incipit dubium eſt apud docto. con. 2. lib. 4. vbi optime loquitur circa hæc dicta Bar.*

** Adde late videndũ Iaſ. ibidem in. 5. co. verſ. 4. cõcluſi. nu. 30. vbi ex quinque fundamẽtis tenet contra Barto. & contra cõmunem.*

** Adde late de hoc artic. per Iaſ. poſt Lud. Ro. ibidẽ in l. certi condictio. ff. ſi certum petatur col. 5. nu. 20.*

tori accipere iſtam quantitatem ab alio ſub vſuris, & ego promittebam tunc ſortem & vſuras; dubitabatur, ſi iſte contractus ſit exequibilis, ſi dicat mutuatum eſſe ab alio ſub vſuris: & dicit quod non, imo habet probare quod ſua intererat accipere ſub vſuris propter aliquod imminens periculum. Ex quibus omnibus habes optimam practicam & intellectum ad noſtram legem, vide ſequentem limitationem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum cõditionale a principio poſtea purificata conditione an mereatur executionem ſi ſtatutum diſponit de inſtrumẽtis puris & liquidis, & nu. 2. & 3.*

1 *Quinta limitatio.*

** Adde Phil. dec. in conſi. 107. eſt cauſa quæ nomine hæredũ fi. col. & adde Ale. de Imo. in cõſi. 109. vol. 1.*

Quinto limita ex dictis per Io. de Imo. in l. ſeruum communẽ* in. §. Titius hęres. ff. de vulga. vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſponit, quod inſtrumenta guarentigiæ pura & liquida habeant executionem paratam vt ſententia: non habebit locũ in inſtrumentis conditionatis a principio: licet poſtea ſint purificata Mouetur: quia ſtatutum exorbitãs a iure communi debet ſtricte intelligi. l. quidquid aſtringendæ. de verbo. obliga. & ſic ſtatutum loquens de inſtrumento puro non verificatur in cõditionali a principio. Item quia diſpoſitio in caſu vero non trahitur ad fictum ex propria ſignificatione l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſtis; ſed quãdo conditio purificatur tunc fingitur retro fuiſſe pura obligatio. l. qui potior & l. qui Balneum. ff. qui potio. in pigno. ha. l. quod dicitur de teſtam. mili. & ita reſidet contra Ang. Alex. de Imo. ibi volens eos concordare inquit quod aut ſtatutum dat exequutionẽ inſtrumento puro: & tunc ſit vera opinio Ioan. de Imo. quia inſtrumentum dicitur id quod legi poteſt. ff. de his quę in teſta. delen. l. 1. ſed conditio eſt illa quæ legitur, ergo nec obſtat quod conditio ſit purificata, quia reſpondet quod purificatio conditionis non eſt de contractu, ſed extra, vt colligitur ex nota. per Bar. in l. fi. C. de fal. cauſa adie. lega. l. 1. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam, aut dat executionem debito puro: & tunc ſit vera opinio Ang. ¶Ego quo ad propoſitum l. noſtræ ſuper qua eſt ſermo teneo contrarium: immo quod talia inſtrumenta etiam ſi a principio conditionalia, ſi tamen eius conditio ſit purificata merentur executionem cũ hoc additamento, quod liquidari debet prius conditionem eſſe purificatam * & ſuper hoc debet pars citari & liquidari cum eo vt dixi ſupra proxima limitatione. Primo per gl. not. in d. §. Titius hæres in glo. ſuper parte pure ad fi. vbi glo. appellat obligationem puram illam quæ licet a principio fuit conditionalis tamen eius conditio fuit poſtea purificata ex qua infert Ange. quod ſi ſtatutum mãdat quod inſtrumenta pura & liquida habeant executionem paratam: vendicabit ſibi locũ in inſtrumentis conditionalibus poſt factam purificationem quod reputat notandum. facit tex. ſingu. in l. hoc iure. ff. de verbo. obli. per illum dicebat Bal. in l. cum teſtamento in fine. C. de teſta. manu. quod inſtrumenta guarantigiæ ſi habent conditionem re vera purificatam, ſed in iudicio nondum probatam dicuntur inſtrumenta pura & non conditionalia: licet ad executionem facti non poſsit procedi donec liqueat iudici de purificatione cõditionis. Idem ſentit in l. ſi quidem. C. de exceptio. idem elegãter tenet in l. ſi cauſam. C. de excepti. rei iud. vbi dicit: quod inſtrumẽta conditionalia interim dum liquidantur non gaudent beneficio ſtatuti permittentis inſtrumenta executioni mandari: vnde citãda eſt pars ſuper liquidatione conditionis, quæ cauſæ cognitionem requirit ſecundum eum. Idem ſentit in l. etiam eiuſdem tituli. Iſta concluſio corroboratur ex dictis per me in ſupra proxima limitatione. ¶Nec obſtãt fundamenta Ioan. de Imo. nam ad ea facilis ſtat reſponſio, quia licet loquatur ſtatutum de inſtrumento puro iam cenſetur purum, ex eo quod cõditio eſt impleta & purificata. Præterea eius fundamenta nõ vrgent in propoſito, quia hæc eſt lex: & non ſtatutum in q̊ ipſe loquitur inter quæ multum intereſt. minime placet concordia data per Alexã. quia videtur impoſita verbis. quia ſi lex dat executionem inſtrumento principaliter cõſiderat debitum quod ex eo debetur, & propter illud mondat executionem fieri; quia inſtrumentum ſimpliciter ſumptum per ſe nihil ponit in eſſe niſi facta relatione ad debitum & obligationem ex eo ortam, & quia lex etiam fundatur in debito & propter illud mandat inſtrumentum exequi: & ſic etiam ſecundum eius opinionem habemus intẽtum cũ verbis huius legis cõſideratis dat hæc lex executionem debito vt ex multis verbis eius cõſtat.

* a

Sum-



### *SVMMARIVM.*

1 *Lapſo decennio non poteſt peti executio vigore inſtrumenti.*

2 *Intellectus duarum legum regni & ordinamẽti, & nu. 6. & 10.*

3 *Sublato iure exequendi per præſcriptionem remanet ius agendi via ordinaria.*

4 *Reprobato inſtrumento vel apparente nullo an remaneat valida confeſsio contenta in eo, vbi ponuntur alia dicta in ſimili.*

5 *Si ſtatutum annullat inſtrumentum propter gabellam non ſolutam an videatur annullare ipſum debitum: & numero. 7. & 8. & 9.*

*Sexta limitatio. Adde hodie videnda. l. 63. l. regni. el derecho de executar in deciſsio. tauri & quæ ſuper illa. l. ſcribũt doct. hiſpani.*

* a

Sexto principaliter limita niſi tranſactum eſſet decennium a tempore contractus celebrati: nam per tranſcurſum decennij tale ius executandi eſt extinctũ. Iſta eſt quædam. l. ſingularis facta per regem Henricum. 2. in ciuitate Burgenſi, & per regẽ Ioannem ſecundum in illa villa Valliſoleti eſt hodie ſituata in quadam compilatione a quodam ordinata, titulo de las preſcriptiones. *l. 4. vbi tex. dicit, quod tranſacto decennio non poteſt inſtrumentum exequi via executiua: ſed via ordinaria agendum eſt citato & audito debitore; ſit ergo cautus iudex coram quo petitur executio inſtrumenti, vt ſi viderit ex eius data decẽnium eſſe decurſum non mandet illum executioni ſed faciat eum citare, vt veniat ad allegandum de iure ſuo.

2 ¶Attende dices tu qui fatigas intellectum in hac ſcientia; recte intelligenda, hæc lex deſeruit quaſi de nihilo: quia hodie per lapſum decennij præſcribuntur debita, quaſi lex præſumat ſolutionem, vt diſponit text. in l. vni. tit. (quanto duran las actiones perſonales in ordinamento de Alcala: ) ergo ſi eſt præſcriptũ debitum principale competens ex inſtrumẽto a fortiori ius executiuum ex eo cõpetens: & ſic ſuperflua dictarum legũ diſpoſitio. *Reſpondeo nihilominus, dictæ leges ſunt ſingulares & ſeruiunt ad multa. Primo ad omnes caſus in quibus præſcriptio decennij ſtatuta per dictam l. de Alcala non habet locum.

*l. regni.*

*Adde quæ infra in eod. §. dicit autor. ver. ſecundũ hanc doctrinam nu. 10.*

¶Præterea mens dictarum legum eſt, quod etiam ſi per lapſum decem annorum non ſit præſcriptum debitum, ſeu obligatio principalis, quod multis modis contingere poteſt impedientibus preſcriptionem: tamen licet debitũ remaneat efficax ex inſtrumento; non tñ poteſt nec debet tale debitũ peti via executiua ſed debet citari, & audiri debitor: & eſt ꝙ volunt & diſponunt dictæ leges ſingulares; & ſic ſeruatur in practica, quia licet ſit ſublata via executiua inſtrumenti a lege qđ non per hoc tollatur via ordinaria; imo creditor poſsit ex tali inſtrumento ſe iuuare & producere illud ad intentionem ſuã probandam. Allego ad hoc elegantẽ concluſionem Bal. in loco ſatis peregrino. ſ. in l. plane. ff. qđ cũ falſo tuto. vbi dicit ſe audiuiſſe a Bar. dicẽte ſuper d. l. ꝙ illa lex erat in argu. ad quęſtionẽ ſtatuti diſponentis, *ꝙ non poſſet peti executio inſtrumenti poſt. 10. annos, quod ſi eis tranſlatis nolo agere vigore ſtatuti permittentis inſtrumenta guarẽtigiæ executari: ſed via ordinaria iuris communis bene poſsim: & non obſtat mihi præſcriptio decẽnij: vnde licet poſt decennium non poſſet quis producere inſtrumentũ in modũ executionis, poterit tñ illud producere & præſentare in modũ probationis, q̊d eſt mirabile ſecundũ eum & illud argu. ſumitur ſic ex d. l. vt dicunt Raynun. & Din. quos refert Bal. cui non prodeſt legis auxilium nõ obeſt ei exceptio, quæ illi opponitur & ſic dato ꝙ lex vel ſtatutum excludat poſt decennium ius executandi inſtrumentũ habens executionẽ paratam, nihilominus via ordinaria poteſt producere inſtrumẽtũ in vim probationis & ſic probabit inſtrumentum ſicut ſi nõ eſſent elapſi. 10. anni quo ad eſſentiam & ſubſtantiã probationis, licet non cum qualitate executiua. Quod tene mẽti, quia non poteris inuenire in mundo meliorem determinationẽ ad propoſitũ dictarũ legum & ſic multoties habui de facto & practicaui: ¶Facit ad prædicta ſingulare dictum Inno. in c. *cum venerabilis de exceptio in. 2 col. verſ. ſed ſecus dicẽdum. vbi inquit quod ſi aliquis feciſſet confeſsionem ſimpliciter in aliquo inſtrumento, vel priuilegio nõ reſpectu inſtrumẽti vel priuilegij, dato quod tale inſtrumentum reprobetur & appareat nullũ nihilominus remanet valida confeſsio & ei tenetur ſtare caſſato per reprobato inſtrumẽto de hoc dicto Inn. facit mentionẽ Bar. & illud ſequitur in l. poſt legatũ. 2. col. ver. Item cõtra hoc oppono. ff. de his qui. vt indig. ſecus ſi habẽdo reſpectũ ad priuilegiũ puta cõ-

* c

*Adde plura tradita & allegata per Phili. dec. in c. cũ venerabilis de exceptio. hic allega. in 15. col. verſi. 3. concl. nu. 25.*

V

feſſus

feſſus eſt omnia cõtenta in priuilegio eſſe ve
ra,nã priuilegio reprobato corruit eius fides
& ſic confeſsio vt ibi inquit Inno. facit text.
ſingularis in l.ſi ita ſtipulatus in.§. Griſogo-
nus.ff.de ver.obli.per quẽ dicit Bar.in l.certi
condictio in.§.ſi nummos ſi.col.ff. ſi cer. pet.
q̃d ſi ego fui confeſſus me recepiſſe centũ mu
tuo,quæ promiſi reddere poſt ſtipulationem
inutilem,q̃d dicta cõfeſsio emiſſa in hoc inu-
tili contractu probat mutuum ꝙ dicit notan
dum & menti tenendum idem Bar.& Ang.in
l.1.in.§.ſi quis ita.ff.de ver.obli. Iuuat prędi
cta q̃d dixit Ang.in l.1.C.de præſ.30.anno.
quam retulit Alex. in l. ſi ita ſtipulatus in.§.
Griſogonus.10.col.ff.de ver.oblig. q̃d ſi mu
lier contrahat nõ ſeruata forma ſtatuti, licet
contractus ſit nullus: tamen cõfeſsio facta in
inſtrumento probat omnia geſta faciat in ſi-
mili id quod dicit Archi.35.q.5.iudicantem
quod quandoq; totus proceſſus irritatur: ta-
men confeſsio firma remanet.& refert illum
Bal.in.l.vnica.C.de confe.ſi.col. Et ſic ſtant
iſta ſimul, quod corruat ſolennitas inſtru-
menti non autem virtus contentorum in eo.
benefacit quod dicit Bal.in l.Labeo in.§.ſed
etiam.ff.de pactis in col.2.vbi dicit, quod ſi
quis renunciat inſtrumento non per hoc vi-
detur renunciare debito, ſed tantum proba
tioni ipſius inſtrumenti per l.3.C.de fide in-
ſtru.vbi caſus ſecundũ eũ ſequitur Alex. illã
ſimpliciter referẽs in l.ſeruum filij.§.eum qui.
ff.de lega.1.ſi.col.¶Sed contra prędicta vide
tur ſentire Bal.in d.§.eũ qui ibi.n.eſt tex.no-
ta ꝙ qui legat chirographum videtur lega-
re debitum.& ſic eſt ibi caſus q̃d appellatio-
ne chirographi continetur ſubſtãtia debiti.
5 ¶Ex quo ſumit ibi Bal.argumentũ, quod ſi
ſtatutum annullat inſtrumẽtum propter ga
* d bellã non ſolutã, * videtur annullare ipſum
debitum & obligationem,& non ſolũ ſuper-
ficiem & figurã. Quod dictũ reputat mirabi
le ibi Alex.idẽ tenet Bal. ad literã per illum
tex.in l.huiuſmodi in.§.ſi ita cui.ff. de leg.1.
in fine ibi eſt caſus,ꝙ cautio de reddendis in-
ſtrumentis continet etiã preſtari liberationẽ
debiti,nedum reductionem inſtrumẽtorum
quia ſi inſtrumenta nõ reperiantur,ſufficit fa
cere inſtrumentũ liberationis vt ibi dicit tex.
6 ¶Ad hoc reſpondeo primo, quod in caſu in
quo dictæ.ll. regni loquũtur nõ annullatur
inſtrumentum,nec per eas annullatur inſtru
mentum;ſed diſponunt,quod non poteſt ex
* e eis procedi via executiua * & ſic non annullãt
inſtrumentũ; ſed eius executionẽ impediũt.

Vnde in proprijs terminis dictarũ legum lo
quitur illa determinatio Bal.in d.l.plane vn
de in caſu quo loquitur Bal.& diſponunt di-
ctæ leges regni nimirum ſi duo remaneãt fir
ma non obſtante dicto ſtatuto. Primo quia
nec obligatio, nec debitum videtur ſublata:
imo via ordinaria põt debitum peti.ſecundo
quia per tale inſtrumentũ cuius via executi-
ua eſt pręcluſa,nihilominus probatur debi-
tũ,quia alia in eo cõtenta q̃ ad eſſentiã proba
tionis manẽt firma & ſic põt produci & præ-
ſentari tale inſtrumentum ad probationem.
¶Remanet igitur concluſio Bart. pro valde 7
ſingulari & vera cum his duobus: ſed in caſu
quo loquitur Bal. in d.§ eum qui. & in d.§.ſi
ita cui annullabatur inſtrumentum per ſtatu
tum.Præterea dico,quod etiam in caſu, in q̃
loquitur Bal.in d.§.eum qui reprobatur cõ-
muniter per doct.vnde Ioan.de Imo.Rapha.
Paul.de Caſt.quos ibi ſequitur Alex.tenent,
quod in caſu dicti ſtatuti diſponentis quod
non ſoluta gabella inſtrumentum ſit nullũ,
quod non per hoc videtur annullare obliga
tionem,nec debitum: ſed ſolum inualidare
probationem,quæ inducebatur ex inſtrumẽ
to.Illam dicunt fuiſſe mentem ſtatuti, cum
facilior probatio ſit per inſtrumentum quã
per teſtes.l.contrahitur cum ſimili.C.de pig.
& ſic manet firma obligatio ſi probatur per
teſtes, ſicut ſi deperditum eſſet inſtrumentũ.
l.ſicut.C.de fide inſtru.hoc idem ſequitur Ra
pha.in d.§.ſi ita cui ſic conſuluit Pau. de Ca.
conſ.99.incipit in dei nomine; mouentur
iſti quia aliud eſt contractus, qui pertinet ad
partes contrahentes: aliud eſt inſtrumentũ
quod eſt de pertinentibus ad notarium,vt in
quit Bar.in l.ſi quis legatum col.3.ff.de falc.
& in l.ſi librarius de re.iu. l.non figura de a-
ctio.& obliga. ¶Item quia dictum ſtatutum 8
eſt penale,ergo reſtringendum.l.cum quidã
de libe.& poſthu.c.in pœnis de re.iu.lib.6.fa
cit gl.in l.poſtquã.C.de pactis. Adduco op-
timum tex.in l.ſi.C.de fal.cau.adie. lega.per
quam ibi dicit Bald. quod ſub nomine dotis
ſignificatur veritas: ſub nomine inſtrumenti
eius continentia.ex quo infert ad ſtatutũ,q̃d
contra contractum dotis non poſſet opponi
aliqua exceptio: quod cum tale ſtatutum re
feratur ad veram dotem contra talem non
admittitur exceptio. Si autem dicat cõtra in-
ſtrumenta dotalia non poſſet opponi,non cu
ramus de dote vera;& ſic nihil poſſet oppo-
ni: niſi cõtra tenorem inſtrumenti.puta defe-
ctus ſolennitatis inſtrumẽtalis diei vel loci;
& ſic



& ſic de ſimilibus quod eſt nota. Facit quod
dicit Bar.in l.1.in.§.parui. quod vi aut clã:
& ſic Alex. cum cæteris modernis ſtat cõtra
Bal.in dicta quæſtione ſtatuti annullantis in
ſtrumentum.Nec obſtat dictus.§.eum qui &
§.ſi ita cui quæ fuerũt fundamenta Bal. quia
ibi niſi legatum chirographi importaret no
men debitoris,legatum eſſet nullius vtilita-
tis;ſed in dicta quæſtione ſtatuti bene habet
ſtatutum in quo operetur.ſ.inualidando pro
9 bationem faciliorem inſtrumenti. ¶Ex præ-
dictis ergo ſecũdum iſtorum opinionem ha-
bes ſingularem limitationem ad dictũ Bald.
in d.l.plane.ꝙ poteſt inſtrumentum produci
in vim probationis,habeat verum in caſu q̃
ipſi loquuntur.ſ.quãdo ſtatutum dicit, quod
poſt.10.annos nõ poſſet peti executio inſtru
menti, ſi tamen ſtatutum annullaret inſtru-
mentum propter aliquam cauſam vt in exẽ-
plo ſupra poſito.ſ.propter gabellam non ſo
lutam,non poteſt etiam produci ad proban
dum.imo tale ſtatutum videtur annullare &
inualidare probationẽ reſultantẽ ex illo in-
ſtrumento,licet per teſtes poſſet probari: ſed
certe mihi videtur ꝙ doctrina iſtorum ſit a-
perte contra doctrinã Inno.ſupra relatã in d.
c.cum venerabilis & Ang.& aliorum niſi di
cas,quod loquuntur in confeſsione. Quic-
quid ſit tenebis mẽti ſemper doctrinam Bal.
in d.l.plane.ꝙ via executiua præſcripta, ni-
10 hilominus remanet via ordinaria. * ¶Sed
*Adde quæ dixit idem autor ſupra in prin. huius.§
hanc doctrinam & dictas leges regni intelli-
ge ſane,vbi non eſſet decurſa præſcriptio de
bito principali per lapſum.10.annorum ſe-
cundum formam dictæ.l.de Alcala: quia for
te erat aliquis caſus in quo non cucurrerat
præſcriptio debito principali vel ex maiori
termino præſcriptionis vel ex alia cauſa prę
ſcriptionem debiti impediente.nam tunc ela
pſis.10.annis licet iudex via executiua non
poſſet dictum inſtrumentum executare tamẽ
debet citare debitorem & eum audire & cre
ditor poteſt in vim probationis producere
inſtrumẽtum & petere debitũ via ordinaria,
alias ſi non eſt caſus præſcriptionẽ impediẽs,
* f cum * elapſis.10.annis non ſolũ via executiua
ſit præſcripta: vt in dictis.ll.ſed etiam via or
dinaria & debitum principale: vt eſt caſus in
d.l.de Alcala.vbi text.diſponit, quod nullo
modo creditor audiatur tunc nec via ordi-
naria admitteretur; & ſic vtraq; via tam exe
cutiua quam ordinaria eſt præcluſa: Ratio
ſtat in prõptu quia ab vtraq; repellitur lege:
& ſic in ſpecie Bal.limitauit Bar.in d.l. plane
vbi poſtquam recitauit pulchra verba Bar.
dicit ipſe.tu conſidera verba ſtatuti: nam aut
ſtatutum diſponit de exceptione contra exe-
cutionem aut cõtra debitum principale.Pri-
mo caſu verũ dicit Bar.Secundo non ar.ff.de
tu.& ratio diſ.l.1.§.in tutela quod dicit mẽti
tenendum:& iſta nota bene tanquam ea quæ
continent veritatem ad hunc paſſum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Petens executionem inſtrumenti ante diem parte petente & etiam ex iudicis officio poteſt repelli.*
2 *Si mercator vel alius debitor eſt fallitus an poſsit agi per creditores habentes obligationem,cum hypotheca bonorum ante diẽ.*
3 *Ius ingrediendi poſseſsionem autoritate propria quando poſsit exerceri.*
4 *Creditor prior tempore:ſed in diem,an præferatur alijs creditoribus poſterioribus quorum dies iam ceſſerat.*
5 *Fiſcus an poſsit agere ante diem contra ſuum debitorem & contra debitorem debitoris & quando hoc priuilegium habeat locum nu.6.& nu.7.*

## Septima limitatio

1 *Septima limitatio.*

ſumitur ex illa lege ibi. (ſeyẽdo paſſados los
plazos de las pagas) ſcilicet, quod ita demũ
habeat locum executio,ſi eſt terminus ſoluẽ
di elapſus concor.l.1.C.de condi. ex le.& ff.
manda.l.ſi mandauero.in prin.l.eum qui ca-
lendis. de verbo. obligatio. & glo.in d.l.1.
dicit obſtante exceptione quam Ang.ibi di-
cit eſſe multum notandam pro petentibus
executionem inſtrumentorum guarentigiæ
ante diem: quod ſi nihil opponitur poterit
iudex licite exequi dicta inſtrumenta. Sed cõ
trarium determinat; mouetur quia cum ipſo
iure non competit potentia exigendi ante
diem.l.vnica.C.vt actio.ab hæred.& contra
hæ.ex quo iudici conſtat diem * nondum ve * a
niſſe,poteſt actorem ex ſuo officio repellere
per glo.in l. vbi pactum. C. de tranſactio.&
licet Ang.non dicat hoc eleganter tenet Bar.
in l.lecta.in col.4.ff.ſi cer. peta. de qua infra.
Idem Ange.in l.1.C.vt actio. hære. Ex quo


habes

habes ſingularem extenſionem ad hanc. l. ꝙ
in tantum ante diem nō poteſt exequi inſtru-
mentum, quod etiam iudex ex officio poteſt
ante diem repellere creditorem ſi ex inſtru-
mento ſibi conſtat diem nondum veniſſe qđ
nota. vide Barto. in l. ita ſtipulatus de verb.
oblig. *Sed habui de facto in hac regali Cā-
cellaria quæſtionem magni ponderis. quidā
mercator diues rupit & fugit: vt multoties
ipſi faciunt poſtquam vident ſe diuites quod
vulgariter dicimus (Alçoſe fulano merca-
der) dimiſit iſte mercator aliqua bona, non
tamen tanta quæ ſufficerent omnibus credi-
toribus: ſtatim fuga arrepta venerunt multi
creditores ſuper bonis illius: & inter omnes
erat vnus, qui habebat obligationem cum
hypotheca bonorum, qui erat prior tempore
omnibus alijs obligationibus attamen dictæ
obligationis ſolutio erat in diem, quæ dies
adhuc non venerat petebant omnes execu-
tionem obligationum ſuarum. Iſte cuius o-
bligatio erat prior tempore petebat execu-
tionem, & dicebat ſe pręferēdum ex regula,
qui prior eſt tempore &c. opponebatur ei ꝙ
non erat audiendus; quia ipſe nō poterat pe-
tere ex quo dies ſolutioni deſtinata nondum
venerat; & etiam quidam iudex miſit eum ex
hac cauſa deſperatum, qui venit ad me pro
remedio, & alijs duabus vicibus habui de fa
cto & conſului in fauorem iſtius mercatoris
illum eſſe alijs præferendum dato quod dies
ſolutionis *nondum veniret; ex eo quia debi
tor fugerat. Motus fui primo *per tex. ſingu.
in l. quæſitum. ff. de pign. vbi eſt caſus iuncta
glo. quod etiam ſi nondum dies penſionis ve
niſſet, & ſic ſolutionis, tamen ex iuſta cauſa
poteſt creditor perſequi pignora & agere hy
pothecaria pro debito. dicit glo. ſuper parte
ex iuſta cauſa: vt quia receſſurus putabatur.
hinc eſt quod Bal. in l. 1. ad finem. C. de cōdi.
ex lege commendat illum tex. dicens eſſe ad
hoc ſingularem; quod omnis debitor fugiti-
uus poteſt capi etiam ante diem, & ad hoc ha
bent illum textum pro ſingulari Bar. & An-
ge. & Alexander quod debitor vbi eſt ſuſpe
ctus proſecutio pignoris competit ante diē
cum dicta. l. quæſitum concor. expreſſe quæ-
dam * lex partite ſituata in. 5. partita titulo
(de los peños) quæ eſt. 13. titu. l. 17. quæ inci-
pit (tomando) vbi text. dicit quod ſi debitor
eſt ſuſpectus de fuga, competit pignoris pro-
ſecutio ante diem, vel conditionem, vel po-
teſt creditor agere contra eum: vt ſibi caueat
idonee. De hoc vltimo eſt caſus in l. omni-

*Addequā-do aliquid debetur ad diē an agenti an te diem mero iure obſtet exceptio textus vbi Bart. fin. col. & ibi mode. in l. certi condictio. ff. ſi certū pe. & an ſaltē poſſit de præſenti agi vt reus cōdemnetur adueniente die. vid. quæ refert & ſcribit Franc. ri. in l. ita ſtipulatus. ff. de verbo. obliga. nu. 88. in pe. carta.

* b

*Tex. ſingul.

bus. ff. de iudi. & in l. ſi creditores. ff. de priui-
leg. credito. facit quod pulchre ſcribit Bal. in
l. 3. ad finem. C. commoda. nullo alio funda-
mento adducto; niſi ex argumento text. in d.
l. quæſitum. principium eſt in iure quod ſi cō
modaui alicui rem ad pignorādum poſſum
repetere rem non ſtatim, ſed aliquo tempore
trāſacto, quod erit arbitrarium: quia ex quo
commodaui ad pignorandum aliquod tem-
pus debet tranſire. alias eſſet inutile commo
datum; vt dicit ibi tex. glo. & docto. ſubdit
Bal. & in hoc facit, quod ſi ex qualitate perſo
næ commodantis poſſet eſſe præſumptio ci-
terioris temporis, puta quia ſcholaris foren-
ſis; & in receſſu nō credit, quod ſit neceſſe ex-
pectare diu ne oporteat, aut diſceſſum diffe-
re, aut rem amittere, quorum vtrumque eſt
iniquum; vt d. l. quæſitum quod nota.
¶Et per d. l. quæſitum infert Bart. quod ſi eſt 3
factum pactum inter creditorem & debito-
rem. vt liceat creditori propria autoritate in
gredi poſſeſsionem rei hypothecatæ quod
non poteſt quis ingredi niſi præcedente mo-
ra debitoris ſuper obligatione principali.
Hoc probatur in l. debitores. C. de pigno. &
tenet Barto. in l. 3. C. eod. col. 6. & probatur
ff. qui. mo. pigno. vel hypo. ſolu. l. ſoluitur. §.
1. dicit Bar. quod hoc eſt verum. niſi ſubeſſet
iuſta cauſa: quia forte dubitat debitorem re
ceſſurum. nam tunc creditor poteſt ingredi
ante moram. ita dicit Bar. in repetitio. l. cre-
ditores. C. de pigno. col. 6. verſi. Item quæro
quando debitum eſt liquidatum, nullo alio
fretus fundamento, niſi ex d. l. quæſitum, &
ſic vides, quod ius executiuum ex pacto com
petens poteſt ex cauſa exerceri ante tempus,
*ergo idem in iure exequendi virtute iſtius. *c
l. cum competat ex pacto, & ex lege & æqui-
parentur; vt l. penulti. C. de pigno. actio. ad
hoc propoſitum inductum a Bar. in d. l. cre-
ditores, vt dixi ſupra in illa quæſtione. vtrū
hoc ius executiuum ex hac l. ſtet in pacto, qđ
communiter apponitur inter partes dando
iudicibus exequendi poteſtatem, an ex huius
legis diſpoſitione. de his cautionibus ex cau-
ſa ante tempus præſtandis, vide per Bar. Cy
num & Salicetum in l. vniuerſa. C. de preci.
impe. offe. Bar. Alexander & docto. in l. ſi fini
ta. §. eleganter de damno infe. Bar. & moder.
in l. 2. ff. ſolu. matrimo.
¶Extat nunc & alia difficultas; quia ex ſupra
dictis ſolū concluditur competere ante diem 4
pignoris perſecutionem; ſed non hunc credi-
torem habentem debitum in diem. licet prio

dies



rem præferendum alijs poſterioribus quorū
dies debiti ceſsit dico idem allego tibi textū
ſingula. in l. prima incipit *qui dotem. ff. qui
potio. in *pigno. habe. ibi. (non vtique ſolu
tionum ſeruanda ſunt tempora: ſed dies con
tractæ obligationis.) ibi eſt caſus notabi. ꝙ ſi
aliquis promiſit dotem pro muliere, & acci-
pit pignus a marito de dote reſtituenda ante
quam tota dos marito ſolueretur, illud pig-
nus alteri obligauit maritus poſt hoc inte-
gra dos ei ſoluta eſt dicit text. ꝙ in dicto pig
nore præfertur primus cui prius fuit pignus
obligatum per illam rationem: quia tempus
contractus debet inſpici & ratio tex. facit ma
gis ad propoſitum. Allego etiam tex. & me
liorem in. l. qui balneum in. §. primo. ff. eo. ti
tul. vbi eſt caſus notabi. quod ſi aliquis con-
duxit balneum ex primis calendis Ianuarijs
vſque ad alias calendas Ianuarias, & dedit
pignori quemdam ſeruum nomine Herōs lo
catori pro mercede balni ei ſoluenda, & ante
calendas Ianuarias alteri pignorauit dictum
Herotem ob pecuniam ſibi creditam, eſt du-
bium quis dicatur potior: dicit text. ſingula-
riter, quod licet eo tempore quo iſte condu-
ctor ſecundo creditori pignorauit hunc He-
rotem, nondum quidquam pro conductio-
ne deberetur: tamen quia iam dicto locatori
erat obligatus & ſic inuito locatore ius pig-
noris ſolui non poſſet, præfertur locator. Ec
ce caſum ſingularem vbi creditor in diem
præfertur in pignore ei cui ſimpliciter & pu
re dictum pignus obligatum eſt, ſi creditor
in diem fuit prior in tempore: qui eſt ſingu-
la. caſus. Bene facit text. ſingula. in l. potior.
§. videamus. ff. eodem. vbi caſus, quod
creditor prior conditionalis impleta condi
tione præfertur in pignore ei, cui ſecundo pi
gnus pure obligatum eſt. Accedat notabi. ca
ſus in l. Lucius. ff. eo. vbi creditor primus prę
fertur ſecundo in pignore, nō ſolum in ſorte
& vſuris quæ concurrerunt antequam ſecū-
do pignus hypothecaretur: ſed etiam in vſu
ris quæ cōcurrerunt poſtquam pignus ſecun
do obligatum eſt. Præterea quando imple-
mentum contractus ſequitur de neceſsitate
diem celebrati contractus inſpicimus: ſed
quando ex voluntate inſpicimus diem im-
plementi. Caſus eſt nota. ſecundo Bartol. &
Angel. in dict. l. prima. qui po. in pignor. ha.
l. penul. quæ res pigno. obliga. po. dict. l. qui
balneum. ¶Ex prædictis igitur habes: quod
ſi debitor fugiſſet eſt præferendus in bonis
hypothecatis prior creditor. licet in diem: &

* d

*Tex. ſingu. add. in materia late vidē dū Frāc. de Ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorū. vbi ordinauit regulā in materia qn̄ prior creditor tpe debeat pferri cū pluribus ampliationibus & limitationibus.

dies debiti non dum veniſſet, & creditori cō
peteret debiti perſecutio pignorum. Idem ſi
eſſet ſuſpectus de fuga: & dicta. l. quæſitum
valde commendat Salicetus in. l. prima. C. de
condi. ex lege. per illam dicit, quod quando
debitor eſt ſuſpectus & fugitiuus ante diem
exigi poteſt: & ſic obtinui pluries. Accedat
text. notabi. in l. omne æs. ff. pro ſocio, quod
vbi ante conditionis euentum eminet pericu
lum ſuſpicionis poteſt creditor petere ſibi ca
ueri per fideiuſſoris dationem, & ſic ſuſcipio
facit ante tempus competere actionē: quod
eſt nota. ſecundum Bal. ibi. (pro debitoribus
ſuſpectis.) quod nota, per quod habes nota.
limi. ad hanc legem. ¶Secundo adde, & tene 5
menti perpetuo, quod ſi aliquis eſt debitor
fiſci ex primi pilo. qui non eſt ſoluendo: &
habet aliquem debitorem ſibi obligatum ex
aliqua pecuniæ quantitate, quam ſibi mu-
tuauit vel ex alia cauſa, quod fiſcus etiam
ante diem ad quam dictus debitor erat obli
gatus ſoluere dicto fiſci debitori poteſt age-
re contra dictum debitorem ſui debitoris: &
ille ante diem compelleretur fiſco ſoluere id
quod debet ſuo debitori. Iſte eſt caſus ſingu.
in l. prima. C. de condictio. ex lege, & ſic iſte
erit alius caſus in quo executabitur inſtru-
mentum ante diem, quod teni menti: & dicit
Bal. ibi illum text. eſſe valdi notabi. *ad hoc e*
quod emptores gabellarum pro *neceſſitate
reipublicæ poſſunt exigi ante tempus dimiſ-
ſo eis medio temporis interuſurio: vt dicit
ibi gloſ. vnde dicit, quod propter repentinas
neceſsitates hoc fieri videmus tota die & nō
eſt iniuſtū: quod dicit eſſe menti tenendum.
Idem ibi Salicet. dicens, quod ſic frequenter
practicatur in Bononia contra gabellarum
conductores, & datiarios. Eſt etiam ibi caſus
quod fiſcus poteſt conuenire ſuum debitorē
ante diem. Ad hoc eum allegat Salic. & Bal.
& clare ibi probatur eo, qui tex. diſponit in
caſu fortiori, ſcilicet, quod poſsit exigi debi
tor debitoris ante diē. & intelligūt ibi doct.
generaliter illū tex. in debito fiſc. licet loqua
tur in debito primi pilari. ¶Et ſic ex dicta le-
ge iunctis his, quæ ibi doct. dicunt. habes ſin-
gulariſsimam limitationem ad hanc. l. vt fiſ
cus poſſet petere executionem, debiti ante
diem tam contra ſuū debitorem, quam cōtra
debitorem ſui debitoris: quia in fiſco proce
ditur executiue: vt in. l. miſsi opinatores de
exactio. tribu. & dixi ſupra.
¶Sed nunquid hoc erit verum indiſtincte. ꝙ
fiſcus debitorem ſuum, & ſui debitoris debi-

*Tex. ſingul. adde de hoc tex. vidē dū Iaſ. in l. idē. ff. de cōdi. indebiti eū de verſ. ſed hæc quidē nu. 8. inſti. de actio. latius per Hippo. de marſ. ſingul. 355. vbi dicit etiā ſe vidiſſe pcticari bononiæ cōtra gabellarios & datiarios.



torem

torem poſſet exigere ante tempus, vel ſit ne
ceſſe quod fiſco emineat neceſsitas ad hoc, ꝙ
fiſcus habeat hoc priuilegium exactionis añ
diẽ, Salicet. ſentit ibi han difficultatẽ in pri-
ma oppoſiti. in ſolutione contrarij de lege iu
ſtas. C. de iure fiſ. li. 10. & videtur tenere ꝙ
indiſtincte habeat locum etiam ſi non emi-
neat neceſsitas. Nec obſtat d. l. iuſtas: quia il-
la habet verum in actione ex eo contractu:
ſed condictio ex d. l. admittitur & in hac reſi
det nõ concludit mihi hæc ſolutio, & vrget
nimis text. in. d. l. iuſtas. vbi eſt caſus ſecun-
dum lecturam gloſ. quod fiſcus non admitti
tur ad agendum, & debitum petendum an-
te tempus. Quapropter idẽ Salice. in prima
ſolutione ad primam oppoſitionem dicebat
quod d. l. 1. intelligatur vbi rei publicæ im-
mineret neceſsitas in d. l. iuſtas, non immine
bat, & ſic debet vti iure communi. licet non
firmet pedes in hac ſolutione Bald. in d. l. 1.
* dicit quod ibi eſt caſus *ſpecialis propter pu
blicam neceſsitatem. quæ ſemper videtur fiſ
cum vrgere; quia ſemper eſt in ſumptu; & ſic
videtur ſentire illam. l. obtinere propter pu-
blicam neceſsitatem: ſed dicit quod hæc ne-
ceſsitas ſemper eſt in fiſco, cum ſemper ſit in
ſumptu; & ita indiſtincte ſeruetur diſpoſitio
d. l. cũ hæc neceſsitas ſemper ſit in fiſco: & re
vera iſte videtur ſenſus dict. l. primæ ibi. (vt
fiſco cuius ob neceſsitates publicas potiorẽ
cauſam eſſe oporteat, &c.) & ſic illa eſt cauſa
generalis quare dictum priuilegium conce-
ditur fiſco; quia ſemper habet neceſsitates pu
blicas, & ſic non videtur neceſſe, quod immi-
neat alia neceſsitas niſi illa quæ ſemper ſibi
in eſt cum ſemper ſit in ſumptu. & Bar. ſic in-
diſtincte ſummat illã. l. 1. ibi. Idem Bart. in l.
3. §. multa ad fi. ff. de iure fiſ. dicit indiſtincte
quod vbi fiſcus habet debitorem in diem
agit ex iure ſpeciali condictione ex lege. alle
7 gat dict. l. primam. ¶ Sed attento quod di. l.
1. loquitur in officio primi pilari, in quo de
iure ſunt multa ſpecialia. Item, quia fūdare ſe
videtur ſuper neceſsitate. Item, quia eſt ca-
ſus contrarius in dict. l. iuſtas. vt euitetur le
gum correctio aliqualiter videtur durum cõ
cedere indiſtincte fiſco ius exigendi debitum
ante diem. Imminente neceſsitate æquiſsi-
mum eſt: & ita exemplificat Bald. in dicta. l.
1. dum dicit, quod emptores gabellarum pro
neceſsitate reipublicæ poſſunt ante tempus
exigi maxime: quia dimittitur eis interuſu-
rium medij temporis: ſed quia lex ſcripta eſt
illam indiſtincte ſerua; maxime qui licet. d.
lex fundat ſe in neceſsitatibus fiſci: attamen
videtur ſemper præſupponere dictas neceſsi
tates imminere fiſco, & ſic non alijs probatio
nibus incumbere debemus. Cogita quia di-
cta. l. iuſtas. ſecundum hunc intellectum vi-
detur corrigi, & ſemper eſt euitanda legum
correctio: & mirum eſt quod Bal. in l. prima.
C. de hære. vel actio. vẽ. numerat omnia pri
uilegia fiſci per modum cuiuſdam ſummulæ
& non meminit iſtius caſus, qui ſingularis
eſt & quotidianus. Et ſic ex prædictis habes
aliam limitationem ad hanc legem, quod in-
ſtrumentum non mandabitur executioni an
te diei ſolutionem deſtinatam intellectam
notabiliter vt ſupra.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum vel lex diſponens in contractu an habeat locum in quaſi contractu, & an hæc lex regia habeat locum in quocunque debito in inſtrumento vnde cunque deſcendat per totum.*

Octauo limita hãc 1
l. ex quodam eleganti conſilio domini An- *Octaua limi-*
gel. de Peruſio in cõſilio. 296. vbi dicit, quod *tatio.*
ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum factum ſu-
per contractu habet executionem paratam,
ita quod poteſt incipi a præcepto contra for
mam iuris. iſtud ſtatutum non extendetur
ad quaſi contractum. Vnde infert, quod non
comprehendet tale ſtatutum inſtrumẽtum
in quo continetur ſententia, quæ tranſiuit in
rem iudicatam. Motiua ſunt iura vulgaria,
quæ dicunt quod ſtatuta ſunt ſtricti iuris, &
cum loquuntur de contractibus non debent
extẽdi ad quaſi contractus, reperio quẽdam
ſolennem doctorem Franciſcum de Acolitis
de Aretio facere mentionem de hoc conſilio
Angel. in. l. more. in prin. ff. de acqui. hæredi.
& dicit eſſe verum dictum Ange. in alijs qua
ſi contractibus per ea quæ refert ſe dixiſſe in
l. mutum. ff. de acqui. hære. & eſt in illa quæ-
ſtione ibi trita per docto. ſi mulier prohibea
tur per ſtatutum contrahere ſine certa ſolen-
nitate, ſi extendetur ad quaſi cõtractum: ſed
in quaſi contractu, qui oritur ex ſententia
iuxta doctrinam Bar. in l. 2. ff. de præto. ſti. in
§. pen. videtur ſibi valde dura determinatio
Angel. cum ſententia de iure cõmuni habeat
executio-



executionem paratam, licet nunc alteretur
modus in executione contra formam iuris.
Vnde ſatis videtur poſse tolerari ſecundum
eum quod etiam ſententia poſſet mandari
executioni illo modo ſi poteſt mandari con-
tractus, qui de iure communi non habebat
executionem paratam. l. minor. 25. annis cui
fideicommiſſum. ff. de mino. & hoc per regu
lam, cui licet quod eſt pius, licet quod eſt mi
nus. l. nec in eo. §. 1. ff. adulte. per Imo. in. l. ſi
vero. §. de viro. ff. ſolu. ma. & ſic reſidet præ-
2 dictus doctor contra Ange. ¶ Cerre retēta il-
la opinione, quam ipſe Aretinus ſequitur, ſci
licet, quod ſtatutum diſponẽs in contractu,
non habeat locum in quaſi contractu, *ma- **Adde Bal. i l. mutũ. §. fi. de acquirẽda hered. Albe. in tracta. ſtatutorũ. in. q. 100. in 1. par. te laſ. in l. barba. col. 2. ff. de officio pſe ſli pretori.*
xime vbi eſt eadem ratio, non vrget funda
mentum ſuum ponens differentiam in quaſi
contractu, qui oritur ex ſententia. ex eo quia
ſententia habet ex ſe executionem paratam:
quia hoc fundamentum ſuum tollitur ex eo
quod ſentẽtia eſt nouata per contractum: vn
de per dictam nouationem tam ipſa ſenten-
tia quã cõtractus, per quem eſt nouata ami-
ſerunt ius executiuum: cum ſententia noua-
ta nõ habeat executionem paratam; nec etiã
contractus in quo cõtinetur ſentẽtia nouata.
*a Iſte eſt caſus notab. in *. d. l. minor. 25. annis,
& in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudi. l. ſi
cauſam. C. de exe. rei iudi. ergo cũ dicta ſentẽ
tia nouata eſt, per contractum hac de noua
tione præſupoſita non poteſt ſtare fundamẽ
tum dicti doctoris: quia tunc ius executiuum
nullo modo poteſt aſſumere vires: niſi vigo
re ſtatuti diſponẽtis, vt contractus executio
ni mandetur, ergo nõ habebit locum in qua
ſi contractu: quia in materia exorbitanti &
contra legem diſpoſitio facta in cõtractu non
trahitur ad quaſi contractum, eſt caſus in. l.
2. §. omnis iuncta. l. de eo. §. fi. de iudi. quia in
§. omnis; aufertur priuilegium conceſſum le-
gato ſi contraxit in loco legationis: & illa di
ſpoſitio non extenditur ad aditionem hære-
3 ditatis, quæ eſt quaſi cõtractus. ¶ Nihilomi-
nus quo ad caſum legis noſtræ teneo contra
riũ; imo quod tale inſtrumentũ factum ſuper
ſentia habebit executionem paratã: quia nos
loquimur in lege, quæ mandat, vt inſtrumen
ta habeant executionem paratam & contra-
ctus. & cum ſit lex ceſſant fundamenta An-
geli qui loquitur in ſtatuto, & omnia ſua fun
damenta tendunt a ratione ſtatuti. Item hęc
lex non dicit quod inſtrumentum in quo cõ-
tinetur contractus: ſed quod quilibet con-
tractus; debiti, alterius cauſæ habeat execu-
tionem paratam. Sed licet in aliquo contra
ctu contineatur debitum ex ſententia ſeu ex
alio quaſi contractu, ſi in tali contractu eſt de
bitum certum: & in eo continetur pactum
executiuum, quod communiter apponitur
in omnibus contractibus. talis contractus ab
ſq; dubio executabitur per hanc legem, quæ
generaliter loquitur in omnibus cõtractibus
ex quibus aliquid debetur ſeu promittitur
non facta aliqua diſtintione ſit debitum ex
ſententia vel ex alia cauſa: & quia nomine cõ
tractus continetur omnis obligatio, l. omnẽ.
ff. de iudi. l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex qui. cap.
in poſſeſsi. ea. ¶ Iuuat prędicta quod etiam in
ſtatutis ſi mulier prohibetur contrahere, p- 4
hibetur etiam quaſi contrahere. de qua per
Bar. in l. more de acqui. hę. & licet Bar. ipſe in
alijs locis ſibi contrarius: & eſt longa quæſti.
tamen communis eſt opinio, & iuri conſo-
na, quod vbi eſt eadem ratio ſiue prohibẽdi
ſiue permittendi contractus, idẽ erit in qua-
ſi contractu, ſecus ſi eſſet minor. hæc fuit ſin-
gularis doctrina Bar. in. l. de eo. in. §. finali. ff.
de iudicijs. vbi tenet quod diſpoſitio facta in
contractu trahitur ad quaſi contractum, vbi
eſt eadem ratio, ſed nõ ad quaſi contractum,
vbi non eſt eadem ratio: & illum ad hoc põ-
derat Areti. in l. mutum in columna. 5. de ac-
qui. hæ. corroborari poteſt ex eo quod dicit
Ioannes de Imol. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſo-
lu. matrim. in ſecundo articu. principali & ex
gloſ. nota. in clem. prima. de eleptionib. & ex
eo quod dicit Bald in. l. quod vero. ff. de legi.
quia hæc eſt larga materia quo ad propoſitũ
legis noſtræ hoc ſufficiat. ¶ Ex quo habes. 5
quod ratio huius legis ad omne debitum in
inſtrumento contentum ſe extendat ſiue ſit
ex ſententia vel ex alio quaſi contractu: ma-
xime quia iam tale debitum non petitur ex
quaſi contractu: ſed ex contractu, vbi eſt in-
corporatus quaſi contractus, in exemplo po-
ſito per Angelũ. Vnde crederem *indiſtincte *b
quod diſpoſito huius legis habeat locum in
quaſi contractu: cum ſit eadem ratio. & quia
text. hic loquitur per verba multum genera
lia, ſcilicet, (obligaciones & deudas). l. omnẽ.
ff. de iudi. ibi (omnem obligationem. pro con
tractu, habendam &c.) Tertio, quia Bar. in. di
cta. l. mutum. tenet quod ſit in ſtatuto ſit mẽ
tio obligationis extenditur ad quaſi contra-
ctum. vnde ſi ſtatutũ dicat quod mulier non
poſſet ſe obligare ſine certa ſolẽnitate illa ſo
lenitas requiritur in quaſi contractu ex quo
poſſet oriri obligatio. Facit tex. in. d. l. more.

 vbi

vbi eſt caſus q quinō pōſe obligare, nō pōt
adire: nec quaſi cōtrahere multa poſſent ad-
duci tradita per doct. in. d. l. more. & in l. mu
tũ & in l. apud Iulianũ. §. ſi pupillus. ff. ex qui.
cauſ. in po. ea ſed quia nō ſunt præſentis ma-
teriæ illa omittã. prætereα ea nos loquimur
in lege vbi nō eſt tãta dubitatio doctores lo-
quũtur in ſtatutis inter quæ multũ intereſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Infra nouem dies a morte defuncti non poteſt peti execetio contra hæredes: & in quibus perſonis & pro quibus debitis procedad hæc concluſio per totum.*

*Nona limitatio.*

1 Nono limita hanc
legem, quod nemini licitum eſt hæredibus, p
pinquis & affinibus, & vxori, & coniunctis
perſonis defuncti & eius fideiuſſoribus vllã
inquietudinem vel moleſtiam occaſione de-
biti defuncti, vel generaliter ex quacunque
cauſa ad prædictas perſonas ſpectante ante
ſpacium nouen dierum inferre, quidquid in-
fra dictum tempus factum fuerit inualidum
* 2 eſt. *Iſte eſt caſus ſingularis qui ſic a Bar. ſum-
matur in. §. meminimus. in authen. vt cum de
appella. cognoſ. colla. 8. & ſic infra dictum tẽ
pus, ceſſabit executio. facit tex. in l. 2. §. pe. ff.
de in ius vocan. vide ſupra in quinta exten-
ſione ad hã legem: & ſic indiſtincte. §. ille lo-
quitur in illis perſonis, quæ habent conſan-
guinitatem, vel affinitatem cum teſtatore: q
nec pro debito teſtatoris, nec pro ſuo, nec
alia quacunq; cauſa ſunt inquietãdi infra di-
ctos nouem dies. & reprobat ibi tex. crudeli
tatem cuiuſdam, quem dicit Imperator cog-
nouiſſe, cuiuſdam mortui genitorem a ſepul
tura ſui filij redeuntem nomine debiti tenuiſ
ſe: & hoc prouatur ibi. (ſiue debiti gratia, q
a defuncto deſcendit ſiue alterius cuiuſcunq;
cauſæ nomine ad memoratas perſonas ſpe-
cialiter ſpectante.) rationem ſubdit ibi text.
qua illud tempus nouem dierum videtur cō
ueniens ad legẽdum, & ſic pondera illũ text.
qui generaliter loquitur non ſolum in debi-
to deſcendenti in perſona defuncti: ſed gene
raliter alterius cuiuſcunque cauſæ ex eorum
propria perſona. Vnde truncate & imperfe-
cte videtur ſumpta authenti. ſed nec. C. de ſe-
pul. viola. ibi. (nulla proſus fiat moleſtia ad-
uerſus quemlibet ex perſona defuncti.) nam
verba poſita. in d. §. meminimus ibi (vel ſiue
alterius cuiuſcunque cauſæ fuerunt ab Yr-
nerio obmiſſa.) ¶Patet igitur quod infra nō-
uem dies ceſſaui executio * contra dictas per- *b
ſonas, quod probatur ex dict. §. meminimus
inquantum in eo dicitur quod non poſsint
inquietari, nec moleſtia * eis inferri. Vnde ha
beo quod eo ipſo, quod lex dicit non in quie
tandos vetat executionem tex. & ibi Bart. in
l. fi. §. donec. C. de iure de libe. & per di. auth.
ſed nec dicit ibi Bart. ſe defendiſſe quandam
mulierem quæ nō petierat tutorem filijs ſuis
nil plus dicit: ſed ipſe idẽ Bart. eleganter hoc
declarat in. l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertu. ibi
enim mouet quæſtionem intra quantum tẽ
pus mater ſi nō petat tutorem filijs priuatur
ſucceſsione: inter alia dicit qd ſi pupillus mo
riatur infra nouem dies a morte defuncti pu
tat matrem excuſandam indiſtincte nullo a-
lio fundamento ductus: niſi per. d. §. memini
mus. Vnde fuit ſupra. d. auth. ſed nec vbi in-
fra nouem dies a morte defuncti non poteſt
inquietari. Vnde potuit eſſe, q in anno illo
tot conſanguinei matris deceſſerũt q habuit
excuſationem plurium menſium per illam
authen. & ex hoc vides Bart. ſentire id quod
ego ſupra dixi, ſcilicet, quod in his nouem di
ebus cognati & affines defuncti non poſſunt
inquietari, non ſolum pro debito quod deſ-
cendit ex perſona defuncti: ſed ex perſona p
pria, quia dicit Bart. quod mulier poſſet ha-
bere excuſationem propter mortem pluri-
morum cōſanguineorum: ſed id ad quod ip-
ſa obligabatur, ſcilicet, petere tutorem filio
ſuo ſub pœna priuationis hæreditatis nō de
ſcendenbat ab eis.

**Adde de huius tex. intel lectu: & limitatione vltra sup in alio. §. notata singularia letiss. aureẽ Nicol. Bo. in deciss. 53. in. 1. parte: vbi lateq; hæres possit excipere qd est intra tpe cōficiẽdi inuetarium.*

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum vbi eſt a debitore appoſitum iuramentum, non meretur executionem.*

Decimo limita vbi *Decima limitatio.*
iuramentum a debitor eſt appoſitum in con-
tractu ad ſubmittendum ſe iuriſdictioni ec- 1
cleſiaſticæ. Nam talis contractus in quo eſt
tale iuramentum non debet exequi text. eſt
nota. in legibus Toleti incipit. *(Porque ſo- * a
mos informados.) eſt hodie in ord. in tit. acce
dat ſing. determinatio Bal. in repetitione ſua
ſolenni ſuper. l. 2. ff. de iureiurã. l. 4. columna
in



in verſ. ſuper. 5. quæſt. in fin. dicti verſicu. vbi
tractando an ſtatutum poſsit remittere inter
ſubditos iuramentum: concludit quod tale
ſtatutum valet quod ad effectus iuris ciuilis:
vt quoad actiones quę ſunt de iure ciuili. Vn
de tale ſtatutum impedit per iuramentum da
ri robur contractui ad agendum in foro ciui
li. ex quo infet vnum verbum ſatis notandũ
ad hanc legem quod talis contractus repro-
batus a ſtatuto non eſſet priuilegiatus ex for
ma ſtatuti. Vnde non haberet paratam exe-
cutionem ex præcepto guarantigiæ per for-
mam ſtatuti. Nam quatenus de ſtatuto capit
de forma & eſſe eatenus poteſt petere de non
eſſe. ff. de re iud. l. eius eſt nolle, nam cum iſte
contractus ſit ipſi ſtatuto inimicus non de-
bet ad priuilegia ſtatuti pertinere l. 3. §. fin. ff.
de adi. lega. hæc ille. quæ verba, tene menti.

*SVMMARIVM.*

1 *Si Chriſtianus eſt obligatus infideli.*

*Vndecima limitatio.*

1 Vndecimo limita
nisi contractus eſſet factus cum Mauro vel Iu
dęo in quo Chriſtianus obligaretur eis ad ali
quid dandum ex contractu: quia talis con-
tractus contra Chriſtianum non habet exe-
* a cutionem paratam. *l. 2. in ordi. regis Henri-
ci in Burgis peti. 2. & ord. regis Ioan. Burgis
peti. 25. & regis Ioan. Madrid. peti. 1. & l. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Ante executionem inſtramenti an requiratur citatio.*

2 *Practica huius regni in executione inſtrumentorum & de fundamento illius.*

*Duodecima limitatio.*

1 Duodecimo prin-
cipaliter limita interueniente citatione. alle-
go ad hoc, Bal. in. l. ab executore. in. 2. col. C.
quarum appe. non recipi. in verſi. ſed quid di
ces. vbi poſtquã tratauit verũ in executione
ſentẽtiæ ſit neceſſaria citatio, quærit quid in
executione inſtrumenti guarantigiæ: Reſpō-
det Bal. qd nō poteſt fieri ſine citatione: quia
nulla ſententia præceſsit. Vnde ex quo nun-
quã fuit de cauſa cognitum, neceſſe eſt a cita-
tione incipere in. §. ſi. inſti. de pœna teme. li-
tigan. Idẽ tenet ibi Salice. in. 4. col. verſi. circa
iſtius partis expeditionem. dicit hoc eſſe in-
dubitãter verũ ponit quaſi eadẽ verba & fun
damenta Bal. eo ſuppreſſo, vt moris fuit eſt.
¶Cōmunis * practica quæ in hoc regno ſerua 2 * a
tur eſt qd eo ipſo, q pars pducit corã iudice *Nota cōmunẽ*
inſtrumentũ habens paratã executionẽ, nul- *practicã regni.*
la citatione præcedẽte iudex viſo inſtrumen
to dat præceptũ algazelo, qd faciat executio
nẽ in bonis debitoris p quãtitate cõtẽta in
inſtrumento, & infra terminũ executionis fiẽ
dæ cōpareat coram eo ad oſtẽdendã ſolutio-
nẽ vel aliam legitimã exceptionẽ & pars cō-
paret & opponit ſe dictæ executioni & præ-
cepto dicendo eã nullã & etiã præceptũ nul-
lũ & iniuſtũ & debere reuocari & ſi infra de-
cẽ dies pbet exceptionẽ legitimã abſoluitur
& reuocatur executio & præceptũ alias p-
ceditur ad finiendã executionẽ ſecundũ for-
mã huius legis. ¶Et hæc practica tollerari po 3
teſt ex quodam eleganti dicto Ang. de Peru.
ab eo poſito in loco ſatis remoto, & eſt in. l. ſi
ſic. §. 1. ff. de lega. 1. qui ar. dictæ. l. iuncta. l. cũ
quidam. ff. de lega. 2. inquit qd ſi ſtatutum di
cit, q debitor per inſtrumentũ guarãtigiæ ca
piatur ad merã voluntatẽ creditoris, prout eſt
Florentiæ quod viſu inſtrumento poterit in
cipi a captura nulla citatione præcedente: &
ſi dicas defenſio eſt de iure naturæ, ad quam
ordinatur citatio, ergo nō pōt tolli. citatio tã
quam de iure naturæ: vt in cle. paſtoralis. de
re iudi. reſpondet Ange. q non tollitur defen
ſio: licet varietur defendẽdi modus: *reſeruã *
tur enim defenſiones ex poſt facto q de iure
reſeruari poſſunt. l. ſi. C. de compẽſa. &. ff. ad
trebel. l. ille a quo in. §. ſi de teſtamẽto. l. 2. C.
de edi. diui Adria. tollen. quinimo cum defen
ſio ex cauſa tolli poteſt, multo, fortius tẽpe-
rari modificari, aut ordinari. l. ſi ſeruus. C. de
his qui ad eccle. cōfu. l. reprimẽdorũ. C. quo-
modo li. ſine iudi. ſe vendi. facit glo. notab. in
l. de pupillo. §. meminiſſe, de ope. no. nũ. & ibi
glo. vbi incipitur a præcepto cũ iuſtificatio-
ne ſi ſenſeris te grauatum: & ſic dicit Angel.
quod in caſu iſto placuit ſtatuẽti propter cau
ſam inſtrumenti guarantigiæ peruertere or-
dinem defenſionis, & dicit Ange. quod cum
quæſtio iſta fuiſſet ſibi cōmiſſa ſoluẽda Florẽ
tiæ: ita conſuluit, & ſic extitit iudicatũ. Quod
perpetuo tene menti ad defendendã practicã
noſtram quotidianam incipientem a præce-
pto executorio ſine citatione, quæ verba ha-
bent ſingularẽ effectũ: & ad propoſitũ nō re-
peries multa cōſimilia (additio) adde Ludo.
Roma. in conſilio. 133. in præſuppoſito poſt
principium. vbi inquit ſingulariter nulla fa- 4
cta Ang. mẽtione, q nihil aliud eſt inſtrumẽ-
tũ guarantigiæ clauſulã cōtinere & cōſequẽ

 ter

ter habere paratam executionem, niſi quod vigore eius competat exactio ſine ſtrepitu & figura iudicij: & de facto incipiendo a captura perſonæ vt patet ex his quæ dicit Barto. in. l. ex his. C. de poſiti.

### SVMMARIVM.

1. *An hæc lex aliquam exceptionem legitimã remoueat & num. 3.*
2. *Eſt differentia quod per ſtatutum vel legem remoueantur exceptiones vel quod ſtatuatur terminus ad probandum.*

1 Venium ad ſecundam partem inſimul cum tertia commentandas; quia in ſecunda: niſi coniunctim cũ tertia modice inſurgunt dubitationes. Continet ergo hæc ſecunda & tertia pars, quod ſi debitor opponat ſe contra inſtrumẽtum, & eius executionem a legando exceptionem ſolutionis vel quietationis, vel quamlibet aliã ligitimam exceptionem, & illam probet: nihilominus tenetur ſoluere & executabitur cõtractus nulla exceptione obſtante, & facta ſolutione admittitur ad prouandum, ſecundum formam de qua latius in hac lege. Conſidera iuriſta quod hæc lex ſi bene eam attendas, nullam exceptionem, ligitimam remouet, *quin poſſet opponi contra executionẽ contractus. Nam diſponit, ꝙ poteſt opponi exceptio ſolutionis vel quietationis, vel quælibet alia legitima exceptio: & hoc probatur ex iſta. l. maxime ibi. (allegando que les han fecho pago dellas, o que han fecho auenẽcia con ellos, ô pacto, o poſtura de les no demandar, o que ſe lo han quitado, o allegan otras qualeſquier exceptiones, &c.) & ſic practicatur. & per hãc. l. corrigitur hodie quedam. l. Henrici poſita hodie in quadam compilatione. tit. 8. l. 4. *a *in qua diſpoſitum erat, quod contra inſtrumentum nõ poterant, opponi, niſi certæ exceptiones contentæ in d. l. & per iſtam legem etiam diſtingues & limitabis dictam legem quod exceptiones, ibi contentæ
2 debeant probari infra decem dies. ¶Ex. at ergo maxima differentia: vbi per ſtatutum vel per legem remouentur aliquæ exceptiones ſimpliciter contra contractum. Sic loquũtur Doct. in diuerſis locis vel vbi non remouentur ſimpliciter, ſed ſtatuitur terminus decem dierum ad probandũ, nulla tamen exceptio quæ ligitima ſit excluditur. Nam in primo caſu ex maximus rigor in ſecundo non, maxime attenta huius legis diſpoſitione, vbi etiam poſt executionem admititur ad probandum. Ad han differentiã allego elegans verbum Bald. in loco peregrino, ſcilicet, in l. ſi. §. in cõputatione. C. de iur. delibe. vbi mouendo quæſtionem, ſi ſtatutum ſpecifice diceret, ꝙ contra inſtrumentum non poſſet opponi excepcio ſimulationis, dicit ꝙ licet ſit excluſus ab illa opponenda virtute ſtatuti: tamen quia tale ſtatutum eſt iniquum propter eius iniquitatem, recurritur ad ſubſidiũ eccleſiæ; ſubdit Bald. & in hoc facit, ꝙ ſecus eſſet ſi ſtatutũ non remoueret exceptionẽ ſed aſsignaret certum terminum ad illam probandam. Nam tunc in qualcunque exceptione ſeruandum eſt ſtatutum, ex quo non remouet illã, ſed ſtatuit terminum ad illã probandam: nec poteſt tunc recurri ad iudiciũ eccleſiæ: prout in caſu ſuperiori quando ſimpliciter remoueuatur exceptio: quia talis aſsignatio termini non dicitur iniquitas, ſed iuſtitia poſitiua. ff. de poſtula. l. 1. §. initium. in verſi. ratus. quod perpetuo tene mẽti. Ad hãc l. optime faciunt verba elegantia Angel. in l. ſi ſic. de lega. 1. in. §. 1. relata per me ſupra in finali limitatione ac hanc legem. ¶Ex prædictis infertur, quod cum hæc lex nullam exceptionem legitimam remoueat: ſed aſsignet terminum ad illam probandam obtinebitur regulariter in quacunque exceptione: & habeas hoc pro quodam nobili principio ad huius legis intellectũ, ne decipiaris in pluribus quæſtionibus, quæ per doctores in diuerſis locis circa hanc materiam ponuntur.

*Secũda pars huius legis.*

** Adde q̃ ſ. t ſcripta in additione inſerta in lectura in pen. col. huius. 4.*

*l. regni.*

### SVMMARIVM.

1. *Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit apponi contra inſtrumentum latiſsime diſputatur ad paries.*
4. *Stipulatio inutilis inſerta in inſtrumento exequendo an debeat executioni mandari: & num. 7. & 8.*
5. *Pactum nudum contentum in inſtrumento an debeat executioni mandari.*
9. *Dos incerta promiſſa an poſſit mandari executioni.*
13. *Exceptionem non numeratæ pecuniæ an ſufficiat allegari infra decem dies, licet aliter non probetur.*



14. *De ſtatuto diſponente in inſtrumento guarẽtigiato ad hanc legem non procedit ſemper argumentum.*
16. *Si non tenet principalis contractus nec acceſſorium contentum in eo.*
17. *Si deficiant ſubſtantia natura vel ſolennitas in inſtrumento præceptum guarentigiæ non valet. vide exempla. nume. 18. 19. & 20.*
21. *Inſtrumento vel priuilegio caſſato vel reprobato, an præiudicet confeſſio quæ reſultauit ex productione illius: & numer. 22.*
25. *Sublata omni exceptione contra inſtrumentum guarentigiæ an nihilominus poſſit excipi de nudo pacto.*
26. *Si in inſtrumento eſt renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ.*
27. *Negatiua, ſcilicet pecuniam non eſſe numeratam qualiter probetur & num. 28.*
29. *An iuramentum deciſorium appoſitum in contractu impediat exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
30. *Si exceptiones quæ opponuntur contra inſtrumentum vel contra eius neceſſariam ſolennitatem non videntur excluſæ. vide exempla ibidem, & nu. 31.*
32. *Exceptio nullitatis cauſata a defectu iuriſdictionis non videtur excluſa.*
33. *Dominium non probatur per iuramentum licet damna data poſſint probari ex forma ſtatuti, vbi ponit aliud ſimile.*
34. *Si negatur inſtrumentum productum eſſe confectum a tabellione parti producenti incumbit onus probandi, & qualiter & quãdo ſit probandum: & nu. 35.*
36. *In ciuitatibus & locis, vbi ſunt ſunt tabelliones publici. an ſoli illi poſſint conficere inſtrumenta.*
37. *Exceptiones iuris an videantur excluſæ propter hanc legem.*
38. *Si petatur executioni mandari inſtrumentum venditionis, an poſſit opponi exceptio rei non traditæ. & num. 39.*
40. *Exceptiones quæ in ſunt actioni an poſſint opponi poſt viginti dies, de quibus in l. regia.*
41. *Iudex ex officio an poſſit emptori agenti ad rem præcipere vt ſoluat venditiori precium rei.*
42. *Fideiuſſor an poſſit opponere contra inſtrumentum guarantigiæ quod ſibi iura cedentur.*
43. *Et an fideiuſſor poſſit opponere contra executionem inſtrumenti beneficium diuiſionis.*
44. *An poſſit reſtitutio in integrum peti contra executionem inſtrumenti, num. 45.*
45. *Omni exceptione ſublata contra executionem laudi poteſt oppini quod non tenet cõpromiſſum, & etiam ea que impediunt ſubſtantiam actus vel contractus.*
46. *In caſibus vbi minor admittitur vt maior nihilominus poteſt petere reſtitutionem in integrum.*
47. *Exceptio quæ deſcendit ex titulo quod cum eo an poſſit opponi per filium familias ſui iuris effectum.*
48. *Exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere poſſit an opponatur contra executionem inſtrumenti.*
49. *Et quid de exceptione Macedoniani.*
50. *Quarum exceptionum non ſit neceſſaria probatio ſed ſufficit infra decem dies earũ allegatio.*
51. *Exceptio quæ ex euidentia inſtrumenti colligitur an impediat executionem.*

Sed pro euidentia huius primæ partis ſubijtio quæſtionem notabilem, & quotidianam quam multoties vidi & habui de facto, nunc etiã pendet. Et eſt nũquid cõtra inſtrumentũ habens executionem paratã poſſet opponi *exceptio non numeratæ pecuniæ. Ita ꝙ etiam ſi nihil probet debitor infra decẽ dies, nec poſt opponendo hac 1 *2

hac exceptione infra decem dies obtineat,&
2 impediat executionem,videtur ꝙ non. ¶Pri
mo ex hac lege quæ indiſtincte diſponit ꝙ ſi
infra decem dies debitor non probet exce-
ptione ſolutionis, vel quietationis, vel aliã
legitimam exceptionem, quod executetur
inſtrumentum. ¶Secundo autoritate Bald.
in l.pecuniæ.C.de ſolutionib.vbi dicit.Nota
ad inſtrumenta confeſsionata, quæ habent
vim ſententiæ ex forma ſtatuti: ꝙ ex tali in-
ſtrumento probatur mutuum naturale, ſi-
cut probaretur per ſententiam diffinitiuam:
ſi ergo probatur mutuum vere præceſsiſſe
4 nõ habet locũ dicta exceptio. ¶Tertio ex eo,
quod dicit Ang. in l.1.in.§.ſi quis ita.de verb.
obligat.*verſicu.cui addo vbi poſtillando
Barto.dicit, quod ſi ſtatutum mandat execu
tari guarentigiæ, hoc eſt quod propter præ
ceptum guarantigiæ executentur inſtrumẽ-
ta,tunc licet ſtipulatio inſerta in inſtrumen-
to ſit inutilis, mandabitur executioni: & ſic
licet ſit nullus cõtractus celebratus in inſtru
mento mandabitur executioni inſtrumen-
tum,ſicut mandatur executioni ſententia in
iuſta lata ſuper inutili contractu in fauorem
carentis omni actione l.cum putarem.ff. fa-
mil.hercis.l.poſthumus.in §.ſi quis ex his. ff.
de inofficio.teſtam. hoc fuit de mente. Bart.
in dict.§.ſi quis.ita ad finem licet breuiſsime
loquitur remittens ſe ad verba ſtatuti. Idem
5 ibi Alexand. ¶Quarto facit not. deciſio.
Bald.*in l.ſecunda.C. de execut. rei iudi. in
fi.verbis vbi dicit,quod ſi in inſtrumẽto gua
rantigiæ continetur pactum nudum: & con
ſtat quod eſt nudum: & ſic inefficax de iure
ciuili,quod nihilminus debet tale inſtrumẽ
tum exequi. Mouetur quia cum ſtatutum
diſponit de executione inſtrumenti per con-
ſequens diſponit, quod pactum nudum ve-
ſtiatur literis,alias nõ eſſet exequibile.vñ per
inſtrumentum illa dicitur legitima conuen
tio, dato ꝙ eſſet facta nudo pacto: ideo quia
lege municipali adiuuatur ad agendum. ff.
de pactis.lege legitima. quod eſt multum no
tandum ſecundum eum.ecce ergo, quod ex
pacto nudo de iure ciuili nõ oriebatur actio.
tamen dicit Bald. ꝙ eſt quo ſtatutũ mandat
exequi inſtrumentum, videtur inducere veſti
mentum literis huic nudo pacto & facere il-
lud efficax: ſic ergo in cõfeſsione ſuper mu-
tuo licet talis confeſsio ſit efficax infra bien
niũ redderetur efficax in inſtrumento execu
torio appoſita dicta confeſsio.idẽ Bal.in l.ex
placito ſi.verbis.C.de rerũ permu. vbi dicit,

**Arguit autor ad partẽ negatiua in hac quæſtio.3 vſque ad nu. 11.incluſiue.*

** Adde quę ſcribit autor infra eodẽm. §.nu.24.*

**Adde quę ſcribit autor infra eodẽ.§. nu.25. & vid.late per Iaſ.de veritate huius ſentẽtiæ Bal.in legitima.ff.pact.col.2.vbi reprobat opinio Bal.*

quod contra inſtrumentum guarantigiæ no
poteſt opponi quod pactũ fuit nudum nudi-
tate formali allegat.d.l.legitima,&.l.ſi quis
argen.de donationi idem Ioan.de Imo. in.l.
ſi.col.12.ff.a quibus appel. nõ li.& de hoc di
cto meminit Alexand.in dict.§.ſi quis ita.5.
col.verſ.poſtremo.vbi reſidet cum deciſione
& diſtinctione ſuperiori. ¶Præterea facit o- 6
ptime,id quod Bal.dicit in.l.ſi.C.de fal.cau.
adie.lega.vbi tenet, quod ſi dicat ſtatutum
quod contra inſtrumenta dotalia non poſſet
aliqua exceptio opponi quod non põt oppo
ni,niſi illud quod tangit inſtrumentum puta
defectum ſolẽnitatis inſtrumẽtalis; vt eſt de-
fectus diei conſulis:& ſic de ſimilibus,quæ tã
gunt inſtrumentum, non autem poteſt op-
ponere id quod tangit ſubſtantiam indebiti
vel obligationis.Ratio eſt:quia hoc nomen
inſtrumentum ſignificat non veritatem, ſed
continentiam & tenorẽ,facit quod dicit Bar.
ff.de teſta.mili.l.Diuus:& in.l.prima.§.parui
ff.quod vi aut clã. ¶Item hoc videtur eſſe de 7
mente Alexã.in l.ſi ita ſtipulatus in.§.Griſo
gonus.ff.de verbo.obliga.in.10.colum.vbi
mouendo quæſtionem ſi inſtrumentum gua
rentigiæ continet inutilem ſtipulationem de
beat executeri finaliter reſidet cũ diſtinctio-
ne,de qua Ange.& ipſe in dicto.§.ſi quis ita,
ſcilicet,quod dato:quod in inſtrumento gua
rentigię cõtineatur confeſsio vel ſtipulatio
quæ aliqua cauſa ſit inutilis: vt quia facta a
muto,tamen inſtrumentum habebit execu-
tionem paratam ſi tale ſtatutum mandabat
executari inſtrumentum, non propter con-
tractum, ſed propter præceptũ guarentigiæ
ſecus ſi mandaret exequi inſtrumentum pro
ter contractum: & ſic propter ſubſtantiam
contractus:& ſic tenet idẽ quod ipſe & Imo.
& Angel.tenent in di.§.ſi quis ita. & per fun
damenta adducta per Ange.ibi & ad hoc fun
dandum adducit dictam determinationem
Bal.de qua in.d.l.2.de execu.rei iudi.ſ. ꝙ ſta-
tutum dans executionem paratam in inſtrũ
mentis habet locum in inſtrumentis conti-
nentibus nudum pactum, & ſic inefficax de
per ſe.Idem Bal.l.ex placito,& in.d.l.3.§.pu
pillus de nego.ge.ſecundũ Alex.& ibi Alex.
poſt multa hinc & inde adducta, dicit ſic de-
beri concordari ſecundum diſtinctionem ſu
pradictam.Ange.& Imo.in dict.§.ſi quis ita
fuit de mente Bal.in multis locis.¶Intentio 8
iſtorum tendit ad hunc finem,quod vbicun-
que ſtatutum mandat executari guarenti-
giã & præceptum:& ſic inſtrumentũ propter
dictum



dictũ præceptum,non curamus,ꝙ confeſsio
in eo appoſita, ſeu ſtipulatio ſit inutilis vel
inefficax, vt in pacto nudo: ex quo eſt in eo
præceptũ guarantigiæ cui ſtatutũ dat execu
tionem,quaſi abſolutũ, & per ſe non conſide
rata validitate,vel ſubſtantia debiti,ſeu obli
gationis,ſed quando mandat executari con
tractũ propter contractũ,& tunc ſecus, vt in
fra dicetur;quia ſtatutũ illo caſu videtur ha
bere conſiderationem ad ſubſtantiam,& va-
liditatem contractus,ſeu obligationis.Dicit
tamen Alex.ꝙ opinio illorũ eſt limitanda,ni
ſi confeſsio ipſa tranſiret in ſpecificũ nomen
contractus,prout eſt confeſsio mutui iuxta.
l.2.cũ ibi no.ſi cert.pet.quo caſu etiam ſi ſta-
tutũ daret executionem inſtrumento guaren
tigiato propter contractũ debent executari
& ſortiuntur effectũ in inſtrumento, in quo
eſſet facta confeſsio,quãuis ſtipulatio eſſet in
utilis.ſic reſidet multipliciter reſpõdens cui-
dam dicto Bald.in l.ſi abſentis. C.ſi cert. pe.
optime fundatur hęc concluſio. ſ.ꝙ dato qđ
actio ſit inefficax,inducatur ſibi quoddam ve
ſtimentũ ex dicto præcepto guarentigiæ: ex
*b eo ꝙ dicit Bal.in l.1.ad fi.C.de dot.promi. *
ibi tex.dicit,ꝙ dos incerta promiſſa ex nudo
pacto non poteſt exigi: & inſtrumentum eſt
inefficax in quo promittitur dos incerta, pu
ta,quia quę nubebat,vt ibi tex.dicit in inſtru
mento dotem dare promiſit.
9 ¶Infert ibi Bal.*quod ſi ſtatutum diceret.ꝙ
in inſtrumento guarentigiæ, id eſt habens in
ſe præceptum notarij de ſoluendo mandetur
executioni, ꝙ ſi in tali inſtrumento fuit dos
incerta promiſſa,qđ mandabitur executioni
tale inſtrumentum arbitrio boni viri conſti-
tuenda: & ſic executabitur ſecundum arbi-
trium boni viri.Nec obſtat ſecundũ eum.d.
l.quia ibi concurrebant duo ſpecialia in ca-
ſu iſtius quæſtionis: licet concurrãt duo ſpe
cialia non ex eadem cauſa:ſed vnum ex con-
tractu alterũ ex autoritate iudicis præcipien
tis: ſed ad aliud argumentũ, quod ipſe facit
non reſpondet: dicit enim primo videtur qđ
non valeat, quia cum non valet inſtrumen-
tũ quod eſt principale,vt in d.l. ergo nec prę
ceptũ guarantigiæ,qđ eſt acceſſorium.l.1.§.
hæc verba.ff.ne vis fiat ei.hoc argumentũ re
linquit inſolutũ & reduxit ſe abſolutionem
d.l.primæ. ſed poteſt reſpondere, vt ſupra:
quia ſtatutum videtur hoc priuilegium dare
guarentigiæ: & ſic præcepto non habendo
reſpectum ad contractũ,& eius validationẽ,
vt late ſupra deductum eſt.

*Adde autorẽ ſupra in.4.limitatione. col.fi.in verſi. adde prædictis.*

¶Præterea fundamenta ſuperiora adhuc ma 10
gis vrgent ad hanc legem regni, attento qđ
per eam non tolluntur omnino aliquæ exce
ptiones,niſi quo ad terminũ probãdi eis præ
fixum:& etiam poſtquam cõtractus fuit exe-
cutioni mandatus cũ effectu admittitur ad
omnes exceptiones allegandas & probandas
via ordinaria,vt continetur in d.l. Præterea
hoc videtur ſentire quædam glo. in l.vnica.
C.de confe.vbi glo.exemplificat.d.l.in con-
feſsione facta ſuper mutuo;& dicit qđ præiu
dicat ſi fiat in iudicio,vt ibi tex.dicit,ergo ſic
videtur dicendũ in his inſtrumentis, quia ha-
bent paratam executionem in cõfeſſum ſicut
ſententia.
¶Præterea Bal. in l.ſi ſub ſpecie. C. de poſtu. 11
dicit;quod ſi per ſtatutum contra inſtrumen
tum confeſsionatũ non poſſet opponi,niſi ex
ceptio ſolutionis & ſimulationis,qđ nec etiã
poteſt opponi exceptio nõ nu.pe.Ratio,quia
hæc exceptio non eſt proprie ſimulatio;quia
eadem cauſa quæ præparatur exprimitur in
inſtrumento.& ſic a principio nulla eſt ſimu-
latio,cum inter partes per chirographũ ve-
re contrahitur; licet efficacia non ſit illi con
tractui,niſi poſt biennium.& idem Bal. in l.1.
C.de execut.rei iudi.dicit, qđ ſi per ſtatutum
contra inſtrumentum guarantigiæ non poſ
ſunt opponi,niſi certæ exceptiones,ꝙ contra
dictum inſtrumentum non poteſt opponi, ꝙ
ſtipulatio eſt ſine cauſa:licet Bald. contra in
l.ſi non ſortem.in.§.indebitum. verſic.ſed an
poterit.ff.de condi.indeb.& opin.Bald.in d.
l.2.reperio tenere eundem Bal. in l. ſicut. C.
de repu.hæred.vbi dicit, qđ in inſtrumento
guarentigiato non requiritur cauſa cum ſit
ibi præceptũ iudicis factũ in confeſſum,quod
videtur factũ in iudicio: licet ratio iſta non
cõcludat quo ad legem noſtram. ¶Hæc ſunt
quæ aliquem inclinare poſſent in hanc partẽ
quibus nõ obſtantibus q̃ ad caſum. l. noſtræ,
& attẽto tenore inſtrumentorũ,quę hodie in
Hiſpania fiũt habentiũ paratam executionẽ.
*¶Teneo contrarium, imo qđ poſſet opponi 12
contra ea & contra executionẽ exceptio non
numeratæ pecuniæ: * & ſic multoties conſul
ui.& ſic etiam iudicibus in ſimili cauſa iudicã
tibus dedi conſilium,& me ſubſcripſi eorum
ſententijs,& ſemper obtinui, & hanc partem
ſequutus ſum dum olim iuuenis repeterem
l.primam.C.de hæred.actio. vt latiſsime in
illa famoſa repetitione.videbis in centeſima
col.fundamenta propter quæ hanc partem *c
eſſe veram affirmaui indubitanter ſunt hæc.
¶Pri

*Opinio authoris tenentis partem affirmatiuã quã proſequitur vſque ad nu. 23.incluſiue.*

13 ¶Primo, quia hæc lex nullam exceptionem remouet legitimam ad impediendam executionem, ſi infra decẽ dies probetur: ergo cum iſta ſit exceptio legitima, & iuridica appoſita infra terminum impedit executionem. & ſi tu dicas etiam ſi opponatur, infra terminum ſi tamen illam non probat infra terminum, videtur nota ſingulariter, quod nõ poſſet obtinere: cum hæc lex mãdet fieri probatio, infra decem dies. Nam ad hoc reſpõdeo, quod eo ipſo: q̃d opponit exceptionẽ non nu. pec. infra bienniũ per conſequens probat ſibi non nu. pecu. Allego ad hoc text. in l. ſecunda. C. de non nu. pe. vbi text. iuncta gl. dicit, quod debitor probat ſibi non nu. pe. eo ipſo, quod opponit exceptionem non nu. pe. donec contrarium probetur. Ad idẽ eſt tex. iuncta glo. in l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam. l. 1. in parte aſſeris. C. de non nu. pe. cum igitur iſta ſit exceptio legitima, & illam opponat infra terminum, & videtur illam probare eo ipſo, quod non probatur contrarium, ſatisfacit huic legi: & per conſequens debet obtinere.

14 ¶Secundo, quia prædicti doctores loquũtur in caſu ſui ſtatuti & in forma ſuorum inſtrumentorum, quæ ſunt guarantigiæ, & habent præceptum in confeſſum: quæ confeſsio fit coram notario, qui habet iudiciariam autoritatem ad præcipiendum: & ſic habetur tanquam ſi confeſsio eſſet facta coram iudice, & illud tale præceptum habet vim ſententiæ, & ſecundum ſtatuta eorũ nulla exceptio poteſt opponi, quæ omnia ſunt multũ diuerſa legi noſtræ & eius diſpoſitioni: & etiam conſuetudini & ſtillo inſtrumentorum quæ conficiuntur in hoc regno tam quia non fit præceptum in confeſſum: quam etiam quia notarij nullam iuriſdictionem habent ad faciendum tale præceptum: & hæc lex etiã permittit apponi oẽs exceptiones legitimas, q̃d ſecus diſponũt ſtatuta Italiæ in multis partibus. Ideo ſemper aduertas q; non ſemper procedit argumentũ de inſtrumentis guarãtigiæ ad noſtra inſtrumenta dato, q; omnia habent executionẽ paratã, ſed diuerſimode. Ideo ſemper attendas ad rationẽ qua mouetur doctores ad decidendũ, vt ſic videas ſi procedit argumentum de inſtrumento guarantigiæ, de

15 quo ipſi loquuntur ad noſtra inſtrumenta.

*¶Tertio, quia etiam in ſtatuto eorum & inſtrumento guarantigię reperio contrarium: & ad hoc allego autoritatem Cyni de Piſtorio in l. in contractibus in princ. C. de nõ nu. pecu. 4. quæſt. vbi dicit, quod ſi aliquis in iudicio confeſſus eſt recepiſſe pecuniam promitit illam ſoluere, quod ſi hoc fecit ſponte nõ attractus: ſed per modum voluntariæ iuriſdictionis, non præiudicat ſibi: imo habet exceptionem non nume. pe. Quod facit ſecundum eum pro debitoribus qui obligantur in inſtrumento guarantigiæ. Nam cum ibi illa confeſsio & pręceptum quod iudex facit vel tabellio ex forma ſtatutorum procedant per modum voluntariæ iuriſdictionis, competit contra tale inſtrumentum exceptio nõ nume. pecu. ſicut competit contra confeſsionem, vt in d. l. in contractibus cum vtrobiq; militet eadem ratio: ſed ſi in iudicio cõfeſſus eſt, & promiſit inuitus, & per modum contẽtioſæ iuriſdictionis, tunc non poteſt opponere dictam exceptionem: quia cum inuitus fecit non præſumitur factum ſpe futuræ numerationis: quia non eſt veriſimile, quod confeſſus fuiſſet ſi pecunia ſibi non fuiſſet numerata. ff. de verbo. obliga. l. inter ſtipulantem. in. §. ſtichum. ideo præiudicat ſibi confeſsio. Idẽ ſequitur ibi ad literã Sali. & quo ad hoc vltimum addit aliam rationem: quia quãdo in iudicio confitetur inuitus per modum cõtentioſæ iuriſdictionis, videtur confeſsio facta ſuper mutuo antecedenti: & ſic ceſſat exceptio. C. de non nu. pecu. l. generaliter. Bal. idem in l. in contractibus. ad fin. princip̄. C. eodem ſequutus per omnia Cyn. ibi. Idem Cynus in l. vnica. in. 2. quæſt. C. de confeſ. ponit formam iſtorum inſtrumentorum, in quibus fit præceptum de ſoluendo a iudice, vel a notario per ſtatutum & exẽplificat ex cauſa mutui dicens, q; habet executionẽ paratã: ſed loquitur generaliter de effectu præcepti, nec loquitur in caſu in quo opponeretur exceptio non nume. pecu. vel ne. Ideo ne decipiaris, quia poſſent aliquem imperitum mouere verba ſua ad contractũ executandũ, nõ obſtante exceptione non nume. pecu. & ipſe loquitur generaliter de inſtrumentis confeſſionatis: & illud regulariter eſt verũ, quod confeſsio in iudicio habet executionẽ paratã. vt eſt caſus in l. vnica. C. de confeſsis: & in hac. l. poſt rem. dixi latius ſupra. propter hoc dicit Bar. in d. l. vnica, quod inſtrumenta confeſsionata habent executionẽ paratam: quia per ſtatutum in illa ciuitate datur iuriſdictio tabellioni, vt ſupra dictum eſt. Hanc eandem opinionem reperio tenere Salice. in l. vnica. C. de confeſ. 3. col. in. 3. oppoſiti. vbi intelligẽdo quandã glo. illius. l. quæ exemplificat illã l. in mutuo. dicit q; in mutuo confeſsio facta in

* Adde Feli. in. c. ſi cautio de inſtru. maxi. nume. 55. verſ. falli. 4.



cta in iudicio præiudicat, dicit Sali. in princ. illam intelligere quando illa cõfeſsio fuiſſet facta in iudicio neceſſario, quod redditur in inuitum per modum contentioſę iuriſdictionis, & ad hoc reputat illam gl. pro notabili: quia tunc ſtatim præiudicat, nec poteſt apponi exceptio non nume. pecu. cum tunc eſt cõfeſsio ex cauſa de præterito: & hæc eſt concluſio Cyni in d. l. in contractibus, quã ſupra retuli: licet non allegauerit dictum glo. clarius adhuc loquitur Sali. in d. 3. oppoſiti. vbi dicit: quod dicta glo. non habet locum quãdo confeſsio fieret per modum voluntariæ iuriſdictionis, vt in inſtrumentis guarãtigiæ quæ fiunt in Tuſcia, vbi iudex vel notarius facit præceptum confitendi, vt ſoluat ad terminum. Nam talis confeſsio & præceptum non præiudicat quin poſſet opponi exceptio non nume. pecu. quaſi tunc procedat ex partium conuentione: & ſic ſequitur Cinum, cuius fuit hæc originalis opinio.

16 ¶Quarto allego Bald. in l. ſi abſentis in pen. col. C. ſi cert. peta. vbi dicit hæc verba: vnũ ſcias propter ſtatutum de iſtis inſtrumentis confeſſionatis, ſiue guarentigiatis: quia ſi nõ

* d tenet principale * non tenet confeſsio, nec pręceptum per text. ſingu. in l. ſi. ff. de conſti. pecu. & eſt ille caſus ſingu. quod ſi aliquis credidit ſe eſſe hæredem debitoris creditore defuncti hoc ei perſuadente: propter quod conſtituit ſe debere creditori, quod defunctus debitor ei debebat. Nam ſi reuera non fuit hæres, nihil valet conſtitutum, nec ipſe remanet obligatus virtute talis cõſtituti: & ideo ſummatur illa lex ſic per Ange. ſi non tenet contractus principalis, non tenent ea quæ appoſita ſunt, tanquam eius adminiculum. nam quicquid ibi eſt confeſſus præſumitur quod confeſſus eſt erronee credens ſe hæredem. Vnde conſtito, quod non ſit hæres nihil valet confeſsio & dictam. l. inducit. ibi Guiliel. de Cu. & poſt eum Ange. ibi ad vnum verbum notãdum. quod emptores redditaum publicorum non tenentur ad ea, quę promiſerunt: non ſolum communi, ſed alijs quibuſcunq;: ſi ad ipſos emptores redditus non peruenerunt, forte quia contractus principalis non valet, vel quia ciuitas eis aufert. quod reputo valde notabile pro conductoribus gabellarũ noſtri temporis ad multa quotidie eis occurrentia. Item nullo exiſtente contractu vel inſtrumento, nulla eſt guarentigiæ clauſula, reciſo enim principali contractu, intelligitur eſſe reciſa & annullata quælibet eius clauſula habens ſe per modum acceſſorij ad dictum contractum, vt eſt guarantigia, id eſt clauſula executoria. Iſta eſt glo. ſingu. quam ad hoc propoſitum laudat Roma. in conſilio. 42. incipit viſis quæ egregie in l. ſi patronus. §. ſi. ff. ſi quid in fraud. patro. dixi ſupra in ſecunda notab. in verſic. & pondera pulchre in materia iuramenti.

17 * ¶Quinto allego pulchra verba Bal. in l. etiam in prima & ſecunda colum. C. de execu. rei iudic. quæ ſeruiunt non ſolum ad hoc propoſitum: ſed ad multa occurrentia ſuper his inſtrumentis dicit enim & optime conſiderandum eſſe in his inſtrumentis guarentigiatis, quod vbi deficit ſubſtantia & natura vel ſolennitas præceptum guarentigiæ non valet: & ſecundum eum ſubſtantia eſt, quod primum res aliquid eſt natura qua primum res talis eſt: & ſic de alijs: vnde infert quod ſi inſtrumentũ eſt factum cum furioſo, cum deficiat ſubſtantia, nil valet præceptum. Idem ſi inſtrumentum ſit factum in carcere ad vtilitatem & locupletationem incarcerantis & ſic eſt vitium quod cum aliena iactura quis intendit locupletari: quæ ratio concludit ad propoſitum noſtræ quæſtionis. Infert etiam & notanter, quod ſi eſt contractus innominatus, qui proprie naturam non habet, *niſi ſit proceſſum ad implementum ſaltem vnius partis: quod præceptum factum ad executionẽ iſtius contractus non valet, niſi agẽtis impletio ſequatur. Mouetur quia ſi principale virtutem nõ habet: ergo nec acceſſorium. Alleg. l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei: quã multoties ad hoc propoſitum allega. l. falcinus. §. ſi in diem. ff. ex qui ca. in po. ea. facit. d. l. ſi. ff. de cõſti. pec.

* Adde Iaſ. in l. iuris gentium in. §. q̃ fere. ff. de pac. & li. col. 2. & vi. Mari. ſoc. in conſi. 51. præſtãtiſsime doct. 1. vol.

18 ¶Infert etiam, quod ſi ſit præceptum extra naturam contractus, puta quod vnus cõtrahentium vadat Romam pro alio nulla obligatione ſuper hoc præcedente, non valet. allegat Inno. in cap. 1. de iud. lib. 6. ¶Vlterius infert, quod ſi ſtatutum ſit, vt in contractibus certa ſolennitas ſeruetur, quod præceptum guarantigiæ illa ſolennitate non ſeruata non valet dato quod illud præceptũ non ſit contractus. l. verba geſſerunt de verborum obligatio. l. cum hi. §. ſi prætor. de trãſa. quia perfunctoria præcepta legis efficaciam non habent concludens, quod ad hoc vt guarãtigię id eſt illud pręceptum executorium ſit ſeruãdum oportet, quod neceſſaria adſint & abſint obſtatiua. & hoc teneme nci tu iudex corã quo petitur executari inſtrumẽtũ a muliere celebratũ: vt videas ſi tale inſtrumentum

fuit

fuit factum a muliere de licẽtia mariti: quia
ſi deficit dicta licentia, non meretur executio
nem: cum hodie per l.maguer foro legũ.lib.
3.titu.(delas deudas) mulier non poteſt ſine li
centia mariti contrahere. Subdit Bald. Idem
eſſe in inſtrumento confeſsionato: quia ne-
ceſſario oportet quod aſſumat vim & virtu-
tem a cauſa ipſum producente. Sed cũ cauſa
confeſsionis ſit mutuum ſi non fuit facta nu-
meratio in præſentia tabellionis, & teſtiũ ex
ſola confeſsione infra, biennium, nec proba
tur, nec præſumitur numeratio: ergo cauſa
ipſam cõfeſsionẽ producens non eſt vera,
nec efficax in effectu: & quia in mutuo ſubſtã
tia contractu eſt numeratio, vt leges dicunt,
& Bal. in l.1.in.2.col. de execu. rei iudi. & ſic
infra, biennium aliter non probata numera-
tione, quam per confeſsionem non poteſt in
ſtrumẽtum virtutem ſumere a cauſa ipſum
20 producente. ¶Infert etiam, quod ſi fœnerator
reuera mutuauit centum, & fuit celebratum
guarentigiæ in hac forma; ꝙ ego promiſi ei
iſta centum reſtituere infra menſem: & ſi ſic
non fieret poſt menſem ei eſſet licitũ accipere
& quærere ſub vſuris dicta centũ, quæ dicta
centum & vſuras ego promiſi reſtituere, qđ
hoc inſtrumentũ non eſt exequibile contra
me pro dictis vſuris, ex eo ſolo quod fœnera
tor dicat dictã pecuniam ſe ſub vſuris acce-
piſſe. Imo debet probare quod ſua intererat
accipere ſub vſuris propter aliquod eminẽs
periculũ: quia hoc inſtrumentũ eſt ſuſpectũ,
maxime ſi in eo diceretur quod ſtetur ſimpli
ci dicto fœneratoris ne fœneratoribus detur
materia fraudandi. Quod nota ad multa.

21 *¶Sexto mihi videtur facere ſatis ad propo
ſitũ id ꝙ dicit Inno. *not. in c.cũ venerabilis.
de exceptio. 2. col. qđ ſi actor producit aliqđ
priuilegium pro ſe, & poſtea illud priuile-
gium probetur falſum, licet tacite producẽ
do priuilegium, videtur cõfiteri omnia in eo
contenta eſſe vera, etiã quatenus faciunt con
tra eũ, tamẽ reprobato; & caſſato priuilegio
falſo probato non præiudicat ſibi dicta con-
feſsio: cum videatur hoc feciſſe innitens pri
uilegio ſuo quod verum putabat. c.cum i. &
a. de re iudi. ſubdit plus & in hoc facit quod
idem eſſet ſi expreſſe cõfeſſus fuiſſet vera eſſe,
*e quæ in priuilegio continentur: & ſic confite-
retur reſpectu inſtrumenti, nam eo caſſato &
ſublato, & omnia quæ ex eo ſequuntur videã
tur tolli: ſecus ſi confeſſus fuiſſet non reſpe-
ctu inſtrumenti: nam tunc tenetur ſtare con-
feſsioni etiã caſſato inſtrumento, & hanc con

*Adde de materia ſcribentes in.c. cum venerabilis hic alleg. vbi Phi. Dec. nu. 22. cũ pluribus ſeq. ordinauit dicta doct. per ſex concluſiones.*

cluſionem Innocen. reperio tenere Bart. in l.
poſt legatum. ff. de his qui. vt indig. 2. col. in
verſi. Item cõtra hoc oppono, dicit etiam In-
nocen. vbi ſupra: ꝙ ſi tale inſtrumentum ca-
reat ſolennitate nõ propter hoc irritatur cõ-
feſsio, qua actor confeſſus eſt contenta in in-
ſtrumẽto eſſe vera: & credit Inno. quod licet
pronuncietur inſtrumentũ non probare, for
te quia deficiebat conſenſus canonicorum
de cenſi. c.cum olim vel alium defectum ſo-
lennitatis patiebatur propter quod pronun
ciatum eſt inſtrumentũ non ſufficere ad pro-
bationem eius, quod inducitur: tamen cõfeſ-
ſio ſibi præiudicat propter quã rata debent
haberi contenta in inſtrumento. Rationem
differentiæ ponit ibi Inno. & de per ſe patet.
nã ſcdm eum probato falſo inſtrumento, tol
litur fundamentum cui inhærebat cõfeſsio:
& per conſequens totũ tollitur edificiũ ei co
hærens. ſ. confeſsio. c.veniens. de presby. non
bapt. in alio caſu remanet inſtrumentũ in ſuo
vigore, licet nõ habeat tantũ vigorẽ, vt cre
debat producens argu. auth. ex cau. de libe.
præte. ſic ad propoſitũ cum dicta confeſsio
ſpe futuræ numerationis ſit inefficax ante biẽ
niũ eodẽ modo præceptũ executiuũ appoſi-
tũ in dicto inſtrumento tantũ inhærens dictę
confeſsioni, eſt inefficax, quæ omnia ſenſit
Inno. in c.cũ olim de cenſi. optime facit id ꝙ
dicit Bar. in d.l. poſt legatum, vbi limitando
ſupra dictã concluſionem Inno. dicẽtis, quod
quando confeſsio facta eſt ſimpliciter, nõ re-
ſpectu inſtrumenti, etiã caſſato inſtrumento,
non caſſatur confeſsio. Nam refert illud pu-
tare verum ſi quis diceret inſtrumẽtum nul-
lum ſimpliciter. Sed ſi quis allegaret erro-
rem in confeſsione: & ad probationem erro-
ris induceret inſtrumenti nullitatem: tunc il-
lud ſufficeret, & videtur erronea confeſsio,
nec ſi bene conſiderentur aduerſantur his,
quæ dixit Angel. & poſt eum Imol. in l. ſer-
uum filij. §. eum cui. ff. de legat. primo. & in
l. huiuſmodi. in. §. ita cui. ff. de legat. pri. quia
ibi annullatur inſtrumentum a lege, & etiam
eſt ibi caſus diuerſus, vt dixi ſupra in. 6. prin
cipali limitatione. ¶Septimo mouet me mul
tum conſideratio. l. fi. C. de non numerata pe 22
cun. vbi eſt caſus ſingularis: *quod iuramen
tum appoſitum ſuper contractu mutui non
alterat naturam contractus, & iuramento nõ
obſtante infra biennium poteſt opponi exce
ptio non nume. pecu. quia dictum iuramen-
tum habet tacite naturam contractus anne
xam, & ſcdm eã videtur iurare debitor. ſ. ſi ſi
bi nu-

*f *Adde Feli. in c. ſi cautio. de fid. inſtr. nu. 76. verſ. am plia. 1.*



bi numerata fuerit pecuia: ſic in propoſito
licet præceptum guarentigiæ, & alię clauſulę
ponantur in contractu non alterant naturã
eius: imo intelliguntur appoſitæ ſub eadem
conditione ſcilicet ſi numeratum fuerit: & ſi
hoc eſt in iuramento quod tangit deum, &
ei dirigitur a fortiori in præcepto executiuo,
maxime cum iuramentum ſit grandis effica-
ciæ: vt dixi in primo notabi. Præterea nõ po
teſt negari quod vbicunque quis confitetur
in inſtrumento ſe mutuum accepiſſe, vbi ali-
ter per inſtrumentum non conſtat de nume-
ratione lex præſumit, quod ipſe futuræ nu-
merationis fecit promiſsionem & confeſsio-
nem, lex etiam præſumit infra dictum bien-
niũ, quod ſibi nil numeratum eſt, ergo cum
infra dictum bieniũ cõuenitur debitor, &
ipſe excepit ſibi non num. pecu. iam redditur
confeſsio inefficax & inualida. nã ſi ille pro-
miſit ſoluere, fecit ſub ſpe numerationis fien
dæ quam cogitabit, & creddit ſibi fiendam,
& deceptus eſt cum non fuit facta: & eodem
mor bo laborat præceptum gurantigiæ: &
omne illum quod factum eſt in eodẽ inſtru-
mento cum totum ſit factum in conſequen-
tiam dictæ confeſsionis: & ſit ſuccedunt om
nia fundamenta per Innoc. in d.c. cum vene
rabilis per me ſupra recitata: & videtur aper
te militare ratio. l. fi. C. de conſti. pecu. & di-
ctum Bal. in dicta. l. ſi abſentis. quod dictum
recitat & ſequitur Pau. de Caſt. in. d.l. fina. li-
cet Alexã. in. d. §. griſogonus intelligat illud
rũ cũ quadam modificatione ſcilicet quan-
23 do ſtatutum mandat exequi contractũ pro-
pter obligationem, & nõ principaliter pro-
pter præceptum, vt ſtatim ſubijciam. *Prętc
rea Bal. in. l. ſi non ſortem in. §. indebitum in.
2. col. ff. de cõdi. inde. dicit quod ſi per ſtatu-
tum excludatur omnis exceptio cõtra inſtru
mentum guarantigiæ, nihilhominus poteſt
excipi de nudo pacto. Mouetur per funda-
mentum ſatis concludens ad propoſitum:
quia iſtud præceptum eſt acceſſorium, & ſi
principale non valet ad agendum, ergo nec
acceſſorium: quia acceſſorium non veſtit
principale. l. ſi pacto quo pœnam, & l. petens.
C. de pactis. ſecus ſi ſtatutum tolleret defen-
ſionem; cum ſufficiat agenti iuſtitia natura-
lis. l. bona fides. ff. de poſiti: & ſic tenet cõtra
rium eius, quod tenuit in. d.l. 2. Præterea re-
perio hoc expreſſe determinaſſe Ioã. de Imo.
nulla facta mentio de his quę ſupra retuli in.
l. 1. pe. col. ff. de his quæ in teſt. delẽ. vbi tenet
quod ſi per ſtatutum ciuitatis inſtrumentũ

*Adde Ia. in l. legitima co. 2. ff. d' pactis*

publicum vel confeſsionatum debet man-
dari executioni, quod ſi apparet inſtrumen-
tum publicum in quo vir confeſſus eſt ſe re-
cepiſſe dotem, quod tale inſtrumentum de-
bet mandari executioni: etiã ſi deficeret ver-
bum promiſsiuum. Hoc ponit in antepe. co.
ſubdit poſtea in ſequent. col. hoc eſſe verum
quando tranſacta eſſent tempora opponen-
di exceptionem non numeratæ dotis vel il-
li eſſet renunciatum, alias ſecus. l. fi. & authẽ.
ibi poſita. C. de dote cauta. Et idem Bal. in ad
di. ad Specu. in titu. de appella. in verſic. ſed
nunquid. *¶Reſtat nunc reſpondere ad fun- 24
damenta quæ adduxi in contrariam ſenten-
tiam. Non obſtat doctrina Ange. & aliorum
modernorum, quos ante retuli in. l. 1. in. §. ſi
quis ita. ff. de verbo. oblig. imo attenta eorũ
mente fundatur hæc concluſio, quia ipſi lo-
quuntur vbi ſtatutum mandat principaliter
executari guarentigia. 1. præceptum haben-
do ſimpliciter reſpectũ ad ipſum præceptũ.
nam tunc nil aliud attenditur, niſi præceptũ
non autem validitas obligationis, ideo nimi
rum ſi in dicto caſu executetur: licet ſtipula-
tio ſit inutilis vt mandatur executioni ſentẽ
tia iniuſta lata ſuper inutili contractu, ſed
vbi ſtatutum mandat exequi contractum. i.
ſubſtantiam cõtractus principaliter propter
præceptum in ea appoſitum, tunc ſi contra-
ctus eſt inutilis non mandabitur executioni
l. 4. §. condemnatum de re iudi. l. diuus. ff. de
teſta. & ſic eſt in hac noſtra. l. cuius commen-
tum aſſumpſimus, vbi principaliter manda
tur exequi inſtrumẽtum, vel contractũ prin-
cipaliter, & ita hoc fundamentum potius cõ
cludit propoſitum. ¶Ad aliud quod dicebat
Bal. in. d. l. 2. ſcilicet quod non poteſt oppini
exceptio nudi pacti ipſe tenuit contrarium,
vt ſupra dixi & poſito quod fuiſſet vera illa
opinio deberet intelligi in nuditate formali.
ſcilicet verborũ ſed in nuditate cauſali, ſi ex
eodem inſtrumento apparet cauſa excipien-
di, procedit exceptio: quia opponere ex in-
ſtrumento non eſt opponere contra inſtru-
mentum. l. quæro in. §. inter locatorẽ. ff. loca.
l. ſtipulatio. ff. de iure do. ſic eſt in propoſito
in hac exceptione. Nã licet *ſit cauſa. *in eo.
ſcilicet mutuũ tamen ex ipſo inſtrumẽto cla-
re apparet cauſa excipiendi, ex eo quod ſola
confeſsio mutui ſi tabellio & teſtes non atte-
ſtantur de numeratione nõ probat mutuum.
& ita dicta exceptio nõ nu. pecu. cõſtat ex in-
ſtrumento: ideo poteſt oppini, ita intellexit
Bal. hãc nuditatẽ obſtare vel non in. l. ex pla

*Reſpõdet author fũdamẽtis primo loco adductis.*

*g *Adde Iaſ. in l. tale pactũ ff. de pact. co. 2. & Phi. Dec. i cõſ. 682.*

 cito

cito in fina. verbis. C. de rer. permu. ſed dato
quod eſſed verum, vt exceptio nudi pacti nō
poſſet opponi hoc non infert de neceſſario
in exceptioni hoc non numeratæ pecuniæ: cū
dictum pactum nudum poſſet a ſtatuto recí
pere veſtimentum: quæ ratio ceſſat in dicta
exceptione, nec etiam obſtat dictum Bald. in
l. fina. C. de falſ. cauſa adie. quia ipſemet Bal.
illud limitat, niſi ſtatutum diceret, quod con
contractus dotium nō poſſet opponi aliqua
exceptio. Nam cum tale ſtatutum ſecūdum
eum intelligatur de vera dote: bene poteſt ex
cipi, quod non ſit vera., & ſic magis facit ad
probationem concluſionis meæ: ad alia fun
damēta facilis ſtat reſponſio, quia diuerſum
eſt ſtatutum, vbi omnes exceptiones excludū
tur exceptis quibuſdam a diſpoſitione huius
l. quę omnes legitimas exceptiones admittit.
per prædicta etiam reijcies argumentū quo-
dam, quod poſsit fieri ex quodam dicto Bal.
in rubrica. C. de priui. doti. 4. col. vbi tenet, q
ſi ſtatutum diſponit quod instrumenta con-
feſsionis dotium habeant vim rei iudicatæ.
nam ex hoc ſequitur, quod ab initio habebi
tur pro veritate, vt in. l. res iudica. ff. de reg.
iur, & per conſequens non poteſt opponi cō-
tra eum exceptio nō numeratę dotis aliquid.
Bal. in. l. fina. C. de ſponſa. nam ipſe loquitur
in ſtatuto diſponente instrumentum habere
vim rei iudicatæ. quod non diſponit hęc lex,
niſi ſolum quo ad executionem paratam. q
quod longe diuerſum eſt. & de prædicto ſta-
tuto: prout Bal. loquitur debes intelligere ea
quæ plerique moderniores loquūtur in. l. 1. ff.
ſolut matri. Corroboratur, hæc concluſio vl
tra allegata per verba huius. l. quæ expri-
mit multoties hoc nomen debita ibi (quę tō.
uieren contractos ciertos de las deudas que
les deuieren:) & in alijs locis huius l. quę ver
ba denotant talia debita quæ poſſent exigi,
ab inuito, & verbū obligationis ſimpliciter
prolatū nō intelligitur de ſola naturali nec
de ſola ciuili, ſed de ea quæ poteſt exigi l. is
cui. §. flauius. ff. de ſolutio. ſed de efficaci obli
gatione. l. vel obligatur. ff. de libe. cauſa. i. dē.
ſi proferatur ſimpliciter verbum debiti. d. §.
flauius. l. quibus diebus in. §. dominus. ff. de
condit. & demon. ex quibus infert Bal. elegā
ter ad propoſitum in. l. 3. quæ incipit (ait præ
tor). §. pupillus. ff. de nego. ge. quod ſi ſtatu-
tum dicit, quod instrumentum debiti guarā
tigiatum vel instrumentum obligationis mā
detur executioni, ſicut ſentētia: quod instru-
mentum continens nudum pactum non eſt
exequibile. Mouetur: quia ex quo in instru-
mento ſit mentio obligationis vel debiti de
bet intelligi debito efficaci non de natura
li tantum, vel ciuili tantum: & vbi nulla eſt
obligatio, nullum eſt pręceptum, quod eſt ac 25
ceſſorium obligationis. l. 1. §. hæc verba. ff.
ne vis fiat ei. l. cum vero in. §. ſubuentū. ff. de
fide liber. quæ verba dicit bene notāda. ergo
cum ante biennium confeſsio non ſit efficax
nec debitum proprie: & ſic ceſſat executio:
ex quo habes elegantem declarationem ad
dictum Bal. a me ſupra relatum dicentis, qđ
etiam instrumentum continens nudum pa-
ctum eſt exequibile: nam intelligitur niſi in
ſtatuto fieret mētio debiti, vel obligationis
hæc concluſio videtur eſſe de menti Bal. in. l.
1. C. de execu. rei iudi, vbi tenet, quod vbi ſta
tutum diſponit quod contra executionem
instrumenti guarantigiæ non poſſet opponi
exceptio, niſi aliqua in ſtatuto ſpecifice nō-
minata, quod nihilominus poſſunt opponi
omnes exceptiones liquidationem instrumē
tieneruantes. ideo dicit, quod ſi non eſt debi-
tum ope exceptionis. ergo debitum liquida-
ri nō poteſt. d. l. vel obligatur. ff. de libe. cau.
l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei. igitur ſi nō li
quidari nō exequi cum debitum efficaciter
probari non poteſt, ergo nec liquidari: & ita
ceſſat executio. Hæc ſunt verba ſua & notan-
da. cum ergo infra biennium debitum non
ſit liquidum nec vere & realiter eſt debitum
iuris præſumptione ope exceptionis nō nu.
pecu, habeo intentum propoſiti mei, & ſi di-
cas hæc lex obſtat huic concluſioni, quæ in-
fra. 10. dies mandat probari cōcedo, quia eo
ipſo quod opponit probat cū eſt infra bien-
nium dict. l. 2. C. de non nu. pecu. & ibi gloſſ.
& l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam: & ſic te
neo concluſiue, quod in caſu quo de iure cō-
muni habet locum exceptio non num. pecu.
contra instrumentum, habebit etiam locum
contra instrumentum habens paratam exe-
cutionem: nam talis exceptio impedit exe-
cutionem. ¶ Vnum tamen tene menti, quod 26
cum hodie in omnibus instrumentis appo-
natur renuntiatio exceptionis non numera- *h
tæ pecuniæ habebit locum executio ſi eſſet
renuntiatū huic exceptioni. *nam licet de iu-
re communi ſecundum magis communem
opinionem, *ſi renunciatio exceptionis non
numeratæ pecunię apponeretur in eodem in
ſtrumento, nil valebit renuntiatio, niſi ex in
teruallo, ſecundum Bal. & alios in. l. ſi ex cau
tione, & in. l. cum fidem, C. de non nume. pe.
cu.

*Adde Felate in c. ſi cautio de fide inſtr. co. 10. verſ. ampliari. 4. nu. 48. cū ſequen.



cu. & eſt quæſtio vulgaris: tamen hodie eſt
quædā lex huius regni valde ſingularis, quę
diſponit: quod etiā ſi renuntiatio huius exce
ptionis non numeratę pecuniæ apponatur
in eodem instrumento, quod vale renuntia-
tio, & repellitur debitor ad opponendo illā
ito diſponit rex. ſingu. in. l. noua, quę incipit
(fiuza y eſperança) in. 5. partit. ti. 1. in fi. quod
bene nota, & ſic practicatur, & ſic intelliges
ſupradictam quæſtionem, quando non eſt
renuntiatum exceptioni non numeratæ pe-
cunię vt ego vidi iam in aliquibus instrumē
tis factis per tabelliones imperitos in locis
ruralibus commorantes: ergo ſi in instrumē
to eſſet renuntiatū exceptioni nō numeratæ
pecuniæ, tunc ſeruabitur hæc lex in termi-
nis ſuis: ſ. quod niſi debitor probet infra. 10
dies exceptionem non numeratæ pecuniæ
& ſic pecuniam non eſſe numeratam finietur
executio. Et quanquam videatur difficile p
bare hanc negatiuam ſcilicet ſibi non eſſe nu
meratam pecuniam; tamē dupliciter hoc po
27 terit probari. ¶ Primo probabitur ſic, ſi ali-
quis fuit confeſſus ſe recepiſſe & habuiſſe cen
tum pro dote vxoris ſuæ Bertæ a Titio & cō
fitetur ſe eſſe contentum, poſtea in alio in-
ſtrumento iſte Titius non obſtante hac con-
feſsione promittit huic merito dicta centū
& ſtipulatur ſibi reddi nam ſoluto matrimo
nio huic Titio nec vxori non competit ius a
gendi pro dicta ſumma dotis in dicto inſtru
mento contenta. dico realiter & cum effectu
ad conſequendam dictam ſummam: cum ex
dicto ſecundo inſtrumento præſumatur & p
betur dotem in dicto inſtrumento contentā
non eſſe numeratam: quia quando præcedit
refutatio, & immediate ſeqtur promiſsio il-
la refutatio, & confeſsio videtur facta ſpe fu
turæ numerationis: & ſic apparte per ſubſta
tiam veritatis nil numeratum eſſe. Iſte eſt ca
ſus vnicus in. l. minor. 25. annis cui fideicōmiſ
ſum. ff. de mino. ad hoc allegatum a Bal. per
ſupradicta verba in. l. ſi abſentis in. 4. col. C.
28 ſi cer. peta. ¶ Secundo probatur non eſſe nu-
meratam pecuniam per numerationes diuer
ſis temporibus factas. puta ego fui confeſſus
me recepiſſe heri mille, hodie vero numerā-
tur mihi centum de illa ſumma: & ita dicit in
ſtrumentum ſecumdum cras alia centum. nā
ex his apparet ſolum duo centa eſſe numera
ta, & probatur negatiua per dicta inſtrumē-
ta coniuncta cum naturali coniectura. Iſta
eſt gloſſ. mirabilis & vnica in. l. 2. C. de non
numer. pecu, & licet Bald. ibi dubitet Salic.
ibi commendat ad hoc, quod probato quod
ſoluta fuit pars de his quæ continetur in
cautione totum reſiduum præſumitur non
fuiſſe numeratum. & dicit Bal. ibi hoc verbū
alibi non reperiri ex prædictis conclude, qđ
etiam contra inſtrumentum habens execu-
tionem paratam poteſt opponi exceptio nō
numeratæ pecuniæ quæ impediet executio-
nem niſi in eodem inſtrumento eſſet renun-
tiatum executioni non numeratæ pecuniæ,
¶ Secundo limitari poteſt hæc lex ex his, q̄ 29
Barto. dicit in. l. 2. de iure iuran. & in alijs lo-
cis a me ante relatis, vbi Barto. tenet quod ſi
in fine contractus apponeretur iſta clauſula
& quia de prædictis poſſet dubitari dictus
debitor detullit creditori ius iurandum: vt
ſi iurauit ſe debere recipere quod teneatur ei
debitor, qui creditor ſtatim ſibi de l. to iu-
rauit ſe debere recipere, quod tale inſtrumē
tum habeat executionem paratam: ſed certe
hæc eſt notabilis cōſideratio & diſponit prin
cipaliter hoc dictum ad hoc, vt tale inſtrumē
tum habeat executionem paratam virtute iu
ramenti deciſorij, quia non veni principali-
ter ad diſponendum ſuper exceptione non
numeratæ pecuniæ, in qua hoc dictum non
deſeruiret de ſingularitate aliqua quia tunc
iurat creditor de veritate ex delatione alte-
rius partis cum iurat ſibi deberi, quo caſu ceſ
ſat exceptio non numeratæ pecuniæ quæ ha
bet locum in confeſsione debitoris. Noſter
caſus loqnitur in cōfeſsione creditoris ex de
latione ſibi facta. Item etiam in iuramēto de
bitoris ſi iuramentum apponatur veritati.
puta quia iurauit debitor ſibi numeratā eſ-
ſe pecuniam, ceſſa exceptio cum nō poſſet
allegare ſe periurum, vt dicit gloſ. & Bal. in. l.
fina. C. de non nume. pecu. & in confeſsione
facta in iudicio ex cauſa de prætorio non ha
bet locum exeptio non numeratæ pecuniæ
ſecundum gloſſ. in. l. vnica C. de confeſsis, vt
ſuperius dictum eſt: & iſte ſed primus intelle
ctus ad hanc particulam, per quam cum inci 30
dentibus ſi habeas intentum animum ad ſu
periora habebis aliqua notanda vltra quæ
ſtionem principalem, & notabis ea quia non
ſum extra propoſitum, imo punctualiter de
cidūt materiam huius legis *¶ Intellige ſecū-
do hoc partem, niſi exceptio opponeretur
contra inſtrumentum. puta allegatur, quod
non ſit publicum *vel contra eius neceſſaria
ſolennitatem allego ad hoc Barto. in. l. 1. in. §
& parui. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, quod
ſi ſtatuto caueatur, quod contra inſtrumen-

l. regni.

*Adde Al. de Imo. cōſil. 113. vol. 5. & quid dicē dū ſi allegaretur cōfeßionē in cōcōtrā eſſe erroneam Hip. de mar. in ſingulari. 452.

 tum

tum publicum non poſſet opponi, niſi exce-
ptio ſolutionis vel quietationis, quod nihilo
minus poteſt opponi exceptio contra inſtru
mentum ſcilicet quod non eſt publicum: &
contra ſolennitates inſtrumenti: vt anni do-
mini vel inditio, vel ſuſcriptio notarij. Ratio
eſt. quia cum ſtatutum dicit quod contra in-
ſtrumentum publicum non admittatur ex
ceptio, ante omnia debet conſtare eſſe publi
cum & ſolenne; quia ſuper illo ſe fundat ſta
tutum cuius fundamentum ante omnia pro
bandum, l.4. §. condemnatum. de re iud. ex
quo infert ad ſtatutum, quod contra præce-
ptum iudicis vel laudum latum ab arbitris,
vel contra inſtrumentum confeſsionatum
nil poſſet opponi, quod nihilominus poſ-
ſum opponere quod non eſt præceptum iu-
dicis, nec laudam per. l. non ignorat. C. qui
accuſa. non po. ita ſe expedit Bart. dicens, ſic
diſputando determinaſſe Nico. de Ma. hoc
eſt etiam de mente Bar. per illum tex. in. l. nō
putauit in. §. non quamuis de bono. poſſe. cō-
tra tabu. vbi dicit, quod ſi inſtrumentum pu
blicum debet executioni mādari, illud eſt ve
rum ſi eſt rite factum. eſt tex. in l.4. §. conden-
natum. ff. de re iudi. & Barto. ibi per illū tex.
inquit quod ſtatutum loquens de contuma-
ce intelligitur de eo. qui eſt rite contumax: &
31 ibi de bannito. ¶ Et Barto, notāter in l. diuus
ff. de teſtament. mili. dicit, quod ſuper ſtatu-
tum contra inſtrumentum publicum vel
ſententiam non poſſunt opponi, niſi certæ
exceptiones. quod ſi volo opponere inſtru-
mentum non eſſe inſtrumentum * vel ſenten-
tiam non eſſe ſententiam, bene poſſum op-
ponere. nam prius debet conſtare inſtru-
mentum eſſe inſtrumentum, vel ſententiam
eſſe ſententiam per dictum. §. condemna-
tum. idem Bartol. in. l. 2. in. §. pretor. ff. qui ſa
tiſ. cogan. Ioann. Andre. in addi. ad Specu. ti-
tul. de ſenten. prola. §. vt autem in additione
incipienti ad hæc, & Bald. in. l. ſi tamen. C. de
executi. rei iudi. Salicet. in. l. ita. nobis pudor
C. de adulte. Alexan. in. 4. volu. conſiliorum
conſilio centeſimo pri. & Bal. notabiliter in
l. ſi non ſortem in. §. indebitum. ff. de condit.
inde per illum text. qui dicit, quod non dici-
tur debitum, quod poteſt exceptione exclu-
di, infert ad ſtatutum, quod contra inſtrumē-
tum guarētigiatum nulla exceptio admitta
tur, quod nihilominus poteſt opponi quod
inſtrumentum ſit falſum vel non ſolenne, cū
inſtrumentum falſum vel non ſolenne non
meretur nomen inſtrumenti. l. ſi quis legatū.

** Adde Ale. de Imo. in cōſ. 166. vol. 2. & ſi opponatur q̄d inſtrumentū nō eſt guarētigiatū vide Bar. ſoc. in cōſ. 79. co. pe. vol. 4.*

ff. de falſis. l. diuus de teſtamento milita. &
prius debet conſtare de ſubſtantia, quam de
qualitate: & quia priuilegium ſtatuti non cō
petit niſi ei quod eſt in rerum natura. l. paul.
de verb. ſignifica. ſecundum eum benefacit
quod dicit Angel. in l. non erit de iure iuran.
per quandam gloſ. eiuſdem legis: quod ſi ex
forma ſtatuti contra laudamenta vel arbitra
menta vel inſtrumenta guarentigia, nil po-
teſt obijci, ſed iudex alio non diſcuſſo tene-
tur executioni mandare nihilominus poteſt
obijci exceptio nullitatis per dict. §. condem-
natum. ¶ Præterea nullitas * quę cauſatur ex
defectu iuriſdictionis iſta nunquam videtur 32 *k
excluſa dato quod generaliter omnes exce-
ptiones excludātur per ſtatutum glo. eſt no-
tabilis in cle. vnica de ſeque. poſſ. & fru. Item
Barto. in l. 2. in. §. prætor ait. ff. qui ſatiſda. co
gan. per illum tex. dicit, quod etiam ſi ex for
ma ſtatuti inſtrumentum debet mādari exe-
cutioni, intelligitur dum tamen tale inſtru-
mentum ſupſiſtat per l. diuus de teſta. mili.
idem Abba. & poſt eum moderni in capit. ex
parte de officio delega. quaſi omnia ſupradi
cta tenet & ſequitur Bal. in. l. ſi. C. de falſ. cau-
ſa adie. lega. & in alijs locis Bartol. notanter
in. l. diuus de teſtament. mili. l. ſi cum exce-
ptione. §. in hac quod me cauſa. ¶ Optime 33
adduci poteſt ad prædictorum confirmatio-
nem quod ſcribit Bal. in l. 1. C. de iure iuran.
quod ſi ſtatutum diſponat, quod in cauſis dā
norum ſtetur ſacramento domini, quod do-
minium non probabitur per iuramentum.
Mouetur quia vbi iuramentum aliquid cer-
tum requirit pro fundamento, illud funda-
mentum ante omnia eſt probandum; & in ſi-
mili dicebat Bal. in l. præſcriptione. C. ſi con
tra ius vel vti. publi. quod eſto quod malefi
cium probetur per iuramentum: non tamen
ad fundandam iudicis iuriſdictionem; vnde
ſi quantum ad condemnationem ſtatutum
mandat, quod maleficium probetur per iu-
ramentum: tamen quo ad fundandam iudi-
cis iuriſdictionem, quia non conſtat quod
ſit iudex, qui poſſet deferre ſacramentum
non probabitur delictum per iuramentum.
fuit origiuale Ioan. Andr. in Roma. in. §. con
trahentes de foro cōpe. li. 6. maxime hęc pro
cedūt abſque dubio attenta deciſione huius.
l. in qua expreſſe diſponitur omnes exceptio
nes legitimas admittendas ad executionem
impediendam intelligendo ſemper quod ſi
ſunt tales exceptiones, quæ requirunt proba
tionem ex parte opponentis, debent proba-
ri



ri infra. x. dies: & ſic intellige prædictas deci-
ſiones. ¶ Et propter prędicta ego dicebam de
facto vnum quod occurret ibi de facto, dum
in gurgitibus cauſarum verſaberis, vt mihi
occurrit pluribus vicibus. hodie diſponit quę
dam lex partitæ huius regni: quod vbicunq;
ab aliquo producitur in iudicio inſtrumen-
tum publicum, ſi ille contra quem produci-
tur negat illum a quo dictum inſtrumentum
eſt ſignatum & ſubſcriptum eſſe tabellionē,
nec pro tali habitum & reputatum quod par
ti inſtrumentū producenti incūbit onus pro
bandi illum, qui inſtrumentum confecit eſſe
tabellionē vel pro tali habitū & reputatū: &
ſic practicamus quotidie. Hæc eſt lex. 114. in
cipit (aducē las partes) 3. * part. tit. 18. quæ lex
fuit extracta de iure communi. Nam reperio
quod Bal. notanter in auth. ſed nouo iure. C.
ſi cer. peta. in. 4 col. dicit, quod quando nega
tur, quod ſcribens non fuit tabellio, nec eſt
eius ſcriptura ſi tractatur de manu præiudi-
cio duo ſunt prouanda *. vnum circa perſo
nam ſcilicet officium aliud circa ſcripturam
ſcilicet eſſe ſuam ideſt a dicto tabellione ſcri-
ptam. ad hoc ſecundum ſufficit comparatio
literarum, niſi tabellio eſſet præſens vel eius
diſcipulus qui ſcripſit: quia tunc ipſi interro-
gādi ſunt: & hoc ſecundū probatur in auth.
de inſtrumenti cautæ. in. §. in his vero & tenet
Iacob. de Be. Ni. in. §. ſed ſi inſtrumenta in. 3.
q. ita dicit Bal. in. dict. auth. & ſi hoc concor-
dat cun dicta. l. partitæ. & hoc late determi-
nat tractat Specul. in titu. de inſtrumen. edi.
§. inſtrumentum ergo. verſi. ſed primo quod
de ipſius. & verſi. ſequen. plene per Canoni-
ſtas in cap. 1. de fide inſtru. & per Specu. in. d.
tit. §. reſtat pet Cynum, & Bal. in. l. compara-
tiones. C. de fide inſtr. nota. in. l. ſi quis decu-
rio. C. de falſis, & in auth. & ſi contractus. C.
de fide inſtr. cum glo. & in auth. de inſtr. cau.
§. ſi vero moriātur. Bar. in. l. 1. §. ſi quis negēt.
ff. quemad. teſta. ape. Bal. in dict. l. in exercen
dis, vbi omnes concludunt, quod onus pro-
bandi incumbit producenti inſtrumentum
per Alex. in conſilio centeſimo in 4. vol. con
ſiliorum. ¶ Sed hanc doctrinam, & dict. l. par-
titæ limita, niſi tractaretur de paruo præiudi
cio & iudicis motus concurrat: quia tunc ſta
tur ſcripturæ. idem ſi perſona tabellionis, &
eius ſcriptura eſſet nota in loco, & cū hoc tem
peramento intelligas dictam l. parti. ita dicit
35 Bal. in. d. auth. ſed nouo iure. ¶ Hoc præſup-
poſito infertur nunc concluſio notabilis de
facto, vt prædixi occurrens, quod ſi ille con-

*l. regni.*

** Adde q̄d inſtrumētum ꝓducat de lōgiquo & nullus cōtradicat ei. Ab. pano. in c. 1. de fide inſtru. vbi per Phi. de. n. 19. ver. vnū tn̄. & ibi an ſufficiāt ꝓ cō probatione inſtrumēti literæ teſtimonia les facte per officialē regētē ciuitatē vel locum.*

tra quem petitur executio inſtrumēti, negat
dictum inſtrumentum non eſſe ſignatum a
tabellione publico, nec pro tali habito, nec ſi
gnum in eo contentum eſſe illius tabellionis
de quo in eo ſit mentio, poſito ꝙ eſſet tabel-
lio ꝙ donec per producentē illud probetur
non mandabitur executioni cum effectu,
nec executio finietur. Quod tene mēti maxi-
me quando inſtrumentū non eſt confectū a
tabellione publico alicuius ciuitatis, ſed ab
aliquo alio iſtorū, q̄ vulgariter nominātur
notarij cameræ, ſeu regis notarij; non tamen
officiales publici alicuius loci. Cum iſti non
ſint ita noti, quod non ſit difficilis probatio
officij tabellionatus illorum, cum non exer-
ceant in ciuitate officium tanquam alij nota-
rij publici locorum: ideo producenti illorū
inſtrumēta neceſſario incumbit probatio de
illorum titulo, vel quaſi poſſeſſione, ꝙ nota. 36
¶ Imo teneas perpetuo menti hodie per legē
huius regni eſſe prouiſum in caſu fortiori ſci
licet q̄d in ciuitatibus, & aliis locis, vbi ſunt
tabelliones publici vulgariter nūcupati del
numero, ſeu cōcilij illius loci, illi ſoli poſſunt
vti officio tabellionatus quo ad contractus
& obligationes, & teſtamenta, & tabelliones
ſeu alij notarij de camara non poſſunt dare ſi
dem de obligationibus teſtamentis, & con-
tractibus nec coram eis poſſunt celebrari, &
ſi celebrentur non faciunt fidem & ipſi pu-
niuntur. * Iſta lex eſt ſingularis facta per in-
uictiſsimos reges noſtros in curijs factis tem-
pore huius legis in ciuitate * Toleti incipit
(cō grā juſticia nos es ſuplicado) quod nota
ad limitationē huius. l. ſed illa lex. in meo li-
bro eſt corrupta; nec enim ibi bene declara-
tur ſi illa diſpoſitio ſit generalis vel refera-
tur ad illos notarios camerę factos vſq; add. *m
l. put in principio legis videtur diſponi: dū
dicit y en quanto a los eſcriuanos q̄ faſta aq
fueron criados. &c. Cogita vide illam quia in
37 meo libro eſt corrupta. ¶ Intellige tertio hāc
legem excludentem exceptionē poſt. x. dies
quod non per hoc videtur excluſa exceptio
illa, quæ venit de natura actus maxime illa
exceptio quę eſt iuris. * ita Alex. in d. §. par- * n
ui. ſed quia hoc eſt quotidianum hoc expli-
cabo multipliciter aliquibus exēplis, ex qui-
bus colliges huic. l. elegātes limitationes. pri
mum exemplum. Si per formam ſtatuti ex-
cluditur omnis exceptio contra contractum
vel executionem, nihilominus poteſt oppo-
ni exceptio inſinuationis omiſſę. ita dicit
Bal. in. l. ſancimus in fin. princ. ibi intellecto.

** Lex regni ſingularis q reperitur hodie in compillatiōe Motal. tit. de los eſcriuāos d'l numero d' las ciudades y villas. in lege. 4.*

C.de donati.A e.& ibi ſentit Bar.vnico verbo in.l.vt mihi donares.ff.de don.idē Alex. in.d.§.parui.& eſt recte dictum:cum hæc exceptio ſit iuris & vltra hoc eius probatio euidenter apparet ex inſpectione inſtrumēti: eſt etiam de natura actus quod interueniat inſinuatio in donatione.l.ſcimus.C.de donatio. eſt notandum ad inſtrumentum,in quo ex cauſa donationis aliquis obligatus eſt ad certā ſummæ quantitatem requirentem inſinuationem, ſecundum formam dictæ legis.

38 ¶Secundum,quod ſi petatur executio inſtrumenti ex quantitate venditionis poteſt per emptorem opponi exceptio rei non traditæ*: & hæc exceptio impediet executionē allego Bald.in.l.ex prædijs.C. de euictio.dicentem,quod ſi ex forma ſtatuti non poteſt obijci exceptio contra inſtrumentum venditionis:nihilominus poteſt opponi exceptio rei non traditæ.* Mouetur per text.in dicta l.vbi tex.dicit quod videtur eſſe in dolo,qui petit pretium rei nō traditæ. Mouetur etiam quia quando ex eodem inſtrumento: & ex eodem contractu venit actio & exceptio, ita eſt confeſsionata exceptio ſicut actio:& econ tr idem tenet Alexand.in.d.§.& parui.idem Barto.in.l.eum qui ita in.§.qui ita. de verb. obligat.vbi more ſuo loquitur eleganter:dicit enim,quod quando exceptio ineſt ipſi obligationi,vt in pactis in continenti appoſitis,vel in pactis,quæ tacite intelliguntur.l.lecta.ſi cert pet.in.§.dicebā.l. iuris gentium in §.quinimo.ff.de pactis,quod in his non eſt opus,quod pars opponat:quia ipſi actioni ineſt:vnde actor proponendo actionem videtur illam proponere cum exceptione, quæ ſibi ineſt ſui natura: vnde ipſius actionis expreſsio ſufficit aduerſario.pulchra ſunt verba ſatis corroborantia quoddam dictū Ange.ab eo poſitum in.l.1. C. de condi.ex lege q retuli ſupra in. 7.limitatione facit.l. ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit,&.§.Marcellus.ff de iure iuran.quod nota:quia iſta concludūt non ſolum exceptionem poſſe opponi,ſed etiam quod ſi non opponatur videtur appoſita,quando de ſui natura ineſt exceptio actioni propoſitæ, vt in dicta exceptione rei non traditæ & ſimilibus: quod debes intelligere ſane, quando ex contractu venditionis non reſultaret rem eſſe traditam, alias ſecus.puta ſi in inſtrumento emptore dicit ſe contentum,& ſibi rem traditam: quia illud ſufficeret ad probandum traditionem inter
39 uenisse quo caſu ceſſaret exceptio prædicta.

* o
*Adde Phi. in.cōſ. 119. & pro tenui facultate: vbi ex hac concluſione dicit qd' aut Bar. in l.ſi duo patrōi. §.ſi quis iurauit.ff.de iureiu. debet reſtringi in ſententia au qd' cōtra eū eſt cōmunis oppinio ex pluribus citatis per eū in illo cōſilio in propria ſpecie. & exceptione rei non traditæ.*

¶Prædicta ergo nota,nec credas ſupradicta eſſe notanda& ponderanda ſolum ad hūc effectum,vt dictæ exceptiones poſſent opponi contra executionem inſtrumenti.nam (vt dixi) ad hoc non deſeruirent de grandi dubio: cum hæc lex omnes exceptiones admittat ſi infra decem dies probentur. Sunt ergo notanda ad hoc,quod etiam ſi nihil probet debitor infra.10.dies,vt dicit hæc lex obtinebit opponendo exceptiones ſupra dictas, cum ſint exceptiones,quæ a iure inſunt, & in iure conſiſtunt:ita quod cum ſint iuris nō requirunt probationem, quę perpetuo tene menti, quia ſingularia & multum aperiunt intellectum huius legis.

¶Ex ſupra dicta doctrina Bartol.incidenter limitabis ſingulariter.l.huius regni,quæ eſt in ordine de Alcala titu.(de las defenſiones).l.* 1 per quam ſtatutum eſt quod reus infra.20. dies numerados a die conteſtationis teneantur opponere,&allegare exceptiones ſuas peremptorias.Nam hoc eſt verum, niſi eſſent tales exceptiones, quæ de ſui natura inſunt actioni:vt in pactis in continenti appoſitis, vel in his quæ tacite intelliguntur,& inſunt ex natura contractus. Nam licet in termino non allegentur & opponantur, ſufficit poſtea in allegationibus eas allegare: quod tene menti, quia habent pondus in practica cum Bartol. tranſit ibi Alexan.in.2.colum.idem Bartol.in l.ſi vnus in.§.pactus.7. colu. verſicu. ſi vero apparet. ff. de pactis hoc elegantius declarat Bartol. in l.lecta in 4.colum.ff.ſi cer.peta. verſic. ſed tunc quæro declarādo illū text. in quantum dicit, quod pacta incontinenti appoſita ſtipulationi in eſſe creduntur,ponit exemplum in obligatione,quæ per pactum incontinenti appoſitum habet diem, quia ſi ſimpliciter & ante diem petatur:licet reus non opponat exceptionem dicti pacti,iudex condemnabit ad dandam pecuniam ad diē, quia ipſi actioni propoſitæ ineſt & dari in diem ineſt obligationi. idem Alexand.in l. filiæ licet. C. de collatio.ad finem,hæc fuerunt dita prius ab Innoc. in duobus locis ſcilicet in capit. paſtoralis de exceptio.& in capi. 1.de plus petitio.idem Bal.in l.in bonæ fidei.ad finem. C. de pactis,vbi refert Bartol.verum dixiſſe in dicta theorica.idem Bald.in l.peremptorias. 5.colū.verſicu.& hoc eſt vtile ſcire.C.ſenten. reſcin. non poſſe. 40 p*

¶Accedat pro hoc ſingularis text.in.l.ſi pater. C. de actio. empti. ibi extimabit an precium:)vbi eſt text.mentitenendus,quod ſi emptor agat contra venditorē 41





ditorem actione exempto, vt tradat ſibi rē: quod ſi iudex videt non eſſe ſolutum precium venditori poteſt ſupplendo ex ſuo officio etiā ſi per venditorē non opponatur mādare emptori agēti,quod ſoluat preciū: & licet Salic.ibi & Fulgo.intelligāt ſi eſſet oppoſita exceptio precij non ſoluti, verior eſt tamen opinio Bald. per notata per Bartol.in dict.§.qui ita.quem etiam ſequitur.Alexan. in dict.l.filiæ licet.Plus dicebat Bald.in dict. l.filiæ. licet quod quando onus eſt intrinſecum ipſi actioni etiam nemine opponente agens tenetur offerre ſiue onus ſit ad natiuitatem actionis,vt.l. ex placito. C. de rerum permu.ſiue ad exercitium vt dict.l.filiæ licet. & dicitur intrinſecum, quando venit ex eadem cauſa ſecus in onore extrinſeco, in quo quis non tenetur offerre,niſi ſibi opponatur exceptio.l.finali.C.de compenſa.l.ſi non ſortem in §.finali.de condi.inde.hæc ille ex quo infert ibi Fulgo. quod ſi emptor agit actione ex empto contra venditorem, vt res ſibi tradatur.& non dicit ſe offerre vel obtuliſſe precium venditori etiam ſi nihil opponat reus non poteſt obtinere per.l.Iulianus in.§. offerri.ff.de actio.empt.maxime in hoc ſcilicet de emptore:ſequitur ibi Alex.imo. quod ſi venditor nil opponat obtinebit emptor: vt expreſſe firmat Barto.in.l.ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.ff.de iure iuran.Bald. in. l.ſi traditio, 3.quęſtione de actio.emp.probatur in l.iuris gentium in principio. ff. de pactis. nam in contractibus nominatis oritur actio propter ſolum conſenſum, ſecus in contractibus innominatis dict.l.ex placito.Fatetur tamen,vt ſuperius dictum eſt: quod iudex poteſt mandare emptori, vt ſoluat dicendo in ſententia condemno venditorem ad tradendum,emptore precium ſoluente,ſed alia eſt
42 intentio Baldi imo excludere emptorem vt ſtatim ſubiiciam.

¶Infertur etiam ex prædictis;quod etiam ſi per ſtatutum contra executionem inſtrumenti guarentigiæ non admittatur aliqua defenſio, nihilominus fideiuſſor ex inſtrumento poteſt opponere iura ſibi cedi.*hæc Bald.in authen.præſente.C.de fideiuſſo.mouetur quia quādo fideiuſsio venit ex eadem cauſa:& ineſt contractui, & cauſæ talis exceptio debet admitti, nec tale ſtatutum intendit rumpere in totum ius commune:quando ex eodem fonte venit petitio & defenſio: & vbi aliquis intentat aliquod ius qualificatum ex iſta qualitate, ſemper obſtat defenſio, quia ipſemet ſe repellit; & non eſt maior qualitas in mundo,quam illa quæ importatur per cauſam finalem, ſine qua quis non erat alias contracturus. allegat Barto.in dict.l.eum qui ita:& irat s ſubcit,quod iſti diaboli ſemper interpretantur ſtatutum ſuo modo,idem Angel. de hac exceptione cedendarum in. l. ſi dubitetur de fideiuſſo.vide eundem poſt gloſſ. in. l. ſi fideiuſſor.C.de fideiuſſo.bene facit text. notab. in l.ſi creditor.C.de ſolutio. per quem dicit ibi Bald.nota quod omne quod eſt de cauſa finali requirit eius impletionem,& in contractu emptionis & venditionis reſpectu emptoris cauſa finalis eſt res;reſpectu venditoris eſt precium. Ideo ſi emptor agit dicitur offerre: & conuerſo:quia ille non erat alias contracturus.hinc dicebat Bald.in l. peremptorias.4.colum. C. ſentent. reſ.non poſſe. quod pacta quæ apponuntur in contractibus innominatis, ſi ad ipſa pacta agatur & agens non impleuit ex parte ſua non poteſt agere:quia licet pactum nudum veſtiatur cohærentia contractus:tamen ſi eſt appoſitum per relationem ad aliquod implendum non naſcitur actio prę ſcriptis verbis,niſi impleatur:vnde exceptio non implementi eſt obuiare natiuitati actionis.l. ex placito de rerum permu.l.filiam in verſi. offertur de collatio.

¶Infertur etiam ex prædictis contra Ange. 43
in.l.ſi dubitetur.ff.de fideiuſſo. quem ſequitur Alex.ie.d.§.& parui.vbi dicunt, quod ſi fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumentū guarentigiæ;vt eſt in Tuſcia non poteſt opponere contra executionem beneficium diuiſionis.Mouetur ad hoc; quia in Tuſcia diſponit ſtatutum quod contra inſtrumentum nō poſſet opponi exceptio impeditiua executionis,niſi ſit exceptio ſolutionis vel falſitatis,nam cū hæc exceptio diuiſionis ſit peremptoria;& per cōſequens perimat lites & obligationis ſubſtantiam,vt Bar.ibi plene: ergo non poterit opponi.dicit ſe ſic obtinuiſſe de facto Florentiæ,& in hoc reſidet.idem Ang. in.l.fideiuſſores in. §. idem reſpondit.ff.de fideiuſſo.licet videtur ſibi durum. idem Ang. loquens de duobus reis in authē.hoc ita. C. de duo.reis mihi videtur,quod licet iſti attēto eorum ſtatuto:forte dicant verum tamen quo ad legem noſtram * teneo contrarium, cū in caſu quo ipſi loquuntur ſtatutum prohibet omnes exceptiones opponi niſi certas. Sed hæc lex nullam legitimam prohibet opponi:ſi probetur infra.10.dies impedit executionem;ſed iſta eſt exceptio legitima, & iuri-

*Adde Lud. ro.incō.472 ieo qd' q̄ritur vbi an renūtiatio exceptionis cedendarū debeat eſſe ſpālis: & vide Hipp.de mar.in rep. ru.ff.de fide. nu.28.cū ſequenti.*

*Opinio authoris.*

 dica

dica eſt exceptio iuris procedit ex eodem fon
te ineſt tacite in ipſo contractu. militant per
omnia fundamenta Bar. quæ ipſe adduxit in
d.§. quirita Bal. in auth. præſente: & in alijs lo
cis ſupra relatis. hoc eſt de mente Ange. in d.
§. idem reſpondit, dicens ꝙ niſi ſtatutum pro
hiberet oẽs exceptiones, quod videtur ſibi
durũ qđ non poſſet beneficiũ diuiſionis op-
poni, nam maxima eſt differentia de ſtatuto
Tuſcano, in quo præfati doctores loquũtur
a diſpoſitione legis noſtræ. Ideo caue ne deci
piaris in multis quæſtionibus, quas tangunt
& in eorum deciſionibus ſuper dictis ſtatutis
Tuſciæ & Italia diſponentibus circa execu-
tionem inſtrumentorũ, ſi illas velis ad apta-
re huic legi. ideo inſpice quo fundamento va
dunt, vt videas ſi huic legi poſsint applicari.
44 ¶Infero etiã contra Bald. in l. in cauſæ. §. 1. ff.
de minoribus qui tenet, quod ſi ex forma ſta
tuti contra inſtrumentũ cõfeſsionatũ, nulla
põt opponi exceptio: *ꝙ nec etiam reſtitutio
in integrũ *põt peti, quia vbi aliquid prohi-
*q betur & omne illud per quod ad illud perue
nitur. l. oratio. ff. de ſponſa. ſed per reſtitutio
nẽ puenitur ad exceptionis obiectũ, ergo. Itẽ
qa reſtitutio in integrũ eſt exceptio. l. 3. §. ſed
vtrũ per gl. ff. de mino. hæc fuit opinio Cy-
ni in additio. in d. l. in cauſæ. Sed Bal. non eſt
ſine dubio. qñ beneficio ætatis inducitur ex-
ceptio, vbi alias non eſſet. l. vtrũ. §. ñ. & pen.
co. l. ſeq. ff. de min. & ſic ſe expedit. ego quo
ad terminos noſtræ legis teneo contrarium:
imo ꝙ is cõtra quẽ petitur executio põt reſti
tutionẽ in integrũ petere, puta quia erat in-
ſtrumẽtũ factũ a minore fuit læſus vel in mu
tuo vel in venditione: & ſic de ſimilibus, ma
xime ſi eſſet cõtractus factus a minore haben-
te curatorẽ ſine autoritate curatoris: & ſic cõ
tractus eſſet ipſo iure nullus. l. ſi curatorem
habẽs. C. de in int. reſ. mi. mouet me tex. in. l.
minor. xxv. annis omiſſam. ff. de mino. vbi
poſt lapſum termini, licet nõ admittatur ex-
ceptio: tamẽ põt peti reſtitutio: vt eſt ibi ca-
ſus, facit. c. qm̃ felicis de reſtit. in integr. eſt vẽ
rũ ꝙ Bal. in. l. in cauſæ dicit quod in dictis iu
ribus non eſt probata exceptio, ſed præclu-
ſa via in apponendo in caſu dicti ſtatuti ipſa
exceptio eſt reprobata. ſed ſecundũ hanc ſo-
lutionẽ Bal. habemus intentum, quia in caſu
l. noſtre non eſt reprobata exceptio, ſed eſt
45 ſtatutus terminus ad illam probandã. ¶Præ
terea allego Bal. in l. ſi cauſam n 2. col. C. de
execu. rei iudi. vbi inquit, quod ſi contra exe
cutionẽ laudi nulla exceptio poſſet opponi

**Adde Ale. de Im. cõſ. 17 in cauſa vertẽte vol. 1. fi. col. qñ executio ſẽtẽtiæ impediatur propter reſtitutionẽ in integrũ & Iaſ. in auth q̃ ſupplicatio. C. de pci. imperatori offerẽ. nu. 4. §. cõdẽnatũ. ff. de re iud. nu. 16.*

nihilominus poteſt opponi, ꝙ non tenet cõ-
promiſſum eſt caſus ſingu. ſecundũ eũ in. l. 3.
in. §. ſi ſeruus. ff. de pecu. ibi etiã dicit, ꝙ põt
opponi exceptio nouationis & cõtrarij lau-
di. l. 1. C. ſen. reſ. nõ po. cũ ergo in effectu per
reſtitutionẽ in integrũ poſſet reſcindi contra
ctus igitur & Bal. in l. etiã eod. tit. dicit: ꝙ cõ-
tra talẽ executionẽ põt opponi, qđ inſtrumẽ
tum defficit in ſubſtantia: puta factũ a furio-
ſo. Preterea corroboratur hæc cõcluſio, quia
præceptũ guarẽtigiæ factũ in eo cõtractu. in
quo nõ eſt ſeruata ſolẽnitas requiſita a lege
vel ſtatuto nõ valet. l. cum hi in. §. ſi pretor.
ff. de tranſac. vnde adhoc vt tale præceptum
ſit ſeruandũ, requiritur quod neceſſaria ad-
ſint & abſint obſtatiua ſecundũ Bald. in d. l.
etiã maxime quia inſtrumẽta guarẽtigiæ, ſeu
executiua oportet neceſſario, ꝙ aſſumãt vim
& virtutem a cauſa ipſum producente, vt in
quit Bal. in d. l. etiã ad finem. 1. colũ. verſi. idẽ
dicas, & quia exceptio quæ venit de natura
actus poteſt opponi, vt ſupra. ergo iſta. facit
quod dicit Bal. in. d. l. vnica. C. de ſuffragio,
& in d. l. expredijs. C. de iuictio. & alia ſupe
rius allegata q̃ hãc partẽ cõfirmant. ¶Præter
ea in terminis dicti ſtatuti diſponẽtis, vt nõ
apponatur exceptio contra inſtrumentum
guarẽtigiæ. dicit Bal. in l. ſi. in. §. incõputatio
ne. C. de iure de li. ꝙ tale ſtatutũ debet intelli
gi de inſtrumẽtis efficacibus, non autẽ de nul
lis & effectu non habẽtibus. ff. de pœnis. l. ſi-
quis aliud. §. teſta. 2. §. 1. ff. quẽadmo. teſt. ape.
& quod caret effectu etiã nomine caret. l. cũ
precibus. C. de probatio. ergo cum per reſti-
tutionem in integrũ effectu inſtrumentum
remanet inefficax: ergo &c. Præterea exce-
ptio iuris facilius opponitur, quam exceptio
facti. c. vt circa de electio. li. 6. per Ioã. Andr.
in nouel. ex quo infert ſpecifice Alexã. in. d.
§. parui, ꝙ ſtatutũ repellens omnes exceptio
nes, intelligitur repellere illas, quæ ſunt facti
non autẽ exceptiones quæ in iure conſiſtunt.
¶Hanc concluſionẽ probat gl. notab. & ma-
giſtralis in l. vnica in glo. fin. C. ſi de momen.
poſſe. fue. appel. vbi glo. ponit multa exem-
pla, in quibus minor admittitur vt maior: nõ
tamen per hoc excluditur a beneficio peten-
di in integrũ reſtitutionẽ *per quam Bal. ibi
ad finem infert, ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ minor
25. annis poſſet abſq; autoritate alterius per
ſonæ contrahere & alienare, nihilominus ſi
ledatur poteſt petere in integrum reſtitutio
nem. optime facit notabilis deciſio Bal. in. l.
hac edictali in. 4. colum. C. de ſecundis nupt.

46 **Adde ſingularĩter in c. ex parte ꝗ̃ reſti ſpo. Ant. & ſcribẽtes i c. fi. de iudicijs li. 6. Bal. &*





ꝙ ſi ſtatutũ dicit, ꝙ cõtra inſtrumentũ guarã
tigia. um nil poſſet opponi: tamen hoc non
obſtante poteſt opponi, quod contractus ſit
ſuper negotio a iure reprobato. Vnde poteſt
infringi. per d. l. hac edictali, niſi filius con-
ſentiſſet. Ratio eſt ſecundum eum, quia præ-
ceptum guarantigiæ quod fundatur ſuper
irrito eſt irritum: quia nullum principale, er
go acceſſorium, oblitus fuit allegare ad hoc
l. fin. ff. de cõſti. pecu. quam ad hoc allegauit.
idem Bal. in. l. ii abſentis. C. ſi certũ petatur.
¶Accedat prædictis id quod ſingulariter di
47 xit Barto. in l. ſi filius. ff. quod cum eo per il-
lum text. quod filij fa. contra quos petitur
executio inſtrumẽti ſui iuris effecti poſſunt
opponere beneficium edicti illius tituli, etiã
ſi ſtatutũ diceret, ꝙ cõtra inſtrumẽtũ nullã
poſſet opponi exceptio, cũ d. exceptio non
impugnat inſtrumentum ſed modificat exe-
cutionem: hoc probatur optime in d. l. vbi
eſt caſus; quod beneficium illius edicti ha-
bet locum etiam contra actionem iudicati.
¶Et hoc tenebis menti ad quam plures per-
48 ſonas, quæ habent priuilegium ne cõueniãn-
tur, niſi in quantum facere poſſunt: ꝙ ſi con-
tra iſtos petatur executio inſtrumenti; poſ-
ſunt opponere dictam exceptionem. ſ. ne cõ-
ueniantur, niſi in quantũ facere poſſunt &
* i gaudebunt dicta exceptione. *idẽ ſentit Bal.
in l. 1. in. 2. col. C. de iuris & fa. ignorã. dicẽs,
ꝙ omnis exceptio quæ cõpatitur ſe cum ſen
tentia. & venit ad moderandã executionem
poteſt opponi in executione, vt in. l. ex diuer
ſo cum ſimi. ff. ſolu. ma. facit. l. fideiuſſores. §.
49 idem reſpõdet. ff. de fideiu. ¶Ex prædictis in
fero quod etiã contra talẽ executionẽ poteſt
filius opponere exceptionẽ Macedoniani, ſi
agatur contra eum ex mutuo & mulier exce-
ptionem Velleiani, nec eſt neceſſe probare
aliquid infra. 10. dies cũ iſtę ſint exceptiones
iuris ſi eſt notoriũ eſſe filium fami. de hoc vi
detur caſus in l. tametſi. ff. ad Macedo. vbi
eſt caſus notabi. ꝙ exceptiones Macedonia-
ni, & Velleiani poſſunt opponi poſt ſenten-
tiam in executione: ergo ſic contra inſtrumẽ
tum executiuũ, & per illum tex. dicebat Bal.
in. l. ſi filius fami. in. 3. colũ. C. ad Macedo. ꝙ
vbicũq; lex remouet potentiã a cõtrahente
talis exceptio vel defenſio põt opponi poſt
ſententiã quod dicit eſſe mẽti tenẽdum, ſiue
ſimus in diſpoſitione iuris cõmunis, ſiue in
diſpoſitione ſtatutaria: cum eadẽ vtrobique
ſi ratio: & ſic poteris exemplificare in alijs
exceptionibus, quæ in iure conſiſtunt.

*Pau. de Caſt. limitãtes in l. exigẽdi ꝑ glo. ibi. C. de pcu rato.*

## Additio mea: di-

co, ꝙ omnes exceptiones poſitæ hic a geni-
tore meo poſſunt opponi contra executio
nem inſtrumenti dato caſu: quod ſic vera ſen
tentia aliquorum tenentium quod lex Hen-
rici quæ mandat, quod contra inſtrumentũ
non poſsint opponi, niſi certæ exceptiones, *s
ſit hodie ſeruanda. Primo quia dicta *lex Hẽ
rici loquitur de talibus exceptionibus, qua-
rum probatio incumbit debitori illas oppo
nenti. puta ſolutionis quietationis; & de alijs,
& de iſtis loquitur etiam iſta. l. * Toleti. & l. *t
Thauri: ideo in eis aſsignaui terminus debi-
tori ad illas probandas; ſed exceptiones poſi
tę hic a genitore meo ſunt talis naturę: quod
earum probatio non incumbit debitori: ſed
ſufficit ei ad obtinendam abſolutionem il-
las allegare: & adhuc doctores loquuntur in
proprijs terminis dictæ legis Henrici. ſ. quã-
do per ſtatutum repelluntur omnes exce-
ptiones, niſi certæ & adhuc in fortioribus
terminis loquuntur, ſcilicet quando per ſta
tutum repellantur omnes exceptiones, quia
nihilominus poſſent opponi ſupradictæ ex-
ceptiones ad impediendam executionem:
ideo tene menti ſupradicta tanquam ſingu-
laria & noua ad hanc legem: emanauit au-
tem prædictus error, ſcilicet, quod dicta lex
Henrici non ſit correcta ex falſa traductio-
ne quam fecit doctor de Montaluo dictæ le-
gis Toleti in cuius originali ſunt iſta verba
(y alegan otras qualeſquier exceptiones)
& ibi (o qualquier otra exception) quæ
verba fuerunt ommiſſa à prædicto compila
tore: ideo non immerito genitor meus di-
cit, quod hodie poteſt opponi contra exe-
cutionem inſtrumenti quælibet exceptio le
gitima etiam vltra contentas in dicta lege
Henrici: & ſic dicit obſeruari & practica-
ri, cuius dicto ſtandum eſt vt illa doctrina
ſingularis Barto. de qua fit magnum feſtum
apud genitorem meum in prooemio elegan-
ti legum fori qui dicit, quod ſtadum eſt di-
cto vnius famoſi viri dicentis, ſic practica-
tur, ſic obſeruatur de conſuetudine: & certe
iſta opinio eſt æqua, & amica ęquitati, & per
eam euitantur infinitæ quæſtiones motæ per
Doctores.
¶In alio etiam ſunt perpetuo menti tenen- 50
dæ dictæ exceptiones, quia licet verum ſit,
quod infra. 10. dies debitor teneatur proba-
re ſuas exceptiones: tamen prædictas exce-
ptiones allegãdo infra. 10. dies obtinebit ſine

eo,quo l faciat aliquã probationem:& ſic ſuf
ficiet ſola allegatio quod ſecus eſt in alijs ex-
ceptionibus.*¶Intellige quarto hanc legem
51 niſi aliquid euidenter appareat ex inſtru-
mento quod reddat illud in efficax.qui talis
exceptio ſeu defectus quæ ex euidẽtia inſtru-
menti conſtat impedit executionem,vt tale
firmatBal.per multa fundamenta in rubrica
de probatio.facit quod ſcribit Bal.in.l.vnica
C.ſi de momẽ. poſſe. fue.appella.in quan-
tum tenet,quod licet in poſſeſſorio ſit prohi-
bita appellatio,poteſt appellari, ſi ſententia
euidenter eſt iniuſta idem in caſu dicti ſtatu-
ti.dicit Alex.in dict.§.& parui Rapha.in.l.1.
ff.de noui ope.nuntia. non plus inſiſtam ſu-
per hoc.quia concluſio eſt apud omnes indu
bitabilis & plura adduci poſſent ad corrobo
rationem huius concluſionis. de quibus in ſi
mili vide nota.Bal.in.l.contra negantem.C.
ad.l.aquili.Alex.in l.publica.ff.de po.Bal.in
l.ſi quis teſti.ad fi.C.de teſt pulchrum conſi.
Ludo.Roma.conſi.x.in ordine.

*Adde Phi.co. cõ.204.in.2 vol.& Ale. de Im.cõ.105 vol.5.& la per Hip.mar. ru.C.pbatio. n.157.ver. modo reſtat.*

*SVMMARIVM.*

1 *An ſufficiat quod infra decem dies reus debitor deferat iuramentum creditori.*

1 Sed ad prædicto-
rum & huius.l.ampliorem declarationem,
quæro in hac lege diſponitur,quod ſi infra.
x.dies reus probat quamlibet legitimam ex
ceptionem,quod impedietur executio ſi po-
terit probare,& ſatisfacit deferendo iuramẽ-
tum creditori executionem petẽti. Certe cre-
derem hoc de paruo dubio deſeruire:nã hęc
lex aſsignat terminum.x.dierum reo. quia ſi
infra dictum terminum defert iuramentum
creditori compellitur iurare,& decidetur ne
gotium ſecundum formam iuramẽti & ſatiſ
facit reus huic legi probationem requirenti
infra dictum terminũ;nam delatio iuramẽti
habet vim probationis.l.non erit in.§.dato
*a ff.de iure iuran.* vbi caſus:quod iuramentũ
habet vim pbationis.& eſt caſus in auth. ſed
nouo iure.C.ſi cer. peta. & ſic reſpondet ibi
Salic.ad illum tex.quod propterea ibi per iu
ramentum probatur cõtra ſcripturam, quia
non erat caſus,in quo ſcriptura eſſet neceſſa
ria.eſt etiam caſus in.l.in contractibus. C. de
non num.pecu.a cõtrario ſenſu: vbi ideo ibi
pręcluditur via iurãdi,quia erat pręcluſa via
probandi,& elapſus erat terminus a lege ſta
tutus ad probandu ſem d.infra.x. dies cum
hæc lex dat facultatem probandi;ergo iura-
mentum deferendi per totum titulum.C.&
ff.de iure iuran.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid ſi poſt decem dies ante quam feratur ſententia ſuper executione fienda reus defert iuramentum creditori vel petit quod iuret de calumnia late diſputatur:& vide num.6.& num.12.*

2 *Excluſus ab exceptione non numeratæ pecuniæ an poſsit iuramentum deferre:& nu.7.cum pluribus ſequentibus.*

3 *Iuramentum & confeſsio an ſit probatio vel releuatio ab onore probandi.*

4 *Probatio per confeſsionem patris an admittatr cõtra præſumptionẽ iuris,& de iure.*

5 *Debitor an poſsit probare negatiuam: videlicet pecuniam non eſſe numeratam per confeſsionem creditoris.*

6 *Iure regio reus tenetur ſe per iuramẽtum purgare,licet reus nihil probet.*

7 *Ex iuſta cauſa an poſsit recuſare creditor iuramentum:& numer.8.& 9.& 13.& 14.*

10 *Repulſa probatione an cenſeatur iuramentum repulſum.*

Sed pulchrum du
bium eſt infra.10.dies nil probabit reus: ſed
poſt.10.dies antequã feratur ſententia ſuper
executione finienda reus deferti iuramentũ:
creditori. vtrum compellitur iurare credi-
tor.& vt intelligas iuuenis in practica non
expertus poterit hoc accidere, hoc modo.
Forma quæ tenetur in executionibus inſtru-
mentorum per iudices in vſu eſt iſta, ſtatim
quod pars producit inſtrumentum execu-
tiuum coram iudice & petit eius executio-
nem iudex viſo inſtrumento præcepit execu
tionẽ fieri & mãdat algazelo vt inſtrumentũ
exequatur.& in dicto præcepto cõtinetur, ꝙ
pars intra terminum intra quẽ dãtur ꝑconia
ad finiendã executionẽ cõpareat coram iudi-
ce ad oñdendã ſolutionẽ vel ꝗetationẽ vel
aliã legitimã exceptionẽ ad impediendã exe-
cutionẽ iſtud præceptũ notificatur parti, vt
aſsignet bona in quibus fiat executio facta
executione pars opponit ſe dicto pręcepto al
legãdo exceptiones ſuas contra dictũ inſtrm
ad exe-



ceptiones ſuas contra dictum inſtrumentum
ad executionem impediendam ſuper hoc ne
gotio concluſo, iudex profert interlocuto-
riam,in qua admittit partes ad probandu n
aſsignato termino.10.dierum ſecundum te-
norẽ huius l.elapſo termino fit publicatio&
partes allegant de iure ſuper probationibus,
concluditur in cauſa:iudex profert ſententiã
in qua nihil eſt probatum quod executionẽ
impediat, pronuntiat executionem finiendã
eſſe.&c. Et ſic poſt.10.dies antequam fera-
tur ſententia ſemper tranſit aliquod tempus
elapſis ergo.10.diebus reus dicit, ego defe-
ro iuramentum creditori, remitto totum iu
ramẽto ſuo:creditor dicit:terminus.10.die-
rũ infra quem debebas probare elapſus eſtã-
2 te omnia ſolue.quid dicẽdũ: ¶Videtur enim
quod non compellatur iurare.caſus eſt nota
bilis qui loquitur in propria materia in. d.l.
in cõtractibus.§.illo *.C.de non nu.pe. vbi
eſt text.quod ſi ex aliqua cauſa exceptio non
num.pecu.non poteſt opponi. puta quia biẽ
nium elapſum eſt vel alia cauſa eſt excluſus
ab oppoſitione dictæ exceptionis quod in
his caſibus nec iuſurandum deferre liceat, ec
ce quod poſt lapſum termini a lege ſtatutũ
ad exeptionem opponendam non eſt lici-
tum deferri iuramentum & loquitur text.in
proprijs terminis:ergo idẽ in propoſito ela-
pſo termino.10.dierum ad probandum non
impedietur executio ex delatione iuramen-
ti & per illum text.dicit Ange.ad propoſitũ
in.dict.l.non erit quod ſi ex forma ſtatuti cõ
tra inſtrumentum guarentigiæ nõ poteſt fie-
ri probatio obiectorũ niſi per inſtrumentũ
& excipiens ſuper obiectis velit aduerſario iu
ramentum deferre.quod nõ audietur, quod
dicit eſſe perpetuo menti tenendum tanquã
nota.& Bald.in l.admonendi ad finem. ff.de
iure iurã.dicit quod vbi probatio requiritur
per ſcripturam non habet locum delatio iu-
ramenti l.generaliter.C.de non nu.pecu.pro
iſta oppinione videtur facere text. ſing.in l.
ſi reſtituatur.§. ex quibus. ff. de iudi. iuncto
eo quod ibi Ange.dicit.¶Nihilominus tamẽ
3 his non obſtantibus teneo contrarium imo,
quod actor compellitur * iurare & ad hoc te
*a nendum mouet me id quod Bal.dicit in ru-
brica de probatio.in.4.col.dicens quod iura
mentum & confeſsio non ſint proprie pro-
*b batio: *ſed potius releuatio ab onere pro-
bandi * de iuramento probatur in l.eum qui
in princi.ff.de iure iuran.gloſſ.nota. in cap.ſi
quis ver.abſoluendum de inueſti.inter domi
& vaſa.& ibi Bald.probatur in l. non erit in
§.dato.ff.de iure iuran.vbi eſt dictio quaſi q̃
eſt nota improprietatis,vt in l.ſi cũ dote in.§.
finali ſolu.ma.de confeſsione probatur in.l.
fina.in fine.ff.de interro.actio.& in.l.1.§.cum
autem.C.de iura.calum.Bald.in authen. ſed
nouo iure penul.col.C.ſi cer.peta.& gloſ.no-
tabi.in.c.1.de conſe.lib.6.ſuper parte aduer
ſarij, quæ dicit quod licet poſitio negatiua
non poſſet probari: tamen bene probatur
per confeſsionem quæ proprie eſt reuelatio
ab onere probandi per quam gloſ.probatur
quod licet via probandi ſit pręcluſa admitti
tur probatio per confeſsionem aduerſarij.
4 ¶Secundo faciant duæ gloſ.ſingulares vna
in authenti.de equali.doti.§.illud.alia in l.in
contractibus.C.de non num pecu. in princi.
quæ dicunt quod cõtra præſumptionem iu-
ris & de iure admittitur probatio in contra-
rium per confeſsionem partis. quas ad hoc
allegauit Salic.in dict.l.in contratibus. tenẽt
Cinus & alij in authen.ſed iam neceſſe. C. de
dona.ante nup.Salic.in dict. authen. ſed no-
uo iure facit glo.in di.cap.1. de confe.lib.6.
vbi præcluſa via probandi non intelligitur
præcluſa via quod ad confeſsionem partis,
tertio dicebat Bal.notanter in d.aũ.ſed nouo
iure in penul.col.quod vbicunque ab homi-
ne vel a lege eſt ſtatutum quod probatio rei
geſtæ non poſſet fieri,niſi per ſcripturã nihi-
lominus poſſum deferre ſacramentũ aduer-
ſario meo:ita vt ille cui defertur teneatur iu
rare vel deferre per dict.authen. ſed nouo iu
re ver.nam ſi quis. & melius probatur in cor
pore,vnde ſumitur. Nec obſtat quod a lege
vel ab homine fuit excluſa probatio,nam ad
hoc reſpondet quod talis iuramenti delatio
verius & proprius eſt relatio ab onore pro-
bandi. quod ad multa dicit eſſe notandum,
Salice.ibi inſurgit contra Bald.in fina.col.di
cẽs quod ille, quia tenetur per ſcripturã pro
bare non poteſt deferre ſacramentum aduer
ſario mouetur quia iuramentum eſt ſpecies
probationis dict.§.de illo. Item quia lex vel
conuentio partium quæ requirit probatio-
nem rei geſtæ per ſcripturam tantum om-
nem aliam eſpeciem probationis excludit ar
gumen.l.cum prætor.ff.de iudicijs&.l.2.C.ſi
minor ſe maiorẽ dixe. ſi autem aduerſarius
vellet deferre aduerſario ſuo, cui incumbe-
bat onus probandi per ſcripturam, hoc eſ-
ſet ſine dubio. ſic ſe expedit Salice. poterat
melius allegare ad fundandam ſuam con-
cluſionem dictum.§.dato ibi quaſi ſatis pro-
batum

*Adde circa huius tex.intellectũ q̃ plene ſcribit author infra eodẽ.§.n.7.cũ ſequen.*

** Adde de hoc artic.ſubtiliter per Bar*

*to.ſoc.in ru. ff.de cõfeſsi.: & plenius quã alibi per Phi.de poſta.lios in ru.de pbationibus 5.col.ver.ex prædicta diffinitione vbi diſputãdo per plures colũ.p̃cedit,tã circa confeſsionem quã circa iuramẽtũ,& ad de Hipp.de marſi.in ru.C.de probat nu.67.ver.& primo an ipſa cõfeſsio.*

batum ſit iureiuran. ſed verior & magis ra-
tioni conſona videtur opinio Bal. quam ſe-
quor tam per eius fundamēta quæ ſunt ſatis
vrgentia quam ex ſequētibus. ¶Quarto mo
ueor ex gloſ. ſingulari in l.1.C. de non num.
pecu. vbi gloſſ. dicit quod etiam ſi debitor te
neatur probare negatiuam ſcilicet ſibi non
eſſe numeratam pecuniā quod nihilominus
hoc poterit probare per confeſsionem credi
toris. Ecce ergo qđ licet debitor eſſet ab ex-
ceptione excluſus nihilominus tamē admit-
titur ad probandum per confeſsionen credi
toris. Accedat gloſſ. nota. in l. ſi ex cautione
C. eo. titu. in gloſſ. magna ibi: ſed ſi renuncia
uerit exceptioni vbi glo. notāter dicit quod
etiam ſi debitor renuntiaſſet exceptioni non
nu. pecu. tamen poteſt creditori facere inter
rogationes & reſponſiones & ſic reſpondeat
& confiteatur ſe non numeraſſe abſoluetur
debitor, & ita licet excluſus a probando vir-
tute renuntiationis poteſt ſe iuuare ex con-
feſsione creditoris faciendo ſibi poſiciones
quibus ipſe reſpondere compelletur: & hanc
partem in poſitione reperio ſequi Salice. in
d. authen. ſed nouo iure ſi. col. nam poſtquā
tenuit contra Bal. in dicta concluſione ſcili-
cet quod vbi a lege requiritur probatio per
ſcripturam non habet locum delatio iuramē
ti dicit quod locus eſſet in iuramento ad poſi
tiones reſponſiuo, & de ipſis poſitionibus
quia licet ſcriptura ad probandum ſit neceſ-
ſaria tamē poſitiones poſſunt fieri ſuper ip-
ſo negotio principali & ſacramentum calum
niæ præſtari: cum illa ſint inuenta, vt ponens
reueletur ab onori probandi. l. 1. C. de iura.
calū. & dicit illud obtinere etiam vbi ſcriptu
ra ſit de ſubſtantia contractus quod compel-
litur reus iurare, ſi reus cui incumbit onus
probandi deferat iuramentum probat text.
in corpore dictæ authenti, ſed nouo iure. §. ſi
tantum quiſquam, ecce ergo concluſionem
Salice. quod in caſu quo quis non poteſt po-
teſt probare niſi per ſcripturam poteſt defer
re iuramentum calumniæ & tenetur actor
poſitionibus reſpondere: ſed cur idem non
dicamus ſi ei deferatur iuramentum quod
6 teneatur reſpōdere veritatem. ¶Quinto pro
hac parte facit, nam licet actore non proban
te reus debeat abſolui. l. qui accuſare. C. de
eden. tamen multi doctores tenent quod cō-
pellatur reus iurare, ſi ei deferatur ab actore
quos latiſsime refert Alexan. in l. manifeſte.
ff. de iure iuran. & licet in iure communi de
hoc ſint variæ opiniones tamen de iure re-
gni reus tenetur ſe proprio iuramento pur-
gare etiam ſi per actorem nil probetur * vt
foro legum. li. 2. tit. (de las juras) & ſic attēta
diſpoſitione dict. regni quæſtio noſtra red-
ditur minus dubia, quare ergo non compel-
letur creditor iurare ſiue deciſorie ſiue de ca
lumnia. dato quod terminus. 10. dierum ſit
elapſus non excuſare eū ſi iudex eſſem, *ac-
cedamus ad prædictorum obiectorum re-
ſponſionem. ¶Primo non obſtat ſi dicas hæc
7 lex ad impediendam executionem auferat fa
cultatem probandi poſt. 10. dies concedo:
ſed iuramentum non eſt proprie probatio,
ſed reuelatio ad onere probandi, vt ſupra di
ctum eſt, & illa dicitur proprie probatio
quæ fit per teſtes & inſtrumenta. hoc probat
text. nota. in cap. forus circa medium de ver.
ſigni. quem ad hoc ponderat Abb. ibi, nec
obſtat text. in dict. §. illo *quia ille tex. intel-
ligitur, quod non cogitur iurare creditor ſi
habet iuſtam cauſam recuſandi alias tenetur
iurare. ita expreſſe dicit ibi Barto. ex quo in-
fert, quod ſi poſt biennium ponit debitor
creditori poſitiones, quod nō numerauit cre
ditor, quod non tenetur reſpondere & ſic ve
rificatur gloſſ. in dict. l. 2. & in dict. l. ſi ex cau-
tione & hunc intellectum ſentit gloſ. in dict.
§. in parte offerri. in quantum allegat. l. gene-
raliter. C. de iure iuran. ſed quantum ad hūc
intellectum Bald. ibi & Salic. tenent contra-
rium dicentes, quod iuſta cauſa eſt recuſan-
di iuramentum, ſi tranſlatum eſt tempus op
ponendi exceptionē, vel alias eſt excluſus ab
ea opponenda. Mouentur per dict. §. qui in-
diſtincte loquitur. & ſic iſti nullam aliam iu-
8 ſtam cauſam requirunt. ¶Sed reperio Ange.
de Peru. in dict. l. in contractibus. §. 1. ad finē
nulla facta Barto. mentione, vt moris ſui eſt
ponderat gloſſ. in parti offerri prout Bar. il-
lam ponderauerat & dicit quod di. §. illo. de
bet intelligi & limitari in quantum ille, cui
defertur iuramentum habeat iuſtam cauſam
recuſandi alias ſecus & ſic ſequitur ad literā
intellectum doct. Barto. ex quo infert, quod
elapſo termino dato ad probādum & etiam
publicato proceſſu, poteſt quis petere, vt ſi-
bi deferatur ſacramentum in defectum pro-
bationis & etiam alteri parti ius iurandum
deferre. hoc videtur ſentire idem Angelus in
l. generaliter. §. 1. C. eodem ad finem vbi dicit
quod licet publicato proceſſu probationes
non fiant, tamen bene poteſt iuramentum
peti & deferri niſi poſt concluſionem in cau-
ſa: nam tunc non habet locum ad partis
petitio

** Lex regni. quæ ſeruatur in practica: vt infra fin. col.*

** c * Opinio authoris. quē vide īfra eodē. §. fi. col.*

** Nota q̄ ſequūtur pī intellectu text. in. §. d' illo vide. maxime moder. in l. manifeſte. ff. de iure iuran.*



petitionem licet iudex ex officio etiam tunc
poſt concluſionem in cauſa poteſt partem in
terrogare. c. cum Ioan. Hære. de fide. inſtru.
9 ¶Ad hunc intellectum habeo authoritatem
gloſſæ quæ magna eſt & Bart. & Ange. & eſt
intellectus habens in ſe æquitatem maximā,
licet in pūcto iuris valde violat literā. §. qui
videtur habere pro iuſta cauſa elapſum eſſe
biennium adhoc, vt creditor poſſet recuſare
iuramentum & ſic reperio Bar. in d. l. manife
ſte contrarium aſſeruiſſe: ibi enim ponens ali
quas iuſtas cauſas recuſandi iuramētum, di-
cit quod ſi opponatur aliqua exceptio quæ
opponi non poteſt quod non cogitur quis
iurare ſuper ea: imo eſt iuſta cauſa recuſan-
di iuramentum allegat dict. §. illo & idem te
net ibi Ange. ſibi ipſi contrarius: & ita vidē
tur tenere opinio. Sal. & Salice. & illum text.
Salice. dicit nota. ad hoc quod poſt lapſum
termini præfixum deferenti non eſt manife-
ſtæ turpitudinis nolle iurare, nec referre & q̄
poſt lapſum termini quis exoneratur a reſ-
pondendo poſitioni negatiuæ quæ alias de
iure debet admitti. Item quod ea non ſunt
ponibilia quæ non ſunt probabilia vt. d. §. il
lo iuncto. §. ſed quoniā. Itē quod ea quę ſunt
p̄babilia ſunt ponibilia, niſi terminus ſit prę
fixus poſitioni & non probationi: quia tunc
licet ſint probabilia, non tamen ponibilia:
Hæc ſunt verba Salic. in. d. §. illo quę dicit eſ
ſe menti tenenda & dicta ſua non ſolum con
cludunt in delatione iuramenti deciſorij, ſed
etiam in iuramento poſitionum reſponſiuo,
cuius contrarium tenuit in d. authen. ſed no
uo iure & idem ſequitur Cinus in d. §. illo &
iratus inuehit contra coroniſtas dicēs, quod
orbati decretaliſtæ vt ignaua eorum cæcitas
omnibus pateret fecerunt ſibi textum, quod
etiam vbi negatiua non poteſt probari poſ-
ſent fieri poſitiones in c. 1. de confe. lib. 6. &
per prædicta redditur dubius intellectus prę
dictus: ſed cum hodie de iure huius regni cō-
pellatur quis proprio iuramento ſe purga-
10 re ergo hoc caſu teneatur iurare. Tertio repe
rio Bal. in. l. eum qui in. §. 1. fi. verbis. ff. de iu
re iu. dare pulchram reſponſionem ad d. §. il
lo & ponit cōcluſionē ſatis coadiuuantē huic
meæ concluſioni: dicit enim quod cum iura
mentum nō eſt ſpecies veræ probationis: ſed
præſumptionis vt ibi eſt caſus licet ſtatutū
vel iudex repellat veras probationes, tamen
non intelligitur repellere iuramentum, ideſt
probationem quæ fit per iuramentum, nec
obſtat ſecundum eum. l. in contractibus in.
§. illo quia ibi lex repellit ius & probationes
ſed vbi probationem tantum repellit tunc
non repellit iuramentum. l. quicunque. C. de
apoch. publi. lib. 10. & quod notat. in. l. vbi-
cunque. ff. de interro. actione hæc fuerunt
verba Bald. ad propoſitum ſatis notanda: ſic
dicamus in caſu noſtro quia poſt. 10. dies nō
excluditur a iure ſuo, nec ab oppoſitione
quaruncunque exceptionum ſibi competen
tium: ſed excluditur ſolum probatio poſt
dictum terminum ad impediendam execu-
tionem. vult ergo Bald. quod in dicto. §. illo
lex tollit ius ideſt ipſam exceptionem a iure
ſtatutam tollit in totum, & ſic videtur tenere
illam opinio. quod poſt biēnium nullo mo-
do debitor poſſet opponere exceptionem
non num. pecu licet transferat in ſe onus pro
bandi multi ſunt in contraria opinione vul-
garis eſt materia de qua in. l. ſi ex cautione &
in dict. §. illo. C. de non num. pecu. & in alijs
locis. ¶Ego aliter ſoluo & ſic non offendi 11
tur litera dict. §. quia ibi videtur eſſe caſus
ſpecialis * in exceptione non num. pecu. non
trahendus in conſequentiam ad caſum no-
ſtrum ſpecialitatem illius aſsigno, nam in cō
feſsione de mutuo nimis grauatur creditor
in onere prouandi: quia etiam ſi debitor con
fiteatur ſe mutuum recepiſſe & obligatur ad
illud ſoluendum & de hoc fit chyrographū
tamen infra biennium iſta confeſsio eſt inef
ficax, & illa non obſtante creditori. j. bien-
nium incumbit onus probandi & tenetur
probare realem numerationem: cum ergo
tantum onus ſibi imponitur & a tanto rele-
uatur debitor voluit lex poſt biennium di-
ctum creditorem exonerare ab omni genere
probationis: ſic a præſtatione iuramenti
quæ eſt ſpecies probationis & hunc credo
eſſe verum ſenſum illius literæ, nec obſtat ſi
dicatur hoc eſſe contra opinionem illorum
tenentium, quod poſt biennium audiatur
debitor ſi probat ſibi non numeratam pecu
niam: nam illud eſt verum probando ali-
ter, quam per delationem iuramenti cum
hoc caſu non eſſet probare: ſed releuare ſe
ab onere probandi. ita ſentit Salic. in dict. §.
illo & iſta menti commenda, quia data hac
ſpecialitate non obſtat concluſioni meæ in 12
qua ceſſat hæc ratio & ſpecialitas. ¶Item
caſus noſtræ legis habet diſsimilitudinem
cum dicto. §. illo & cum his quæ dicit Ange-
lus in dicto. §. dato, nam licet non probata
exceptione infra. 10. dies fiat executio ta-
men poſt factam executionem nō repellitur
a quo

** Adde Paul. de Caſt. in. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ex quibus. ff. de iudicijs quam legit ſub. l. nō alias dicētem per. tex. in. §. in illo hic al. et per illū tex. qđ ſicut lapſo termino ad p̄uādū nō admittitur quis ad p̄uādū per teſtes vel inſtrumēta: ita nō admittitur ad petēdū aduerſariū compelli qđ reſpōdeat articulis & poſitionibus mediante iuramento &c.*

calũnia, et ſic nõ eſt ſpeciale

a quocunq; genere probationis:& ſic a iura-
mento ergo ſi facta executione compellitur
iurare melius eſt vt euitetur expenſæ & tot
circuitus quod iuret ante ſententiam execu-
tionis finiendæ etiam elapſo termino. x. die-
rum maxime cum hodie attenta. dict. l. regni
quam quotidie practicamus, quilibet tene-
tur proprio iuramẽto ſe purgare etiam ſi ni
hil probet actor & maxima præſumptio eſt
contra executionem petentem ſi non vult iu
rare & iudex omnibus modis debet eſſe prõ
ptus veritatem inueſtigare, benefacit quod
dicit Bal. in l. ſi vnus in. §. pactus. ff. de pactis.
penul. col. verſi. ex prædictis vbi dicit quan-
dam glo. illius. l. eſſe in argumẽtum ad ſtatu
ta, quæ dicunt non poſſe opponi niſi certas
exceptiones, nam quælibet exceptio appa-
rens per confeſſionem erit valida vi confeſ-
ſionis cum confeſſio in iudicio faciat ius ſe-
cus de aliis probationibus. l. ſed ſi poſſeſſori
§. ſed ſi cum de hæreditate. ff. de iur. iur. ¶Et
ita teneo quod ſi elapſis. x. diebus per hanc.
l. aſſignatis ad probandum ille contra quẽ
petitur executio deferat iuramentum actori
quod compellatur iurare tam deciſorie quã
de calumnia & hoc modo impediet execu-
tionem; & ita multoties practicaui & obti-
nui in cancellaria vbi iudices incũbunt ve-
ritati obmiſſis iuris, vt ita dixerim ſuperſti
13 tionibus. ¶Duobus modis hæc limitarẽ pri-
mo niſi actor haberet iuſtã cauſam recuſan-
di, puta quia hæres vel alias non bene infor
matus de veritate vel aliam iuſtam cauſam
habens de quibus per doctor. in. l. manifeſte.
ff. de iure iurando. & in l. generaliter. §. final.
C. eod. nam ſuper eo, de quo quis non habet
plenam notitiam non compellitur iurare. l.
Marcellus. ff. re. amo. & tunc procedit clare
14 dictum Bar. in dict. §. illo. ¶Secundo intelli-
ge, quãdocunq; eſt præſens actor petens exe
cutionem cui defertur iuramentum itaq; ſta-
tim poteſt iurare vel reſpondere, quia ſi eſſet
abſens, ita quod cauſa dilationem pateretur
non eſſet tunc ius iuramentum ſpectandum
cum hæc lex ſolum aſſignet terminũ. x. die-
rum ad probandum contra inſtrumentum
vt impediatur executio. ſi ergo illi ſunt ela-
pſi non eſt dandus ſibi terminus executionis
impeditiuus contra huius legis diſpoſitionẽ,
quæ omnia intellige ad impediendam execu
tionem quia ea facta quodcunq; genus pro-
bationis admittitur, vt in ea patet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vel ſententia an habeat exe-*
*cutionem paratam contra fideiuſſorem*
*conctractus & nu. 2.*
3 *Quid in quaſi fideiuſſore.*
4 *Si in inſtrumento quod producitur contra fi-*
*de iuſſorem ſit mentio debiti an ſit neceſſe*
*oſtendere aliter de debito principali, &*
*num. 5.*
6 *Remedium vt compellatur creditor oſtende*
*re inſtrumentum debiti principalis.*
7 *Fideiuſſor an poſſit ſe obligare ex contractu*
*habente paratam executionem licet non ſit*
*ita obligatus principalis.*
8 *Fideiuſſor obligatus per inſtrumentum habẽs*
*executionem paratam an poſſit agere an*
*te ſolutionem contra eum pro quo fideiuſ-*
*ſit & nu. 11. 12. 13.*
9 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti & iudicatum ſolui,*
*an poſſit agere poſt ſtipulationem com-*
*miſſam.*
10 *Socius an poſſit in diſſolutione ſocietatis de*
*bonis ſocietatis debita ad quæ eſt obliga-*
*tus deducere.*

Viſum eſt ſupra *Primã qſtio.*
quod inſtrumentum habet executionem pa
ratam: contre debitorem & ius hæredem &
cõtra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo. Sed
nunquid contra fideiuſſorem contractus in
ſtrumentum principalis debitoris habebit
executionem paratam: dicas quod non; quia
ex ſententia lata cõtra principalem non po-
teſt fieri executio contra fideiuſſorem ſine
nouo proceſſu. hoc probat textus in. l. gre-
ge. §. ſi a debitore. ff. de* pignoribus & in. l.
a ſententia in princip. ff. de appellatio. & in.
l. præſenti in. §. adiicientes. C. de his qui ad
eccleſi. confugi. Specula. in titulo. de execu-
tione ſentent. §. ſequitur verſiculo. ſed nun-
quid ſententia, Ioannes, Andre. in capitul. 1.
de iniu. & dam. da. lib. 6. Cynus in. l. fina. C.
de execut. rei iudi. Guil. de Cuneo in. l. 2. in fi
ne. ff. qui ſatiſ. cogan. & hanc opinio. dicit
Bart. eſſe veram in l. prima. ff. iudi. ſol. in prin
cipio ſcilicet quod in fideiuſſore contractus
non fit executio ex ſentẽtia contra principa-
lem

**Adde plura alleg. per Hip. de mar. in ru. ff. de fideiuſſo. in. q. 49. a ſententia lata cõtra principale ... ceat fide iuſ.*



* a lem lata ſine* nouo proceſſu tex. & ibi Bald.
in. l. duobus. §. id igitur. ff. de iure iu. idẽ Bal.
per illum text. di. l. grege. §. ſi. cum defenſori
quia ibi tex. dicit quod agitur contra princi-
palem, & contra fideiuſſorem ſimul, & ſic vi-
detur quod non executabitur contra fideiuſ
2 ſorem ſententia lata cõtra principalem. ¶Sis
ergo cautus tu creditor, quod vbicunque ac
cipis aliquem in fideiuſſorem alicuius contra
ctus, ſeu debiti ex quacunque cauſa facias q;
in contractus ipſe fideiuſſor expreſſe & ſpeci
fice celebret contractum executorium. ſicut
debitor principalis, puta dedit & cõceſſit po
teſtatem omnibus iudicibus exequendi con-
tra eum dictum contractum tanquam ſi con
traeum eſſet lata ſententia, prout moris eſt:
quia ſi hoc non fieret ex ſolo contractu exe-
cutorio & habente paratam executionem cõ
tra principalem; non poteſt contra fideiuſſo
3 rem executio fieri. ¶Hæc ſunt vera in fideiuſ-
ſore, ſecus in quaſi fideiuſſore, vnde filio ciui
* b liter condemnato fit executio contra patrẽ;
quia ex ipſo iudicio* obligatur ſi filius fuit in
iudicio patre cõ ſentiente: & hoc quo ad exe-
cutionem fiendam contra patrem in peculio
profectitio & in vſufructu aduentitio: nã ta-
lis vſus fructus redigitur ad inſtar peculii p-
fectitii. iſta eſt gloſ. ſingularis & vnica in. l. ſi
condemnatus. ff. de noxali. quã ad hoc mul-
tum commendat Bal. in. l. ſi. in. §. & cum anti
4 quitas in. 2. col. C. de vſuris rei iudi. ¶Sed cir
ca prædicta tenebis menti quandam practi-
cam Angel. de Peru. in. l. ſciendum. ff. de ver.
obliga. vbi dicit ſe practicaſſe, quod ſi cõtra
fideiuſſorem qui renunciauit beneficio de fi-
deiuſſoribus petatur executio inſtrumenti
in quo ipſe fideiuſſor conſtitutus eſt, tanquã
talis ſe obligauit pro alio quod ex quo in di
cto inſtrumento ſit, mentio pro quanta quã-
titate fideiuſſit: & pro quod licet creditor ali
ter non doceat de debito principali, nec de in
ſtrumento debiti principalis celebrati inter
creditorem & debitorem executabitur dictũ
inſtrumentum contra fideiuſſorem. dicit eſ-
ſe glo. notabi. in. l. inde Neratius. §. ſi quis ho
minem. ff. ad l. Aquiliam, & eſt illa glo. ſuper
parte confeſſoria actione circa medium ibi
quod qualitercunque poſſet conſtare de de-
bito ſufficit vt valeat fideiuſſio cum præce
dere poſſet & ſequi obligationem principalẽ
l. ſi ſtipulatus in. §. 1. ff. de fideiuſ. infert etiam
ibi ſe practicaſſe quod ille qui eſt conſerua-
tus indennis & ſtipulatus extrahi ab obli-
gatione ad omnem ſuam requiſitionem,
quam partes aſſerunt ipſum ſtipulatum fe-
ciſſe pro alio ſimiliter habeat executionem
paratam etiam non docto de dicta obligatio
ne principali, & hoc ſatis probatur ex. l. opti
mam. C. de cõtra. & commi. ſtipula. vbi illa
verba enunciatiua probant alio non requiſi
to cum potuerint per aſſertionem ſibi præiu
dicare. hoc ſequitur Alexan. Ioann. de Imol.
Pau. de Caſtr. in. d. l. ſciendum & Ange. in. §.
& hoc in ſuper in auth. vt ſponſa. largi. Bal.
in auth. ſi quis in aliquo. 2. col. C. de eden.
¶Facit tex. nota. in. l. ſit donatio. C. de dona-
tio. vbi eſt caſus quod ſi aliquis in teſtamẽto 5
dixit ſic: talem domum quam Titio donaui
eidem confirmo quod etiam ſi non appare-
at de principali contractu donationis nihilo
minus habebit domum vigore teſtamenti &
ſic eſt ibi caſus notabilis ſecũdum Bal. quod
verbum confirmo inducit diſpoſitionem de
nouo & de per ſe. l. ex hac ſcriptura. ff. de do
natio. ex quo infert ad propoſitum quod quã
do in vno inſtrumento fit mentio alterius in
ſtrumenti non eſt neceſſe conſtare de primo
quam ſecundum poteſt per ſe principaliter
diſponere de his & aliis ſimilibus, dixi pul-
chra in quodam conſilio meo ſuper vila de 6
Salinillas ibi videbis. ¶Addas ſupradictæ cõ
cluſioni vnum verbum perpetuo tenendum
menti quod poſuit Bald. in. l. ſi nomen de hæ
re: vel actio. vendi. vbi dicit, quod per dictã
l. determinatur quæſtio ſi fideiuſſor condem
natus ſeu contra quem petitur executio in-
ſtrumenti vel ſententiæ ſecundum ſuperius
dicta in executione obiicit creditori benefi-
cium cedendarum quod ſi petat ſibi exhibe-
ri inſtrumentum debiti principalis creditor
ad hoc compellendus eſt cum ille qui cedit
debeat habere inſtrumenta per quæ appa-
reat eſſe creditorem & probatur in dicta. l. ſi
nomen vbi eſt caſus quod ille qui vendit tã
quam creditor debet preſtare ſe eſſe credito
rem cum effectu & ſine exceptione refert Al
ber. Galeoti dixiſſe in Margarita ſua in titu-
lo de fideiuſſore quod nota quia per hũc mo
dum creditor compellendus eſt docere de in
ſtrumento debiti principalis, nec ſufficiet in
ſtrumentum fideiuſſionis & erit ſingulare
remedium fideiuſſori ad executionem impe
diendam: & ad euadendam practicam An-
ge. ſupradictam. ¶Vnum nota, quod fideiuſ 7
ſor poteſt ſe obligare per contractum execu
tiuum & habentem paratam executionem
dato quod principalis non eſſet obligatus
ex contractu habente paratam executio-
nem

nem ſecundum Bart. in.l. hi qui acceſsionis.
3.col.ff.de fideiuſſo*. Ratio quia non in plus
ſe obligat:ſed efficacius.l.1.&.l.Marcellus.ff.
de fideiuſſo.& ſic tollitur illud argumentum
quod fideiuſſor non poteſt in duriorem cau-
ſam ſe obligare. idem ſentit Bar. in dict.l.Mar
cellus.2.col.verſ.vlterius oppo. pro hoc eſt
caſus notabilis in.l. ſi pupillus. in fine.ff.de
verbo.oblig.ibi(vel ex ſua mora poſtea(vbi
eſt caſus ſingularis. quod fideiuſſor conueni
tur ex mora ſua:licet pro pupillo fideiuſſe-
rit qui non poterat in mora conſtitu: & ibi
per illum text.dicit Alexand.limitari omnia
iura quæ dicunt fideiuſſorem non poſſe obli
gari in plus quam principalis,nec in duriorē
cauſam quia non dicuntur in plus nec in du
riorem cauſam obligari ſi efficacius obligen
tur & illum text. primus ad hoc ponderauit
Bar.licet illum taceat Alexand.in dict. l.Mar-
8 cellus.& in dict.l.hi qui acceſsionis. ¶Sed oc
currit optimum dubium principium eſt in
iure quod fideiuſſor non poteſt agere contra
reum principalem. ante ſolutionem, niſi in
caſibus poſitis in.l.ſi pro ea.C.māda.ſ. poſt-
quam eſt condemnatus fideiuſſor & in alijs
caſibus de quibus ibi:vel niſi diu ſtetiſſet in
obligatione.l.* Lucis.ff.manda.ponenunc
quod fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumen
tum habens executionem paratam: vt com-
muniter hodie conficiuntur inſtrumenta:
vtrum eo ipſo quod eſt obligatus per tale in
ſtrumētū poſſet agere cōtra eum pro quo fi-
deiuſsit.Bald.mouet in dict.l.ſi pro ea.C.mā
da.4.column.in.4. quæſtione dicens quod ſi
eſt talis caſus in quo non eſt neceſſario con-
demnatio:puta,quia eſt obligatus per inſtru
mentum guarentigiæ,tunc poſt modicum tē
pus agere poterit:quia executio eſt parata:
ita ſe expedit Salice.ibi dicit, quod expectan
dum eſt quod contra eum petatur executio
inſtrumenti:nam conſiderato, quod ipſe fi-
deiuſſor in eodem inſtrumēto vel extra obli
gatur prætextu guarentigiæ: & celebrat.
contractum executorium: & fit totum vno
inſtanti,& voluntarie:videtur ex quadam ta
cita conuentione, quod non ſic poſt modi-
cum tempus poſſet agere,vt dicebat Bal,ſed
*c debet expectari *vt contra eum petatur exe-
cutio,alias fideiuſsio non videtur prodeſſe
reo contra ea quæ notat gloſ.in dict.l. ſi pro
ea:& ſic cogitandum relinquit. Reperio Bal.
in.l.Lucius.ff.mandati in additi.tenere ſim-
pliciter opinionem quam tenuit in dict.l.ſi
pro ea:& licet iſti tacito autore loquātur iſta

** Adde Hippo. de mar. in repe. ru. ff. de fideiu. n. 293 verſ. itē fideiuſſor pōſe obligare ſub guarentigia.*

** Adde la. hippo. d. marſi. in allegata repet. ru. ff. d. fideiuſ. q. 31. nu. 216. congerētē plures caſus in hoc.*

fuit prius opinio Bar.in.l.fideiuſſor.pro ven
ditore.ff.de fideiuſ.vbi dicit illam.l.eſſe in ar
gumentum,quod quando fideiuſſor obligat
ſe per inſtrumentū confeſsionatum,vel gua-
rentigiatum quod habet paratam executio-
nem ſicut ſententia ex forma ſtatuti, quod
ſtatim poteſt agere Alexand.in apoſtolis.ibi
ſequitur opinio.Bar.quam etiam dicit ſequi.
Ange.& Ioann.de Imo. ibi. & iſti ſolum fun-
dantur ea ratione,& argumento:quia fideiuſ
ſor condemnatus videtur. ¶Et vltra per
ipſos allegata facit textus ſingularis.in.l.ſi 9
mandato meo in.§.ſi in iudicio in primo reſ-
ponſo.ff.manda.vbi eſt caſus ſingularis qđ
fideiuſſor de iudicio ſiſti,& iudica.ſolui poſt
ſtipulationem cōmiſſam agere poteſt: cuius
ratio eſt propter paratam executionem quā
habet fideiuſsio,& horum opinio poteſt cor
roborari per id quod Cynus dicit in.l.certū.
C.fami.her.ibi glo,dicit:quod ita demum fi
lius tenetur conferre peculium profectitium
deducto ære alieno ſi fuit condemnatus in di
cto ære alieno quia ſi non fuit condemnatus
dicitur ibi gl.quod nō poteſt deducere ęs alie
num,ſed eſt locus cautioni indemnitatis præ
ſtandæ. ¶Ex qua infert ibi Cynus ad quæ 10
ſtionem notabilem,& quotidianam quidam
mercatores ſocij diuidunt inter ſe ſocietatem *a
& bona cōmunia ſocietatis*vnus ex dictis
ſociis nōmine ſocietatis contraxit plura de-
bita in diſſolutione ſocietatis vult deducere
ante omnia de bonis ſocietatis illa debita ad
quæ ipſe obligatus, eſt dicit quod hoc face-
re nō poteſt ſed ſufficit, quod ab alio ſocio
caueatur ſibi de indemnitate; vt ibi gloſſa
dicet:& probatur in.l.ſed ſi damni.§.fina. ff.
de pecul.ſed ſi eſſet condemnatus ſecus eſſet:
quia nunc deducet:vt dicit text.in dict.l.cer-
tum dicit Cynus eleganter quem ibi ſequi-
tur Bald.& Angel.quod idem erit ſi obliga
tus eſſet per inſtrumentum habens paratam
executionem,quia habetur tanquam ſi eſſet
condemnatus: & ſic deducet ante omnia de
bonis ſocietatis;vt filius de peculio.quod eſt
menti tenendum,idem Bald.ibi.in.3.col.ver.
vlterius quæro, & ampliat idem eſſe ſi eſſet
obligatus per ſcripturā libri mercatoris quę
ſcriptura habet paratam executionem ex
forma ſtatuti: nam pro condemnato habe
tur omnis ille contra quem parata execu-
tio reperitur quod dicit menti tenendum,
magni effectus eſt hoc ad diuiſionis ſocie-
tatum quæ quotidie fiunt inter mercatores,
quod ſi vnus eorum obligatus eſt per inſtru
mentum:



mentum habens paratam executionem ad
aliqua debita, quod illa debita debet dedu-
cere de ſocietate ante omnia, nec ſufficiet di-
cere ſocium ego cauebo tibi de indemnita-
te;quia ſi eſt condemnatus ſoluendo, & non
cauendo debet ei caueri: ita hic ſecus ſi non
eſſet condemnatus; quia tunc habet locum
dicta cautio, idem tenet Salycet. in dicta.l.
certum.1.colu. quod dicit valde notandum
pro mercatoribus ſocietatem diſtrahētibus
quando inſtrumenta ex quibus ſunt obliga-
ti vel eorum libri & ſcripturæ habent execu
tionem paratam ex forma ſtatutorum:& tūc
id quod debent deducant, nec ſufficit ſi eis
offeratur cautio. *¶Sed quo ad principalē
11 quæſtionem de fideiuſſore obligato ex in-
ſtrumento habente paratam executionem
teneo contra Barto.& Bal. & ſequor opinio
nem Salyce.ſine ſcrupulo quam ipſe non eſt
auſus affirmare,hanc opinionem reperio te-
nere Angel.in dicta.l. fideiuſſor pro vendi-
to. ff. de fideiuſſo. vbi dicit ſe tenere contra
Bar.motus optima ratione: dicit enim quod
iſte fideiuſſor interceſsionis tempore eſt cer-
tus quod poteſt contra eum incipi ab execu
tione.Item,quia fideiubendo promittit ſol-
uere,& in fauorē debitoris intercedit omni
no.l.indebitam de condi. in dict. l.tribus de
vſu fruct.ea re.quę vſu.quomodo ergo aget
fideiuſſor in continenti contra reum, cum ad-
huc officium ſuum quodammodo non im-
pleuerit,ergo&c.l.in commodato in.§.ſicut.
ff.cōmoda. deciperetur enim reus beneficio
amici ſui hæc illæ:& ſic patet,& Alexand. in
apoſtillis ad Bar.in dict.l.fideiuſſor falſo opi
natur, quod Angel. ſequitur opinio. Bart.
imo ſequitur contrarium ideo caueas ne cre
das his apoſtillis do.Alexand.donec videas
in fonte,quia in multis, & ferre in omnibus
locis reperies cotas corruptas: & illud acci-
dit ſcriptorū vitio nō autem culpa do.Alex.
quia ipſe veriſsime allegat ſemper, & in du-
bitanter credo ꝙ multæ ex dictis apoſtillis
non ſunt ſuæ, vt faciliter cognoſcere poſſes
ſi perſpicatius intueraris.Item limitat etiam
ratio Salyce.in dict.l. ſi pro ea, quæ eſt quaſi
eadem cum ratione Ange.¶Præterea ſi verū
12 eſſed ꝙ fideiuſſor * ſtatim poſſet agere facta
*e fideiuſsione reus maximo damno afficere-
tur, quia compelleretur nouū fideiuſſorem
dare quem forte non poſſet reperire,niſi for
te ei pecunia data vel oporteret ſtatim ſoluere
creditori,quia aliter non vellet veriſimiliter
fideiuſſorem liberare quod totum redunda-

**Adde de hac q̄ſt. principali ſingulariter doct. Di dctū de Segu. in. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obli. ſe. 10. verſ. ſecūdus. Et nota cōtra apoſtillas Alexā.*

ret in maximum incommodum; & præiudi-
cium rei qui mutuum recipit vt ex illo ſaltē
vſque ad tempus ſolutionis ibi negotiaretur
& vtiliter cum pecunia negotia ſua gereret,
& ad hunc finem fideiuſſor interceſsit; & ſic
ante tempus reſilire non poteſt argumēto.l.
in commodato.§.ſicut.ff.commo. iſta fuit ra
tio quam poſuit gloſſ.ſingularis in dict. l. ſi
pro ea,& ex illa glo.ſum pſit fundamentum
Ange.in dict.fideiuſſor pro venditore. quā-
quam illam non allegauerit: ſed Salyce.in
dict.l.ſi pro ea quarta oppoſi.Item ratio di-
ctæ glo.militat in noſtro caſu,& non obtinet
vbi per ſententiam fideiuſſor condemnatus
eſt; quia a tempore quo fideiuſsit nō ſtabat
hæc cōdemnatio, & ſic non eſt quid ſibi im-
putaretur;vt erat in caſu, in quo per inſtru-
mentum habens paratam executionem ſe 13
obligauit,& fideiuſsit. ¶Præterea non ſta-
tim debet haberi pro cōdēnato qui eſt obli-
gatus per inſtrumentum habens paratā exe-
cutionem ſecundum formam huius.l. cum
debeat audiri; & dentur decem dies ad pro
baudum legitimas exceptiones, & ſic non eo
dem modo debet haberi, nec habetur pro
condemnato ſicut ſi contra eū eſſet lata ſen-
tentia,& adhuc diuerſificat hæc lex multū a
ſtatutis Italicis diſponentibus circa executio
nem inſtrumētorū in quibus loquitur Bart.
& alij:& ſic per hæc fundamenta ſequor hanc
partem,& nunquam vidi obtentum ſecun-
dum doctrinam Bar.&.Bal.& ad hæc euitan
da.¶Ego ſolitus * ſum practicare faciendo, 14 *f
ꝙ debitor obligetur fideiuſſori cōſeruare eū
indēnem ex dicta fideiuſsione, quoties per
dictum fideiuſſorem ſibi fuerit petitum, &
eum ab obligatione extrahere: & ſic virtute
iſtius inſtrumenti;in quo continetur indēni
tatis conſeruatio,& promiſsio aſsignato ter
mino ad voluntatem fideiuſſoris poterit tūc
fideiuſſor agere antequam ſoluat.Iſta practi
ca probatur in dict.l.ſi pro ea ibi(nec ab ini-
tio:ita te obligationem ſuccepiſſe)&ibi Ang.
tenet hanc practicam,& ſic in multis inſtru-
mentis quæ ad manus meas ordinanda vene
runt feci apponi dictam clauſulam.

**Practica authoris.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Executio an poſsit fieri in nominibus debitorum & cotra nomen debitoris, & quando vide regulam cum tribus limitationibus per totum.*

Y Secundo

*Secunda quæſtio.*

Secũdo quæro an
poſsit fieri executio cõtra nomen debitoris
vel in nominibus debitorum virtute inſtru-
menti habentis paratam executionem, præ-
mitte quod executio ſententiæ latę cõtra de
bitorẽ poteſt fieri in nominibus debitorum,
caſus eſt in l.etiam. C. de execu. rei iudi.in-
tellige diſcuſsis primo mobilibus,& immo-
bilibus debitoris principalis.l.a diuo Pio.§.
*2 in venditione.*ff.de re iudi.l.prima. de præ-
to ſtipulatio.l.1.&.2.&.3.C.quã.fiſc.vel pri-
ua.quod intellige, dum tamen confiteatur de
bitũ:ita dicit text. in dicta.l.a diuo Pio.§.ſic
quoq; etiam ſi per publicum inſtrumentum
conuincatur:& contra eum conſtet de debi-
to:quia cum negatio facit rem dubiam,&
lis ſub iudice eſſe poſſet;ergo non procede-
tur contra eum executiue, & ſic debet intel-
ligi quod notatur in.l.2. C.quando fiſc. vel
2 priua.¶Hoc limita, niſi poſſet conuinci per
inſtrumentum habẽs paratam executionem.
vt per inſtrumentum ſententiæ,vel iuſiuran
dum vel more Tuſcorum per inſtrumentum
guarẽtigiæ vel more Peruſinorũ per inſtru-
mentum confeſsionatum : & tunc fit execu-
tio negatione non obſtante : quia in inſtru-
mentis exequibilibus non requiritur ſtrepi-
tus iudiciorum:ita dicit notãter. Bal. in dict.
l.etiam in princ.allegat hanc.l.poſt rem Alè
xand.Imo in.d.§.ſi quoq; non admittit hanc
differentiam de inſtrumento habente para-
tam executionẽ vel non habente. Imo dicit.
quod etiam ſi negatio debitoris conuincatur
per publicum inſtrumentum non habẽs pa-
ratam executionem fiet executio contra eũ
ex ſententia cõtra ſuum creditorem lata ad-
ducit authoritatem eiuſde Bal.in.l.2.C.quã
do fiſc.vel priua.dicentis,quod ſi contra de-
bitorem negantem adducitur probatio pro-
bata negatione ſua non obſtante fiet contra
eum executio quo caſu non erit vera gloſſ.
in dict.l.2.& probatio quæ fit per inſtrumen
tum authenticum dicitur probatio proba-
ta.Caſus eſt in.l.intereſt. C. de ſolutio.quẽm
adhoc põderat ibi Bal.& idem in. l. quoties
ad finem.C.de iudciis ,& in. l. pupilli. C. de
5 vſuris pu.*¶Et vt prædicta clarius liqueant
limitabis primo dictum.§.ſic quoque diſpo
nẽtem,quod ſi debitor debitoris mei negat
debitum non poſſe contra eum procedi via
executiua ex ſententia lata contra creditorẽ
ſuũ debitoremq; meũ eſſe verũ,niſi iſte debi-
tor mei debitoris eſſet olbigatus per inſtru-

*Adde ordinarie ſcripta & doct. in.§.ſic quoque. l.a diuo Pio. & vi bi Iaſ. & vi*

mentũ habẽs paratam executionẽ ſecundum
Bal.in dict.l.etiã quẽ ſequitur Alexã.in dict.
§.ſi quoq; & licet per Alexã. non allegetur:
idem reperio tenere expreſſe Angel. in. dict.
§.ſi quoq;, & idem dicit ſi ex forma ſtatuti
libris mercatorum debet ad hiberi plena fi-
des:& in libro mei debitoris cõdemnati qui
erat mercator apparet aliũ eſſe debitorem:
quia contra eum poſſum petere executio-
nem ſententiæ concludens notanter quod
eo modo quod debitor meus primus habet
executionem paratam contra ſuum debito-
rem eodem modo habeo ego non enim cre-
ditor plus iuris in exigendo debitorem ſui de
bitoris habere poteſt quam haberet ipſe pri
mus debitor idẽq; debitoris ſui creditor quæ
uerba habent rectum intellectum.¶Secunda 4
limitatio ſit niſi per publicũ & authenticum
inſtrumentum conſtet de debito : quia cum
iſta ſit probata executabitur contra eum ſen
tentia,dato quod negẽt debitum.iſta fuit li-
mitatio.Alexand.in dict.§. ſic quoq; dicẽtis:
quod licet tale inſtrumentum habeat execu-
tionem paratam tamen ſi clare probet m
litiam negantis hoc debet ſufficerę ad conce-
dendam executionem ſententiæ ; & ſic tenet
hanc limitationem dum modo clare conſtet
per dictum inſtrumentum de malitia debi-
toris negãtis:& licet ipſe non alleget iſta fuit
opinio Placen. quam recitat gloſſ. licet in ea
non perſiſtat in dict.l.2.& in.l.ſi debitũ quan-
do fiſc.vel priuat. & opinio. Alexand.tenet
Bald.in dict.l.2. quod ſi per inſtrumentum
probetur debitum ſi malicioſe neget habet
locum executio & ſic opinio Placentini re-
manet vera:& hanc opinionem tenet ibi Sa-
lycet.quod ſi per probationem probatam:
& ſic per inſtrumentum conſtet quod mali-
tioſe neget quod non obſtãte negatione fit
executio. Item hæc fuit etiam opinio Cyni
in dict.l.2.qui tenuit opinio. Placen. ſcilicet
quod ſi conſtet de malicia : non obſtante ne-
gatione fiat executio:idemq; Angel. in dict.§.
ſic quoq; certe in puncto iuris hæc opinio
ſubſtentari non poteſt : primo quia contra-
rium tenet Bald.in dict.l.etiam,& eſt contra
deciſionem generaliter poſitam in dict. §.ſic.
quoq; ver.ſed vtrum vbi tex.generaliter, &
indiſtincte loquitur in duobus,primo quod
contra confeſſum poſſet fieri executio. Secũ-
do,quod ſecus ſi debitor debitoris mei non
confiteretur,ſed negeti præterea videtur.ca-
ſus in.l.ſi debitum.C.quando fiſc. vel priua.
in princi(ibi ſi debitum non inficiantur)iun-
cto

*cẽtius ponit aliqua ex his q ſcribit author & alii in materia.*



cto ſine ibi(nam ſi quæſtio aliqua referatur,
id concedit non oportere) & quod etiam ſi
malicioſæ neget ceſſet executio.tenet gloſ.in
l.2.C.quando fiſc.vel priua. reprobata qua
dam opinionem Placẽ.idem tenet gloſ.in d.
l.ſi debitum ſuper parte non inficiantur.præ
terea vrget nimis ratio poſita per Ang.in di
cto.§.ſic quoq;.nam creditor non poteſt plus
iuris habere virtute debiti, ſeu obligationis
contra debitorem ſui debitoris quam habe-
ret debitor ſuus qui eſt creditor cõtra ſuum
debitorem;ſed ſi dictus debitor meus con-
tra ſuum debitorem non haberet viã execu-
tiuã impoſibile eſt, ꝙ qui ego ſum creditor
ſui creditoris habeam contra eum viam exe
cutiuã videtur mihi in puncto iuris opinio-
nem Bal.& Alexan. non poſſe defendi : & ſi
tu dicas negat malitioſe;reſpondeo conuin-
catur de malitia via iuridica,prout conuin-
ceretur ſi a ſuo creditore conueniretur,& ni-
hilo plus.¶Item hanc opinionem reperio te
5 nere Bar.in dict.l.2.itẽ malitia debitoris quo
modo poteſt operari ius executiuum cogi-
ta: ſed quia mihi ſemper placent opiniones
veritati in hærentes,& malitijs hominum ob
uiantes ſi multum clare conſtaret de malitia
debitoris negantis contra quem cõſtaret de-
debito per inſtrumentum etiam non habens
paratam executionem procederem contra
eum per vias executionis per text. ſingula-
rem in.l.fin.C.de compenſa. maxime ſi nihil
opponeret, nec allegaret contra inſtrumen-
tum quia ſi falſitatem vel ſolutionẽ: vel aliã
legitimam exceptionem allegaret contra in
ſtrumentum de neceſsitate eſſe audiendus:
vt inquit Salycet.in dict.l.2.C. quando fiſc.
vel priua. & multo fortius iſta obtinerent ſi
incontinenti actor vellet docere de malitia
dicti debitoris negantis:& vt dicunt Alexã.
Ange. & Imo.in dict. §. ſic quoq; de quo ibi
vide Alexan.qui aliqualiter limitat ſeipſum
in fine primæ additionis conditionis conclu-
dens,quod ſiue non conſtet de malitia a prin
cipio,ſed actor incõtinenti ſe offerat proba-
re malitiam, ſiue a principio conſtet de ma-
litia vtroq; caſu dicit executionem fiendam:
tu teneas quod ſupra dixi. ¶Tertio limita,
6 niſi eſſet tale nomen debitoris perpetuo obli
gatum puta ad annuam pẽſionem:quia tunc
negatione non obſtante procedetur contra
eum:vt eleganter dixit Bald.in.l.etiam.C.de
execu.rei iudi.2. col. per rationes quas per
te videre poteris:& illud dictũ Bal. ſequitur
Alexã.in dict.§.ſic quoq; in. 2. additio. & ſic
cum his limitationibus remanebit vera regu
la negatiua,ꝙ contra debitorem mei debito
ris nõ poteſt procedi via executiua , niſi ipſe
confiteretur vel ſit condemnatus,& ex ſupra
dictis dicebat Ange.in.l.ſi debitum.C.quan-
do fiſc. vel priua . ad finem , quod ſtatutum
Peruſinum diſponens,ꝙ guarentigiæ man-
detur executioni contra debitorem debito-
ris non debet vendicare ſibi locum niſi cum
debitor debitoris condemnatus eſt vel etiã
cum debitor debitoris debitum confitetur
licet obſerbetur contrarium ſecũdum eum:
& iſta eſt notabilis extenſio ad ſupradicta.
¶Et de forma executionis in nominibus de-
bitorum. vide glo.notabilem in.l.1.C.de prę
to.pigno.& vidiſti ſupra in illa parte(faga-
des entrega en los deudore,y ſus bienes.)

## *SVMMARIVM.*

1 *Executio ſententiæ an poßit peti per procu-
ratorem,& quando vide regulam cũ quin
que limitationibus nu.3.4.5.&.6.*
7 *Procurator an poßit petere executionem gua
rentigiæ & num.8.*
9 *Promißio de defendendo dominium facta a
procuratore, an intelligatur circa lites fu-
turas.*
10 *Procurator qui petit executionem: vel da-
tus ad exigendum, an poßit exigere & re
cipere ſolutionem ab inuito , & num.11.
num.13.& 14.*
12 *Mandatum alicui per modum magis pericu
loſum intelligitur etiam mandatum vt
ſi fieri poßet fiat per modum minus peri
culoſum.*
15 *Procurator qui poteſt recipere ſolutionem
an poßit etiam confiteri , & nume-
ro.18.*
16 *Quid ſi in mandato procuratoris dicatur &
ad confitendum.*
17 *Et quid ſi in mandato procuratoris dicatur
& per pactum liberandi & componen
di*
19 *An procurator vel alia perſona conſti-
tuta ad ſolutionem recipiendam poßit
terminum ſolutionis prorrogare & num.
20.&.21.*

22 *Et quid ſi mandato adijcitur & ad ſolutionem recipiendam & quod circa prædicta haberet plenam & liberam adminiſtrationem.*

23 *Procuratur ad recipiendum ſolutionem vel in rem ſuam ſi dubitatur demandato, an admittatur cum cautione rati. vide late vſque ad nim. 28.*

29 *Procurator qui non poteſt recipere ſolutionem, an poſſit agere, vt deponatur, vel ſequæſtretur res, & quando num. 30. & 31. & 32. & 34.*

33 *Procurator ad iudicia an poſſit interpellare debitorem, vt domino ſoluat & cum conſtituere in mora.*

# Quia ſupra viſum

1 *Tertia quæſtio*
eſt contra quos poteſt inſtrumentum man-
dari executiõi, & qui poſsint petere eius exe
tionem, ſcilicet an ceſsionarius an hæres. Itẽ
an ad petitionem tertij. Reſtat nunc videre
an procurator poſsit petere executionem in
ſtrumenti. In executione ſententiæ reperio
determinatum nõ poſſe peti per procurato-
rem executionem ſententiæ, niſi eſſet procu-
rator in rem ſuam vel habere mandatum
ſpeciale ad executionem petendam. Iſte eſt
*a caſus ſingularis in. l. *ſi procurator. §. primo
in fine. ff. de procura. ibi (exceptione debet
repelli ſicut cum agit non in rem ſuam da-
tus, nec ad eandem rem procurator factus.)
l. hoc iure. ff. de ſolutio. ibi (nam & abſurdũ
eſt cui iudicati actio non datur:) & ibi (ſi ta-
men ad hoc datus ſit: vt ſolui ei poſſet ſol-
uendo liberatur.) l. vero procuratori. ff. eod.
& hoc eſt notandum, & perpetuo menti te-
nendum ſecundum Bar. in dict. l. hoc iure: &
ibi dicit ſe dixiſſe in ciuitate in qua legebat
procuratorem ad lites nõ poſſe petere, quod
ſententia mondaretur executioni: vt dicta iu
ra expreſſe dicunt. ¶Aduerte tamen, quod
2 hoc debes intelligere ſi ope exeptionis re-
pelleretur alias bene poſſet intentare actio-
nem iudicati: & ſic petere executionem ſen-
tentiæ. Iſte eſt caſus notabilis in dicta. l. ſi pro
curator ibi (exceptione repelli debet ſicut
cum agit &c.) ita tenet Bart. in dict. l. hoc iu-
re. ver. venio ad ſecũdum dictum. Ratio præ
dictorum eſt; quia ex quo procuratori datũ
eſt mandatum ad lites, ſeu ad agendum, &
agere actione iudicati, vel petere executionẽ
ſententiæ eſt, noualis ad quam non habet
mandatum cum lata ſententia expirauit mã-
datum ſibi datum. l. Grece. §. poſt litem. ff.
de fideiuſſori. l. cum apud. ff. iudica. ſolu.
¶Bene facit tex. in. l. ſed ſi tantum. ff. de pa-
ctis. vbi eſt caſus, qđ procuratori conſtituto
ad agendum non poteſt ſolui: idem eſt caſus
in di. l. hoc iure vtimur: vt procuratori litis
tentiæ: ſed ſi actio in factum vel actio iudi-
cati intentetur hoc bene poteſt etiam coram
alio iudice: licet non ad literas, nec ad requi-
ſitionem primi iudicis ſententiantis. ita di-
cit Bart. notanter in dict. §. ſententiam ratio-
nem reddit: quia actionem quam habet vbi-
ꝙ exercere poteſt. allegat pro fundamen-
to huius concluſionis. l. final. in fine de preſ.
longi temp. & dicit quod in hac actione ſo-
lum habebit probare iudicatum eſſe. l. nam
& poſtea. §. primo. de iure iurand. de iudi. l.
ſi prætor in princ. & illum ſequuntur Bald.
& Salycet. in dict. l. vnica ad fin. C. de confeſ.
Idem Bald. in. l. 2. in princ. 2. colũ. C. de exe.
rei iudic. vbi dicit, ꝙ, eſt vtile habere actionẽ
in factum ex ſentẽtia: quia ſi forte ſententia
lata in loco domicilij petatur executioni
mandari in loco idoneo alterum de duobus
eſt neceſſarium, aut literæ primi iudicis, aut
quod agatur actione in factum ex ſententia
& condemnetur. Hoc idem videtur tenere
in dict. l. argentarium. ff. de iudi. Idem Ange.
in. l. 4. §. ſi. ex conuentione. ff. de re iudica.
dicens, quod vbi agitur officio iudicis pro
executione ſententiæ requiritur quod literæ
primi iudicis interueniant: ſic dicit ſe intel-
ligere, d. §. ſententiam Romæ. ſed vbi agitur
actione

*hoc diuerſitate literæ per pẽdẽt ibidem aliq. ſcribũ. & de multiplice intellectu illorũ verborũ vi. ibidẽ Vincẽt. in. 1. col.*



actione in factum vel iudicati non requirun-
tur literæ, ſicut non requiritur in qualibet
alia actione ex quacunꝗ diſpoſitione deſcẽ-
dente tenet Specu. vbi ſupra: & dicit ꝙ Bar.
tangit imperfecte in l. intra. ff. eodem debue
rat recordari. idem Ange. quod Bar. tangit
& perfectiſsime in d. §. ſententiam quem ſu-
perius retuli & licet Ioan. de Imo. pugnet con
4 tra Bar. in dict. §. ſententiam: tamen teneo
opi. Bar. tanquam communem & veram * &
illam fere ſequuntur omnes & Alexand. ibi
in 2. additione in. 2. col. ¶ Ex quo datur re-
gula. ſ. quod regulariter ſentẽtiam latam ab
vno iudice non poteſt * exequi iudex alterius
territorij. l. cum vnus in. §. pen. cum alijs iuri
bus, fallit primo niſi ad literas primi iudicis
dicto. §. contrahentes; & dict. §. ſententiam
Romæ fallit ſecundo niſi intentaretur actio
in factum vel iudicati ex ſententia. nam iſta
poteſt intentare in alio quocunꝗ loco. intel-
lige idoneo vel competenti, puta ratione
originis contractus vel domicilij etiam ſine
literis ſententiantis Bar. in dic. §. ſententiam
cuius dicta ſequitur ad literam Abb. in cap.
poſtulaſti de foro competente. excepto in
delictis & beneficialibus in quibus abſque li-
5 teris poteſt exequi alius: vide eum. ¶ Ego cre
derem, ꝙ ipſe Bar. intellexit hanc concluſio-
nem ſecundum opinionem quam ipſe tenuit
in. l. intra. ff. de re iudica. ſ. quod vbi agitur
actione in factum vel iudicati ex ſententia
non habet ſententiam executionem paratã.
quia tunc ceſſant rationes quę fundãt quod
ſententia non exequatur per alium iudicem
quam per eum qui tulit literas eius. Nam ſi
teneatur aliorum opinio qui dicunt: quod
etiam ſi agatur actione in factum vel iudica
ti, habeat ſententiam executionem paratam
quorum opiniones ſupra retuli in primo no
tabili huius. l. in materia iuramenti in illa
quæſtione. vtrum iuramentum habeat exe-
cutionem paratam in verſi. ex prædictis in-
fert Bar. videntur dictæ rationes militare: &
ſic illo caſu videretur idem dicendum, ꝙ in
officio iudicis vt ibi ſenſit Ioan. de Imo. Alc.
videtur ſentire hanc difficultatem in. d. §. ſen
tentiam in fine primæ additionis: & etiam
hac opinione retenta ſequitur Bart. & ſem-
per procedit prima ratio Bar. quæ eſt: ꝙ offi
cium iudicis quo petitur executio fundatur
in æquitate quæ æquitas videtur ſolum mi-
litare in ipſo qui iudicauit: quia ſibi conſtat
de iudicio & cauſa & ſentẽtia nec militat in
eo qui non iudicauit, cui hęc omnia ſunt igno-

** Adde. ibidẽ quã plurima ſcripta per doct. pro ratione diuerſitatis inter actionẽ iudicati. & officiũ iudicis; vbi Iaſ. col. 3. aſsignat rationem quã ipſe dicit planam in hoc: & adde Panor. & alios in c. poſtulaſti de foro cõpetẽti & Vincẽtium. §. ſententiã Rom. hic allega. vbi tõcludit. 3. col. cũ opi. Bar. cõmuniter tranſire docto.*
* b

ta: & propterea abſꝗ literas iudicantis nõ po
teſt exequi: ſed actio in factum vel iudicati
non deſcendit ab illa æquitate: ſed ex mero
rigore, & ex quaſi contractu. l. 3. §. idem ſcri-
bit. ff. de peculio: & ſic quando ipſa intenta-
tur pro executione ceſſat dicta æquitas: &
per conſequens ratio: hæc ille. ¶ Iſta ratio mi 6
hi nõ concludit videtur verbis potius impo
ſita quam ponẽs argumentum neceſſarium:
iura enim quæ prohibent executionem fie-
ri, niſi ad literas iudicantis habeant rectam
conſiderationem, de qua late Bar. in. d. §. ſen-
tentiam: ſed illa conſideratio eſſe poſita in
verbis ſine effectu ſi teneremus, quod non
habere locum ſi intentaretur actio iudica-
ti. vnde diſpoſitio dictorum iurium reddere
tur inanis & carens effectu poſita in nomine
libelli: quod nõ eſt dicendum: quia iura effe
ctum conſiderant non verba: & quod iſta fu-
erit intentio Barto. ipſe demonſtrat in quan
tum dicit in. d. §. ſentẽtiã in fine quæſtionis:
quod vbi dicta actio iudicati intentatur ſo-
lum habebit neceſſe probare iudicatum eſſe
vt. l. ſi prætor in princi. ff. de iudi. & l. nam &
poſtea. §. 1. de iure iuran. & ſic etiam tenen-
do opinionem Bart. quam ipſe tenet in dicta
l. intra eſt ſingulare dictum ſuum ab eo poſi-
tum in. d. §. ſententiam quod etiam ſi actio
iudicati intentetur, licet non habeat para-
tam executionem: tamen proceditur ſum-
marie oſtendendo iudicatum: vt dicit Bar. in
d. §. ſententiam Ange. notanter in. d. l. intra:
& poterit iſte ſummarius proceſſus fieri in
hac actione iudicati etiam ſine literis iudicis
pronunciantis. Et ſi teneas opinio. Alexã. ad
huc eſſet magis ſingulare. ſ. quod iſto caſu
procederetur etiam via executiua ſine aliqua
requiſitione per dictam actionem in factum
vel iudicati quod teneas menti ad practicã.
¶ Fallit tertio vbicunque iudex alterius ter- 7
ritorij coram quo petitur executio eſſet iu-
dex competens: & haberet iuriſdictionem
in perſonam rei. puta ratione originis vel
domicilij, quia tunc poſſet exequi ſenten-
tiam contra eum * latam etiam ſine literis, * c
& requiſitione primi iudicis ſententiantis,
& iura quæ requirunt requiſitionem & li-
teras intelliguntur quoties iudex alterius
territorij non haberet iuriſdictionem in
reum reſpectu perſonæ: ſed ſolum in re-
bus hoc eſt elegans dictum Bald. in addit.
ad Specula. in titulo de ſenten. in. 8. colum.
in verſi. ſentẽtia lata per vnum iudicem. Mo
uetur per tex. in. d. l. argentarium. de hoc di-
cto

cto meminit do. Alex. in. d. §. ſententiam in
prima additione in. 5. col. dicit, quod ab alio
non reperit ſcriptum: & ſibi videtur non
eſſe tutum hoc affirmare. Primo, quia eſ-
ſet multum reſtringere iura ſuperius allega
ta quæ requirunt literas & requiſitionem iu
dicis pronuntiantis. Item quia illud officium
quo petitur executio competit ex æquitate:
vt ſit litium finis quæ æquitas ceſſ t in alio
iudice: ideo requiruntur literę iudicātis. Præ
terea hoc videtur eſſe contra notata per Bar.
in. d. §. ſententiam: vbi facit maximam diffe-
rentiam quando executio petitur officio iu-
dicis: & tunc requirātur literæ, aut per actio
nem factum: & tunc ſecus. ſed ſi vera eſſet li-
mitatio Bal. nulla eſſet differentia. hæc ſunt
motiua quæ Alexan. titubantem reddide-
rūt: & ſic reſidet: eſt iſte caſus ſingularis paſ-
8 ſus. ¶Ideo conſidera: quia quod text. in. d. l.
argentarium. §. nomine qui mouet Bal. mul-
tum vrget nam ibi tex. in diſtincte dicit: qđ
ſententia fuit lata in prouincia, in qua tuto-
res fuerunt condemnat nomine pupillæ pro
pter mutuum quod mater ſua acceperat Ro-
mæ & tamen tex. ibi dicit, ꝙ iudicatum Ro-
mæ facere coguntur. & ibi glo. notanter di-
cit qđ alibi dantur ſententia, & alibi execu-
tioni mandatur, eſt verum ꝙ Iaco. But. reſpō
det huic legi exponendo illa verba Romæ fa
cere coguntur. ſ. per actionem in factum non
officio iudicis quod habet executionem para
tam quæ ſolutio placet Alexan. in. d. §. ſen-
tentiam. mihi tamen diſplicet tanquam con-
tinens diuinationem ad. d. l. quæ indiſtincte
loquitur de executione iudicati nō de actio
ne quæ non habet executionem paratam
& hoc innuit clare litera in quantum dicit co-
guntur verbum denotans executionē. l. epiſ-
copale, & auctem. ſi quis litigātiū. C. de epiſ.
audi. d. l. cū vnus. Item Iaco. But. dicit expreſ
ſe contra gloſ. ibi in quatum dicit gloſ. not.
hic: quod ſententia alibi datur, & alibi exe-
cutioni mandatur. ecce ergo ꝙ glo. intelligit
illum tex. ꝙ ſentētię Romę mandabatur exe
cutioni quod non eſſet ſi intelligeretur de
actione in factum quæ non habet viam exe-
cutiuam ſecundum Bar. opinio. hinc eſt quod
Ang. in. d. l. argentarium ad finem coactus
ex verbis illius tex. tenet in diſtincte ꝙ in ca-
ſu dictæ. l. debet incipi ad executione: & ſic
tenet indiſtincte, ꝙ ſententia executabitur
per iudicem Romæ. licet lata in prouincia: &
ſic recedit ad dicta expoſitione Iaco. But. di-
cit: quod ſi obſeruat conſuetudo quæ eſt
Roma legum interpres: ſed quia durum eſt re- 9
cedere a cōmuni opinione. ¶Ego reſpōdeo*
quod. dicta. l. argentarium quæ indiſtincte
dicit ſententiam latam in prouincia eſſe Ro-
mæ exequendam eſſe intelligendam ſecun-
dum diſtinctionem, d. §. ſententiam. ſ. ſi hoc
viſum fuerit iudici ſentētiāti: & ſic ad eius re
quiſitionem; quia etiā leges poſteriores limi
tantur & diſtinguuntur per priores & econtra
l. poſteriores. ff. de legi. & l. non eſt dubiū gl.
notabilis in. l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogā.
& allego ad hoc glo. ſingularem quam non
reperio per ſcribentes ad hoc ponderatam in
d. §. ſententiam ſuper parte in prouincijs, di-
cit glo. idem eſt econtra, vt. l. argentarium. §
nomine. ff. de iudi. ecce ergo glo. quæ aperte
intelligit. d. l. argentariū in eodē caſu. in quo
loquitur dictus. §. ſententiam. & ſic ſub eadē
conditione. ſ. ſi iudici ſententiāti hoc viſum
fuerit: vt diſponit tex. in. d. §. ſententiam. Itē
ſi vera eſt omnium opinio tenētium quod iu
dex vnius territorij non poſſet ſententiam
ab alio latā exequi. omnes illæ rationes per
quas illud ſtatutum eſt quas ponit Bart, in
d. §. ſententiam videntur militare, in caſu in
quo loquitur Bal. qua propter limitatio ſua
non caret ſcrupulo. hæc principia placuit mi-
hi ſcribere etiam ſi videantur extra propoſi
tum; vt videas quo fundamento vadant ea
quæ ſtatim ſubijciam de inſtrumenti execu-
tione: & quia hęc materia eſt larga & vulgaris
alias limitationes videbis per modernos in.
d. §. ſententiam: & per Abba. & alios in. d. c.
poſtulaſti: & de his hactenus vt veniamus ad
propoſitum. ¶Nunc ad intentum ſermonis
incepti accedens. ſ. de executione inſtrumēti
guarentigię dicit Bar. in. d. §. ſentēciam ad fi- 10
nē: quod vbicūq; iudex qui tulit ſententiam
non poteſt exequi pro ſe ſententiā quam pro-
tulit quicūq; alius iudex cui ſubeſt condēna-
tus poteſt exequi ſententiā alterius ſine eius
literis, & requiſitione. Ex quo infert duo ſin-
gulariter notāda. Primū ꝙ ſi arbiter tulit ſen
tentiam in ciuitate iſta quod in alia diuerſi
territorij: cui ſubeſt condemnatus poterit
ſententia mandari executioni ex mero iudi-
cis officio, nec requiritur arbitri vel alterius
iudicis requiſitio. **Ratio eſt ſecundum eum:**
quia hoc dictat æquitas: **quia cum arbiter nō**
poſſet exequi per **ſe nullam iniuriam ſibi fa-**
cit alius iudex exequendo.
¶Ex hoc infert aliud ad propoſitum. ꝙ inſtru
mentis in quibus cōtinetur præceptum gua-
rētigię ſecundum conſuetudinem Tuſciæ vt
poſſet

*Adde tu Vincentiū de Per. in allega. §. ſētētia Ru. in. 6. co. n. 14. dicētē iudici adquē ſcribū tur & mittū tur literę pro executione facieda oportere eſſe aliās iudicē cōdēnati vel ratione domicilij vel originis vel rei vel ſimili ſi ante nō eſſet talis iud. excre dit ipſe quod nō poſſet exe. qui licet eſſet per trāſitum loco iuriſdictionis: quia ille non eſt iudex illius nec etiam ille qui ſcripſit & dicit hoc eſſe notādū & mei ti tenēdū quia non reperitur declaratū per docto.*



poſſet vbiq; executioni mandari a quocun-
que iudice idoneo: cui ſubeſt condemnatus
nullius expectata requiſitione. nam notarijs
conceditur a ſtatutis iuriſdictio præcipien-
do partibus, vt obſeruent cōtenta in inſtru
mento quod præceptum ex forma ſtatuto-
rum mandatur executioni ſicut ſentētia diſ-
finitiua exequendi vero nullam habent au-
thoritatem: vt arbiter, quod bene nota. An.
ibi idem tenet diſcrepans in vno, quia Bart.
dicit: quod hæc exequentur ex mero iudicis
officio Ang. vero dicit: quod hoc eſt falſum.
12 *d ¶Quia ex ſentētia arbitri naſcūtur tres actio
nes actio in factum, *actio vtilis in rē, & cōdi
ctio ex lege. l. ne in arbi. §. 1. C. de arbi. vbi
eſt caſus: ſed dicit ſe non inueniſſe pro dicta
ſententia poſſe iudicis officium implorari.
idem dicit in inſtrumentis guarentigijs: qđ
ex via executiua per officium iudicis non
poteſt intētari: nam cum tale remedium exe
cutiuum ſit proditum a ſtatuto oritur condi
ctio ſtatuto quæ perſonalis actio eſt: ideo ni-
mirum ſi vbique cum ſuo priuilegio poteſt
intentari. l. fi. §. pe. C. de preſ. 30. anno. ſic er-
go iſti concordant: quod ſententia arbitri
vel inſtrumentum guarentigium poteſt exe
qui per iudicem alterius territorij ſine aliqua
requiſitione: ex quo nulla iniuria ei fit cum
per ſe non poſſet exequi: diſcordant tamen
in remedio executiuo: quia ſecundum Bart.
per officium iudicis, ſed ſecundum Ange. cō
dictione ex lege vel ſtatuto: & alijs remedijs
de quibus ſupra non tamen officio iudicis
Ioan. de Imo quem ſequitur Alexan. in. d. §.
ſententiam in. 3. additio. ad finem tenet opi-
nio. Bar. quia ex ſententia arbitri, licet oria-
tur actio in factum. vt in. l. cum antea. C. de
arbi. tamen illa actio in factum mandabitur
executioni per officium iudicis: vt declarat
Bar. in. l. intra dies. ff. de re iudi. item quia cū
verba dictæ legis cum ante dirigantur ad iu
dicem: ergo poteſt implorari officium iudi-
cis iuxta glo. notab. in. l. ſi ſoror. C. de colla.
& per hoc inferunt idem in iſtrumento gua-
rentigio: quia cum ſtatutum dicat: vt māde
tur executioni: & ſic verba ſtatuti dirigantur
ad iudicem poterimus per officium iudicis
exequi. & idem Bal. de Arbritro in. l. fi. C. de
execu. rei iudi. ſufficit quod in effectu om-
nes ſunt concordes. ¶Ego. de arbitro. do
13 text. notabilem in. l. cum. antea. C. de arbit.
ibi (vel eius cuius forum pars ſequitur.) vbi
tex. ſingu. nulla facta diſtinctione diſponit
quod ſententiæ arbitrorum executioni man
dentur per iudicem rei, & ſi non inſpicitur
locus arbitrij, ſed forus conuenti quem text.
Bald. ibi ad hoc facit ſingularem. idem ibi Sa
lice. dicens quod nec locus compromiſsi, nec
in quo latum eſt arbitrum, ſed forus conuen
ti inſpicitur, & ſic cum ille tex. in diſtincte lo-
quatur nulla facta mentione requiſitionis
videtur mihi eſſe ibi caſum expreſſum pro
opinione Bart. ¶Ex prædictis pono quan-
dam concluſionem quotidianam: quod
cum hodie ſententia arbritratorum habeat
executionem paratam, ſiue ſit emologata
expreſſe, ſiue tacite per lapſum. 10. dierum:
vt dicit text. notabi. in. 3. partit. titulo. 4. l. *l. regni.*
fina. & eſt quædam lex facta a rege Henrri-
co in Madrid. anno mileſimo. 458. quod
hæc ſententia mandabitur executioni a quo
cunque iudice idoneo, ſeu competenti: cui
ſubeſt reus condemnatus nec requiritur re-
quiſitio arbitratorum vel alterius iudicis ꝙ *Concluſio autoris.*
eſt notandum. ¶Ad propoſitum ergo con-
cludo, quod inſtrumentum executorium po
teſt mandari executioni per quecunque iu-
dicem idoneum, ſeu competentem: cui reus
ſubeſt nec alicuius requiſitio requiritur hoc
eſt clarum per ea quæ ſupra dicta ſunt; quia
hic ceſſat materia executionis ſententiæ: &
etiam aliorum inſtrumentorum guarenti-
giorum quę fiunt in Italia informa iudici ex
tabellionis precepto: vnde licet hæc lex mā
dat exequi inſtrumenta non tamen mutat
forum a iure ſtatutum: & ad hoc faciunt om
nia fundamenta ante poſita: & omnia iura
quæ loquuntur in materia ſtatuendi forum.
¶Prædictam doctrinam Bart. in dicto. §. ſen- 14
tentiam limita, & intellige eſſe veram ſi in lo
co, in quo petitur executio vigebat ſtatutum
quod talia inſtrumenta mererentur execu-
tionem. nam dictum ſtatutum porrigitur
etiam ad inſtrumenta alibi facta ſecus ſi tale
ſtatutum ibi non vigeret licet eſſet in loco in
ſtrumenti ſecundum Bal. in. l. pri. in. 3. col. C.
ne filius pro patre, & in. l. vnica ad finem. C.
de confeſsis. & Alexan. in dicto. §. ſententiā 15
in. 3. additione in fine. & infra dicetur. ¶Ad-
de tamen vnum ſingulare verbum Ang. de
Peru. in. l. 4. in. §. condemnatum. ad finem.
ff. de re iudica. vbi dicit, quod ſi petatur exe-
cutio inſtrumenti coram iudice ſeculari licet
pars contra quam petitur executio adeat
epiſcopum & coram eo petat declarari in-
ſtrumētum vſurarium illa petitio, nec impe
dit, nec retractabit inſtrumenti executionem
coram iudice ſeculari petitam propterea

inoleuit mos, quod epiſcopi inhibent iudi-
cibus ſecularibus & ſub excōmunicationis
pœna, vt ſuperſedeant in executione quod
præceptum refert eſſe iuſtum fundamentum
iſtius concuſionis ſumit Ange. ex quodam
dicto Innocen. in. c. cum in iure de offi. dele-
16 ga. * ¶Vbi dicit, quod ſi ſuper retractatione
ſententiæ pendet lis, puta quia cōdemnatus
ex aliqua cauſa petit ſententiam infirmari il-
la litis pendentia non habet impedire exe-
cutionem coram ſuo iudice, niſi peteretur re
tractatio per remediū appellationis ſupplica
tionis vel reſtitutionis, & dixit Innoc, ꝙ qui
contrarium dicit alleget legem: quia ipſe nō
inuenit eam: imo eſt caſus in contrarium in
l. fina. in vltimo reſponſo de ordi. cogni. per
quæ infert Ange. quod cum inſtrumēta gua
rentigiæ habeant executionem paratam ſe-
cūdū ſtatuta Italiæ licet petatur retractatio
inſtrumenti illa litis pendentia non impedit
executionem dicti præcepti quod refert no-
17 tandum. ¶Sed do. Alexan. in dict. §. cōdem
natū in. 4. additio. non tenet iſtum dictum An
ge. per quandam rationem quā ibi faciebat
Rapha. dicens: quod aliud eſt quādo petitur
executio inſtrumēti vigore ſtatuti alius quā
do petitur executio ſententiæ, nam vbi pe-
titur executio inſtrumenti exceptio perem-
ptorio non intelligitur reiecta eo: quia ante-
non præceſsit aliquod iudicium, in quo po-
tuit opponi, & ſuper ea diſcutii: vnde licet ex
ceptio peremptoria non poſſet opponi poſt
ſententiam tamen ad impediendam execu-
tionem inſtrumenti habentis paratam exe-
cutionem bene poteſt opponi exceptio pe-
remptoria ſecundum Bald. in. l. perempto-
rias. C. ſen. reſ. non poſſe: & hoc eſt quod vo-
luit Fede. conſi. 126. incipit in quæſtio, domi
ni Pauli, vbi voluit: quod iudex ſecularis nō
debet procedere interim quādo ſcit quæſtio
nem verti coram eccleſiaſtico per ea quæ ha-
bentur in cap. tuam de ordi. cogni. & iſtud in
noſtro propoſito videtur verius cū fiat pro-
ceſſus infra. 10. dies ſuper omnibus legitimis
exceptionibus poſt illos tranſlatos eſſet du
bium, & ad malitias obuiandas: tunc obſer-
uarem dictum Angeli: ex quo nihil proba-
uit in terminis, & poſtquam ſoluerit remā-
net ſibi ius ſuum ſaluum ad omnes exceptio-
nes probandas. ¶Quid autem operetur hæc
clauſula quæ opponitur hodie inſtrumentis
ſ. & reus dedit poteſtatem exequendi hunc
18 contractum omnibus & quibuſcunque iu-
dicibus coram quibus hoc publicum inſtru-

** Adde eundem Inno. aliter volētē in c. cū olim de dolo & cōtumacia & vi. Pau. de Caſ. in l. 4. §. cōdem natū. ff. de re iud. inp. et ſi. col. referētē vtrūq dictū In: quæ cōtrarietas Inno. force admittit eā cōcordiam qđ in c. cū in iure de officio delega. intelligatur vbi fraudalenter quis mouerit litē nullitatis & ita loquūtur inrā p̄ eū allegata: & eo caſu nō erit mittēda inhibitoria iudici ſeculari & ſic ſaluetur opinio. Ange. hic allegata alias autē p̄cedat opi. cōtraria In. in allega. c. cū olim. & cōſ. Federi. hic alegato & aliud cōſ. eiſdē Federici. de Senis. 98. incipit nıc. petri.*

mentum oſtenſum fuit & eius executio pe-
tita iuriſdictioni: quorum ſe ſubmittit renū-
ciās ſuo proprio foro vt illud executioni mā
dent &c. Si poteſt peti executio vbicūque in
ueniatur. vide glo. Bar. Bal. & Ang. in. l. 1. &
in. l. 3. §. ſi quis ita. ff. de eo quod cer. loco no
tab. tex. & ibi Bart. in l. Lucius. la. 1. ff. de po.
Bald. in rubrica de conſtit. pecu. C. & in. l. ſi.
quis in conſcribēdo. C. de epiſ. & cle. ſed quia
ibi loquuntur docto. quando in contractu:
& in ſolutione apponitur dicta promiſsio no
ſtra clauſula loquitur quando pactum ap-
ponitur in iuriſdictione, vt in exemplo ante
inueniatur vel vbi petita fuerit executio vi-
de caſum ad propoſitū, & poſito. ſ. reſpectu iu
riſdictionis. puta qđ fiat executio & poſſet
conueniri vbicunq; ibi Bar. Bal. Ang. & elegā
tius & copioſius Alex. Im. in l. ſi cōuenerit. ff.
de iuriſ. om. iu. vbi inuenies ad ſaturitatem &
formā, quam debes ponere in inſtrumento,
vt poſſet reus conueniri vbicunque inuenia-
tur ceſſet dict. l. ſi conuenerit. ſ. promittendo
ſoluere vbicunque fuerit inuentus per dict.
l. Lucius, & dict. §. ſi quis ita. Et ſic remaneat
hæc regula, quod inſtrumentū executiuum,
de quo in his partibus, poteſt exequi per quē
cunque iudicem: cui reus ſubeſt, & non per
alium. ¶Fallit primo, niſi quis in contractu 19
promiſiſſet ſoluere vbicunque fuerit inuen-
tus: quia tunc vbicunq; inueniatur, poteſt cō
ueniri & exequi contra eum inſtrumentum:
quia ibi videtur, cōtraxiſſe, vbi reperitur pre
dicta verba. l. contraxiſſe de actio. & oblig. l.
Titium, & Meuium de admi. tut. & ſic aliud
eſt promittere quod quis poſſet conueniri
vbique locorum: & tunc diſponit. l. ſi conue-
nerit de iuriſdict. omni. iudi. quod parum
operatur, cum poſſet pœnitere ante litis con
teſtationem, vt ibi dicit text. vnde iſta pacta
quæ quotidie apponuntur in inſtrumentis
quod quis poſſet vbiq; alium conuenire re-
gulariter, nihil reuelat nec operatur ad con-
uentionem & executionem: ita dicit Bart. in.
d. l. ſi conuenerit aut pactum apponitur ſolu
tioni, vt ſupra dixi: & valet pactum & opera
tur vt vbicunque inueniatur poſſet conueni
ri: vnde dicit Bartol. in dicta. l. ſi conuenerit
promito ſoluere vbicunque in Tuſcia me
inueneris vbicunque in ea prouincia me in-
ueris me poteris conuenire. Hoc probatur
clare in l. prima, melius in. l. tertia. §. ſi quis
ita. ff. de eo quod certo loco: & ibi docto. &
in. l. Lucius. ff. de poſi. facit. l. hæres abſens. ff.
de iuriſdictio. omnium iudi. de quo latiſsi-
me



20 me in locis prædictis videbis: ſed hæc eſt ve-
ritas. ¶Vnde conſulo, quod cum hodie in
omnibus inſtrumentis, apponatur hoc pa-
ctum & dederunt * poteſtatem omnibus iudi-
cibus coram quibus dictum inſtrumentum
fuerit oſtenſum: & ex eo petita executio iu-
riſdictioni: quorum ſe ſubmittunt, vt illud
mandent executioni, quod vltra hoc adda-
tur & promiſerunt ſoluere adimplere con
tenta: & ibi promiſſa vbicunq; inueniantur
nam virtute iſtius clauſulæ finalis poterit pe
ti executio in quocunque loco inueniatur
etiam ſi non ſortiatur forum in illo loco:
quia ſi hanc clauſulam non poneres virtute
dicti pacti; cum tale pactum apponatur ſu-
per iuriſdictione, non poſſet peti executio
cum effectu, niſi loco idoneo, vbi reus ſor-
tiretur forum cum poſſet reus penitere ante
litis conteſtationem, dicto pacto non obſtan
te, vt dict. l. ſi conuenerit. & ibi Bart. & hoc
breuiter quo ad hanc clauſulam ne digre-
diar vltra quam opus fuerit remitto ad loca
ſupra aſsignata: quia vulgata & lōga eſt ma
21 teria. ¶Fallit hoc & ſecundo ſi aliquis repe-
* riatur in curia regis * Vel in cancellaria, quia
cum ſit communis patria ibi poteſt conueni
ri & exequi contra eum inſtrumentum, niſi
veniret ad curiam neceſsitatus; ſeu eo actus
Iſta eſt notabilis lex partitæ. 3. partita titu. 3.
l. 4. incipit (reſponder nō deue) argumento
corum quæ de iure communi ſtatuebantur
in ciuitate Romæ, quæ communis patria ap-
pellabatur. l. Roma. ff. ad municipales.

*Conſiliū auctoris.*

*l. regni.*

¶Vnum caſum tene menti, inſtrumentum
22 executorium non poteſt exequi per diuerſi
territorij iudicem etiam ad literas iudicis,
vbi confectum eſt. ſ. vbi executio inſtrumen
ti non ſumeret vim de iure communi, ſed
per forman ſtatuti municipalis. Allego ad
hoc notabile verbum Bald. in. l. vnica in fina
libus verbis. C. de confeſſ. vbi dicit, ſcias v-
num quod ſi executio non ſumeret vim de
iure communi, ſed per formam ſtatuti muni
cipalis, executio talis per iudicem diuerſi ter
ritorij fieri non poſſet etiam per literas re-
miſſas ad illum. Ratio eſt, quia in exequen-
do ſuam non alterius iuriſditionem ſequi
debet l. miſsi opinatores. C. de exa. tri l. b. 10.
quod refert menti tenendum, & reperio do.
Alexan. in. d. §. ſententiam prima addi. in. 5.
col. de hoc dicto facere mentionem, licet lo-
quatur in ſententia, & eſt cota corrupta: quia
allegat Baldum in principio l. vnicæ de con
feſſ. & eſt in finalibus verbis & ſequitur hanc

ſententiam. idem per hæc verba tenet Bald.
in. l. cunctos populos. 15. colum. C. de ſumma
trini. verſi. viſo de iure perſonæ: allegat. d. l.
miſsi opinatores, & loquitur Bald. notab. *
ſiue tractetur de ordine iudicij, ſeu de execu-
tione, ſiue fiat ad literas iudicis ſententian-
tis, ſiue ſine eis debet inſpici locus, vbi fit exe
cutio & ſtatutum illius loci ſeruandum eſt.
idem tenet Bald. in. l. pri. in. 3. col. C. ne filius
pro patre dicens, ꝙ ſi eſt ſtatutum in hac ci-
uitate: quod inſtrumenta vbi eſt preceptum
guarentigiæ mandentur executioni viſo in-
ſtrumento & citatione non præmiſſa, quod
ſi aliquis producit ad hanc ciuitatem inſtru-
mentum habens præceptum guarentigiæ
quod habet paratam executionem, quod in-
ſtrumentū factū eſt in loco extra territoriū,
vbi non viget tale ſtatutum ꝙ mandabitur
executioni ex eo: quia vbi loquimur de or-
dine iudicario, ſiue quo ad ordinem proceſ-
ſus, ſiue executionis debemus inſpicere lo-
cum iudicij l. 2. C. quemadmodum teſtamen.
aperi. & dicta. l. miſsi. ¶Et per prædicta alias
dicebam in facto in cauſa ardua quantitatis
decem millium ducatorum; & plus in quo-
dam mercatore; Veneto, qui produxit quod
dam inſtrumentum factum apud Venetias
contra quendam alium mercatorem conci-
uem ſuum commorantem in hoc regno, ꝙ
inſtrumentum habeat executionem para-
tam in patria ſua cum certis limitationibus
multis ſolemnitatibus iudiciarijs omiſsis, vt
vidi per quendam librum ſtatutorum ſuorū
in quo erat diſpoſitum ſuper executione in-
ſtrumentorum, dixi quod in hoc regno non
haberet paratam executionem ſecundū for-
mam traditam in dicto ſtatuto Venetiarum:
ſed ſecundū diſpoſitionem iuris noſtri regni
debuit exequi vel procedi ordinarie ſicut eſ
ſet ſi inſtrumentum eſſet celebratū in hac pa-
tria, puta ꝙ ſi in eo aſſet pactum executiuum
ſecundum noſtrum morem. puta dedit om-
nibus iudicibus poteſtatē. &c. executaretur
alias non & idem conſuluit Ludo. Roma. in
pluribus conſilijs: & ſequitur Paul. de Caſt.
in: d. l. 2. C. quemadmo. teſta. aperi, & ita obti
nui. ¶Habes etiam econtra ſi producatur ali
quod inſtrumentum factum extra regnum * 24
etiam ſi vbi confectum eſt non habebat pa-
ratam executionem mandabitur executatio
ni in noſtro regno, ſi eſt exequibile ſecundū
diſpoſitionem huius legis, de quo pulchre
Bar. in. l. cunctos populos in. 1. queſtione, &
hoc intellige quo ad ordinem iudicij & exe-
Z 2 cutionis

** Adde qđ ex hac concluſione redditur dubia ſententia Raphael Cumanus cōſ. 140. incipien. domini iudices vbi cōſuluit quod ſententia lata venetiis ſecundū mores & cōſuetudines venetorū cōtra formā iuris cōmunis qđ debet mitti executioni per iudicē alterius territorii. ſ. per poteſtatē lucane ciuitatis.*

** Adde decło. de Pal. rn° in repe. rubri. de donati. inter virū & vxorē car-*

*2. Ver. ex quo infertur q[uo]d ſi lex regni vbi dicit quod ipſe practicauit dñ eſſet iudex cãtabrorũ q[uo]d inſtrumẽtũ Ro. confectum mãdaretur executioni in 25. hoc regno vigore huius legis regia regia quã commitat auctor.*

curtionis: ſed quo ad eſſe contractus & eius deciſionem inſpicitur locus, in q̃ eſt contractus celebratus: vnde ſi in loco executionis nulla poſſet opponi exceptio contra inſtrumẽtum ſi inſtrumentum eſt factũ extra territoriũ poterit opponi exceptio, & põt fieri probatio attẽto iure cõmuni per dictã regulã ſecundã Bal. in d. l. 4. C. ne filius pro patre. idem Bal. in d. l. cunctos populos, & Bart. ibi notanter hæc nota: & tene menti ad contractus factos extra regnum ſi in eis habebit locum huius. l. diſpoſitio. & hanc opinionem Bal. ſequitur Paul. de Caſt. & alij in l. a diuo Pio. §. poſt ſententiam dere iudicat. ¶ Ex quo infertur quod ſtante ſtatuto: prout eſt in ciuitate Venetiarum quod ſcripturæ priuatæ mercatorum ſcriptæ eorum manu vel libri rationum plenam fidem faciãt, ſtabitur ſtatuto, ſeu conſuetudini illius loci in priuatis ſcripturis ibi factis, quamuis alibi vẽtiletur lis & iudicium, in quo loco iudicij producantur. ita Io. Andr. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum in additione magna quæ incipit in priuatorum circa finem; Anto. in c. 2. in. 3. col. de fide inſtrum. ideo Bald. in l. ſi non ſpeciali in. 2. col. C. de teſta. dicit, quod ſcriptura facta in aliquo loco ſeruatur priuilegium illius loci vbicunque, & in l. exemplum. C. de probatio. dicit quod conſuetudo loci quæ dat robur ſcripturæ probationis habet locum: nedum intra illud territorium: ſed etiam extra. ¶ Et attende: quia hæc fuit prima concluſio Cyni de Piſtorio in duobus locis. ſ. in d. l. cũctos populos pe. col. & in l. 1. in fi. col. C. que ſit lon. conſue. determinat ibi quod ſi quærimus de cauſæ ordinatione, debet ſeruari ſtatutum & conſuetudo loci iudicij. Caſus eſt in l. 3. ad finem. ff. de teſti. ibi (quæ conſuetudo in ea prouincia, in qua iudicat fuerit) probatur in l. cum clericis ad finem de epiſc. & cleri. ibi (in his quæ ex conſuetudine probentur officio: & ad hoc ponderatur ibi per Bal. & per Cynum in d. l. cunctos populos, aut de cauſę deciſione, & inſpicitur locus celebrati contractus eſt, tex. notab. in l. ſi fundus *. ff. de euictio. ibi (ex conſuetudine eius regni, in quo negotium geſtum eſt). l. 1. in princip. ff. de vſuris. ibi (ex more regionis, vbi contractum eſt). l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regulis iur. idem Bartol. in d. l. ſi fundus quem text. Ang. ibi dicit valde notab. quod ad cõtractus validandos, & confirmandos modus & conſuetudo loci contractus attenditur primum membrum probatur etiam in l. ſecunda. C. quemadmo. teſta. aperian. ibi (ſecundum leges moreſq; locorum inſinuentur, (& ibi etiam ſequuntur hanc diſtinctionem Cynus Bart. & Bal. & Ang. idem Ang. qui notanter loquitur in d. l. ſi fundus. ¶ Sed in hoc de executione, qui eſt præſens articulus ad propoſitum videtur magis notandum, id quod Bal. dicit, vbi ſupra & eandem opinionem reperio tenere Ang. in d. l. ſi fundus. quod in executione quæ fit ex mero officio inſpicitur conſuetudo, ſeu ſtatutum loci, vbi fit executio: vnde infert quod ſi in loco cõtractus eſt ſtatutũ q̃ q̃s capiatur p debito in loco iudicij eſt ſtatutũ in cõtrariũ debet inſpici locus, vbi fit executio. Nec obſtat d. l. ſi fundus, & l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædi. edi. vbi eſt caſus, quod quantum ad contractus validationem, & confirmationẽ inſpicitur locus contractus: quia executio, ſiue modus exequendi non dicitur pertinere ad deciſoria cauſæ ſecundum Fede. de ſe. quod reputat notandum: & vltra ea ex notab. tex. in l. ſi in aliquam. ff. de offic. procon. ibi (& ferias quæ ſecundum mores & conſuetudinem retro obtinuit dare.) ¶ Hanc concluſionem reperio notab. tenere Bald. in d. l. ſecunda. C. quemadmo. teſtam. aperian. vbi dicit hæc verba: vltimo nota in hac lege, quod teſtamentum factum Paduæ, vel Bononiæ, & in finitarum Peruſij meretur executionem ſecundum ſtatuta Peruſij: quia has vires aſſumit mediante inſinuatione, quæ fit in foro Peruſino: quod dicit eſſe menti tenendum Ang. in dict. l. ſi fundus limitat hoc eſſe verum: vbi executio fieret ex mero officio ſi autem ad literas: & requiſicionem iudicis ſententiantis, & inſpicitur conſuetudo iubentis allegat. l. cum vnus in. §. his qui de bonis auto. iudi. poſſi. quæ nihil facit Bald. tenet contrarium in dict. l. cunctos, niſi diceres, quod Angel. loquitur quando exequitur de mandato alterius iudicis, Bald. quando ex requiſitione, ſeu ad literas. ¶ Et qd ſi in vno loco contraxit, & in alio promiſit ſoluere cum videtur vtrobiq; * contradixiſſe, quis locus inſpiciatur? Salice. in dict. l. cunctos: concludit quod contractus, & non ſolutionis. vide Angel. in dicta l. ſi fundus, & Bart. in dict. l. cunctos. ſed tene menti, quod dicta theorica ſuperior fallit in dote: vt eſt caſus famoſus, licet vulgaris in l. exigere dotem de iudicijs. ¶ Et tene menti, quod licet poteſtas habeat inſtrumentum habens, paratam executionem contra ſibi ſubditum: tamen durante

*certe locum probant gl. notab. ibidi 27. volitem quo ad concedendum vel denegandum reſtitutione in integrum aduerſus contractum debere inſpici conſuetudinẽ vel ſtatutum loci: vbi iudiciũ agitur non autẽ loci cũ contractus & ex eadem regula decidit alia quæ. 28 ſti. ibi iuri Albericus in Roſat. & vtitur ex prædictis poteſt dubitari de ſententia Pauli de Caſt. in ea de l. 2. in fin. col. in quãtum in quæſtio de executione inſtrumẽti guarentigij tenet contra. 29. Bal. quẽ ipſe refert. *g*

** Adde q[uo]d ex regulã huius tex. in l. ſi fundus aliqui doct. maxime antiqui relati per Alberi. de roſ. in l. 2. de eo q[uo]d*



ſuo officio non poterit illud petere executioni mandari, ſed remedium eſt, vt cedat iura ſua: ita quod de euictione non teneatur * & ceſſionario non obſtabit exeptio. l. ſed ſi reſtituatur in princ. ff. de iudic. ita dicit Ange. in l. pars literarum. ff. de iudi. * & hoc probatur aperte ibi in quantum tex. dicit, quod magiſtratus non ingrediuntur iudicium propriũ nec proſequẽdo, nec fugiẽdo facit. l. qui iuriſdictioni præeſt. ff. de iuriſd. omni. iudi. l. ſenatus conſulto. ff. de offi. præ. quæ iura extendunt hoc etiam ad eius familiares: & ille caſus l. ſenatus conſulto ſemper allegatur ad hoc: q̃ illud quod iudicatur de magiſtratu iudicatur de ius familia: & quod poteſtas non eſt iudex cõpetens in cauſu familiæ ſuæ nec poteſt cõdemnare eum, quæ intulit iniuriam familiæ ſuæ ſecundũ docto. ¶ Ex quo
31 inferebat Angel. in d. l. pars literarum quod licet poteſtas faciat fieri precõniũ, vt omnes debentes recipere aliquit a familiaribus ſuis compareant coram eo infra certum tempus alias non audientur, quod per hoc non præiudicatur creditoribus etiã infra dictum tẽpus nõ petentibus: imo etiam poſt tẽpus venientes audientur cum poteſtas non ſit iudex competens ipſarum cauſarum: & ſic minus ad faciendam dicti termini aſſignationẽ Et per hoc dixi de facto, cum corrector cuiuſdam ciuitatis feciſſet quendam prætorem & alguazelum familiares ſuos facere eis reſidentiam termino aſſignato omnibus qui de eis vellent querelare, & contra eos petere, vt moris eſt hodie ſecundum leges huius regni & conſuetudinem. quia fiunt reſidentiæ per officiales: quod licet elapſo termino aliqui nil ab eis petierũt quod nihil hominus audiantur, & ita poſtea feci eos audiri coram quodã officiali per curiam regis miſſo ad capiendum reſidentiam correctorum & officialiũ eius & fuerunt cõdemnati, nec eis profuit dicta exceptio de reſidentia facta per correctorem, & de termino ab eo aſſignato trãſacto. ¶ Et ſis tu cautus bene aduocate: vt non petas executionem inſtrumenti habentis paratam executionem coram iudice prorſus verito, ad quem non pertinet executio alias perdes cauſam. Iſte eſt caſus ſingularis in. l. in
32 criminali. C. de iuriſdictio. omni. iudic. ibi (aut executionem popoſcerit militarem.) & ibi Bal. dicit per illum textum: nota q̃ ſi habeo inſtrumentum ſententiæ vel inſtrumentum guarentigiatum cuius executio pertinet ad poteſtatem, & non ad capitaneum: & ego peto executionem coram capitaneo, quod debeo priuari iure meo, & cadere ab iſta cauſa executionis.

**Adde ergo q[uo]d ſi magiſtratus teneretur de euictione nõ poſſet ceſſionarius agere. & de ratione diuerſitatis vi. Lancelotũ in eadẽ l. pars literarum.*

**Adde q[uo]d eadẽ ſentẽtiã ſequitur Pau. de Caſ. & Iacobinus de ſancto georgio in eadẽ. l. pars literarum.*

*SVMMARIVM.*

1 *Ab executione inſtrumenti guarentigij an poſſit appellari.*
2 *A pronuntiatione de exequendo an admittatur appellatio & num. 3. & quid ſi negatiue pronunciatur num. 4.*
5 *Si oppoſitis exceptionibus rationabilibus pronunciatur inſtrumentum executioni mandandum an debeant fructus ſequeſtrari.*

Quæro vtrum poſſi appellari ab executione * inſtrumenti guarentigiæ: & ſic inſtrumenti executorij. Salic. 1
mouet hãc queſtio. in l. ab executore. C. quorum appella. non recipi. in. 4. col. vbi dicit. q̃ iura quæ dicunt non poſſe appellari ab executione non habent locum in executione publici inſtrumenti habentis paratam executionem, vigore ſtatuti, cum ibi nulla præceſſit ſententia, & ceſſent omnes rationes, quæ rendunt ad impediendam appellationem in executione ſententiæ: & hoc ſentit quædam. l. huius regni, quam reperies in quadam cõpilatione legũ tit. (de las executiones) idẽ tenet Roma. in l. 5. de verbo. obligat: & hoc eſt *l. regni.*
ſine magno dubio: & ſic cõmuniter practicatur, & hæc practica habet fundamentũ iuridicum, tam per rationem Salic. & eſt notum quia ceſſant omnes rationes, quæ prohibent appellationem in executione ſententiæ, quã etiam ex eo: quia poſtquam pars ſe opponit præcepto de exequendo facto a iudice, allegat exceptiones contra inſtrumẽtum fertur inter locutoria, in qua admittitur ad probandum factis hinc inde probationibus concluditur in cauſa. ¶ Et iudex profert ſentẽtiam, in qua pronunciat executionem fiendam & faciendam a qua ſententia appellatur, & 2
hoc fundamento duarum gloſarum quæ cõmuniter reputantur ſingulares, vna eſt in l. ab executore. C. quorum appellatio. non recipian. alia in l. ab executore. ff. de appellatio. quæ dicunt, quod etiam in caſu quo ab executione non poteſt appellari tamen bene admittitur appellatio a pronuntiatione de exequendo quas gloſ. ad hoc allegauit

*Sexta quæſt.*

Bar. in. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem. ad finem. ff. quod me. cauſa. quas tenent: & ſequuntur Bald. Salicet. in. d. l. ab executore. ſic tenet Ange. in dicta. l. ab executore: vbi eleganter dicit, quod licet in Tuſcia ſint ſtatuta, quod non poſsit appellari ab executione inſtrumenti guarentigiæ; tamen ſi iudex pronunciat inſtrumentum guarentigiæ exequendum eſſe non obſtantibus obiectis per reum oppoſitis contra executionem, quod bene poteſt appellari: & dicit quod ſic practicatur Peruſij: & ſic practicatur in noſtra Hiſpania. Ideo conſulit ipſe cautum eſſe aduocatum actoris, vt cum videt iudicem inclinātem pro ea ad executionem faciendam, vt nō faciat iudicem pronunciare ſuper executione. ſ. illam fiendam, ſed pro executione contentorum in inſtrumento guarentigiæ concedi ſibi faciat familiam: & alios executores opportunos, refert quod Peruſij ſic practicatur. idem Ange. in conſilio. 112. incipit quidā petijt: & hoc tenebis menti; quia eſt ſingulare conſilium ad executionem ſententiæ cum habeat executionem paratam, vel ad executionem inſtrumenti guarentigiæ: vbi eſt ſtatutum, quod ab eius executione non poſſet appellari; quia vbi non viget tale ſtatutum non eſt neceſſarium, hoc conſilium cum indiſtincte ab executione inſtrumenti guarentigiæ poteſt appellari: vt ſupra dictum eſt: & huius opinionis eſt auditor Rotæ nomine Felinus Sandeus in cap. quoad conſultationem de re iudica. 10. col. verſi. limita primo. licet non allegat dicta ab Ange. in. d. l. ab execu-

3 tione quæ ſuperius retuli. ¶ Eſt verum, ꝙ illa oppinio quæ habet, ꝙ mandato de exequendo habēt locū appellatio licet nō a ſententiæ executione non eſt ſine cōtradictione: nam multi tenent, quod in caſu in quo nō habet locū appellatio ab executione ſententię: nec etiam habeat locum de mandato ab exequendum* cum vnum & idem ſint in effectu ne proceſſus vadat in infinitum: ita dicit Cynus in dicta l. ab executione Rapha. Cu. in. l. ab executore. ff. de appellatio. & ibi Bar. Maria. de Senis, conſi. 48. incipit in ciuitate Lucana ſentit gloſſa. in dict. §. hæc autem: & ibi Angel. Ioann. Andr. in additio. ad Speculatorem de appellatio. in. §. in quibus verſi. quinto. Aretius late in dicta. l. ab executore dicit ſe ſic vidiſſe ſeruari in practica, & ſic reperij conſultum pluries per Alexand. & plures opiniones cumulat hinc. vnde prædictus auditor in dicto capit. cum quibuſdam limitationibus per eum datis, quas vide: quia non eſt propria materia noſtræ legis, ſed hanc opinionem teneo tāquam æquiſimam per rationes adductas a prędictis doctor. hanc partem tenentibus: excepto in inſtrumento guarentigiæ, vbi ceſſant dictæ rationes: vt prædixi: & ſic ab eius executione appellatur. ¶ Vnū tamen tene menti, quod prædicta limitabis, vbi pronunciatur affirmatiue ſcilicet inſtrumentum guarentigiæ exequendum vel ſententiam exequendam intellige præcedēte ſtatuto, quod ab executione inſtrumenti guarētigiæ nō poſſet appellari; quia in his caſibus nec etiam a præcepto de exequendo poterit appellari, vt ſupra dictum eſt, & tenuit Ang. ſibi contrarius in. l. quiſquis. C. quorum appellat. nō non recipian. ſi autem negatiue pronuncietur, ſecus eſt. vnde ſi pronuntietur ſententiam vel inſtrumentum exequendum non eſſet; optime appellatur per regulam. l. & in maioribus. C. de appellationibus. ita dicit Ang. in. d. l. quiſquis in fin. verbis referens multoties ſe ſic practicaſſe. ¶ Ad vnū aduertas intēto animo, quod dixit Bal. in l. ab executore. C. quorum appellatio, in quarta colūna in verſicul. quæro ſtatuto cauetur quod ſi ex forma ſtatuti inſtrumenta guarantigiæ executioni mandentur fuit pronuntiatum inſtrumentum exequendum: cum tamen eſſent oppoſitę rationabiles exceptiones appellatur vtrum debeat fieri ſequeſtrum fructuū rei promiſſę: dicit quod aliqui dicebāt quod ſic: ſi perſona eſt ſuſpecta ſicut quando appellatur a ſententia. ff. de appellatio. l. imperatores. cōcludit, quod cum iſto caſu mixtim appelletur ab interlocutoria, & ab executione: ideo indiſtincte fiat ſequeſtrum, & hoc per dict. l. ab executione quam ad hoc reputat notabilem. idem tenet Bal. notabi. in. cap. fina. de ſequeſtra. poſſeſ. & fru. vbi dicit: quod in caſu in quo poteſt appellari ab executione inſtrumenti guarentigiæ: puta quādo aliquid additur vel detrahitur: tunc ſi appellatur ab executione fiet ſequeſtrum. & ſi genus eſt in obligatione fiet ſequeſtrum de rebus mobilibus æquiualentibus. Item poterunt interdici debitores condemnati, vt non ſoluant ei, ſed in ſequeſtrum teneant ad beneplacitum iudicis dicit eſſe textum ſingularem In. l. mulier fundos. ff. de lege commiſſo. tene menti.

*Adde optime per Phi. Cor. in conſi. 71. pen. col. vol. 1. & ſingulariter per Alex. de Imo. cōſ. 65. viſis proceſsibus lib. 2. in. 2. colū. dicentem ex pluribus autoritatibus & rationibus quod eſt cōmunis opinio. quod a ſententia qua pronuntiatū. 4. eſt ſentētiā exequedā nō poteſt appellari & dicit quod ab hac opini. in iudicando nō eſt recedēdū: & adde bar. ſ. certo tractat. ſalētiarū in ra. 33. incipi. appellare ab executione.

Summa



## SVMMARIVM.

1 *Pignus prætorium & iudiciale differunt.*

2 *An ſit idem dicendum in pignoribus captis ex inſtrumento guarantigiæ quod eſt in pignore iudiciali: & nu. 3.*

3 *Si plures creditores ſunt immiſsi ex cauſa iudicati vel inſtrumento exequibili miſsio vnius an proſit alijs: & nu. 4.*

5 *Quid ſi ſunt creditores pares, quia omnes habent pro ſe ſententiam vel inſtrumentū exequibile, & vnus eſt miſsus vſque ad num. 14.*

15 *Quare hodie non practicantur prædicta cōmuniter nec quod pignora capiantur in cauſam iudicati.*

1 VLterius nota quod vbicunque pignus capitur alicui pro executione ſententiæ: & ſic in cauſam iudicati quod vocatur pignus iudiciale, de quo in. l. 1. & per totum. C. ſi in cauſam iudica. in tali pignore habet locum regula prior tempore: quia ille cui prius traditum eſt præfertur: & etiam ſi alij creditores poſtea veniant non concurrunt cum eo; vt in pignore prætorio, de quo in. l. cum vnus de bo. auto. iudi. po. & in. l. fi. de bo. auto. iudi. po. & in toto titu. C. de pręt. pig. Iſte eſt caſus nota in. l. 2. C. qui potio. in pigno. habe. & hoc approbat Bart. in dict. l. cum vnus ad fin. eſt etiam caſus not. in. l. ſed & iure. ff. qui potio. in pigno. habe. licet Accurſius ibi turbauit illius legis rectum intellectū, & adhuc eam deſtruxit, vt inquit Bart. in dict. l. cum vnus & propter hanc differentiam ſecundum Bar. fuerunt facti duo tituli diuerſi, & ſeparati vnus de præto. pign. alius de iudiciali* per titulum. C. ſi in cauſam iudica. ¶ Et infert ex hoc, quod cum hodie inſtrumenta confeſsionata, ſeu guarantigia habeant executionem paratam, vt ſententia: & ſic capiuntur ex eis & pro eorum executione pignora ſicut in cauſa iudicati: ꝙ putaret meliori deliberatione ſalua; quod idem erit in illis pignoribus captis vigore illorum inſtrumentorum quod eſſet in pignore iudiciali quod capitur in cauſam iudicati: & ſic habebit locum dicta rubrica qui prior tempore, & non diſpoſitio dictæ. l. cum vnus ſic inquit Bar. in dict. l. cum vnus in. fi. prin. quod reputat menti tenendum: & eſt famoſa concluſio, & maxime importantiæ in practicam deducta hoc dictum Bart. tam de pignore iudiciali, quam etiam de inſtrumento habente paratam executionem recitat Bald. & tranſit ſimpliciter cum Bart. in. l. 3. quæ incipit in rem publicam per illum text. C. qui potio. in pigno. habe. & hoc dictum Bart. in vtroque

3 ſcilicet, ꝙ in pignore iudiciali miſsio vnius non proſit alijs. ¶ Et quod idem ſit in pignoribus captis* ex inſtrumento habente paratam executionem. & habeat locum regula qui prior tempore reperio ſequutum eſſe Angel. in. l. fi. C. de bo. auto. iudi. poſsi. in princ. & in. l. 2. & 3. C. qui potio. in pigno. habe mouetur: quia creditor qui ex cauſa iudicati mittitur in poſſeſsionem vel ei datur pignus a iudice pro executione ſententiæ vel inſtrumenti habentis paratam executionem poſſidet realiter, quia ad acquiſitionem pignoris ex cauſa iudicati requiritur miſsio realiter, & traditio: & aliter non cōſtituitur. l. nō eſt mirum. ff. de pigno. actio. in. §. ſciendum. l. 2. C. qui potio. in pigno. habe. ibi (inductæ eſtis) vnde ſi diceremus, quod ex hac miſsione aliis conſimilibus creditoribus acquireretur poſſeſsio, & ius ex dicta miſsione, & viderentur etiam immiſsi; ſequeretur quod per iſtum ſic immiſſum quæreretur poſſeſsio alij non immiſſo, ꝙ lex noluit cum per liberam perſonam nobis non quæratur poſſeſsio ſine mandato. l. 1. C. de acquirenda poſſeſsio.

4 ¶ Ex quo infert, quod ſi ſunt plures creditores ex cauſa iudicati vel inſtrumento exequibili vno immiſſo in poſſeſsionem pignoris pro executione cęteri non intelliguntur miſſi, nec ei prodeſt: quia talis immiſſus poſsidet vere, & illam poſſeſsionem liber homo non acquirit alteri citra omnem ſuum propoſitum, & intentum. ita dicit ipſe in dict. l. pri. in fine. C. qui potio. in pigno habe. & in l. 3. vbi dicit eſſe caſum: & iſtam rationem habuit a Bald. in dict. l. 3. & per hāc rationem tenet idem Angel. in. l. fin. C. de bonis auto iudi. poſsi. non habere locum illam legem in pignore iudiciali cum per illud acquiratur vera poſſeſsio immiſſo incontinenti: ideo ſolum ſibi prodeſt, & non aliis: & ſi dicas obſtat dict. l. fina. & dicta. l. cum vnus, vbi vno ex creditoribus miſſo in poſſeſsionē ex primo decreto pro debito cæteri miſsi videtur & miſsio prodeſt omnibus: & ſic ceſſat regula qui prior tempore: & ſic videtur nobis acquiri per liberam perſonam: quia per primū

ſetima quæſtio.

*add. ſingulariter Frācîſcū de Ripa. in rub. ff. de pig. in princ. ponētē quinque differētias inter pignus prætoriū & pignus iudiciale: & vide Panor. & poſt eū Feli. in c. cū aliquibus de ſentēt. & re iudicata. et Iaſ. & ſcribē. i. §. itē ſeruiana Inſti. de actio.

*a

 decre-

decretum, nec immiſſo, nec alijs acquiritur vera poſſeſsio, ſed ſolũ ex illo poteſt poſtea peruenire ad ſcdm decretũ: ſic vtũtur alij beneficio primi decreti ad vnius inſtãtiã interpoſiti; ſed nõ vtetur beneficio ſecundi decreti, niſi aduerſus eos latitaſſet vt l. fulcinius. §. ſi aduerſus. ff. ex qui. cau. in po. ea. hæc fuit meus Ang. in. d. l. ſi. ¶Hanc rationẽ aſsignat
5 idẽ Ang. & clarius in l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dã. infe. dicit enim ꝙ cũ quis actionẽ in iudiciũ deducit, & ob illã mittitur in poſ. ex primo decreto iudex ei nil acquirit, nec acquirere intendit: ſed tantum modo ius ſuum exequi vt dicit text. in dict. l. cum vnus ſecus enim vbi mittitur in poſſeſsionem pro executione ſententiæ, quia per illam immiſsionẽ incontinenti ei quæritur poſſeſsio, & iudex intendit quærere aliquid ſic immiſſo, ex quo infert, ꝙ miſſus in poſſeſsionem pro executione ſententiæ vel inſtrumenti habentis paratam executionem, nullus alius intelligitur immiſſus, nec dicta immiſsio alijs prodeſt; & ſi qui creditores poſtea veniant non poſſunt ſe iuuare ex dicta miſsione; ſed ſeruabitur regula qui prior tempore. &c. allegat dictã. l. ſed & iure: & ꝙ ibi eſt caſus expreſſus ſi glo. illum non deſtrueret allegat etiam di. l. 3. quæ fuerunt fundamenta Bar. hãc opinionem ſequitur idem Ange. in. l. a diuo Pio in. §. ſi pignora. ff. de re iudi. & in dict. l. cum vnus. ¶Sed Bald. doct. Peruſinus in. d. l. fin. C.
6 de bo. auto. iud. poſsi. 2. colũ. tenet contrariũ vbi eſſent creditores pretẽdẽtes paritatẽ cauſæ, puta quia omnes habent ſententiam pro ſe vel habent inſtrumenta habẽtia paratam executionem, vel vnus habet ſententiam alter inſtrumentum exequibile quod idem eſt quia tunc miſsio vnius ceteris prodeſt: per conſequens ceſſabit regula qui prior tempore: ſed ſi vnus haberet inſtrumentum alter non tunc eſſet vera opinio Bar. mouetur per gloſ. in. l. ſi & iure. & per nota. per Dinum in regula qui prior de re iudi. qui tenet quod diſpoſitio. l. cum vnus habeat locum in pignore iudiciali: & ꝙ non habeat locum in pignore iudiciali; & quod non habeat locum regula qui prior tempore. reſpondet ad di. l. 3. C. qui potio. in pigno. habe. ꝙ ibi res publica pretendebat ſententiam alius creditor non prætendebat ſententiam: & potior eſt cauſa iudicati; & hunc dicit eſſe verum intellectum illius. l. ſecundum quem videtur ibi eſſe caſus pro ſua diſtinctione. Hanc opinionem tenet idẽ Bald. in aucten. ei qui iurat in prin. 4. col. C. eod. ꝙ vbi eſt differẽtia in modo executiuo vno creditore miſſo non videtur alius miſſus puta vnus eſt miſſus ex re iudicata alter vero ſententiam non dũ meruit non prodeſt illi miſsio; quia adhuc in dubio eſt conſtitutus cum cauſæ miſsionis ſint diſpares; & non ſint eiuſdẽ rationis, nec conueniunt in tempore hanc opinio Bald. per omnia recitat: & ſequitur Sali. in. l. fin. C. de bo. auto. iudi. poſsi. licet cõfuſe loquatur, & quaſi per verba Bald. ſimpliciter reſidet cum Bal. diſtinctione. Conſidera quia articulus eſt ſingularis; ideo ad ius veritatem aduertendum eſt. *¶Quod vbicunq; ſunt creditores diſpares in modo executiuo: quia vnus habet pro ſe ſententiam vel inſtrumentum exequibile alter non ſed obligationem & actionem perſonalem tunc omnes ſunt concordes, ꝙ ſi ille qui habet ſententiam vel inſtrumentum exequibile mittatur in poſſeſsionem pro executione ſententiæ vel inſtrumenti vel ſibi adiudicetur pignus pro dicta executione ſecundũ formã. l. a diuo Pio in. §. ſi pig. ꝙ talis miſſio alijs non prodeſt: & iſte pfertur alijs ex regula qui prior tẽpore: & iſte. ſitcaſus ad literã in d. l. 3. ſic intellectus a Bald. & a Sali. quẽ ni diſtincte Bar. allegauit p ſe: & ſic intelligunt iſti opi. Bar: vbi autẽ oẽs habẽt ſententiã vel inſtrumentum exequibile. Bal. Sali. fatentur quod non habet locum illa regula qui prior tempore: imo miſsio vnius omnibus prodeſt & omnes videntur miſsi: & per conſequens ceſſat priori. &c: & ita ambo vnanimes impudenter affirmant Bar. in hoc erraſſe. ¶Certe
8 Bar. non multum clare affirmat, nec dicedit illam quæſtionem quando omnes creditores haberent exequibile inſtrumentum, vel omnes haberent ſententiam pro ſe. Solum enim dicit, ꝙ in pignore iudiciali quod capitur pro executione ſententiæ vel inſtrumenti non habet locum dict. l. cum vnus: & miſſio vnius nõ prodeſt *ceteris: & quod habet locum regula qui prior tempore, ſed non bene clare aperit: ſi hoc eſſet verum etiam ſi alij creditores prætenderent eandẽ ſententiã vel inſtrumentũ quod habebat miſſus, licet Sali. in. d. l. ſi. in ſideliter eũ recitet: imo reperio eundẽ Bar. in. d. l. ſi & iure ſentire dictam differentiã; dicit enim ꝙ in pignore iudiciali nõ habet locum, id quod dixit in pignore ptorio: vt omnes immiſsi, ceteri videantur immiſsi ſicut in. d. l. cũ vnus dicit tex. ſubdit rationẽ in hæc verba: non enim omnes alij habent ſententiã pro eis ſicut habeat iſte: & ideo habet

7 *Add. plurima relata per Alex. de Im. in l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de damno infecto. per eundẽ. Alexan. in apoſtillis ad Bar. in d. l. cũ vnus ad finẽ. ff. de boni. autoritate iudicis poſsidendis.



habet locum regula qui prior tẽpore: ecce ergo ꝙ Bar. expreſſe dicit. ꝙ tunc in pignore iudiciali miſsio vnius nõ prodeſt alijs: imo habet locũ regula qui prior tempore quandõ vnus habet ſententiam pro ſe, & alij nõ: alias ſecus, & miror quo modo non fuerunt ab aliquo hæc verba Bar. põderata, nec ab his qui eũ immerito reprehenderũt. ¶Sed etiã ſi Bar.
9 hoc dixiſſet poſſet ſubſtineri: primo per tex. expreſſum qui indiſtincte loquitur in. d. l. ſi & iure (ibi fortius eſt hæres eius in eius perſona pignus cõſtitutũ eſt) qui tex. ſufficeret ad clarã deciſionẽ quæſtionis ſi Acurſius illum nõ deſtruxiſſet. vt Bar. & Ange. dicũt, & Bar. ſummat illã legẽ ſic in pignoribus captis ex cauſa iudicati, qui prior eſt in tẽpore potior eſt in iure: & ibi Bar. indiſtincte reprobat gl. imo quod in pignore quod capitur eſt cauſa iudicati miſsio vnius non proſit aliis, ſed habeat locũ dicta regula qui prior tempore.
10 ¶Præterea hoc etiã probat tex. ſing. in. d. l. 3. l. quæ incipit cũ rem publicã: vbi etiã tex. loquitur indiſtincte, licet Bal. aſsignet rationẽ ſpecialitatis, quod miſſus habebat ſententiã alij nõ. Hoc etiã tenet idẽ Bar. in. d. l. a diuo Pio. in. §. ſi ſuper rebus allegat. d. l. cũ rem, & d. l. ſi & iure. Hæc fuit opinio Bar. in. d. l. cũ vnus. ad. ſi. & vtrobiq; ſequutus eſt hanc opinionẽ licet (vt dixi) non loquatur expreſſe eo caſu quo alius etiã haberet ſentẽtiã. Præterea vbi aliq; vocãtur & veniũt per officiũ iudicis vno immiſſo ceteri nõ videtur immiſsi q ſimiliter p officiũ iudicis veniet. Caſus eſt in. l. ſi finita. §. ſi plures de dã. inf. & in. l. his cui in. §. ſi plures. ff. vt in po. lega. eſt theorica Bar. vbiq; & in d. l. cũ vnus, ſed cũ habẽtes ſãm ad eius executionem vocẽtur officio iudicis, ergo. Itẽ qñ plures ꝑcedunt officiũ iudicis ante q perueniant ad iudicẽ non debent habere aliquid iuris probat tex. in. l. cũ poſtulaſſem. ff. de dam. infe. ideo miſſo vno ex ſentẽtia, & pro eius executione nõ videtur alius miſſus qui habet ſentẽtiã, ex quo officiũ iudices adeam exequendã nõ fuit ab ea imploratũ nec petitũ, & iſta fuit quædã ratio Bar. in. d. l. cũ vnus in verſ. Itẽm.
11 op. qđ vno immiſſo. ¶Præterea certũ eſt, qđ in miſione quę ſit p execu. ſentẽtię vel in adiudicatione pignoris acquiritur vera poſſeſſio: *& eodẽ modo poſsidet creditor: ſicut
*c creditor cõuentionalis. Iſte eſt caſus not. in. l. poſtquã in. §. imperator. ff. vt leg. nomine. cau. & tenuit Bar. in. d. §. ſuper rebus reprobata gl. illius. §. ſed ſi acquiritur vera poſſeſsio impoſsibile eſt. quod ita acquiratur alijs creditoribus cũ poſſeſsio per liberã perſonã alteri nõ acquiritur citra omnẽ intentũ ſuum; & iſta fuit ratio Ang. in locis ſuperius allegatis; quæ ratio ita concludit quãdo omnes creditores habent ſentẽtias pro ſe vel inſtrumẽta exequibilia. ¶Præterea hoc in terminis tenet Ang. in. d. l. 3. C. qui potio. in pig. habe. vbi loquitur expreſſe quãdo ſunt plures creditores prætendẽtes ſententias vel inſtrumẽta habentia paratã execu. Nec obſtat ſi opponatur de. d. l. cũ vnus, & de lege. ſi. C. eo. vbi miſſus ex primo decreto pdeſt alijs qui etiã videntur miſsi: & ſic alijs acquiritur per miſsionẽ alterius: quia ille eſt caſus mirũ conuerſus ad caſum: vbi ſit miſsio ex cauſa iudicati: nam miſſus ex pri. decreto nõ poſsidet: imo eſt quædam aſinina detẽtatio. Itẽ ibi officiũ iudicis nõ tendit ad aliquid acquirẽdũ miſſo, nec aliquid iuris propter hoc ſibi acquiritur, ſed ſolũ dicta miſsio ſit ad ſeruandũ ordinẽ a iure ſtatutũ, & per illum poſſet peruenire ad ius ſuũ poſtea cõſequendũ ex ſecũdo decreto. Hoc dicit clare text. in. d. l. cũ vnus. ibi (nec videtur, nec ſibi quicquã acquirit. &c.) & ſic intẽtus prætoris nõ eſt ad aliquid ſibi acquirendũ ſed quãdo imploratur officiũ iudicis pro executione ſentẽtiæ prætor agit: vt imploratur: & non alijs quæritur. ¶Et ſic ẽt dicit Bar. in. d. l. cũ vnus in. d. l. ſi & iure: & ex hoc manifeſte cõuincitur error Sal. in. d. l. ſi. nõ intelligẽtis Bar. dicit enim ibi Sal. in ſi. 2. col. ꝙ illa cõcluſio Bar. tenẽtis ꝙ vbi aliq; precedũt officiũ iudicis miſsio vnius non pdeſt alteri eſt erronea: nã qui pretendit ius obligationis implorat iudicis officiũ pro miſsione ex primo decreto: qđ etiã eſt nobile nõ mercenariũ vt ipſe Bar. teſtatur in d. auctẽ. ei qui iurat, & in. l. ſi finita in. §. Julianus. ff. de dam. infe. & tamẽ illa miſsione omnes videntur miſsi, & ſic ipſe Sal. cogitauit reprehẽdere Bar. ex ſuomet fundamento Bart. enim non loquitur de qlibet officio: iudicis ſed ſolũ de illo officio iudicis q imploratur ad aliqd adquirendũ & per qđ aliquid adquiritur: & de quo eſt intẽtus iudicis adquirere: vt in miſsione ex cauſa iudicati vel in inſtrumẽto exequibile: & de iſto tali loqtur Bar. expreſſe, ſed officiũ iudicis imploratũ ad miſsionem ex primo decreto non eſt huiuſmodi cũ ex illo non intẽdit ptor aliquid adquirere miſſo, nec aliquid iuris acquiritur, vt dicit tex. in. d. l. cũ vnus ſolum agitur ad iuris ordinem ſeruandum: vt ſuper dictum

dictum eſt: & ſic clare dicit Bart. in dicta.l.
cum vnus.& in dicta.l.ſi in iure: & ita hoc ar
gu.nihil eſt licet Salic. inaduertenter repro-
bet Bart.ex dicto argu.illum non intelligens,
& ſic poteſt defenſare dictam opi.proqua fa.
cit tex.in.l.ſi decreto.C.qui potio. in pigno.
14 habe. ¶Ex prædictis ergo conclude, quod
*Concluſio autoris.*
miſſus in poſſeſsionem ex ſententia vel in-
ſtrumento exequibili pro eius executione
miſsio illa alijs non prodeſt: & qui prior, miſ-
ſus eſt alijs præfertur etiam ſi habeant alij cõ
ſimilia inſtrumenta vel ſententias ſecundum
vnam opi. Angel. & Bart. & ſecundum aliã
opi.erit limitatio. ſ. niſi alij habeant ſenten-
tias vel inſtrumenta executiua: & ſic erit di-
ferentia in creditoribus ex cauſa lucratiua &
onerosa Bar. & Ange.fuerunt in opinione, q
non Salice.& Bal.contra: & quia non multũ
confert ad propoſitum omitto remittens ad
Bar. & modernos in.d.§.ſi plures.l.ſi finita.&
§.plures.l.is cui,& in.d.l.cum vnus: & Salic.
& alios in dicta.l.ſi ma.de bo.au.iu.po.& in.l.
15 2.C.qui potio.in pig.habe. ¶Raro hæc deue-
nient in practicam hodie propter duo: pri-
mo, quia in omnibus inſtrumẽtis fere eſt hy-
pothecaria pro obſeruatione contentorum
in inſtrumento, & in hypothecaria conuen-
tionali habet locum regula qui prior tempo
re: de qua in.l.1.& per totum.C.qui potio.in
pigno.habe. & ita nõ eſt neceſſarium inſiſte-
re in prædicta difficultate. Secundo, quia
hodie non multum practicatur, quod pigno
ra in cauſa iudicati aſsignentur, nec pro exe-
cutione ſententiæ vel inſtrumenti mittatur
quis in poſſeſsionem; quia pro executione
ſententiæ quatuor remedia ſunt prodita, de
quibus Bar. notanter in.l.a diuo Pio in.§.ſi
pigno.ff.de re iudi.vnũ eſt q poſsideat credi
tor loco pignoris res a iudice captas pro exe
cutione ſententiæ.& de his loquitur titul.C.ſi
in cauſam iudica.& ſecundum hoc reme.iũ
adaptantur prædicta: aliud eſt, q vendantur
dicta bona, & de precio ſatiſfiat creditori:
& hoc præcipue eſt in vſu; ſed poterit eſſe, q
creditori non conuenit, vt fiat venditio pro-
pter aliquam cauſam, & vult quod pro exe-
cutione loco pignoris res debitoris ſibi aſsi-
gnetur, quo caſu practicabuntur ſupra di-
cta: & iam ego practicaui in quodam nego-
tio arduo in ciuitate Toleti curia ibi exiſten-
te, & habui honorem, & commodum ex ne-
gotio.

*SVMMARIVM.*

1 *Si ex inſtrumento guarentigiato debeatur vi
num oleum, & ſimilia an propter moram
poßit æſtimatio creſcere per totum.§.*

Q uæritur vlterius
1
*Octaua quæſtio.*
aliquis petit contra alium executionẽ inſtru-
menti in quo continetur debitũ vini, olei vel
frumenti, vtrum in his inſtrumentis executo
rijs extimatio vini vel frumẽti debiti, ſi creſ
cit propter mora cõmiſſam poſt inſtrumẽtũ
confectũ: & videbatur q nõ, nã quoddã eſt
tẽpus a quo: & iſtud eſt ſemper tẽpus moræ
aliud eſt tempus ad qd, & iſtud eſt vſq ad tẽ
pus ſentẽtiæ. Eſt caſus in.l.in hac.ff.de triti.et
in.l.3.§.in hac.ff. cõmo: & ſic inſpicitur quã-
ti plurimi fuit a tẽpore moræ vſq ad ſenten-
tiam non poſt ſecundũ quoſdã: vnde Bar. in
l.vinum.3.col.ff.ſi cer. peta. dicebat hoc eſſe
multũ vtile ſcire cũ ſecundũ ſtatuta Italiæ in-
ſtrumenta guarãtigiata, & alia inſtrumenta
habeant vim ſententiæ diffinitiuæ & ita man
dãtur executioni ſicut ſententia diffinitiua:
ergo ſecundũ hãc opinio.videtur. q extima
tio vini vel frumẽti debiti ex quo tale inſtru
mẽtũ apparet nõ poſſet creſcere propter mo
ram poſt inſtrumẽtũ confectũ ex tali cõtra-
ctu: cũ videatur condẽnatus a die celebratiõ
tractus & ſic ſe expedit Bar. aliquid certi non
affirmãs. ¶Sed cõtrariũ eſt * verũ: immo qd * a
2 creſcit vſq ad execut.nã in caſu quo abetur
ratio intereſſe, ſeu extimationis iudicis offi-
cio tunc poteſt creſcere quouſq iudicis offi-
ciũ durat, quod eſt non ſolum vſq ad ſenten
tiã ſed etiã vſq ad executi.hoc probat tex.no-
tabi.in l.in fideicommiſsi in princi. ff. de vſu
ris.ibi(cũ poſt iudicis ſententiã morã feciſſet
hæres) idẽ probatur in l.ratio in.§.ſi per ven
ditore.ff.de actio.emp. & hãc opinio, ſeqtur
Bar.in.l.3.in.§.in hac.ff. commoda in.5. col.
in verſic.quæro vidi quæ extimatio. ex quo
refert duas concluſiones: prima dicit ſtatutũ
q emendetur damnum a ruſticis; & q de ex
timatione damni credatur damnũ paſſo vſq
ad certam quantitatem, nam cum hoc inte-
reſſe veniat iure actionis iudex debet deferre
iuramentum, quantum damnum ipſe eſt paſ-
ſus tempore damni dati, nec valeret iuramẽ-
tum ſi diceret iuro me tantum damnum paſ
ſum eſſe ex tali facto; niſi refert ſe ad tem-
pus damni dati: poteſt enim eſſe quod ho-
die intereſt eius in plus, quam tempore dam

**Adde qd hãc opinio. ſequitur Iaſ.in l.vinũ in 12. co.n. 22.ff. ſi certũ peta tur: & vi. Lu donicũ Bolo. in additio.ad cõſiliũ.5.Ioã. de Anani.*





ni dati, ſed hoc non debet inſpici vt di. l. vbi
§.1. de edendo.&.l.qui id quod.§.fin.cum l.
ſequen.ff.de conſti. pecu. ¶ Secunda conclu-
ſio eſt ad practicam communem ſecundum
eum: nam ſecundum ſtatuta & cõſuetudines
Tuſciæ inſtrumenta confeſsionata mandan-
tur executioni, quod ſi petitur executio in-
ſtrumenti continentis debitum frumenti vi-
ni vel olei: nam ſecundum communem opi-
nio.non habetur ratio extimationis a tem-
pore moræ: quia officium iudicis exequentis
ſe ad hoc non extendit, ſed ſuper inſtrumen-
to ſolum petitur executio, & tempore facti
inſtrumenti videtur lata ſententia, ergo. &c.
contrarium decidit: imo quod etiam poſt di-
ctum contractum vſq ad executionem creſ-
cat extimatio, ſicut creſcit poſt ſententiam
**Practica quæ ſeruatur in regno.*
vſq ad executionem: & ſic dicit ſeruari: * &
ita etiam ſeruatur in hoc regno, & adhuc in
caſu noſtro eſt minus dubium attenta huius
legis diſpoſitione.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor ad inſtantiam creditoris an teneatur
facere inſtrumentum quod habeat paratã
executi.*

1 Item quæritur ali-
quis eſt obligatus alicui ſine inſtrumento cre
ditor ad habendum probationem ſuper de-
bito vult compellere debitorem vt faciat ſi-
bi inſtrumentum debiti in publicam formã
vt ſuo loco & tempore habeat * ſuas proba-
a * tiones in aperto & in promptu; nam ad hoc au
ditur creditor ſicut auditur debitor qui ſol-
uit ſi petit vt fiat ſibi inſtrumentum quieta-
tionis.l.diſſolutæ. C. de condit.ſine cauſa cũ
alijs. ſed nunquid debitor tenetur ſe obliga-
re, & facere inſtrumentum, quod habeat pa-
ratam executionem? certe non: * quia grauta
retur debitor ad id quod obligatus non erat
ita dicit Ange.in l. ſi Stichum. §. ſi pupillus.
ff.de noua.ego allego caſum ſingu.ad hoc in
l.2.in.§.pri.ff.ſolu.matri.ibi (dumtamen hoc
ei nil noceat.) vbi caſus, quod non compelli-
tur creditor id facere per quod ius ſuum ſit
deterius, quam exprime ua obligatione ad
quam ſe obligauit.quem text.ad hoc allega
uit Ang.in l.in omnibus ad.ſi.de iud.idem ſe
quitur Alex. de Imo.in l.ſi finita in.§.elegan
ter.ff.de dam.infe.

**Adde ſingulariter per Fel.in c. ſignificauit de teſtibus.fin.co. vbi plura de materia: & vid etiã concluſiões quas tradit ibidẽ Fel.in c.2.vt lite nõ cõte.*

*SVMMARIVM.*

1 *Executio qualiter ſit petenda, & qualiter
replicandum contra exceptiones debitoris.*
2 *An ſi pars petat aduerſarium condemnari
propterea perdat priuilegium executiuũ
& num.3.& 4.*

Finaliter aduertas
1
*Decima quæſtio.*
aduocate in forma practicandi, quando pars
tua habet inſtrumentum habens paratam
executionem, quod petas a iudice: vt dictum
inſtrumentum mandet executioni ſeruando
viam executiuam: ego vltra hoc addebam,
vt in totum obſeruaret tenorem, & formã le
gis Toleti, quæ diſponit ſuper inſtrumento
rum executionibus offerendo partem meã
eſſe paratam ſtatim dare fideiuſſores; prout
hæc lex diſponit, & dum pars aduerſa oppo
nit ſe contra executionẽ eam dilatando per
exceptionis oppoſitionem ſemper inſiſtas
replicando quod non admittantur, nec exe-
cutionem impediant, ſed eis non obſtanti-
bus exequatur iuxta huius.l.tenorem. ¶Nã
ſi peteres aduerſarium ſimpliciter condem-
nari perderes priuilegium executiuum per
hanc legem conceſſum in inſtrumentis alle-
go ad hoc Ang.Are.in.§.omnium. Inſtit. de
actio.13.col.verſ.ſed pro opinione * Bar.vbi
dicit * quod ex concluſione libelli comprehẽ
ditur an executiue vel ordinarie petierit pa- * a
rs procedi: & ſic in inſtrumento guarentigia
to, quod habet paratam executionem ex for
ma ſtatuti ſi pars petijt condemnari non pro
cederetur executiue, prout eſt natura dicti in
ſtrumenti, ſed ordinarie refert Bal. ſic ſingu
lariter dixiſſe in l.2. C. de executio. rei iud.
voluit allegare Bal.in.l.1. eiuſdem tit. ¶Ego
addo prædicto Angel. ſingula.glo.& ad hoc
expreſſam in.l.proinde la.2.in glo. fin. ff. ad
l.aquiliam text.ibi dicit, quod in actione le-
gis Aquiliæ quæ datur contra confitentem
iudex non rei iudicandæ datur, ſed extiman
pæ.i.in confeſſum partes iudicis debent eſſe
extimando damnum dicit ibi glo.& in hoc
facit id eſſe intelligendũ cum reus cõfitetur
ſe dediſſe damnum ſine libello & ſimpliciter
ad inſtantiã actoris iudice interrogãte, ſi au
tem ſolẽniter inchoatur, & ſolenniter eſt per
ſententiam finiendã illam gl.facit Bal. ſingu

**Adde qd iſto eſſe ſumma aduertẽdũ ad cõcluſio libelli de qua concluſi. libellorũ vide Innocen. & doctho.in c.ſu.3. per literas & reſcriptis plura per Iaſ.§. omniũ hic alle.n.128.cũ ſeq.Alex.de Imo.in conſi. 121.vol.1. Phi.De.in cõſi.62.col.2.*

larem.l.diffamari in.2.col.C.de inge.& manu. Ex qua infert, quod ſi eſt caſus aliquis in quo poteſt dupliciter procedi.ſ.de plano & extra ordinarie ſi actor diceret in libello ago non in modum libelli,*ſed ſimplicis petitio
*b nis poteſt procedi de plano ſecus ſi ordinariæ petijſſet quod eſt nota. bene facit.l.certum in.§.ſi.ff.de confeſſ. iunctis his quæ dixi ſupra in ſecundo notabili tractando, quã do confeſsio habet executionem paratam. Et quia aliæ occupationes contra me clamãt, facio finem huius cõmenti, in quo alia plura ſuper addi poſſent ſi otiũ ſuper eſſet: ideo ante dicta vt frequentiora placuit reponere Habuit hæc ſcriptura paupercula finem die Veneris quinta die Maij in decima hora noctis anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo ad honorem omnipotentis eiuſq; glorioſæ matris & beatiſsime Crucis cuius feſtiuitas die ſequenti celebratur.

¶(Additio mea.) In quadam.l.huius regni cauetur quod debitor quando petit executionem inſtrumenti debet iurare quæ quantitas ſibi debetur credo quod iſta.l.habuit fundamentum a quodam eleganti dicto Bal. in l.age cum geminiano.C.de tranſa.vbi dicit iſta verba, quod quando generali petitioni opponitur exceptio generalis, iudex ex officio poteſt compellere partes ad declarandum: & ideo poteſt compellere reum, vt declaret an opponat exceptionem ſuper toto quod petitur an ſuper parte, exceptio enim generalis ratione ſuæ ambiguitatis & indefinitatis eſt declaranda, & ad id cogitur excipiens tex.eſt hic nota. & ſi hoc eſt in reo multo magis eſt in actore: vnde ſi quis petit executionem inſtrumenti tenetur declarare an petat in totum vel pro parte. Si tamen non declaret non propterea eſt proceſſus nullus: l.fin.de anna.exceptio. Hæc ille.

Finis.



# Sequitur ſingularis declaratio eiuſdem famoſiſsimi aduocati Roderici Suares in.l.2.titulo de los emplazamientos foro legum.lib.ſecundo cuius tenor talis eſt.

SI algun home ouiere, demanda contra otro que ſea arraygado demandele anſi como es fuero, y ſi no fuere arraygado de fiador al demandador que le cumpla fuero, y ſi fiador no diere, vaya luego con el ante el alcalde a fazerle derecho: y ſi fazer no lo quiſiere recaudelo por ſi, ſi quiſiere, o ſi pudiere: y ſi no digalo al merino o al juez, o a qualquier de los que tuuieren ſus lugares: y aquel a quien lo dixeren recaude ſe lo de guiſa que le faga derecho: y ſi fazer no lo quiſiere, y el demandado ſe fuere peche la demanda que auia contra el demandado, por q̄ no ſe lo quiſo recaudar.

*SVMMARIVM.*

1 *Summarium legis.*
2 *Reus conuentus quam ſatiſdationem debeat præſtare.*
3 *Poſsidens immobilia an teneatur ſatiſdare, & quid ſi illa non poſſideat nu.4. & qualis debeat eſſe cautio numero.5.*
6 *Iuramento illius qui propter eius mores corruptos non poteſt ſatiſdare an debeat credi.*
7 *De iure regio an ſit carcerandus qui non põt ſatiſdare nec poſſidet immobilia.*
8 *Nuntius vel officialis quando poſsit aliquem capere perſonaliter.*
9 *An ſatiſfaciat dando pignora qui non poteſt præſtare fideiuſſorem: & num.10.*
11 *Sequeſtrum an debeat relaxari ſub cautione iuratoria propter impotentiam cauendi.*
12 *Ratio differentiæ de iure communi, & de iure regni inter poſsidentem, & non poſsidentem immobilia: & num.13.*
14 *Poſsidens multa mobilia quæ facile non poſſunt occultari an teneatur ſatiſdare, & ibi generaliter quid ſi non eſt præſumptio fugæ.*
15 *Semel contumax in præſentando ſatiſdationem an poſsit iterum ab aduerſario illam petere.*
16 *Quæ & quanta immobilia bona debeat quis poſsidere vt excuſetur a ſatiſdatione vſque ad num.20.*
20 *Poſſeſsio rei letigioſæ an releuet ab onere ſatiſdandi, & quid ſi eſt appellatio deſerta: num.21.& 22.*
23 *Poſsidens cum mala fide immobilia an euitet ſatiſdationem.*
24 *Fundum dotalem, quis coniugum dicatur poſsidere ad uitandum ſatiſdationem.*
25 *Poſsidens bona vinculata, ſeu maioræ vel ſubiecta reſtitutioni an euitet ſatiſdationem.*
26 *Quid in creditore pignus poſsidente.*

27 Quid

27 *Quid in vſufructuario.*
28 *Quid in poßidente annuos redditus, & quando illi computentur inter immobilia.*
29 *Fide iubens pro fiſco an videatur renunciare beneficio excußionis.*
30 *Poßeßiones immobiles patris an releuent filium ab onere ſatiſdandi.*
31 *Si aliquis conuenitur ſuper aliqua re immobili quam ſolam poßidet an releuetur ſatiſdatione.*

1 # Hęc lex ſituata eſt

in hoc foro in lib. 2. in titu. 3. (de los emplazamientos) eſt.l.2. incipit (ſi algun home) eſt
valde ſingularis continens nouā diſpoſitionem atq; diuerſam a regulis iuris ciuilis a ſsi
due practicatur in iudiciis, vt quotidie videbis dum in gurgitibus cauſarum verſaberis
& breuiter ſecundum intellectum communem hoc dicit. ¶Conuentus qui non poſſi-
det immobilia ſi non ſatis dat, capi & incarcerari debet donec præſtet dictam ſatiſdatio
nem h.d.licet non multum clare.¶ Antequā
aggrediar legis intellectum præmittendum
eſt quod in hoc de iure ciuili ſit ſtatutum. nā
hoc ſemper fiendū ante omnia diſtinaui, vt
2 facilius materiæ legis, & eius intellectum capere poſsis. ¶Præmittendum eſt, quod regu-
lariter ius commune volens litium fini pro-
uidere diſpoſuit quod reus poſtquam ſibi libellus oblatus eſt, præſtaret ſatiſdationem,
quod in iudicio vſq; ad terminum litis ſiſteret & permaneret in auctenti. offeratur. C.
de litis conteſt.§.ſed hodie.Inſti.de ſatiſ.& in
§.ſuſcepto in aucten.de exhiben.reis colla.5.
ibi (ſola perſonali fideiuſsione ab eo data)
prouiſum fuit hoc ne reus fugeret ante litis
conteſtationem:& ſic non poſſet ferri diffinitiua:ſed deberet perueniri ad miſsionem, vt
colligitur clare ex. §. ſi vero etiam quidam
fuerint in. d. auctē. ibi (ne cauſa maneat actori vndiq; deſolata &c.) Et hæc fuit omnium
ſcribentium intentio vt infra dicam vnde ſi
ibi concurrebant aliqua ex quibus ceſſaret
3 ſuſpectio fugę ceſſabat ſatiſdatio. Hinc eſt igitur quod conuentus de iure communi poſ
*a ſidens immobilia non tenetur ſatiſdare. *iſte
eſt caſus in.l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cog.ibi
(ſciendum eſt poſſeſſorem immobilium rerum ſatiſdare non cōpelli)& in.§. ſed hodie.

Inſti.de ſatiſda..nec obſtat tex. in auctē. offeratur de litis cont. vbi indiſtincte videtur requirere ſatiſdationē,nā illa auctē.licet ſit lex
noua,tñ diſtinguitur ſecundū.d.l.ſciēdū.ſ.niſi poſsideat immobilia.ita dicit gl. notata in
d.l.ſciendum in gl.1.* quam Bart. vocat ibi
notabi.pro reformatione ſtatutorum vt inuicem determinentur ſimi.glo.in.d.§.ſed ho
die ibi pro rei qualitate facit.l.poſteriores.ff.
de legi.& eſt hoc multū nota. ad quam plures leges huius libri quæ indiſtincte loquuntur: vt licet nouę determinentur & diſtinguantur per.ll.iuris cōmunis l. ſed & poſteriores
l.non eſt nouum.ff.de legi.de quo latius ſcri
pſi in procœmio huius fori in ſecūdo præſup
poſito. ¶Si non poſsidet immobilia tenetur
ſatiſdare de iudicio ſiſti vt expreſſum in dictis. ll. ſi non poteſt dare fide iuſſorem de iudicio ſiſti committitur ſuæ iuratoriæ cautioni,ita dicit glo.approbata a Bart.& Bal.in.l.
1.ff.qui ſatiſda.cogan.&eſt caſus in.§.ſed ho
diæ inſti.de ſatiſda. & in aucten. generaliter.
C.de epiſco.& cle. ¶Item ſatiſdatio iſta quā
præſtabat non poſsidens immobilia eſt de
iudicio ſiſti non de iudicato ſolui.ita dicit.g.
in dict.l.ſciendum in prin. quam ibi approbat Bart.& Bald.de hoc toto eſt text.melior
quam ſit in iure in.d.§.ſed hodie ibi (nullam
ſatiſdationem pro litis eſtimatione dare cōpellitur:ſed pro ſua tātum perſona quod in
iudicio permaneat vſque ad terminū litis);&
ibi (cum iure iuran.) iuncta glo. ſuper parte
permaneat.cum his omnibus cōcordat quædā.l.in.2.parti.tit.2.l.41.vbi tex. dicit quod
ſi in terra non poſsidet immobilia tenetur ſatiſdare conuentus de iudicio ſiſti ſi non poteſt committitur ſuæ iuratoriæ cautioni. 6
¶Vnum nota quod licet propter paupertatem & impotentiam præſtandi fide iuſſores
de iudicio ſiſti ſufficiat de iure cōmuni iuratoria cautio vt ante dictum eſt: tamen ſecus ſi
propter ſuam doloſitatem & corruptos mores non inueniat fideiuſſorem : quia corrupto moribus non eſt credendum ſuo iuramento.ita notan.dicit Bal.in auctenti.cui relictum in tertia. columna. C. de indi. vidui
tollen. hoc ſufficit pro aliquali principio iuris communis.¶Sed per hāc legem aliter diſponitur : imo quod ſi reus non poſidens immobilia non præſtat dictos fideiuſſores,non
remittitur ſuæ iuratoriæ cautioni:ſed ponitur in carcerē:&hoc ſufficiat pro ſummario.
¶Nota primo, conuentus qui nō poſsidet 7
immobilia ſi non præſtat ſatiſdationē debet
poni

*Adde q illā glo. dicit ordinariā & approbatam Ia.in.l.omnes populi in repeti. ff. de iuſtitia & iu. nu.61.d' qua vid.Bar.So. 4.in eadem l.ſciēdū in fine vbi ſingulariter Iaſ. ampliat & limitat in.3. col. num.4. quietiā. 5. in princ. ponit conſideratione quā ipſe appellat noua in hac materia.*



poni in carcerem eſt verum quod iſte tex.nō
diſponit hoc multum clare.nam dicit (recaudegelo de guiſa que le faga derecho.) proba
*b batur etiā in.l. * 6. incipit (todo home) infra
(titulo de los teſtimonios) ibi (& fiador o peños no diere,faga derecho aſsi como lo mā-
*c da la ley.) clarius diſponitur text.in. l. * 1. infra (titulo de las ferias) & ſic habes hic caſum
ſingularem quod reus conuentus qui non eſt
(arraygado).i. qui non poſsidet immobilia
ſi non ſatiſdat cum fideiuſſoribus debet capi.in perſonam & duci ad carcerem: etiam ſi
propter impotentiam non præſtet fideiuſſores ſecundum Vincentium hic qđ eſt contra
ius commune & text. hoc diſponit clarius
aliquo alio modo in d.l.1. (titulo đ las ferias)
ibi (& ſi dixere que no puede auer fiador jurelo & meta ſu cuerpo en poder del merino)
& ibi (& toda via ſea tenudo el deudor haſta
que cumpla ſobre la demanda) vbi aperte loquitur text.quando propter importantiam
non potuit fideiuſſorem inuenire. ¶Et hoc
practicatur hodie ſine ſcrupulo vt infinitis
vicibus vidi.¶Plus probatur hic quod auctor poteſt propria auctoritate ſi vult ducere reum ad iudicem ad hoc vt illum compellat vt faciat ſibi ius. ſ.dando fideiūſſorē vel
ponēdum eum in carcere de quo latius infra
8 inſiſtam. ¶Sed vnum tene menti quod nunquam nuntius ſeu officialis poteſt aliquem
perſonaliter capere * & ducere ad iudicem,
niſi ſuper hoc oſtendat licentiam & commiſſionem iudicis in ſcriptis:ita inquit Bald. in
aucten.ceſſante.7.columna. C. quomodo &
quan.iudex per l. neminem. C. de exhiben.
reis idem tenet in capi.cum parati in.2.colū.
de appella.per.l.miſsi opinatores.C.de actio
ni.tibu.&.l.prohibitum &.l. defenſionis facultas.C.de iure fiſci. ſunt leges expreſſe hoc
diſponentes in ordi*.regis Alfonſi de Alcala vbi algazelo contrarium facienti imponi
9 tur pena.¶Attende tamē quod ſi non poteſt
dare fideiuſſorem ſatiſfacit dando pignora.
hoc ſentit gloſſ.quam ibi ſequitur Baldus.
in. dicta aucteni. offeratur in. quarta. columna.quod intelligit ibi Bald. ſi non inuenit fideiuſſorem : quia ſi inuenit illum tenetur dare,nec ſufficit dare fideiuſſorem cum
inuito creditore non poteſt forma mutari
etiam in melius.ff. de ſolutio.l.Paulus. ergo
cum ſit data forma vt fideiuſſores de iudicio
ſiſti dentur ab eo qui non poſsidet immobilia vt dict. aucte t.offeratur ergo hanc opinio,ſ.q ſatiſfaciat dando pignora * qui ex edicto pretoris a lege tenetur ſatiſdare tenet gl.
& ibi probat tex.ſecundū vnam lecturam in
l.prætorię.de preto.ſtip.g.3.l.1. qui ſa.cogā.
& in.§.ſuſcepto in auct.de exhibē.reis.& hoc
ſequitur Bar.in.d.§.prætoriæ.probatur notāter in.l.1.§.an pignoribus.ff.đ colla.bono&
in.l.fi.in.§.ſi legatarij. ff. quorū lega.& in. l.
habere in.§.1.ff.de ver.ſig.& in.l.plus cautionis.ff.de reg.iu.eſt verū q Sal.in. l.1 C.de procura.& in auct.offeratur.C.de litis con.tenet
q hoc eſt verū quando lex vtitur verbo ſatiſdare ſolū ſimpliciter * ſecus ſi requirat ſatiſdationem cū fideiuſſore:nā tunc non ſatiſfacit dando pignora cum aliud pro alio inuito
creditori ſolui non poſſet. quā opinio.etiam
ſequitur Alex.in.d.l.1.ff.quia ſatiſda.cogā.in
2.col.&.in.l.1.C.de procu. & ſic dicit debere intelligi tex.&.g.in.d.auct.offeratur &gl.
in.l.in eo.in.§.nemo.ff.de reg.iu.idē Alex.in
apoſtillis in d.l.prætoriæ vnde ſecundū hāc
opinio. videtur expreſſe quo ad hanc.l.non
ſatisfacere dando pignora cū tex. iſte expreſſe requirat q det fideiuſſorē ibi (de fiador al
demandador) & ibi (& ſi fiador no diere.)
¶Nihilominus quo ad diſpoſitionem huius 10
dico eſſe approbatam opinio.Bar.&aliarum
gl.immo ſatiſfacit dādo pignora ſi voluerit
& propter hoc euitauit carcerationem. iſte
eſt caſus ad literam.l. 6. incipit (todo home)
infra (titu.de los teſtimonios) vbi text.dicit
(& ſi aquel aquien demandaren no fuere arraygado de fiador de la demanda o peños q
lo vala,& ſi fiador o peños no diere faga derecho aſsi como lo manda la ley) vnde mihi
videtur iam non eſſe quæſt. de hoc imo ſiue
conuentus velit ſiue non poſsit dare fideiuſſurem ſatiſfacit dando pignora. quod nota.
Aduerte etiam quod etiam de iure commu- 11
ni non eſt ſemper verum quod ſi ille qui tenetur ſatiſdare non poſſet remittatur ſuæ iuratoriæ cautioni, nam ſi res alicuius eſt ſequeſtrata licet tale ſequeſtrum datis fideiuſſoribus debeat relaxari,tamen ſi non poteſt
non remitettur ſuæ iuratoriæ cautioni eſt caſus & ibi Bald.in ſecundo& tertio.nota.in.l.
fin.C.de ordi.cogni. de quo latis infra dicā.
¶Sed quæro quæ ſit ratio quare fuit de iure 12
communi inuenta & requiſita hæc ſatiſdatio a reo conuentu qui non poſsidet immobilia,& quod poſſeſſor immobilium non cogatur ſatiſdare gloſſ. non mouet clare in dicta.l.ſciendum in prima gloſſa magna ad finem;ſed ſentit eſſe rationem.ſ. quia per poſſeſsionem immobilium eſt ſatiscautum actori

*Adde plura circa hos nūcios et eorū poteſtatē & ſide eis adhibēdā per ſcrib. maxime per Iaſ.§.quadrupli in 1.et 2. col.inſtit.d' actio. & per eūdē Iaſ.l.properādū.§.& ſiqdē in c.non tab.C.d' iud. & per Phi. Deciū poſt alios in c.cū parati de appella.*

*Adde q hæc opinio eſt cōmuniter approbata ſecūdū Bar. ſoci.i l.1.col.2. et ei ſecūdū Iaſ. col.3.ff. qui ſatiſdare cogātur.& vi. Frā.Ripam in rub.ff.de pig. col.3.*

* e

ri idem Guill. nam dicit gloſſ. quod poſſeſ-
ſio immobilium debet eſſe commenſurata
quantitatis ſuper qua eſt lis. ſentit ergo eſſe
rationem quia per eam eſt cautum petitori
* f pro executione ſententiæ*: ſed hæc ratio eſt
aperte contra caſum.§.ſi fundus dict.l. ſcien-
dum vbi vxor non poſsidet fundum dotalẽ,
&tamen habetur pro poſsidente, vt euitet ſa
tiſdationem: & conſtat quod agenti non erit
in executione ſententiæ conſultum cum poſ
ſeſsio& dominum ſit apud virum.l.in rebus
&.l.vbi ad huc.C.de iure do.l.doce.C.de rei
vend.qua propter hanc rationem reprobat
Bar.in dict.l.ſciendum in.2.col.in princip.in
verſ.quæro extra glo.dicẽs quod illa eſt *ra
tio quia reus conuentus non poſsidens im-
mobilia præſumitur fugere per.l.1.& ſecun-
dã.& quæ ibi notantur.ff.vt in ius voca.eant
aut ſatiſdent.idẽ Cynus in.l.1.in.2. oppoſi.
C.vti poſsi.hanc rationem admittunt Bald.
& Angel.in dict.l.ſciendum in princip.ergo
per poſſeſsionem immobilium ceſſat præ-
ſumptio fugæ vt in dict.l.1.&,2.ergo vt ceſ
ſaret iſta præſumptio fugæ per conſequens
ceſſat onus ſatiſdationis ſecundũ prædictos
docto.& hoc probatur in.l. ſciendum in.§.ſi
fundus: vbi mulier dicitur fundum dotalem
poſsidere tamẽ per hoc nõ eſt conſultũ acto-
ri: idem dicitur ſi poſſeſſor rei eſt victus per
ſententiam: vt in.§.ſi fundũ eiuſdem.l.ſcien-
dum: quia vt dixit Cy.poſt pe.in. d.l.1.in.3.
col.in.2.op.C.vti poſsi.præſumptio eſt ꝓ ra
tione affectionis quã quis habet ad res ſuas
ſtabit in iudicio: & non recedet videmus etiã
admitti fideiuſſorem minus ideoneum cum
eſt de coniunctis eo quod ceſſat præſumptio
& ſuſpicio prædicta & tamen per talem fide
iuſſorem non eſt conſultum in executione
vt in.l.1.ff.de ius vo.vt eant.in glo.magna
de iure cõmuni hæc ratio habetur pro verita
13 te.¶Sed de iure huius regni credo veriſimã
opinio.glo.ſ.quod ideo requiritur poſſeſsio
immobilium & in eorum defectum ſatiſda-
tio vt ſit cautem petitori in executione ſen-
tentiæ.Mouent me ad hoc primo verba iſtius
l.ibi (& ſi no fuere arraygado de fiador al de
mandador que le culpa fuero &c.). l.1.in-
fra.(titulo de las ferias) ibi (en raiz que vala
cient marauedis) clarius in l.6.titu. de los te-
ſtimonios) in fine ibi (& ſi no fuere arraiga-
do de fiador dela demanda, o peños que lo
vala&c.) Quæ iura videntur requirere a nõ
poſsidente immobilia fideiuſsionẽ non de fi
deiuſsione de iudicio ſiſti, ſed (de la deman-

**Adde qđ hanc rationẽ planius explicat, et dicit eſſe cõmuniter approbatã per Bartol. Soci. in l.ſciẽdũ hic allega in pri. cõtra.glo. & ex hac cõmunitatione vi. quæ dicit Iaſ. in.§.ſi fundũ eiuſdẽ legis in prin.*

da) & ſic iudicatum ſolui: ſed poſſeſsio im-
mobiliũ loco ſatiſdationis ſuccedit vt dicit
glo.& docto.in dict.l.ſciendum in prin.quia
ſi ſuccedit in locum ſatiſdationis & ſatiſdatio
requirtur ſecundum dictas.ll. pro ſecurita-
te debiti & vt debitor ſit ſicurus in exigẽdo
debito & executione ſententiæ, ita codẽ mo
do poſſeſsio immobilium. Item quia ratio
iſtorum docto.concludit in caſu quo de iure
requirebatur & ſufficiebat ſatiſdatio de iudi
cio ſiſti.nam tunc ſufficit talis poſſeſsio pro-
pter quam præſumitur quod ſiſtet & non fu-
giet: ſed cũ hodie iſtæ leges requirere videã
tur ampliorem ſatiſdationem ergo &c. Item
quia de iure communi ſolum non poſsidere
immobilia non faciebat quem ſuſpectum ad
capturam, niſi quo ad ſatiſdationem de iudi-
cio ſiſti vt inquit Bald.in d.l.ſciendum quod
ſecus eſt ſecundum diſpoſitionem huius.l.&
ſic crederẽ quod ſatiſdatio& poſſeſsio immo
bilium requiſita hodie videtur requiſita ad-
hoc vt creditori poſsit eſſe cautum & ceſſet
pręſumptio fuge de quo latius infra dicam.
¶Vnde magno ſtudio ponderandum eſt ſi
quo ad diſpoſitionem huius legis obtinebũt
limitationes ſequentes quæ dantur ad dictã
l.ſciendum.¶Prima quod etiam ſi aliquis nõ 14
poſsideat immobilia tamẽ ſi poſsideat mul-
ta mobilia talia quę q̃ facili occultari vel mo
ueri nõ poſſunt vt puta magnas * ſegetes &
magnam apothecã habet in platea: ita quod * g
propter iſta ceſſet præſumptio fugę vel receſ
ſus non cogitur ſatiſdare & per conſequens
euitabit pœnam carcerationis, hæc Barto.in
dict.§.ſciendum in ſecunda colum.*in verſi.
ex hoc ſequitur poſt Guil.Pe. & alios anti-
quos facit.l.3.&.l.vinum.ff. de vino triti. &
oleo lega.hoc idem ſequitur Ang.in.d.l.ſciẽ
dum.§.1.in princip.dicens quod vbicunque
ceſſat ſuſcipio ceſſat ſatiſdationis onus: vnde
infert quod non ſatiſdabit exiſtens in carce-
re iuſte qui recedere non poteſt non merca-
tor poſsidens mobilia multa, & intricatus
nominibus debitorum cui de facili non eſt
receſſus poſsibilis propter multitudinem
mercantiarum vel grauitatem ipſarũ: idẽ ſe-
quitur Io.de Im.in.l.facre poſſe. ff. ſolu. ma.
vnde dicebat Bald.ibi ꝙ illi qui habent iura
debitorum nõ dicuntur ſuſpecti, nec inopes.
ſed Ioã.de Imo.notanter illud intellixit quã
do eſſent debitores magnarum quantitatum
& tales ꝙ facilis ſit exactio vt quia boni cam
pſores.ita quod non eſt veriſimile quod ipſe
fugeret demittendo talia debita: nam tunc
dicit

**Adde qđ hæc idẽ ſequũtur ibi moder ni vbi ſoc.co. 2.dicebat generaliter limitandũ hoc quãdo reus poſſideret tales res mobiles propter quas iudex veriſimiliter arbitraretur reũ nõ receſſurũ qđ totũ eſt cõmittendum arbitrio iudicantis.*



dicit ſatisfactũ eſſe dictæ legi ſciendum.non
alias per ſupradictam doctrinam Bart.idem
in effectu Alexand.in d.l. ſciendum & hæc li
mitatio videtur ſatis adaptabilis huic legi:
nam per talem poſſeſsionem videtur conſul
tum & cautũ petitori: & videtur ceſſare præ
ſumptio fuge. Vnde propter iſta bona nõ eſt
præſumendum quod fugiet non fugiendo
ſatisfaciet cum bonis, & in defectum cũ per-
ſona, vt carceratus ponatur in poteſtatẽ cre-
ditoris ad ſeruiendum illi ſecundum formã
l.2.infra.(titulo de los gouiernos.)
15 ¶Secundo limita.niſi ego egiſſem contra te,
& quia non poſsidebas immobilia petij ſatiſ
dationem ſecundum formam d. l. ſciendum
& huius l.ſed tu fuiſti contumax, nec præſti-
tiſti dictã ſatiſdationem quia ſi tu me conue-
nias iterum & petis a me ſatiſdationem non
teneor præſtare hoc decidit Iac.de Are. An-
ge.& Roma.in l.qui bona in §.ſi quis quia.ff.
de dãno. infe. per tex.ibi qui diſponit ꝙ non
põt quis petere ab alio illud qđ ille facere de
negauit idẽ ſequitur Alex.in d. l. ſciendum.
Bene facit tex.ſingul.in l.ſed & ſi per pretorẽ
§.ſed ſi dum decreto.ff.ex qui.cauſa maio.
16 ¶Quæritur & vtiliter quanta immobilia de
bet poſsidere, vt euitet hanc ſatiſdationẽ, &
per conſequens carcerationem glo.ſingu.in
d.l. ſciendum in princi. dicit quod debẽt eſſe
tanta quod æquiualeant & commenſurẽtur
quantitati rei petitæ. & in hoc reſidet ibi gl.
in fi.clarius tenet glo.in.§.ſed hodie inſti. de
ſatiſda.in glo. ſuper parte ad terminum in fi.
glo.ibidem voluit in.§.hinc nobis in authẽ.
de hære. & falci. dominus Vincentius Arias
epiſcopus Palentinus in apoſtillis ſuis tam
in l.1.(titulo de las ferias) & in l.(ſi algun ho
me) iſto titu.licet non allegauerit dictas glo.
ſequitur hanc opin.poſtillando dicta verba
(ſi no fuere arraigado) dicit ipſe (en la quanti
dad del deudo) allegat.l.6.infra (titulo de los
teſtimonias) licet poſtea in eadem l.ſuper par
te (por fiador) mouet quæſtionem, nec auſus
fuit illam determinare, niſi remittendo ſe ad
l.5.(titu.de las teſtimonias) Bart.in d.l.ſcien-
dum in.3.col.in princi.verſi.quantũ ad quę-
ſtionem principalem non bene ſe determi-
nat; ſed dicit quod poſſeſsio modicæ rei nõ
ſufficit ad euitãdum ſatiſdationem quia per
hoc non eſt actori cautum.Item per hoc non
ceſſat præſumptio fugæ poterat Bar.allega-
re gloſſ.ſingul in l.fideiuſſor in.§. fina.ff.qui
ſa.cog.vbi glo.dicit quod pauca immobilia
faciunt quem ſuſpectum Bal.in authent. cui

relictum in.4.col.C.de indi. vidui. tolle.lo-
quitur ſatis indeterminate & confuſe dicit
enim quod debet eſſe valde & notorie locu
ples quis vt habeatur perinde ac ſi cum fide
iuſſore ſatiſdaret per tex.ibi (qui dicit ſi ve-
ro non valde locuplex, &c.
¶Veritas eſt quod non eſt neceſſe, quod poſ- 17
ſideat tanta immobilia quod æquiualeant
quãtitati petitæ vt dicebant Acurſius & Vin
cẽ.nec ſufficeret poſsidere tam pauca quod
non ceſſet ſuſpicio fugæ: ſed ſufficiet bona
immobilia tanta poſsidere propter quæ ceſ
ſet ſuſpicio fugæ * quod arbitrio boni iudi- * h
cis reliquendum eſt, hoc eſt de mente Bar. re
cte conſideratus in d.l. ſciendum in quãtum
dicit non ſufficere poſſeſsionem modicæ rei
cum per hoc non eſſet ſuſpicio fugæ: ergo ſi
tanta poſsideret propter quæ præſumptio
fugæ ceſſet licet non æquiualentia quantita
ti petitæ illud ſufficiet ſecũdum intellectum
Bart.licet hoc de arbitrio iudicis non ſpecifi-
ce declaret: ſed ſatis colligitur ex mente ſua
hoc clarius decidit Ioan.Fab.in.§.ſed hodie.
inſtit.de ſatiſda. vbi ſumit medium dicens,
quod non ſufficit quod reus conuentus poſ-
ſideret immobilia etiam debito æquiualen-
tia ſi forte illa deberent vendi pro executio
nis condemnatione & factis ſubaſtationibus
& alijs expenſis executionis non remaneret
ſatis: ideo arbitrari concludit, nec requiret
tanta quod æquiualeant debito: ſed illud eſt
determinandum arbitrio iudicis. Mouetur
quia fideiuſſor datur pro rei qualitate.ff.qui
ſatiſda.cogan.l.ſi non pro condemnato, ſed
poſſeſsio immobilium eſt loco ſatiſdationis
ergo ſic debet iudicari ſi reſidet. Hanc opinio
nem ſequitur Bal.in d.l.ſciendum.2.col.§.1.
dicens non eſſe opus vt poſſeſsio immobiliũ
ſit ita commenſurata quod proportionetur
debito: ſed ſufficit quod ſit talis & tanta qđ
ceſſet ſuſpicio fugæ quod arbitrio iudicis di
cit eſſe relinquendum, quod eſt notandum
idem Ange.ibi in.1.col. idem Cynus in l.v- 18
nica in.3.oppoſi.C.vti poſsi.
¶Idem Alexan. in d.l.ſciendum.§.primo in
4.col.concludens eſſe communem omnium
opinio.* vt ſufficiat poſsidere tanta immo-
bilia propter quæ ceſſet ſuſpicio fugæ.veri-
ſimiliter, hinc dicebat Angel.in.§. hinc no-
bis in authen.de hæred. & fal. col.1.ſtatũ-
tum dicit quod nullus habens apothecam
poſſet capi tanquam ſuſpectus quod non ex-
tenditur ad habentem apothecam viliſsimã
per gloſſ.ibi & in d.l.ſciendum. quæ loqui-
tur

**Adde qđ hanc opi.poſt alios quod cõtra gl. approbat ibidẽ Soc. in pen.col.in 3.limitatione licet Iaſo. nu.21. alleget pro opin. glo.dno iura.*

tur in vili ceſpite terræ nõ excuſante a dicta
ſatiſdatione videtur caſus de hoc in l. 1. in-
fra (titulo de las ferias) vbi tex. dicit quod ſi
reus non fuerit (arraigado en raiz que vale
cient marauedis) debet dare dictam ſatiſda-
tionem ſequitur text. ſcilicet illud habere lo
cum (ſi la demanda fuere de cient marauedis
o dende arriba.) vbi videtur expreſſum non
requiri, quod bona immobilia commenſu-
rentur quãtitati petitæ & illa extimatio mo-
rapetinorum de quibus in d. l. erat grandis
quantitas attento quod erant aurei tempore
quo fuit condita lex & per conſequens erat
grandis ſumma quæ videbatur legiſlatori
ſufficere ad excuſandam ſuſpicionem fugæ;
vnde ſatis equum & conſonum iuri videtur
mihi quod hoc remanere debeat iudicantis
arbitrio, nec obſtat tex. in l. 6. (titu. de las te-
*l. regni.* ſtimonias) per quam ſe fundabat Vincen.
quia illa lex ſi recte inſpiciatur non diſpo-
nit in quantam ſummam debet poſsidere im
mobilia vt dicatur (arraigado) eſt verum qđ
determinat quod debeat dare fideiuſſorem
ſuper quantitate petita vel pignora ſufficiẽ
tia ad quantitatem petitam: ſed reſpondeo
quod illa lex continet caſum ſpecialem, ſci
licet quando debitor confeſſus eſt debitum:
ſed allegat ſolutionem, quia tunc debet de-
ponere pecuniam vel pignora æquiualẽtia
debito petito tranſacto termino ſibi aſsigna
to ad ſolutionem probandam, quam nõ pro
bauit & ſic nihil ad propoſitum: & de intel-
lectu illius queſtionis dicam infra in illa que
ſtione quæ ſatiſdatio debeat eſſe iſta.

19 * ¶ Vnde reſideo ſemper in hac concluſione
*Conſilium authoris.* hoc eſſe arbitrarium: ſed hoc arbitrium iudi
cantis debet eſſe diuerſum. Hodie de iure re-
gni ab illo arbitrio requiſito de iure commu
ni: nã de iure communi requirebatur, quod
poſsideret tanta bona propter quæ ſecun-
dum iudicantis arbitrium iſte conuentus nõ
recederet ante litem conteſtatam, imo ſiſte-
ret in iudicium vſque ad terminum litis: ita
quod poſſet contra eum pronunciari ſenten
tia diffinitiua: & ſic non fruſtraretur ſenten-
tia propter eius abſentiam cum non poterat
de iure communi ferri ſententia diffinitiua
lite non conteſtata & melius & breuius lis fi
niretur reo præſente quam abſente, quæ fuit
ratio huius ſatiſdationis. De iure communi
& ad hunc finem requirebatur quod preſum-
ptio fugæ ceſſaret vt ante dictũ eſt & colligi
tur clare ex. §. ſed hodie inſti. de ſatiſda. & cla
rius ex his quæ dicit Ange. in l. Iulianus in fi

nalibus verbis. ff. qui ſatiſda. cogan. & Alex.
in d. l. ſciendũ in princ. eo. tit. & dicam infra.
¶ Sed hodie* ſecũdum leges huius regni hoc
arbitrium debet eſſe in hoc, quod poſsideat *i
conuentus tanta & talia bona, cum quibus
iuncta perſona ſua videatur eſſe cautũ acto-
ri: ita quod bona ſint tanta & talis qualita-
tis propter quæ ceſſet ſuſpicio fugæ & ſit pre
ſumendum, quod debitor non recedet & ſic
poterit capi & carcerari pro executione ſen-
tentiæ in defectum bonorum tradi ad ſeruiẽ
dum creditori ſecundum formam d. l. 2. (ti-
tulo de los gouiernos) & ſic deberet eſſe talis
præſumptio quod ceſſet ſuſpicio fugæ vſq;
ad executionem, & hoc cauſatur a diuerſita-
te rationis que de iure communi eſt ad hanc
ſatiſdationem requirendam de iure huius re
gni, vt dixit paulo ante: & latius declarabi-
tur infra in alijs quæſtionibus, maxime in il-
la quæſtione, ſcilicet, quæ ſatiſdatio ſit iſta
quæ hodie requiritur ab hac lege & ab alijs
huius regni; & hoc nota: quia non reperies a-
pud plures: & eſt ſubtile, nec guſtatum ab ali
quo quem viderim. ¶ Corroborantur ſupra
dicta ſequentibus quorum aliqua licet vera
de iure cõmuni non concludunt de iure iſtius
regni: nam dicitur quis eſſe (arraigado.)

¶ Et poſsidere immobilia ad ſatiſdationem 20
vitandam & per conſequens carcerationem
etiam ſi ſuper immobilibus ab eo poſſeſsis
ſit ſibi mota controuerſia, & cõtra ſe habeat
vnam ſententiam. Iſte eſt caſus nota. in d. l.
ſciendum in. §. ſi fundum vbi caſus ſecundũ
omnes, q; poſſeſsio rei litigioſæ releuat poſ-
ſeſſorẽ ab onere ſatiſdandi. Plus dicebat glo.
nota. ibi illud obtinere etiam ſi appellatio
ſit deſerta illius ſententiæ a qua appellauit
reus: & licet eam non teneat Bart. tamen ap-
probatur a Bald.* ex eo quia licet ſit prædo
& malæ fidei poſſeſſor tamen habet plenam
poſſeſsionem, nec poteſt ſibi fieri quæſtio do
minij, niſi a dño. l. indebiti in. §. fi. ff. de condi
inde. l. vt mihi donans. ff. de donat. facit l. ha
bere licere. ff. de euictio. Ang. in d. §. ſi fundũ
videtur approbare dictam glo.

** Adde quod illa glo. licet ſingularis reproba. communiter ſecũdum Iaſ. fin.*

¶ Dicit illam eſſe perpetuo menti tenendam 21
ad hoc quod per lapſum fatalium non intel
ligitur quis renunciare poſſeſsioni rei de
qua ſuccubuit, licet videatur renunciare liti
& inſtantiæ.* l. 2. & fi. de tempo. appella. C.
vnde non poterit victor authoritate pro-
pria ingredi poſſeſsionem: imo authoritate
prætoria debet ingredi. l. a diuo pio in. §. ſin
autem, &. §. exequantur. ff. de re iudi. l. iuſtæ.

*verb. per illũ tex. a contrario ſenſu in*

** k verbo appellauerit licet aliqui pu... eluauerit de ſaluare ...*



*quãdo tãtũ eſſet lapſus primus annus. i. primũ fatale ſecus ſi biẽniũ.*

de acquir. poſſeſ. l. qui reſtituere de rei vend.
hæc Angel. quod intellige quando fit execu
tio in corporali auferenda a condemnato
ſecus in iure incorporali auferendo eidem ſo
lum per denegationem aduerſarij, vt ſi lata
eſt ſentẽtia in negatoria pro libertate, vel iu-
re ſubiectionis ſimiliter pro libertate, vt pul
chre decidit Innocen. in cap. cum noſtris de
conce. præben. & ſequitur Ange. in dict. §. ſi
fundum. Pro primo eſt caſus in l. habere lice
re. ff. de euictio. q; per ſententiam non perdi-
tur poſſeſsio & ibi hoc totum tenet Angel.
& ſequitur Alexand. in dict. §. ſi fundum di-
cens illud dictum Inno. eſſe ſingulare & ibi
allegat plures cotas circa hoc quas omitto;
22 quia extra materiam. ¶ Sed quod ad quæſtio
nem de qua agimus Bar. in dict. §. ſi fundum
reprobat dictam gloſſ. & hanc opinionem
ſequitur ibi Alexã. quam etiam ſequor per
eorum fundamenta, quæ vrgent: nam tex. in
dict. §. ſi fundum ibi (deinde cum ſecundum
te eſſe iudicatum appellauerim) fundat ſe in
appellatione ergo a contrario ſenſu ſentit,
quod ſi non appellaſſem a ſententia: & ſic trã
ſiret in rem iudicatam non haberem cõmo-
dum poſſeſsionis, quo ad ſatiſdationem eui-
tandam, ergo idem ſi appellatio eſſet deſer-
ta cum fingatur nunquam eſſe appellatum
l. fina. in. §. illud. C. de tempo. appe. Item poſt
quam reus ſcit contra eum eſſe latam ſenten-
tiam atq; illam tranſactam eſſe in rem iudi-
catam deſertionem appellationis, multum
ſub eſt ſuſpitio fugæ quæ eſt cauſa finalis
propter quam inuenta eſt hæc ſatiſdatio, ſal-
tem de iure communi, vt ante dictum eſt &
q; ſi eſſe vera opinio Bald. ſequeretur q; cre-
ditor & vſufructuarius qui poſsiderent de-
berent releuari a ſatiſdatione: ſi verum eſſet,
q; petens ſatiſdationem non poſſet oppone-
re q; dominiũ eſt alterius. Item dato, & poſ-
ſet dici poſſeſſor non ſequitur ergo euitat ſa
tiſdationẽ, cum eo modo ſit poſſeſſor, q; ſub
eſt contra eum ſuſpitio fugæ propter ſentẽ-
tiam, quam contra ſe habet tranſactam in rẽ
*Concluſio authoris.* iudicatam* & ſic concludo, quod poſſeſsio
rei litigioſæ ſufficit ad euitandam ſatiſdatio
nem, dato q; reus habeat vnam ſententiam
contra ſe a qua extitit appellatum, niſi talis
appellatio eſſet deſerta remittendo ſemper
hoc iudicantis arbitrio, de quo ante dictum
23 eſt. ¶ Et per dictum. §. ſi fundum dicit Angel.
ibi eſſe caſum expreſſum contra Bart. qui te-
nuit q; poſſeſſor malæ fidei nõ euitet ſatiſda-
tionem: nam in dict. §. effectus erat malæ fi-

dei per conteſtationem litis. l. certum. C. de
rei ven. imo quodammodo ſuſpectus de dila
pidatione fructuum pro ſentẽtiam. l. impe-
ratores ad finem. ff. de appella. & ſic conclu-
dit poſſeſſorem malæ fidei euitare ſatiſdatio
nẽ. ¶ Ex quo infert, quod rogatus reſtituere
in conditionis euẽtum dicitur poſsidere im-
mobilia ad euitandam ſatiſdationem. Eſt ca-
ſus expreſſus de hoc in. §. ſi fundus * eiuſdem
l. de quo ſtatim ſubijciam. Cõtrarium tenet
Bart. in dict. l. ſciendum in. §. ſed & qui vecti-
gal. imo q; & ſi aliquis poſsideat fundum ma
la fide talis poſſeſsio non releuet eũ ab one-
ra ſatiſdandi. Mouetur duobus fundamen-
tis. Primo per illum tex. qui habet q; ad hoc
vt dicatur poſſeſſor requiritur q; poſsideat
iure directi vel vtilis dominij. Secundo quia
cum ſciat rem alienam eſſe de facili eam di-
mitteret: ideo non ceſſat præſumptio fugæ:
ſed quando bona fide poſsidet credit eam
eſſe ſuam, & per conſequens ceſſat ſuſpicio
fugæ, & iſta opinio videtur eſſe ſuſtentabi-
lior* conſiderato principio, de quo ante, ſci-
licet quod præſumptio fugæ eſt cauſa prin-
cipalis, propter quam requiritur ſatiſdatio
de iure communi & de iure regni, vt ſit cau-
tum creditori: ſed cum quis habet malam fi-
dem: ita quod credit rem immobilem, quam
poſsidet eſſe alienam ſatis ſubeſt, hæc præ-
ſumptio fugæ quæ ratio poteſt ceſſare in ca-
ſu, quo res eſt litigioſa, & ipſe conuenitur ſu
per eam: nam etiam ſi habeat vnam ſentẽtiam
pro ſe poteſt habere iuſtam cauſam creden-
tiæ rem eſſe ſuam & habere ius ad eam, cogi-
tans & credens fouere iuſtitiam in cauſa &
ſententiam contra eum latam eſſe iniquam.
Vnde credo Bart. intellexiſſe de illa mala fi-
de, quæ conſiſtet in animo poſsidentis non
ex aliis actibus ex quibus inducitur mala fi-
des, ſi ipſe credit ſemper habere ius ad rem
& ita poteſt ſaluari Bar. cum in vno caſu ſub
ſit ſuſpicio fugæ in alio non.

** Adde fortius quod ille tex. procedit etiam in cõditione q̃ eſt omnino extitura: q̃ moriẽte marito q̃d omnino futurũ eſt debet fieri reſtitutio dotis: tamen quia dies incerta eſt q̃n ſuſpẽdit: et interim releuat ab onere ſatiſdãdi per illũ tex notãdum ad hoc.*

** Adde q̃d hoc opinio poſſeſſor malæ fidei nõ euitat ſatiſdationẽ magis communiter approbatur et tex. in §. ſi fundus Ange. loquitur in mala fide præſumpta Bar. autoritas & ſequaciũ loquũtur de vera mala fide & ſi poſſent cõcordari opiniones.*

¶ Firmantur etiam ſupradicta, ſcilicet conſi- 24
derandũ eſſe ſemper dictam ſuſpicionem fu-
gæ abeſſe vel adeſſe ſaltem de iure commu-
ni: text. ſingula. dict. l. ſciendum. §. ſi fundus.
vbi eſt caſus quod maritus & vxor dicun-
tur poſsidere dotem ad euitandam dictam ſa
tiſdationem. Et iſta eſt notabili, limitatio ad
l. Pomponius. §. in dote. ff. de acquiren. poſ-
ſeſſ. vbi eſt caſus, quod maritus dicitur poſsi
dere fundum dotalem nam quo ad euitan-
dam ſatiſdationem etiã mulier dicitur poſsi
dere, cũ ceſset preſumptio fuge habendo fun,

dum dotalem in loco ſecundum Batro. & in
tellige ſecundum Angel.ibi de fundo dotali
inextimato: nam ſi extimaretur ea extima-
tione,quæ feceret emptionem ſine dubio nõ
prodeſset vxori:idem Alexand. in dicto. §.
poſseſsio:& hæc limitatio ſatis æqua vide-
tur etiam quo ad terminos huius.l. cogita.
25 ¶Et per dictum. §. ſi fundus ibi Angel. in-
fert quod poſsidens bona ſubiecta reſtitutio
ni euitauit onus ſatiſdationis quod eſt notã-
*l dum ad poſsidẽtes *bona maioriæ & alia bo
na vinculata, & reſtitutioni ſubiecta poſt
mortem ſuam. ¶Et quo ad munera & alia
vtrum maritus & vxor dicantur poſsidere
bona dotalia.vide Bald.nota.in dict. §.ſi fun
dus tex.valde nota.& ibi Barto.in.l. Lucius
26 in.§.idem reſpondet.ff.ad municipa. ¶Quid
*m in creditore pignus *poſsidente & in vſufru
ctuario,vtrum iſti dicuntur poſsidere ad eui
tandam ſatiſdationem? dic quod non eſt ca-
ſus in.l.ſciendum.§.eum vero &.§. creditor.
ff.qui ſatiſda.cogan. ¶Sed de creditore limi-
ta dupliciter.Primo niſi pignus eſset pro rã-
to pignoratus q̃ ceſſaret ſpes luitionis ſeu re
cuperationis.Iſte eſt caſus in l. qui habebat.
ff.de lega. 3.Bald.& Alexand.per illum text.
in dict. §. creditor.Imol.in l. prima in.§.per
ſeruum corporaliter,ff.de aquiren.poſſeſ.fa
cit.l.legata in.§,fina.ff.de ſupe.lega. Secun-
do limita,niſi creditor conueniretur ſolum
ſuper re pignorata:ita dicit Angel.in dict. §.
creditor quanquam aliter ſentiat Alexand.
27 ¶De vſufructuario etiam intellige,niſi vſu-
fructus eſſe ita abundus & pinguis & tan-
tus quod ceſſaret ſuſpicio fugæ:quod totum
committẽdum eſt arbitrio iudicis, cum hæc
cautio ſit iudicialis.l. arbitro.ff. qui ſatiſdã.
cogan.l.prætoriæ.ff.de præto.ſtipulant.hæc
Ange.in dict.l.ſciendum in.§. primo. & in.§.
poſſeſſor(el primero.)idem Alexã.in. 2. col.
28 ¶Diuerſum *eſt in poſsidente annuos reddi
tus *quia ſi illos habet ſuper re immobili be
*n ne euitabit ſatiſdationẽ,alias ſecus: ita dicit
Bart.in dict.l.ſciẽdum.§.primo.& ibi Ange.
clare licet Bald.non bene ſe determinet refe-
rendo Guill.facit.l.hac edictali in.§.is illud
& quod ibi per Cynum. C. de ſecun. nupt.l.
iubemus in.§. ſane. C. de ſacro ſanct.eccleſi.
Alexand.de Imol.in dicta.l.ſciendum ratio-
nem differentiæ inter vſufructuarium & ha-
bentem annuos redditus vide ibi per docto.
¶Attende tamen hoc eſse intelligendum
quando iſti annui redditus debentur ad lon-
gum tempus;nam tunc computantur inter

*Add in materia tex. nota i cle.exiui de paradiſo.§.cũq; annui redditus de verſ.ſigni.Pa. et additiona torẽ illius in c.nulli in pe. co.de r.bus ec cle.Iaſ.in.l.

immobilia ſecus ſi ad modicum, quia tunc
videntur eſse nomina debitorũ,vt conſuluit
Federic.conſi.12.incipienti fratres prædica-
tores Domini.in cap.2.in princ.de re. eccleſ-
non alie.lib.6.probatur in clemen. 1.eiuſdẽ
titu.in verſic.fructuum ad modicum tẽpus
idem Alexand.in dict.l.ſciendum, quaſi ad
finem.§.primi. ¶Vnum tene menti quod
annui redditus licet non debeantur ex im-
mobilibus cõputãtur *inter immobilia.ita
quod euitabunt ſatiſdationem ſi a fiſco de-
bentur.Sic dicũt Fulgo.& Alexand.in dict.l.
ſciendum in.§.1.ad fi.Mouetur propter.l.2.
ff.de fund.dota. ibi (quamuis fiſcus ſemper
idoneus ſuceſsor ſit & ſoluendo) bene facit
etiam dict.l.iubemus. Quod nota pro mer- 29
cedibus annuis quæ a rege debentur alicui
ad vitam quod vulgariter dicimus(dineros
de por vida.) ¶Et per hoc dicebat Bald.vnũ
famoſum verbum quod habui de facto in
cauſa valde importãtiæ quod ille qui a prin
cipio fideiuſsit pro fiſco *videtur renunciare *t
beneficio de fideiuſsoribus. ideſt beneficio
excuſsionis.Mouetur:quia cum fiſcus dica-
tur eſse ſoluendo ſi neceſsaria eſset excuſsio
contra fiſcum, nunquam poſset conueniri
fideiuſsor: quod non videtur eſse de mente
contrahentium.ita dicit Bald.in l. 1.7.col.C.
de conueni.fiſ.debi.lib.10.& reperio Alex.
illud notaſse in.l.ſi.in.3.col.ff.ſi cert. peta.&
ibi probat text. verb. alioquin declaratus a
Bart.refert Alexand.non meminiſse alibi ſe
legiſse quod pro nunc nõ examino. ¶Quid 30
in poſseſsione patris diuitis *nũquid releuet *q
filium a præſtatione dictæ ſatiſdationis? dic
quod non,ſecundum Bart. & docto. in dict.
l.ſciendum.§.1.vnde diuitiæ patris non red
dunt filium non ſuſpectum ſecũdum Guill.
de Cug.eſt verum quod gloſſ. valde ſingu-
laris in l.2.C.qui eta.libr.10. dicit quicquid
eſt inextimo patris intelligitur eſſe in exti-
mo filij:& ſecundum hunc extimum fungi-
tur filius muneribus & honoribus. ¶Ex quo
Bal.in dict.l.ſciendum.§.1.infert ad ſtatutũ,
q̃ nullus poſſet eſſe prior, niſi habeat in bo-
nis mille libras quod extimũ patris patroci-
natur filio,ſed reſpondet Bal.dictã glo.intel-
ligi in numeribus publicis ſecus in debitis pri
uatis & ſic habebit locum concluſio ante di-
cta & dicit Bald.q̃ nullus fuit recordatus de
dict.glo. ¶Supradicta ſunt iura vbi aliquis 31
conuenitur ad quantitatem,vel ad aliquam
rem quam non poſsidet. ¶Sed pone, quod
aliquis conuenitur ſuper aliqua re immobi-
li,

*ſciẽdũ n.21. in princ. vbi ponit regulã cũ tribus limitationibus.ff qui ſatiſda.cogãtur huic al. legata.*

**Adde plura q̃ ſcribit Iaſ. dixiſſe docto. per hãc gloſ. quã ipſi appellãt vera & cõmiter appbatã in l. ſciẽdũ pe.& fi.col. ff.hic allegatã:et addẽdũ Iaſ.in l.ſi. lius paciſcẽdo C. de pa.*



*late pro doct. Didac.de Se. in repe.l. imperator.ff.ad treb.car.64. in vol. repe.*

li,quam poſsidet nunquid euitabit ſatiſda-
tionem etiam ſi alia bona non poſsideat eſt
quæſt. quotidiana & ſolemus vulgariter di-
cere(la meſma coſa le abona)quædam gloſ.
in.l. ſciendum in prima gloſſ.ſentit quod
euitabit ſatiſdationem. idem ſentit gloſſ. in
l.de die in.§.quendam & in.l. Iulianus eod.
titu.Bar. in.l. ſciendum ſimpliciter & indi-
ſtincte reprobat dictas gloſſ. dicens, quod
quantum ad actorem, qui illam petit non
euitabit ſatiſdationem quoad alium ſic &
hoc ſecundum ſatis probatur in dict.l. ſcien-
dum.§. ſi fundum probatur in dict.l.de die
in.§.quædam & in.l. Iulianus eod. titu. quæ
fuerunt fundamenta Bart.idem Bar. in.l. Iu-
lianus(la primera)eo.titu.in fine. Hanc opi-
nio.Bar.ſimpliciter ſequitur Alexand.in di.
l.ſciendum allegans vltra fundamenta Bar.
l.quoties.C.de digni.lib.12.vbi perſonæ cõ
ſtitutæ in dignitate de quibus ibi ſi conue-
niãtur ſuper poſſeſsione rerum,per eos poſ-
ſeſſarum releuantur a ſatiſdatione iudicio ſi
ſti priuilegio dignitatis dum modo præſtet
iuratoriam cautionem:ſed ſi vera eſſet opi-
nio dictarum gloſ.releuarentur a iure cõmu
ni ſine alio iuramẽto.idem Bar.in l.1.C.vti
*r 32 poſſ.per illum text. ¶Sed reperio *Ange. in
dict.l.ſciendum in 2.col.concordare gloſ. &
Barto.quadam concordia quæ videtur ſatis
æqua dicit enim quod ſi aliquis conuenieba
tur ſuper ipſa re immobili quam poſsidet &
pro qua conuenitur ſi de alio non conuenia-
tur.nec teneatur non ſatis dat: quia non eſt
veriſimile quod fugiat cum ſemper poſſet
liberari tradendo,ſed ſi vltra rem conuenire
tur ad acceſsiones rei & eſſent tot q̃d indu-
ceretur ſuſpicio fugæ, bene tenetur cauere
iudicio ſiſti pro his acceſsionibus fructibus,
& intereſſe,pro quibus cõuenitur.idẽ Ange.
in.§.ſi creditor eiuſdem.l.in fine q̃d mihi vi-
detur recte dictũ & licet videatur hoc ex ca-
pite ſuo dicere tamen fuit expreſſe de mente
Bar.in.d.l.Iulianus in fina.verbis q̃d.nota.

## SVMMARIVM.

1 *An ſufficiat ad euitandum ſatiſdationem poſ
ſidere bona immobilia in alia loco extra lo-
cum contractus & num.2.*
2 *Quid ſi conuentus poſsideat immobilia in di-
uerſa iuriſdictione.*
4 *Excuſsio an debeat fieri etiam in bonis exi-
ſtentibus extra territorium iudicis cognoſ
centis de cauſa.*
5 *Quando bona ſunt extra territorium iudi-
cis,an ſi differentia quod ſint in loco pro-
pinquo vel remota & num.6.*
7 *Cautela quæ ex prædictis ſequitur contra pro
curatorem & num.10.*
8 *Aduocati debent cauere a cautelis contra con
ſcientiam.*
9 *Aduena ſtatim receſſurus an ratione contra-
ctus ſortiatur forum.*
11 *Si conuentus non poteſt ſatiſdare in loco in
quo conuenitur,an ſufficiat alibi ſatiſdare
vide regulam cum quinque limitationibus
vſque ad num.18.*
13 *De ciuitatibus habentibus ſeparatum diſtri
ctum an iudicetur idem quod de prouin-
cia.*
18 *Satiſdatio voluntaria & ſatiſdatio neceſſa
ria quid ſint.*

V lterius quæritur
de quæſtione quotidiana, quam multoties 1
habui de facto in Cancellaria reus in loco in
quo conuenitur non poſsidet bona immobi-
lia & ſic non eſt arraigado in loco in quo cõ-
uenitur:ſed poſsidet ea in alio loco, vtrum
hoc ſufficiet ad euitandã ſatiſdationem? Pra
cticatur hoc multoties;quia forte aliquis ce-
lebrauit contractũ extra patriã & domiciliũ
ſuum,vbi poſsidet bona ſua:nunc reperitur
in loco contractus celebrati;vbi nulla poſsi
det bona & ibi conuenitur vel conuenitur in
Cancellaria per aliquem caſum curiæ vbi
nulla bona poſsidet:ſed poſsidet illa in pa-
tria ſua vtrum hoc ſufficiat ad euitandã ſatiſ
dationem? quedã glo.ſolet allegari pro ſin-
gulari in l.ſi.C.de prin.agen.in re.li.12.quæ
tenet q̃ requiritur quod poſsideat immobi-
lia in loco in quo cõuenitur,nec ſufficiat ali-
bi illa poſsidere.Illam gloſ.approbat Bar.in
dict.l.fina.dicens per illam q̃ ad euitandam
ſatiſdationem debet poſsidere immobilia in
loco in quo conuenitur, nec ſufficit alio loco
poſsidere:ideo ſi aliquis conuenitur Peruſij
non ſufficit habere Senis immobilia bona.
dictam gloſ. approbat Bal.& illam ſequitur
in diſtincte in dict.l.ſciendum in.§.1.in 2.col.
pro hac opinione videtur caſus in dict.l.ſciẽ
dum in.§.poſſeſſor(el primero.)iuncta glo.

 vbi

vbi tex. dicit (qui in agro vel in ciuitate rem
ſoli poſsidet) & ibi gl. dicit in agro: ſcilicet in
villa.* ¶ Veritas eſt vt potuit colligere & cō
prehendere ex communi mente ſcribentiū
quod ſi reus poſsideat immobilia non in lo
co iudicij: ſed in alio loco diuerſi territorij &
iuriſdictionis a loco iudicij, non ſufficit talis
poſſeſsio ad euitandam ſatiſdationem: ſi ta-
men in alio loco poſſideat tamen eiuſdem
territorij & iuriſdictionis, cuius eſt locus iu-
dicij ſufficiet talis poſſeſsio, nec tenetur præ-
ſtare aliam ſatiſdationem. ſic intelligit Ang.
dictam gloſſ. in l. ſciendum. §. 1. finalibus ver
bis poſtillans quadam glo. quæ eſt in dicta.
l. ſciendum princi. ſuper parte quæ in agro
dicit gl. 1. in villa poſtillat Ang. in villa eiuſ
dem territorij: licet non poſsideat in loco iu
dicij: hæc eſt etiam intentio Bar. in d. l. ſcien-
dum in. §. poſſeſſor (el primero) hanc opini.
ſequitur Ioā. Fa. in. §. ſed hodie inſti. de ſatiſ.
dicens, ꝙ ſufficit poſsidere bona immobilia
in eadem iuriſdictione. videtur caſus ſingu-
laris in l. fideiuſſor in. §. neceſſaria. ff. qui ſa-
tiſda. cogan. vbi eſt caſus quod ſufficit ſi ali-
quis dat fideiuſſorem in ciuitate eiuſdē pro-
uinciæ licet non det in loco in quo conueni-
tur. Sed iſta ſatiſdatio ſuccedit in locum poſ
ſeſsionis bonorum immobiliū, ergo ſic ſuf-
ficiet poſsidere immobilia in eadem iuriſdi-
ctione, quæ lex ad hoc fuit allegata per Fa-
brum & hoc membrum eſt mihi abſq; du-
bio & eſt communis opinio a multi tradita:
ſcilicet ꝙ ſufficit poſsidere immobilia ſub
eadem iuriſdictione, licet nō in loco iudicij.
¶ Ex quo infertur ad eos, qui conueniūtur in
Cancelleria vt ſufficiat poſsidere immobilia
in loco quocunq; eidē iuriſdictioni ſubdito.
*a 3 ¶ Vbi autē poſsidet * in diuerſo territorio &
iuriſdictione non releuatur a præſtatione ſa-
tiſdanis, vt tenent oēs vbi ſupra, pbatur in
l. ſi fideiuſſor in principio. ff. qui ſatiſ. cogan.
vbi caſus quod fideiuſſor qui habet exceptio
nem fori, non eſt idoneus & ibi gloſſ. ſu-
per parte præſcri. metuat dicit fore quo ad
iudicem non quo ad locum cum vbi contra
hat ſe obligando: & ita debeat intelligi glo.
in dict. l. fin. C. de princ. agen. in re. lib. 11. ſu-
per parte adiuratoriæ cautioni vbi. gl. dicit
ꝙ ſi aliquis poſsidet immobilia in prouin-
cia non euitabit ſatiſdationem ſi Romæ con
ueniatur & e contra & Bal. in l. qui crimen in
4. quæſtione. C. qui accuſa. non po. allegat
dictam gloſſ. dicens quod debet immobilia
4 poſsidere in eodem foro. ¶ Accedit quod per

*Adde expſſe Bar. ſoz. in l. ſciēdum in prin. co. 2. ff. q ſatiſd. cogā. in 1. limitatione regulæ negatiue dicētē cōiter tenere modernos ſufficere qđ ſint bona ſub eodē præſide per tex. in l. ſi fideiuſ. §. ſi. neceſſaria hic allegat.

illam gloſ. infert Bal. in dict. l. ſciendum in. §i
primo, in. 2. col. quod dicitur excuſſio legit
me facta licet nō ſit facta de bonis poſitis ex-
tra territorium * vbi debetor conuenitur ſeu
cōmoratur, quia poſſeſsio illorum bonorū
nō repreſentat debitorem ideneum in loco
iudicij, & ſicut non eſt excutiēdus * reus alte
rius domicilij: ita nec res arguendo de perſo
nis ad res. authen. præſente de fideiuſſ. quod
refert valde notandum & in veritate ſic eſt;
& ita practicaui in quodam negotio ponde-
roſo contra quendam mercatorem Burgen-
ſem cōmorantem in villa Valiſoliti, quia cō
ueniebatur quidam tertius poſſeſſor quorū
dam rerum pignoratarum, qui allegat prin
cipalem debitorem excutiendum dicens il-
lum eſſe idoneum & ſoluendo & poſsidere
bona opponebatur extra territorium; & ſic
non eſſe fiendā excuſsionem quod nota ad
multa. ¶ Sed reperio eundē Bald. in. l. fina. ff.
ſi cert. pet. in ſi. col. pulchre intelligētem hoc
vbi reus poſsideret talia bona in lōginquo.
Mouet ipſe quæſtionem quotidianam in his
terminis, pone quod ſcholaris de Alemania
ſtudens Peruſij dedit Peruſij fideiuſſorē: Iſte
ſcholaris in proprio domicilio eſt ſoluendo
& idoneus. Peruſij vbi agitur nihil habet,
nunquid tanquam facta excuſsione poterit
fideiuſſor conueniri? refert Iaco. de Are. tene
re ꝙ non, quia vbicūq; bona ſunt poſita de-
bet prius fieri miſsio in bonis rei, antequam
veniat ad fideiuſſorem vel pignorum poſſeſ
ſorem arg. ff. de bo. aut. iudi. poſsi. l. cū vnus
in. §. penult. & C. de iud. l. properādum in. §.
ſin autem reus. ideo vbicunq; habebit bona
dicitur ſoluendo, quod intelligit Bal. quan-
do facilis eſt exactio, alias non dicitur reus
idoneus propter difficultatem cōueniendi:
& ſic merito deuenitur ad fideiuſſorem. l. 1.
ff. qui ſa. cog. abſurdum enim eſſet ꝙ actor
cogeretur peregrinari. ff. de procu. l. ſed hoc
§. 2. bene facit qđ notatur in. §. ſuſcepto in au
then. de exhiben. re. Item quia ſicut propter
abſentiam perſonæ poteſt fideiuſſor conue-
niri reo non excuſſo. authen. hoc ſi debitor.
C. de pigno. in authen. de fideiu. §. 1. ita pro-
pter abſentiam bonorum arguēdo de re ad
perſonā, quia paratio eſt in executione rea-
li & perſonali ſecundum eum: vnde intentio
ſua videtur finaliter ad hoc tendere ꝙ etiam
ſi reus poſsideat bona in alio loco quam vbi
agitur ſit neceſſaria excuſsio, ſi facilis eſſet
exactio, quod erit quando non in loco mul-
tum remoto & vbi faciliter fiet executio illa
poſsidet

*Adde eūdē Bal. in l. ſi ſi. deicōmiſ. §. tractatū per

* b illū tex. & in. ff. Bar. ſoz. in l. ſciēdum in Prin. hic allegat. co. 2. & Iaſ. in. §. poſſeſ. eiuſdē legis



poſsidet. Quod nota & optime faciūt ſequē-
ria. ¶ Eſto ergo in hac concluſione, quod vbi
aliquis poſsidet bona in diuerſo territorio &
nō ſub eadē iuriſdictione, in qua conuenitur
non releuatur ad preſtāda ſatiſdatione. ¶ Hoc
6 limita, niſi haberet bona in diuerſo territo-
rio, tamen hoc diuerſum territorium eſt tam
vicinum ſeu propinquum, ꝙ ceſſat omnis
ſuſpicio fugæ: ita dicit Angel. in dict. l. ſcien-
dum. §. 1. in. ſi. verbis per l. 4. §. ſi ita vicinum
ff. de damno infe. l. de die in. §. tutor. & l. ſi-
deiuſſor in. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cogā
tur. quod eſt notandum. Idem ſentit Barto.
in dict. l. ſciendum. §. poſſeſſor (el primero.)
dicens quod ſufficit poſsidere immobilia in
prouincia propinqua etiā ſi territorium ſit
diuerſum mouetur quia cum iſta poſſeſsio
cedat loco ſatiſdationis, ſicut ſufficere ex cau
ſa dare ſatiſdationem ex prouincia propin-
qua: ita ſufficiat poſsidere in loco propin-
quo licet diuerſi territorij ſecus tamen dicit
ſi locus eſſet multum longinquus quod talis
poſſeſsio non releuaret argu. authen. præ-
ſente. C. de fideiuſſo. & in corpore eo titu. in
glo. præſentes: idem dicit ſi poſsideret in lo-
co propinquo tamē per illam poſſeſsionem
actori non eſſet plene conſultum, quia ibi
reus non poterat faciliter conueniri, vt quia
erat multum potens per ea quæ notantur in
l. 2. ff. qui ſatiſda cogan. & quanquam Bald.
Iaco. de Are. & Fulgo. in dict. §. poſſeſſor ſim-
pliciter requirant, ꝙ reus conuentus poſsi-
deat in loco iudicij nec ſufficiat in dicto ter-
ritorio etiam propinquo. Pro quibus vide-
tur gloſſ. in dict. §. præſentes: ſed alia opinio
eſt verior quam ſequitur Bart. & Ange. & ſe-
quitur etiam Alexand. in dict. §. poſſeſſor.
¶ Prædictam differentiam de poſsidente im-
7 mobilia in loco valde remoto ſequitur idē
Angel. in l. ſi filius. ff. qui ſatiſ. cogā * ex quo
infert quandam cautelam in hac verba. Sis
ergo cautus qui conueniris per procurato-
rem in loco valde lōginquo puta in Alema-
nia per procuratorem Florentinum, vt obij-
cias ꝙ ſatiſdet de iudicio ſiſti in cauſa recon-
uentionis: nam fideiuſſorem non inueniet,
nec releuabit eum procuratorium ſuum, in
quo eſt releuatus ab onore ſatiſdādi quia re-
plicatur quod dominus eius non poſsidet
immobilia, vel ſi poſsidet in loco ita remo-
to quod nō ſufficit per dicta per ſe in dict. l.
8 ſciendum. * ¶ Sed ſemper cōſulo, quod dum
fueris aduocatus non vtaris cautela hac, nec
ſimili quæ principaliter inuenta ſit ad alios

*Adde qđ hanc cautelā ſequitur Bar. ſoz. l. ſciēdū peco. ff. qui ſatiſda. cogā. et Iaſ. in l. filius hic allega. & vide infra n. 10.

* Adde glo. ſi. & not. in c.

fraudandum iure ſuo, quia in quantum dan-
nificas aduerſarium malicioſe ſimilibus cau-
telis damnas animam & conſcientiam tuam
ſub onore reſtitutionis. De hac cautela facit
mentionem Alexand Imol. in dicta. l. ſcien-
dum. §. poſſeſſore. (el primero.) quā cōmen- 9
dat. * ¶ Hæc omnia ego limitarē. niſi aliquis
contraxiſſet cum aduena & ſtatim receſſu-
ro, quem ipſe ſciebat ſtatim receſſurū: * nam
ratione talis contractus non ſortitur forum
vt eſt caſus famoſus in l. hæres abſens in. §.
pro inde. ff. de iudi. facit cap. Romana in. §.
contrahentes de fo. compe. lib. 6. vnde. nec
etiam ab eo poſſet petere aliquem cautio-
nem vel ſatiſdationem: ita dicit Barto. ibi re
probata quadam gloſſ. quæ contrarium ibi
ſenti: & opinio. Barto. tenet gloſſ. in. l. 2. §. ſi
dubitetur. ff. de iudi. de quo dicam latius in-
fra in illa quæſtione, vtrum aduena tenetur
ſatiſdare iudicatum ſolui & in illa quæſtio-
ne vtrum debitor fugitiuus poſſet capi ſi nō
ſuperueniſſet cauſa de nouo. ¶ Sed aduerte 10
ꝙ ſupradicta cautela Angel. videtur tolli ex
quodam eleganti verbo. Barto. in. l. ſeruum
quoq; in. §. ait prætor. ff. de procu. vbi aperte
ſentit quod vbicunq; aliquis debet ſatiſda-
re ad arbitrium iudicis, iudex poteſt eum re-
leuare a ſatiſdando vbicūq; ei videtur æquū
V. g. ſi forenſis in prouincia longinqua, vbi ſi
militer non reperiret fideiuſſorem deberet
ſatiſdare & illa concluſio Bar. extollitur per
Aretinum in. l. 2. in princip. in. 4. colu. ff. qui
ſatiſda. cogan. & profecto eſt ſingularis: ſed
licet per dictum modernum non allegetur
iſta pulchrius a radice examinabuntur in ſe
quēti quæſtione. ¶ Vlterius accedit quæſtio 11
notabilis his proxime dictis contigua, ali-
quis conuenitur, qui non eſt arraigo, ſcilicet
non poſsidens bona immobilia, petitur ſa-
tiſdatio ab eo ipſi non poteſt ſatiſdare in lo
co, in quo cōuenitur cum forte non habeat
notos, nec propinquos, nec amicos, vt acci-
dit in his qui conueniuntur in Cancellaria,
qui vt in plurimum ſunt alienigenæ trahun-
tur de domicilijs ſuis offert ſe dare dictos fi-
deiuſſores in alio loco, nunquid eſt audien-
dus etiam ſi non offerat in loco iudicij vbi
conuenitur? dico quod ſic & ſatiſfacit legi
requirenti dictam ſatiſdationem: cum hæc
ſatiſdatio ſit neceſſaria. Iſte eſt caſus ſingu-
laris quem Bald. vocat notabiliſsimum in. l.
ſi fideiuſſor in. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda.
cogan. ibi (non facile.) plus probat text. ſin-
gularis in. l. de die in. §. tutor & in. §. iubetur

cupientes verbo malignantū de electione. li. 6.

* Adde eūdē autorē in. §. ſequē. nu. 5.

* c

ibi mittendi ſunt in municipiũ) & ibi(poſ-
ſe quo poſtulat remitti).ff.qui ſatiſda. cogã.
ꝙ vbicunq; in loco iudicij quis non poteſt
præſtare dictam ſatiſdationem remittendus
eſt ad locum, quem ipſe reus elegerit, vbi
poſſet præſtare dictam ſatiſdationem præ-
ſtito iuramento, ꝙ non poteſt præſtare in lo
co vbi petitur: ſed in loco vbi petit ſe remit
ti. Et ille *casus eſt ſingula ſecũdum Bar. ibi
* d qui dicit nota diligẽter, ꝙ primo debet quis
ſatiſdare ſi poteſt in loco, vbi litigatur ſi ibi
non poteſt de quo ſtatur iuramento ſuo de-
bet ſatiſdare alibi in loco, in quo ipſe elege-
rit & ſunt notabiles caſus ſecundum omnes.
¶Hoc intelligẽdum tamen non peteret ſeu
12 elegeret dare fideiuſſorem in loco multum
diſtanti, quia non audiretur ita dicit Barto.
in dict. §. iubetur. probat tex. ſingu. in dict. l.
ſi fideiuſſor in. §. ſi neceſſaria ibi (ſi in alia
eiuſdẽ prouinciæ ciuitate.) ¶Ex quo infert
idem Barto. in dict. §. iubetur ꝙ ſi reus pete-
ret ſe remitti ad dandam talem ſatiſdatio-
nem ad talem locum, vbi poſito quod da-
ret fideiuſſorem tamen non eſſet conſultum
actori propter conueniendi difficultatem,
non audiretur per. l. 2. ff. qui ſatiſda. cogan.
* ideo ſecundum eum debet elegi locus actori
coueniens. & idem in effectu ſequitur Alex.
in dict. §. tutor & eſt de mente Bar. in l. ſcien-
13 dum in. §. 1. ff. eod. titu. ¶Vnde hodie in ciui-
tatibus habentibus diſtrictum & ſeparatum
regimen ac territorium & quę non ſubeſſent
vni præſidi multarum ciuitatum idem iudi-
caretur de tali ciuitate ſicut de vna prouin-
cia. Iſta eſt gloſſ. ſingula. in l. fina. in princip.
C. de preſ. lon. tempo. *Ang. in dict. §. tutor
& ibi. Alexand. clarius Bart. notanter ſuper
illius glo. in extrauaganti ad reprimendam
qui ſint rebelles in parte Lombardiæ & in l.
1. C. de metropo. lib. 12. ꝙ nota ad iura non
admittentia ſatiſdationem extra prouinciã
vel quę requirunt poſsidere bona in prouin
14 cia. ¶Fallit ſecundo regula poſita in dicta. l.
de die. §. tutor & §. iubetur & dict. l. ſi fideiuſ-
ſor. in. §. ſi neceſſaria, ſcilicet ꝙ debet remitti
ad locũ quẽ elegerit pro danda ſatiſdatione,
quando velit ſatiſdare pro purganda contu
macia vel recuperanda tenuta data propter
eius contumaciam vel culpam. Iſte eſt caſus
vnicus ſecundum Ange. in verb. plane dict. l.
15 de die; quem omnes ſic ſumãt. ¶Fallit ter-
tio quando ſemel potuit ſatiſdare in loco ad
quem nũc petit ſe remitti & noluit. hoc pro-
16 batur in d. §. tutor. ¶Fallit quarto in delictis

**Adde ſingulariter: Alex. de Im. in cõ. 57. põderãtis verbis vo. 3. vbi ĩ facto cõſuluit quã-do quis vult pſtare fideiuſſorẽ in alia ciuitate eiuſdẽ pũinciæ: q tñ ciuitas ſub alio pſide eſt & quæ cõſultatione dubitã*

vnde vbicũq; quis tenetur in delictis ſatiſda-
re de iudicio ſiſte debet ſatiſdare in iudicij lo
co, nec remittendus eſt ad alium locũ, quem
elegerit ad præſtandam ſatiſdationem etiã
ſi non poteſt ſatiſdare in loco iudicij, imo in
loco iudicij ſatiſdandum eſt de ciue vel de fo
renſi idoneo; non enim repellitur forenſis ſi
ſit idoneus: ita dicit Bald. in d. §. ſi neceſſaria
notabile verbum eſt & quotidianum funda
tur Bal. argu. dict. §. ſi neceſſaria in quantum
tex. dicit ꝙ ſi aliquis arctatur ad ſatiſdandũ
ſua promiſsione non eſt remittendus, vt ali-
bi ſatiſdet quã vbi promiſit: & ſic ſua culpa
arctatus ſit: ſed cũ delinquens ſit in culpa er-
go &c. Alex. ibi tenet contrariũ cũ ſit ſatiſda
tio neceſſaria & quia dictus. §. per quẽ ſe fun
dat Bal. loquitur in ſatiſdatione voluntaria
ad quam quis ſe arctauit culpa ſua, nec culpa
delinquentis erat principaliter ordinata ad
præſtandam dictã ſatiſdationẽ: & quia ſi ve-
ra eſſet opinio Bal. ſequeretur ꝙ ille qui con
uenitur ratione contractus hic celebrati & q
couenitur ad præſtandam ſatiſdationẽ ratio
ne vſufructus vel legati per eum hic acquiſi-
ti teneretur ſatiſdare in loco iudicij, nec alibi
remittẽdus eſſet etiam ſi nõ poſſet ibi ſatiſda
re: quod eſt falſum cũ dicatur ſatiſdationem
eſſe neceſſariã, vt d. §. tutor. & d. §. ſi neceſſa-
ria in glo. adducit quod notat Bar. in l. 2. § ſi.
& ibi Bar. & in l. 4. in princ. ff. ſi quis cautio.
nec tex. in d. §. ſi neceſſaria loquitur de tota-
liter ſe arctãte. Item quia illa eſt ſatiſdatio ne
ceſſaria, quæ a lege inducta eſt, vt dicit glo. &
doctores ibi ſcripta eſt huiuſmodi ergo &c.
Propter quod putat nõ eſſe tutum tenere di-
ctum Bald. ¶Fallit quinto *dicta regula in ſa 17 * e
tiſdatione voluntaria, in qua non eſt remit-
tendus ad illam præſtandam ad aliũ locum,
niſi in quo promiſit. Iſte eſt caſus ſingularis
in dict. §. ſi neceſſaria verſi. ſin autem ibi (nec
enim id meretur qui ipſe ſibi neceſsitatẽ ſa-
tiſdationis impoſuit) probatur etiã in dict. §.
tutor ibi (quia neceſſaria eſt ſatiſdatio) vnde
ille qui promittit, intelligitur in eadẽ ciuita
te in qua promittit & de omnibus eiuſdẽ ci-
uitatis, ſeu qui ibi ſunt idonei & alibi nõ ad-
mittitur ſcd'm Bart. in dict. §. ſi neceſſaria qd
dicit menti tenendũ idem ibi Ang. tacita au
toritate Bar. vnde nõ dabit forenſes, aut pe-
regrinos fideiuſſores, nec audietur ſi alibi
velit ſatiſdare facit. l. ſi cũ dies in. §. ſi aliter.
ff. de arbi. hoc idẽ ſequitur Alexan. in dict. §.
ſi neceſſaria & infert per hanc doctrinam
alias de facto reſpõdiſſe in quadã quæſtione
*Titius

*vt las. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſ. cog. et vt per Bar. ſoz. in l. de die. §. tutor. ff. eo. tit. in. 6 nota. & vi. Nic. boe. in deciſiõe aurea. 99.*



*Titius vendidit domum emptori in ciui-
tate Bononiæ & fuit cõuẽtum inter eos, ꝙ vẽ
ditor deberet præciũ cõuertere in emptionẽ
prædiorũ & hoc pro ſecuritate emptoris for
te vt haberet regreſſum de euictione volebat
dictus Titius venditor emere prædia in alio
territorio quã Bononienſi ſe dicit reſpõdiſſe
ꝙ non poterat attẽto, ꝙ cõuentũ fuerat ꝙ di
cta prædia emerentur pro cautione dicti em
ptoris domus in cauſa euictionis ꝙ eſt notan
* f dũ. ¶Quæ autẽ ſit *ſatiſdatio volũtaria & q̃
neceſſaria dic ꝙ ſatiſdatio neceſſaria eſt ad
quã quis a lege aſtringitur, licet cauſa ſit vo-
luntaria. Iſte eſt caſus nota. Et ibi ſummariũ
Bar. in. l. de die in. §. tutori ſuperius allegata
glo. nota quæ hoc tenet & ponit exempla in
d. l. ſi fideiuſſor in. §. ſi neceſſaria in gl. ſuper
parte neceſſaria. Idem gl. in. d. §. tutor in par
te neceſſaria idem Bal. poſtillando dictum. §.
ſi neceſſaria poſtillans partem volũtari di-
cit. i. conuentionalis: vt quia promiſſum eſt
de dando fideiuſſorem idem Ange. in. d. §. ſi
neceſſaria dicẽs quod omnis ſatiſdatio eſt ne
ceſſaria quæ ex legis diſpoſitione debet præ
ſtare quantuncunq; cauſa propter quam in-
ducitur neceſsitas præſtandi ſit voluntaria.
Idem ſummat in d. §. tutor. cõmunis eſt ſentẽ
tia. & lege determinata & per hoc habebis q̃
ſit volũtaria ſcilicet ad quam quis nõ aſtrin-
gitur a lege: ſed a conuẽtione.

**Adde qd' hãc cõcluſionẽ Alex. reiterauit Iaſ. §. ſi neceſſaria hic allega. pulchre limitare ex cõcluſione eiuſdẽ Alex. 18 in conſ. 57. vol. 3. ſuper alleg. videlicet niſi vẽditore erit prædia in alia ciuitate dũmodo nõ remota etiã ſi ſub diuerſo principe add' Hippo. de marſi. l. de minore. §. plurimũ nu 35. ff. de qſtio. & Nic. boe. in deciſione aurea, 99.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Reus conuentus non poſſidens immobilia an teneatur præſtare fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, vel ſufficiat de iudicio ſiſti vel de repræſentando reum & nu. 2. 3.*

4 *Debitor captus ratione ſuſpicionis vel fugæ aut ſit relaxandus ſub fideiuſſore de iudicio ſiſti.*

5 *Forenſis receſſurus quam ſatiſdationem teneatur præſtare & nu. 7.*

6 *Aduena qui promiſſit ſtatim ſoluere an poſſit conueniri.*

8 *Carcerationem quando poſſit euitare conuentus propter ſatiſdationem.*

9 *A poſſeſſione in qua quis eſt miſſus an debeat recedere antequam ſibi ſoluatur & num. 11.*

10 *Contumax vt poſſit recuperari rem intenutam aceptam pro pecunia an debeat primo ſatiſfacere.*

12 *Condemnatus vel confeſſus vt poſſit habere dilationem a iure conceſſam qualiter teneatur cauere.*

13 *Reus condemnatus pro debito an poſſit capi infra tempus miſerationis cauſa conceſſum.*

14 *An ipſe reus condemnatus teneatur offerre fideiuſſores ad hoc vt poſſit gaudere dilatione legali.*

15 *Diſtinguuntur tria tempora circa ſatiſdationem præſtandam.*

16 *Debitor an ſit carcerandus quando non poſſidet immobila tamen eius fideiuſſor eſt idoneus.*

17 *Confeſſus debitum qui non poſſidet immobilia quam fideiuſſionem teneantur præſtare.*

18 *Carceratus & condemnatus, qui cedit bonis ſuis ſub qua fideiuſſione ſit relaxandus a carceribus.*

19 *Captus pro debito ex inſtrumento habente paratam executionem ſub qua fideiuſſione ſit relaxandus.*

Vlterius nota iſtũ 1
textu. ibi (de fiador al demandador que le
cumpla fuero) quod reus conuentus non poſ
ſidens immobilia debet ſatiſdare actori. ſcili
cet (que le cumpla fuero.) & ſic loquitur tex.
obſcure quæ ſatiſdatio debeat eſſe iſta. ſ. iu-
dicium ſiſti vel iudicatum ſolui Vincen. hic
dicit quod de iure cõmuni hæc ſatiſdatio de-
bet eſſe de iudicio ſiſti: ſed de iure huius fori
iudicatum ſolui concludens, quod de iure
huius regni tenetur præſtare ſatiſdationem
iudicatum ſolui per. l. 6. infra (titu. de las te-
ſtimonias) quæ incipit (todo home) famo-
ſum profecto, & quotidianum eſt dubium
& hucuſque non bene determinatum: & de
iure communi eſt dubitatum; quia ſuo no-
mine conuentus non præſtabat ſatiſdationẽ
iudicatum ſolui: ſed iudicio ſiſti, quæ ad hoc
pſtabatur, vt reus oblato libello nõ fugeret
& ſic iudicium non poſſet terminari abſen-
tia ſua, nec deffinitiua ferri ſi ante lites cõteſt.

*Quæ ſatiſdatio debeat eſſe iſta an iudiciũ ſiſti vel iudicatũ ſolui an de la fa'. l. regni.*

fugeret,& ſic ſatiſdabat quod vſque ad ter-
minum litis in iudiciū ſiſteret, vt in authen.
offeratur:ſed hodie*videtur quod hæc ſatiſ
*a datio non ad hunc finem & effectum requi-
ratur, & ſic videtur opinio Vincen. habere
fundamentum ex hoc iure regni,& quod nō
ſufficiat dare fideiuſſorem de iudicio ſiſti,
prout de iure communi requirebatur. pro-
bat. l. noſtra ibi(de fiador al demandador
que le cumpla fuero) & vltra ibi(& recau-
degelo de guiſa quele faga derecho) & tex.
l.regni. in.l.1.infra(titu.de las ferias)ibi(de fiador q̃
haga derecho)iunctis aliis verbis poſitis in
medio ibi(& ſi el fiador pechare la deman-
da).l.6.infra(titu.de las teſtimonias) in fina.
ibi(& ſi aquel a quien demandaren no fue-
re arraigado de fiador de la demanda o pe-
ños que lo vala(& ſic iſta iura ſatis videntur
concludere opinionem & intellectum domi
ni epiſcopi,nec obſtat tex.in.l.5.incipit(quā-
do el home doliente)infra iſto titu. vbi text.
dicit (de buen fiador que eſte a derecho)&
ſic loquitur de fideiuſſore de iudicio ſiſti;quia
ibi loquitur in caſu diuerſo, ſcilicet quando
quis vult recuperare bona in quibus actor
fuit miſſus ex primo decreto quia non po-
teſt,niſi præſtita dicta ſatiſdatione, vt dicit
tex.in.§.ſi vero in authen.de exhi. reis colla.
2 4.¶Et ſatis ad hac opinionem Domi. epiſco-
pi vrgent iura ſuperiora maxime tex.noſter
& in d.l.6. (titu.de las teſtimonias)eſt verum
quod vidi quedam doctorem auditorem
Cancellariæ dicentem, q̃ dicta.l.(titu. de las
teſtimonias)loquitur in caſu ſpeciali,ſed ve-
rum eſt quod in principio dict. l. loquitur in
caſu ſpeciali,ſcilicet quando debitor confeſ-
ſus eſt debitum,nec potuit probare ſolutio-
nem per eum allegatam in termino ſibi aſsi-
gnato;quia tunc dicit tex. (meta el auer o pe
ños que lo vala en poder de fiel) ſed in fine
vbi text.loquitur indiſtincte in noſtra quæ-
ſtione generaliter loquitur & generaliter di-
ſponit in caſu,quod reus non poſſidet immo
bilia ( de fiador de la demanda,& ibi impoſ-
ſibile eſt, q̃ loquatur in caſu ſpeciali de quo
in princi. alias eſſe notoria repugnantia ex
eo,quia in primo caſu ſpecialiter prouidet
text.(que meta el auer o peños que lo vala
en manos de fiel) & ſic non ſufficeret fideiuſ-
ſor de iudicato ſoluendo,& prædicta vrgent
*b 3 nimis ad coadiuuādum opinionem. Domi.
epiſcopi.¶Audeo*tamen dicere, q̃ ſufficiat
debitori conuento ad euitandum ſatiſdatio
nem dare fideiuſſores(de la haz)ideſt q̃ reum
repræſentabunt & iudici exhibebūt quoties
ab eis fuerit petitum,alias ſoluēt iudicatum.
Moueor ad hoc; quia ſibi fateamur de iure
communi ſatiſdationem requiri, vt reus non
fugiat,ſiue de iure regni:vt per eam ſit cautū
actori,& ad debiti ſecuritatem videtur ſatiſ-
datum per hāc ſatiſdationem. Item videtur l.regni.
caſus hic de iſta conſideratione:vbi tex. dicit
(de fiador que le cumpla fuero)ſed dando fi
deiuſſorem (de la haz) impletur forus iste:
quia de iure iſtius fori ſi debitor non habet
vnde ſoluat:debet tradi creditori incarcera
tus,vt ei ſeruiat donec debitū extenuatum ſit
ſecundum formā.l.2.infra(titu.de los gouier
nos) & ſic per dictam ſatiſdationem eſt cau-
tum actori de remedio ſatiſdationis debiti
eo modo,& forma,quibus debitor eſt obli-
gatus,ſecundum leges huius fori. Item qua-
ſi eadem verba ponit tex.infra.libr. 4.*(tit.
de las fuerças(.l.3.incipit(todo home(ibi(de * c
buen fiador quāto fuere derecho que lo cum
pla;)& in l.infra(titu.de las ferias) dicit text.
(de fiador que faga derecho.)Præterea regu
lariter iura non aſtringunt aliquem dare fi-
deiuſſorem in pluſquam ipſe ſit obligatus:
ſed non habēs vnde ſoluere implet cum per
ſona,vt ſupra dixi:ergo dando fideiuſſorem
de ea ſufficiet. ¶Præterea vbicunq; de iure
communi aliquis debitor eſt cautua,& carce 4
ratus ratione ſuſpicionis vel fugæ*ſecundū
formam.l.ait prætor in.§.ſi debitorem.ff.de
his quæ in frau.credi. vel ratione contuma-
cie ſatisfacit dando fideiuſſorem de iudicio
ſiſti etiam ſi non caueat de iudicato ſoluen-
do,& cū dicta ſatiſdatione relaxabitur a car
cere:ita dicit Ange.in l.ſi ab arbitrio.§. fi.ff.
qui ſatiſda.cogan. & in repetitione.l. nemo
carcerē.C.de exactio.tribu.lib.10.tenet Bal.
in.l.fi.in.§. & ſi præfatam. C. de iure delibe.
Alexan.in.l.neq;.§. quiin ius ad finem. ff. de
in ius vocā.probatur bene in authen. ei qui.
C.de bonis auto.iudi.poſsi.iuncto.§.ſed ho-
die inſti.de ſatiſdatio.facit.l. ſciendū in prin.
ff.qui ſatiſ.cogā. ¶Poſſent hæc adiuuari ex
his quæ infra dicam,quæ ſatiſdatio eſt ſuffi-
ciens ad tollendum ſequeſtrum : & ita credo
q̃ ſufficiat hodie ſatiſdatio(de la haz) nec ob
ſtat tex.in.l.6.(de las teſtimonias) vbi text.
dicit(de fiador de la demanda)nam ſatis di-
citur dare cum dat fideiuſſorem( de la haz)
& audio ſic pronunciatum fuiſſe pridie ſe-
cundum hanc meam opinionem . per præ-
dicta excludes quaſdam ineptias poſsitas
hic a Doctore Alfonſo de Montaluo. ¶Fi-
deiuſſo-

*Adde quin decem queſt. in materia debitoris ſuſpecti cōcluſiue et breuiter declaratas per Bar. ſo... in l. ſi ab arbitrio. ff. qui ſatiſda. cogā.



deiuſſorem autem de iudicato ſoluendo nō
tenebitur dare cum regulariter ſit prohibitū
in tantum:& hoc eſt notandum q̃ hoc obti-
nebit etiam in forēſi.allego ad hoc Bal. in l.
cum proponas.C. de bo.auto. iudi. poſsi in
fi.verbis vbi dicit,q̃ ſi aliquis eſt forenſis re-
ceſſurus forſitan hoſpite inſalutato, q̃ non
tenetur præſtarē ſatiſdationem iudicatū ſol-
ui ſi ab eo petitur genus vel quātitas motus
ex eo;quia ſuo nomine conuētus nō ſatiſdat
iudicatum ſolui,ſed ſi ibi habet res immobi
les poterunt ſequeſtrari ſi ſuſpectus eſt:& nō
vult ſatiſdare.l.ſi fideiuſſor in.§.fi.ff.qui ſatiſ
da.cog.& auctē.ei qui iurat loquitur de ſa-
tiſdatione iudicio ſiſti non iudicatum ſolui
hæc Bal.in di.auctēn.cū proponas quod re-
fert perpetuo tenendum : hac ſententiā ſic in
forenſi ſequuntur Ioā.Fab.& Ange.in. §.ſed
hodie.Inſti.de ſatiſda.fuit ante dictū ab Spe-
cu.in titu.de ſatiſda.§.dicto ver.ſed pone Ti
tius,vbi dicit,q̃d ſi Titius in curia Romana
petiit a.b.angelico.c. marchas ſciens autem
ipſum.B.receſſurum petit quod deponat.c.
marcas penes iudicem vel q̃ præſtet idoneā
cautionem.ſ.pignora vel fideiuſſores , quod
ei ſoluet ſi vincat,quod nō debet audiri:mo-
uetur quia hodie nemo ſuo nomine conuen-
tus præſtat ſatiſdationem iudicatum ſolui,
vt in.d.§.ſed hodie.Item quia Papa ſuā vel
auditoris ſententiā, vbiq; poteſt executioni
mandare refert ſic ſe obtinuiſſe.allego famo
ſum tex.in.l.hæres abſens.ff.de iudi. in. §. ſi
quis tutelam ibi(nunquid dicimus eum qui
a mercatore quid comparauit aduena vel ei
vendidit quem ſcit inde confeſtim profectu
rum non oporter ibi bona poſsideri, ſed do
micilium eius ſequi ) quæ verba ſunt ſatis
notanda : & eſt caſus ibi, ſcilicet regulariter
quis ſortiatur forum ratione cōtractus, hoc
eſt verum , niſi quis contraxiſſet cū aduena,
ſeu viatore ſciēs eum aduenam ſtatim receſ
ſurum:quia talis non ſortitur forum ratione
contractus, ſecus ſi de proximo receſſurum
ignorabatur:vt ibi eſt caſus, vnde infert ibi
Bal.in.fi.verbis,quod cum iſti aduenæ & via
tores præſumantur receſſuri. vt ibi eſt caſus
& Bar.quod non poſſunt iurari , vt ſuſpecti
ratione receſſus. Hoc etiam probatur opti-
me in c.Romana in.§. contrahentes de foro
cōpe.li.6. ¶ Quod limita,*niſi talis aduena
*d 5 ibi ſoluere promiſiſſet*exemplum in merca
tore Peruſino veniente Venetias emente
multas mercantias ad credentiam quod nō
conuenitur pro precio , niſi Peruſii: & non
Venetiis,ſed ſi emiſſet vnū equum vel vnam
pe iam drapi a venditore credente illico ſol
ui pecuniam tunc ſine dubio Venetiis po-
terit conueniri pro precio,ita dicit Angelus
in dicto.§.ſi quis tutelam. ſic eſt intelligen-
da glo.ibi in quantum dicit legatum , & ad
uenam ibi conueniri poſse quod intelligi-
tur ſuper eo quod ibi erat ſoluendum. Bene
facit.l. ſi quaſi. ff.de pigno. actio.& inſtitu.
de rerum di.§.interdum.& licet.Ang.taceat
Bar.tamen hec fui doctrina Bart. qui famo-
ſe loquitur.dicit enim in dicto. §. quod quæ-
dam ſunt expedienda tempore contractus,
vt traditio rei emptæ puta ſi ab aduena ali-
quis emit equum vel aliam rem credens ſe
ſtatim receſſurum : tunc talis aduena ſi non
dat,nec implet videtur alium decipere:& ſic
delinquit.l.3.de pigno.actio. vnde non ſolū
ratione contractus:ſed ratione delicti ibi cō
miſsi poteſt ibi conueniri , ſed ſi.qua eſſent
expedienda alias:vt puta dedi tibi pecuniā
habita fide de re vel dedi rem habita fide de
pecunia.tunc habet locum diſpoſitio dicti.
§.¶Et per prædicta dicit glo.ſingu.in l.2.§.ſi
dubitetur.ff.de iudi. quod ſi aduena conue-
niatur in loco:vbi tanquam aduena, & ſta-
tim receſſurus contraxit, quod non tenetur
cauere etiam de iudicio ſiſti in loco ſui do-
micilii:& illam approbat Bar.in d.§. proin-
de. eo quia ibi de iure communi non poſſet
conueniri reprobat gloſ.contrarium tenen-
tem in d.§.proinde.¶Adde etiam quod per
prædicta opi. Specul. videtur gloſ. expreſſa
in dict.§. ſi dubitetur in parte ſola promiſ-
ſione,& in parte, accipere & ibi docto. præ-
ſertim Angelus ſentit opinio. Specula. vide
ibi docto. reperio etiam quendam docto-
rem magnę famę apud nationem ſuam no-
mite Franciſ.Iaco.de Are.in.l.2.in princi. in
4.col.ff.ſoluto ma.expreſſe tenentem, quaſi
opinionem Specula.ſ.quod ille qui contra-
hit cum aduena & forenſi, non peterit pete-
re ab eo,vt ante quā recedat ſatiſdet de ſol-
uendo ſibi pecuniam ex eo quod lex quæ
dicit,quod ſatiſdatio non poſſet peti , niſi ex
cauſa ſuperuenienti , oſtendit quando cauſa
vel conditio perſonæ erat eadem tempore
contractus perſona videtur approbata per
l.fi.C.de ſpon. ſi enim non ſequeretur fidem
aduenæ,ille qui contraxit cū eo petiiſſet ſecu
ritatē a principio:de quo dicā latius infra in
illa quæſtione vtrū ad hoc,vt poſſet debitor
fugitiuus capi ſit neceſſe conditionem eius
mutatam eſſe.¶Vnde regulariter ſit conclu
ſio-

*Add' ſingulariter p declarationebu

in ſcōcluſionib iacobinū de ſancto Georgio in l. heres abſes. §. ſi qs tutelā hic allega. in. 4. nota. per eū de 4. co. vbi ordinauit regulā cū quatuor limitationibus quādo aduena vel viator in loco cōtractus ſortiatur forū: & vide Pan. & mode. in c. fi. de foro cōpe. et per Maria. ſozi. in c. dilecti eodē tit. in 4. col. quādo cōtrahes in vno loco ſimpliciter pmittit ſoluere pecuniā nō deſignādo locū.

ſio,ꝙ non tenetur ſatiſdare de iudicato ſol-
uendo,etiam de iure huius fori, & ita teneo
ſcilicet ꝙ ſatisfaciat dando fideiuſſorem (de
8 la haz.)¶Manet igitur concluſio, ꝙ conuen-
tus,qui non poſsidet immobilia, tenetur ſa-
tiſdare alias carceratur,ſed per dictam ſatiſ-
dationem euitabitur carceratio: ſed hoc in-
tellige,quando quis eſſet captus vel incarce
ratus a principio litis:& ad hanc euitandam
carcerationem,petitur ab eo ſatiſdatio ſecū-
dum formam:de qua hic quia tunc euitabit
carcerationem ſatiſdando: vt ſupra dictum
eſt.Si tamen eſſet condemnatus, & pro exe-
cutione carceraretur, vel ſi confeſſus eſt debi
tum,& nullam exceptionem allegaſſet non
liberaretur dando fideiuſſorem de iudicato
ſoluendo,nec extrahitur de carcerare,nec ab
ea excuſatur dando fideiuſſorem,ſed præci-
ſe compellitur ſoluere:nam quid prodeſt fi-
*e deiuſſori de iudicato ſoluendo:*cum iā ipſe
condemnatus ſit vel ex ſententia, vel ex ſua
confeſsione:Allego ad hoc quoddam elegās
verbū Bal.in l.neq; in.§.2.ff.de in ius vocā.
poſtillando text.ſuper parte defendat: vbi
tex.dicit,ꝙ qui in ius vocatus eſt duobus ca
ſibus dimittēdus eſt.primus ſi quis eius per
ſonam defendat dicit Bal.ſuper parte defen-
dat,ſcilicet vt ſatiſdet vt in.l.nemo alienę de
re.iu ſubdit tamen elegāter verba ad propo
ſitum hoc eſſe verum,quādo quis eſt captus
pro cauſę cognitione, vt cognoſcatur de li-
te aliqua,ſed ſi eſſet captus pro debiti pronū
ciati executione:tūc nō debet dimitti defen-
ſori,vel fideiuſſori:quia tunc nō cadit defen
ſio,ſed debet detineri donec ſoluat ſecundū
Odofre.in quadā ſua additione ꝙ Bald.refert
bene notādū.Poterat allegare Bal. in ſui fun
damentum glo.valde ſingularē in. l. fin.ff.ſi
cert.peta.ſuper parte cogendum vbi glo. di-
cit,ꝙ ſi aliquis promiſiſſet ſimpliciter.10.nō
liberatur dando fideiuſſorem.l. promiſſor in
fin.de conſti.pe. nam creditori ſatisfieri de-
bet quemadmodum voluit.l.ſi rem in.§. oīs
9 ff.de pigno.actio.¶Accedat elegans text. ad
multa.in.l. ſi pecuniæ in fine. ff. vt in poſſe.
lega.*in fine ibi(nam quod id ſi integra re
fuerit)vbi caſus ꝙ aliquis miſſus eſt in poſ-
ſeſsionem pro eo ꝙ ſibi ſoluatur non debet
ab ea diſcedere,niſi ſolutione ſibi facta: vn-
de reſpice modum,& cauſam propter quam
miſsio facta eſt,& illum tex.dicit Bart. alibi.
non eſſe in l.conſentaneum in fin.col.C.quo-
modo & quando iu.ad hoc ꝙ ſi aliquis poſt
ſententiam in eius executione miſſus eſt in

*Adde qđ per illū tex.ſolet cōiter reprehēdi gl.in l.ꝓperādū.§.ſin aūt reus.C de iudi.q dicebat quod qñ eſt facta executio ſentētia

poſſeſsionem bonorum, non recuperat eius
poſſeſsionem, niſi ſoluat: nam ad hoc facta
eſt miſsio,vnde ſecundum Barto. & docto.
in dict.l.ſi pecuniæ eſt ibi caſus famoſus, qđ
tunc reciditur a poſſeſsione,quādo fit illa:
qđ ſi factum fuiſſet ab initio poſſeſsio non
fuiſſet data: ideo ſi miſsio in poſſeſsionem
eſt facta:quia non ſoluitur non receditur ab
ea,niſi ſoluatur.l.ſi aduerſus.ff. vt lega. no-
mine caue.& ſic de ſingulis, idem Barto.per
illum tex.in.l.properandum in. §. ſin autem
reus.C.de iudi.idem Bar.in.l.eum qui.& ibi
aliqui moderni de priui.credi.idem Bart. in
l.ſi finita in.§.Iulianus.ff.de daño inſe.6.col.
Paul.de Caſt.& Alexā.in l.fideiuſſor.in. §. ſi
ſatiſdatū.2.col.dicentes, quod etiam ſi ſeque
ſtrū reuocatur per ſatiſdationē: vt ibi eſt ca-
ſus eſt verū.quādo fieret ob ſecuritatem litis
agitandę ſecus ſi fuit factum,vt debitum ſol-
uat per dictam.l.ſi pecunia: quia neceſſario
ſoluere debet Alexand. in dicto. §. Iulianus
25.col.¶Hoc optime probatur in dict.l.pro 10
perandū. §. ſi autem reus:& ibi eſt caſus ſin-
gula.in parte,nec ſi reuerſus. & Bald. ibi di-
cit caſum eſſe, ꝙ quando fit miſsio ex cauſa
iudicati contumax non poteſt recuperare te
nutam per oblationem fideiuſſoris: *& ſum- *f
ptum, ſed ſolummodo per veram ſatisfa-
ctionem debiti quando res eſt accepta in te-
nutam pro pecunia, ſeu alia re:ſed quando
pro ſe ipſa:quia in rem petitā eſt facta execu-
tio tunc irreuocabilis, & irrecuperabilis eſt
talis tenuta per dicta.l.ſi pecu. & l. eum qui
de priui.credi.ff.& l. is cui in. §. Imperator.
ff.vt in poſſe.lega.nec obſtat authen. ei qui
C.de bon.au.iudi.poſsi. quia ibi erat facta
miſsio ante ſententiam diffinitiuam: & ſic
erat dubium de debito: ideo admittitur ſa-
tiſdatio,ſed quando poſt ſententiam debi-
tum eſt certum,ideo ceſſat ſatiſdatio. Hæc
Bal.benefacit tex.in cap.ex parte de verbo.
ſignifi.in. 1.reſponſo.& in.l.ſtatu liber ratio-
num.ff.de ſtatu.libe.idem Bald. & loquitur
nota in dict.authen.ei qui iurat.8.col. verſi.
quæro nunquid hæc authen. C. de bo. auth.
iudi.poſsi.fuit ſecundū eum cōcluſio Butri.
in.l.his conſequēter in.§.& cū vnus. ff. fami.
herci.concludens, ꝙ miſſus in poſſeſsionem
debitoris: quia non ſoluit non debet diſce-
dere,niſi per veram ſolutionē non per ſatisfa
ctionem:idem Bar.in.l.nec impuberis. ff. de
in ius voca.eſt caſus expreſſus in d.l.his con- 11
ſequēter.§.ſi.ibi(quam ſi totū ei legatū fuiſ-
ſet exſolutum.)¶Sed dict.l. pecuniæ. limita
quando

poteſt vltra ꝓpetuo recuperare poſſeſſione ꝓpt ſatiſdationē licet ſecūm leſ. ibi in ſi.co gl. nō ſit reprobatione digna: et vt moder. in.§.initia.l. ſi finita:tradit lega.ꝓ intellectu.§.ſi pecuniæ dan. ſoz.taſ.et ſim beteſ.in l.nec impuberis.§.qui in ius ff.de in ius voca.



quando quis vult ſatisfacere: prout tenetur
de iure communi, ſed ſi ex priuilegio nullo
modo auditur.Iſta eſt mirabilis limitatio:vt
Ange.verbis vtar in l.ſi finita in.§.videamus
ff.de damno inſe. ex quo infert ad quæſtiō-
nem quam ibi vide.¶Prima concluſio Bald.
ſatis corroboratur ex d.l.(d las teſtimonias)
infra vbi tex.dicit, ꝙ ſi reus non probauerit
ſolutionem ponat pignora &c. de his alibi
fiet ſermo prolixior ſi fata concedent acce-
dere ad gloſandum.l.2.infra(titu.de los go-
12 uiernos.)¶Poteris etiam addere & ſingula.
ad limitandum primam principalem con-
cluſionem, in qua continetur reum non eſſe
obligatum ad præſtandum fideiuſſorem de
iudicato ſoluendo: nam hoc eſt verum, niſi
ſit iam poſt ſententiam: tamē intra tempus
quod datur iudicatis ad ſoluendum miſera-
tionis cauſa,ꝙ olim erat quatuor mēſium ho
die.10.dierum vel arbitrarium vt in.l.ſi de-
bitori.ff.de iudi.nam tunc tenetur præſtare
de iudicato ſoluendo vel dare pignora,alias
nō gaudebit dicto tempore ſibi indulto. Iſte
eſt caſus ſingularis in l.ſi debitori.ff. de iudi.
ibi(dandūq; diem cum competenti cautela
ad ſoluendum pecuniam) iuncta glo. ibi ſu
per parte competenti quæ dicit cum fideiuſ-
ſoribus vel pignoribus *& ſic infert Bar. ibi
ꝙ ad hoc vt condemnatus habeat dilationē
quatuor menſium vel confeſſus. 10. dierum
habet neceſſe ſatiſdare de ſoluenda dicta quā
titate in tempore ſtatuto, nec obſtat ſecun-
dū eum ꝙ nemo coneutus ſuo nomine tene-
tur ſatiſdare iudicatum ſolui.vt in.§.ſed ho-
die inſti.de ſatiſda.quia illum eſt verum pē
dente iudicio,ſed poſt latam ſententiā debet
cauere de iudicato ſoluendo, quia cautio de
iudicio ſiſti: iam tunc videtur fruſtatoria,
quia ipſa permittitur ſentētia vt.l.Grecē. in
§.poſt litem.ff.de fideiuſſo.Item,quia dilatio
quæ datur iudicatis datur miſerationis cau-
ſa.l.ſi cum militi.ff.de compen.ergo interim
debet ſatiſdare.l.vniuerſas.C.de diuer.reſcri
ptis.eſſet enim iniquum ſi pendente illa dila
tione debitor aufugerit, & res ſuas forſitan
exportaret.l.ſi longius in.§.1. ff. de iudi. ita
dicit Bar.in d.l.ſi debitori.¶Ex quo infert ꝙ
13 infra illud tempus quod miſerationis cauſa
datur ad ſoluendum confeſſo vel condem-
nato non poſsit ipſe debitor capi,& incarce-
rari,niſi caueat cum fideiuſſoribus de ſoluē-
do vel cum pignoribus vel bonis cedat.l.1.
C.qui bo.ce.po.idē Bal.in effectu in.d. l.ſi de-
bitori.dicit tamen quod illud quod Bart.di

*Adde qđ per illū tex.dicit ibidē An. fuiſſe cōdēnatū quēdā officialē q captū & cōdēnatū ꝓ delicto propter pēdētiā termini infra quē debebat ſoluere relaxauit.quē etiam ſequitur ibidē Iac.in.2.co.

cit de captura debet intelligi non ratione de
biti,ſed ratione ſatiſdationis non præſtitæ,
vnde prius debet conſtitui in mora ſuper ſa-
tiſdatione, niſi debitor eſſe ſuſpectus de fu-
ga:nam tunc etiam ratione debiti.Ange.etiā
in d.l.ſi debitor ſequitur indiſtincte doctri-
nam Bart.ſ. *ꝙ poterit debitor condemna-
tus vel confeſſus capi infra dictum tempus
ei indultum miſerationis cauſa niſi ſatiſdarit:
nam cum iſta dilatio indulgeatur miſeratio-
nis cauſa.l.ſi qua militi de compenſa.non de
bet eſſe nociua creditori immo debet eſſe
cautus:& ſecurus quod adueniēte tēpore ſibi
ſatisfiet.¶Vnde infert,ꝙ ſit cautus iudex ma
leficiarum,vt ſi tale dilatione conceſſa pēden
te condemnato pro crimine ad ſoluendum
poſſet capere ipſum condemnatum, quod
non tardet eum capere, nec timeat propter
pendentiā dilationis:& ita dicit ſe vediſſe ob
ſeruari de facto in quodam rectore qui cepe
rat malefactorem dicta dilatione pendente,
& eū relaxauit propter quod tēpore ſindica-
tus fuit cōdēnatus,& iuſte ſecundū eū. ¶Ad- 14
de tamen,quod ad hoc vt gaudeat dicta dila
tione nō eſt neceſſe, vt ipſe offerat fideiuſſo-
res,niſi iudex ei præcipiat:quia ſi eſſet euiden
tiſsime locuplex poſſet iudex tunc arbitra-
ri in mente ſua ne faceret huiuſmodi manda
tum de fideiuſſoribus dandis, quo caſu de-
beret bona ſua obligare, & etiam precario
cōſtituere vſq; ad debiti ſatisfationem: nam
hypotheca cū precario loco pignoris eſt fa-
cit.l.2.§.ſi dubitetur.ff.de iudi.ita dicit Bald.
in.l.ſi.C.de exe.rei iudi.2.col.¶Vnde in effe- 15
ctu concluſiue conſidera tria tēpora vnū pē-
dente iudicio,& tūc habet locum ſatiſdatio:
de qua ſupra dictum eſt:aliud poſt condem-
nationem vel confeſsionem.ſed infra tēpus
quod datur iudicatis ad ſoluendum miſera-
tionis cauſa: & tunc debet præſtare fideiuſ-
ſorem de iudicato ſoluendo vel pignora. l.ſi
debitori de iudi.tertium tempus eſt poſt di-
ctū tēpus tranſatū: & tunc omnino ſoluere
compellendus eſt, nec ſatisfacit dando fide-
iuſſorem de iudicato ſoluendo, & ſic intelli-
gitur.Bal.in d.l.neq;.de hoc tertio tempore
deo fauente dicam in d.l.2.infra (titu. de los
gouiernos)vbi proprius cadit materia huius
tertij temporis.¶Conſidera etiam,quod vbi 16
cunq; aliquis in contractu dedit fideiuſſorem
ad ſoluendum etiam ſi ſuper tali contractu
conueniatur non ſit(arraigado) vt hic diſpo
nit text. ſi fideiuſſor eſt idoneus & ſoluen-
do non debet capi,nec carcerari;nā ante quā
fiat

*Adde qđ hanc doctri. Bar.cōtra Pa. in c.qđ ad cōſultationē de ſent.et re iudi.ſequitur Iacobinus in ea d.l.ſi debitori.2.co.dicēs nō eſſe tutū in iudicādo recedere a dicto Bar.communiter tenetur et idē ſeqtur ibidē Lāc.de tinis ꝙ quo vt.Barba.et moder. in.c.qrētī de officio d'lega.

ſiat captura de debitore debet fieri excuſsio non ſolum bonorũ ipſius, ſed etiam ſui fideiuſſoris. Iſte eſt caſus ſingularis in l. plures la. 2. ff. de fideiuſſo. & ad hoc commendatur per Aretinum, in l. maritum in. §. eleganter. ff. ſoluto matrimo. 4. colu. per verba ſupra dicta; & nil plus dicit: tu dic, ꝙ dict. l. incipit ſi plures in. §. præterea, & Bart. ibi ſummat illum tex. quod in bonis principalis cõputãtur vires fideiuſſoris, & eſt. §. præterea (el ſecũdo) vbi hoc probatur in quantũ tex. dicit (vires ſequentes fideiuſſoris ei aggregãdæ ſunt) & glo. ibi eleganter dicit ꝙ principalis dicitur eſſe ſoluẽdo, ſi fideiuſſor eſt ſoluendo, & adde etiam Bald. qui dicit non eſſe alibi dictam gloſ. cum tex. in l. mulier, C. de iure do. ad hoc quod ſi fideiuſſor eſt idoneus multum, & principalis non per fideiuſſorẽ ſuppleri videtur patrimonium debitoris, & idẽ dicit e contra idem Bal. in authen. ſed hodie in princi. C. de actio. & obliga. cõmendat ad hoc dictum. §. & quo ad propoſitum iſtius. l. ſatis probatur hic: nam ſi iſte tex. ſatiſdando mãdat euitari carcerationem ſat. ſ. fieri videtur huic legi ſi in contractu ab initio datus eſt fideiuſſor qui nũc eſt idoneus.

17 ¶ Adde tamen duas elegãtiſsimas limitationes ad ſupra dicta. Prima eſt ad regulam in qua dixi, ꝙ regulariter conuentus, qui non poſsidet immobilia, ſcilicet ꝙ non eſt arraigado, non tenetur præſtare, niſi fideiuſſorem de la haz. vt procedat niſi ipſe cõfeſſus eſſet debitum: nam tunc ſi dicit debitor, ꝙ ſoluit, ſeu allegat aliam exceptionem ſi aſsignato termino illam non probauit (mete el auer, o peños que lo vala en manos de fiel) ſed ante aſsignationem termini, ſeu antequam ſit trãſactus, videtur ꝙ tũc tenetur fideiuſſorem dare de iudicato ſoluendo, aut pignora. Iſta eſt l. nota. in hoc foro. li. 2. (titulo de las teſtimonias). l. 6. incipit (todo home:) & vidi quẽdam doctorem antiquum aſſerentem, ꝙ illa lex inducit caſum ſpecialem cõtra eum, qui debitum confeſſus fuit, ſed verior intellectus

18 eſt a me datus. ¶ Secunda limitatio ad regulam ante dictam, in qua tenuit ꝙ poſtquam quis eſt condemnatus non ſatisfacit dando fideiuſſorem, nec ob hoc extrahitur de carcere, niſi ſoluat: nam dico, ꝙ hoc eſt verum, niſi talis debitor condemnatus non haberet bona aliqua abſoluẽdum & ce ſit omnibus bonis ſuis ita quod neceſſario debet dari creditori ad ſeruandum ſibi ſecundum formam. l. 2. infra (titulo de los gouiernos:) nam dico, ꝙ ad euitandum hoc ne creditori detur ad ſeruiendum * ſi iam ceſsit omnibus * bonis ſuis ſufficiet dare fideiuſſorem idoneum de iudicato facto ſoluendo: hæc eſt lex mirabilis in dict. l. 2. (titulo de los gouiernos.) ibi (ni auer fiador) & eſt iuſtum, & etiam creditori vtile nam cum dicta lex ſit exorbitans inducens quandam ſpeciem ſeruitutis contra l. ob æs de præ. mi. licitum eſt vt talis pœna ibi inducta euitetur per dationem fideiuſſoris, nec hoc eſt contra dictum Bal. in dict. l. neq; quia ibi non loquitur Bal. in caſu quo debitor vellet cedere bonis, quia per ceſsionem de iure communi ceſſabat carceratio, ſed ſi aliquis eſſet captus pro debito ex inſtrumẽto habente paratam executionem allegans in termino legitimas exceptiones etenim crederem, ꝙ deberet dari ſub fideiuſſoribus (de la haz.) quia licet inſtrumentũ habeat paratam executionem tamen legitimæ exceptiones admittuntur contra eum in termino. 10. dierũ: & ſic ceſſant omnes rationes aſsignatæ per Bal. in dict. l. neq;.

* g

** Adde pragmatică. 80 fo. 66. in vo. pragmaticarũ de debitoribus qui cedũt bonis.*

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor idoneus quas facultates debet habere.*

2 *Fideiuſſor idoneus an debeat poſsidere immobilia.*

3 *Satiſdatio domini quando releuit procuratorem.*

4 *Quid ſi conuentus non poteſt inuenire, niſi poſſeſſorem bonorum mobilium puta mercatorem num. 5.*

6 *Quæ ſeu quot immobilia debet fideiuſſor idoneus poſsidere.*

7 *Quid ſi reus dat fideiuſſorem aliquem coniunctum ſuum minus idoneum & num. 8. & 11.*

8 *Qui tenetur dare obſidem an dando quemlibet de ſanguine ſuo liberetur.*

9 *Filius an ſit idoneus fideiuſſor pro patre.*

12 *Quando litigatur inter coniunctos an ſufficiat fideiuſſor minus idoneus.*

13 *Quid ſi fideiuſſor inops eſt tamen fidelis & legalis perſona.*

14 *Fideiuſſor tutoris vel curatoris an debeat eſſe locuples ſicut pupillus, & qualiter hoc intelligatur vſque ad nu. 18.*

15 *Intellectus plures ad. l. mulier. C. de iure dotium vſque ad nu. 18.*

19 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti an debeat eſſe idoneus ex facilitate conueniendi & qualiter hoc intelligatur nu. 20.*

21 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti qui non fecit ſiſtere reum ad quid teneatur.*



1 Nunc opportune reſtat aliqua inueſtigare circa perſonam fideiuſſoris: & primo conſidera, quod fideiuſſor de iudicio ſiſti debet eſſe idoneus facultatibus tex. eſt in l. 2. quę incipit fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. cogan. in princi. ibi (non tantum facultatibus) eſt ſimi. tex. in l. 1. & 2. ff. vt in ius voca. eant, aut ſatiſdent.

l. regni.

2 ¶ Sed in qua quantitate debeant eſſe iſtæ facultates glo. in d. l. ſi fideiuſſor in parte facultatibus ſentit; quod debent eſſe æquales ad quantitatem petitam a reo. l. quos nos in. §. 1. ff. de verbo. ſignifi. & in l. 1. in ius voca. vt eant nihil plus dicit glo. in d. l. 2. niſi, ꝙ iſtæ facultates conſiderantur vſq; ad magnitudinem rei petitæ: cum qua opinione videtur cõcordare quædam. * l. fori. in l. 1. lib. 3. (tit. de las fiadorias.) ibi (que aya la valia.) * ¶ Alia glo. eſt quæ tradit aliam doctrinam. ſ. in autem. de eui. rei. in. §. ſuſcepto colla. 5. & eſt gl. ſuper parte ſuſcepto: vbi glo. dicit, quod iſte fideiuſſor debet poſsidere immobilia concludens quod ſcholaris non poteſt dare in fideiuſſorem alium ſcholarẽ, qui immobilia nõ poſsideat. Mouetur glo. per tex. in. §. 1. inſti. de fideiuſ. vbi text. dicit, quod propterea homines accipiunt fideiuſſores, vt diligentius ſibi cautum ſit ergo ſi ipſe principalis debet poſsidere immobilia idẽ in fideiuſſore; alias non eſſet cautum diligentius: immo negligẽtius quã glo. ſequitur Angẽ. in d. §. fideiuſſor in princ. illam approbat Bar. in d. l. ſciendũ. in. §. 1. in fi. verbis. ff. qui ſatiſda. cogatur. dicens: quod nõ dicitur idoneus fideiuſſor, qui nõ poſsidet immobilia. idẽ Ang. in l. ſi filius in princ. ff. qui ſatiſda. cogan. licet ibi non allegauerit dictam gl. Bart. in l. prætoriæ la fi. nal. ff. de præto. ſtipu. poſt Dinũ allegat glo. in d. §. ſuſcepto: & ſimpliciter tranſit cum ea remittẽdo ſe ad illam, & nihil plus dicit hãc ſententiam videtur ſequi Spec. vnde reperio eum in titulo. de ſatiſda. in. §. 2. incipienti viſo de actoris ſatiſdatione in. 2. col. in verſic. quid ſi ſcholaris, mouet quæſtionem. vtrum ſcholaris poſsit dare, in fideiuſſorem alium ſcholarem: concludit quod non duplici ratione motus. Prima quia habet priuilegium fori. & ſic non eſt idoneus conueniendi facultate, vt d. l. fideiuſſor. Secunda, quia non poſſidet immobilia, & in hoc facit: & certe ipſe tacuit glo. in d. §. ſuſcepto cuius fuerunt verba, & fundamenta Specula. nam ibi glo. mouet quæſtionem in ſcholari, vt loquitur Specu. & allegat eadẽ fundamenta quæ Spec. ponit & etiam opinio. Spec. ad literam ſequitur Ioan. Fab. in. §. ſed hodie inſtru. de ſatiſda. Alex. in d. l. ſi fideiuſſor. in. §. 1. pri. col.

* a

** Adde plura quæ ſcribunt Soci. Ia. & moderni. in l. 2. in princi. ff. qui ſatiſda. cogantur: & vid. Ale. de Imo. in conſi. 160 volu. 5. viſo proceſſu: vbi etiam de intellectu verborum Bart. in l. ſi defunctus. ff. de procurato. quem allegauit autor. nu. ſeq.*

3 ¶ Accedit illud quod eleganter dicit Bart. in l. ſi defunctus. ff. de procura. & clarius Ange. quod ſatiſdatio domini, tunc releuat procuratorem, quando ipſe dominus per ſe litigando nõ tenetur ſatiſdare. * puta quia poſsideat immobilia, ſed vbi dominus per ſe litigãdo teneretur ſatiſdare: vt quia nõ poſsideat immobilia, tunc talis releuatio domini nõ eſſet ſufficiens, quod oſtenditur clare ad ſenſum: non enim poteſt dominus plus per procuratorem agendo, quam per ſeipſum poſſet, ſed ſi per ſe ageret ſua promiſsio non eſſet ſufficiens ergo nec nunc, ita dicit Angel. in d. l. ſi defunctus, dicens, quod cum ſemel occurriſſet de facto; ita obiecit, & ita fuit iudicatum, & vt moris ſui eſt non facit aliquam mentionem de Bart. ſed loquitur, quaſi a ſeipſo, ſed certe Bar. ibi hoc tenet expreſſe. Idẽ Bar. in rubri. iudi. ſol. fina. col. quod tene menti; quia nunquam vidi ab aliquo aduocato hoc deductũ in practicam, quod inaduertẽtiæ attribuendũ cenſeo; & ſic maneo in hac cõcluſione, ꝙ ad hoc vt fideiuſſor dicatur idoneus requiritur, quod poſsideat immobilia. * b

4 ¶ Quod limita primo, niſi alium inuenire nõ poſſet: quia tũc bene accipietur poſſeſſor mobilium * vt mercator: ita dicit Ang. in d. l. ſi fideiuſſor allegat Speculat in d. titu. de ſatiſdatio. §. viſo. verſi. quid ſi ſcholaris. idẽ Ioã. Fab. in. §. ſed hodie. Alexan. in d. l. fideiuſſor, & nimirum ſecundum eum. quia videmus ꝙ quando fideiuſſor inueniri non poteſt ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni. l. 1. cum alijs. ff. qui ſatiſda. cog. omnes iſti fundantur ſolum autoritate Specu. ſed tam ipſe quã Specu. ſupprimunt autoritatẽ Accurſij. qui mouet quęſtionem in d. §. ſuſcepto. Quid ſi talẽ fideiuſſorẽ dare nõ poteſt dicit glo. quod iurat ſe fideiuſ-

* c

** Adde de hac limitatione, & ſequẽ. moder. maxime Socin. & Ia. in l. 2. ff. qui ſatiſdare cogatur, vbi ordinauit regulas cum limitationibus*

deiuſſorem dare non poſſe, & ſe ſiſtere. vt in
aut.nen.de litigio.in.§.ad excludendas; & ſic
melius prouidet glo.ergo a fortiori. in caſu
quo ipſi loquuntur.
5 ¶Sed cum hodie de iure huius regni ſi quis
non poteſt dare fideiuſſorẽ, non cõmittitur
ſuæ iuratoriæ cautioni; imo carceratur, vt eſt
caſus hic non crederem ſtandũ eſſe huic opi-
nioni. S. ꝙ ſi nõ põt dare fideiuſſorem immo-
bilia poſsidentem ſufficiat dare talẽ qui poſ-
ſideat mobilia, niſi poſsideret tanta mobilia
propter quæ præſumendum eſſet, ꝙ ceſſaret
ſuſpicio fugæ, vt dixi ſupra in perſona prin-
cipali: & hoc teneo cum iſta ſatiſdacio ſucceſ
ſit loco poſſeſsionis immobilium.
6 ¶Secundo limita d. glo. vt mihi videtur ex
omnibus quę dixi in principali perſona quo
ad poſſeſsionẽ immobiliũ: & ſic non requirã
ꝙ poſsideat immobilia æquiualẽtia quanti-
tati petitę. Sed tanta, ꝙ nõ præſumatur fuge
re, & ꝙ ſufficiat poſsidere tãta mobilia, ꝙ ſit
cautũ actori propter quæ ceſſet ſuſpicio fu-
gę, vt latius dixi ſupra in perſona principali.
¶Tertio limita dictam glo.d.§. ſuſcepto non
7 habere locum in coniunctis perſonis: ita di-
cit Bar. in d.l. ſciendum in finalibus verbis
principij.ff.qui ſatiſda.cogan.debes ſic intel-
ligere: quod ſi reus dat fideiuſſorem aliquẽ
coniunctum ſuum: licet talis fideiuſſor ſit
minus idoneus, & non poſsideat immobilia
non debet repelli, imo admitti. Hanc conclu
ſionem Bar. ſequitur Alex. in d.l. fideiuſſor
eiuſdem titu.hoc probatur expreſſe in l. 1. &
2. & 3.ff.in ius voca. vt eant aſsignat glo.ra
tionem in d.l.2. quia habuit ius pro conſtãti
quod neceſſarius.i.coniũctus neceſſariũ illa-
queatum non ſina ideoq; ſe iudicio pręſenta
bit: nam quis carnem ſuam odio habuit l.2.
de recep.facit l.filius.ff.de his qui ſunt ſui vel
alieni iur. & ibi Bal.ad finem dicit nota con-
iunctos ſanguine affinitate vel beneficio, vt
patroni idonei ſemper cenſeri.
8 ¶Ex quo infert vnum verbum ſatis notan-
dum, quod ille qui tenetur dare obſidem li-
beratur dando quemlibet de ſanguine ſuo:
licet non ſit locuples: quod reputat.notat.di
gnum, & non ſolum in coniunctis, ſed in affi-
nibus poni. tex. hãc prærogatiuam in d.l.2.
ff.in ius voca.vt eant ibi (vel vxore nuruve)
& licet tex.ibi exemplificet in quibuſdam cõ-
iunctis, ſcilicet in patribus & liberis. &c. ta-
men hoc extendetur ad omnes illos coniun-
ctos qui inuiti non coguntur dicere teſtimo-
nium qui enumerantur. ff. de teſtimo. l. nec
inuiti alias.l.Iulia.ita dicit Bart. quem com-
muniter omnes ſequuntur in d.l.1. & ibi gl.
notab. ſuper parte neceſsitudinem extendit
dictam l.ad coniunctos ſimiles. Et aduerte,
quia proprie.d.l.1.in ius voca.vt eant loqui
tur in ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & de ali-
quo repræſentando in iudicio: prout eſt ſa-
tiſdatio quam dixi deſiderari ab hac l. & in
hac tali ſufficit dare fideiuſſorem coniunctã
perſonam: licet minus idoneam, ſed cum ſa-
tiſdatio, de qua in hac. l. requiratur princi-
paliter, vt ſit cautum actori ad ſui debiti ſe-
curitatem, vt antedixi: licet in terminis iuris
cõmunis obtineret: hæc limitatio tamẽ quo
ad hanc legem habeo eã pro dubia, pro quo
facit, quia licet in dicto fideiuſſore de iudicio
ſiſti obtineat d.regula: ſed in alijs caſibus v-
bicunq; quis tenetur dare fideiuſſorem non ſa
tisfacit dando coniunctam perſonam minus
idoneam, ita dicit Bar.poſt Guiller. in d.l.1.
ratio: quia dictũ edictũ loquitur in caſu ſpe-
ciali: ideo non extẽditur. l.ſingulare & l.qui
contra de legi.C.idem Bal.ibi dicens: quod
vbi fideiuſsio non impletur mero facto ſiſtẽ
di, ſed deſiderat ſolutionem pecuniæ fideiuſ
ſor debet eſſe idoneus & ſoluendo: quia cum
ſit ſpeciale in fideiuſſore de repræſentando:
ergo in contrarium eſt ius commune: & hęc
verba iuncta cum dictis legibus multum in-
ferunt in propoſito: nam ſecundum opinio.
quam tenui ſupra, quod nõ teneatur præſta
re fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, ſed ſo-
lum de la faz: & ſic impletur fideiuſsio mero
facto ſiſtendi videtur obtinere hæc limitatio
ad hanc legem cogita: quia ego dubito: idẽ
ſequitur ibi Ange. dicens illum titulum de-
bere ſtricte intelligi in fideiuſſore de repræ-
ſentando aliquem in iudicio. & ſic de cautio
ne de iudicio ſiſti ſecus tamen dicit eſſe ſeruã
dum in fideiuſſore de* iudicato ſoluendo: nã
tunc coniuncta perſona nõ reputatur idonea
eo: quia coniuncta, niſi fuiſſet in facultatibus *d
ſufficiens per l.3.de fideiuſſori. & per l.2.qui
ſatiſda.cogan.3.q.3.c.offeratur: & ibi per Ar
chi.ad finem. ¶Hinc dicebat Ang.in l.2.in.§.
filius.ff.qui ſatiſda.cogã. ꝙ licet filius ſit ido 9
neus fideiuſſor pro parte: * vt ibi eſt caſus:
hoc eſt verũ quo ad illud edictũ: in alijs caſi- *Adde plurima quæſiuit Nicolaus
bus dicit contrariũ eſſe ſeruandum per locũ
a ſpeciali. ¶Ex quo infert, quod venditor qui
emptori vult dare filium in fideiuſſorem nõ 10 Boe.in deci. aurea. 221 de obligat.
auditur: nam per interuentum eius perſona
noua non videtur accedere: cum perſona pa
tris, * & filij intelligantur eadẽ. C.de impu. &
alijs



*fideiuſſoria facta a filio pro patre: & cõuerſo.*
aliis.l.penul.C.de agri.& cen.l.cum ſatis lib.
10.quod eſt valde vtili ſecundũ eum fuit an
tea dictum Guil.de Cu.ſecũdum eum in. l. 1.
ff.de in ius vocan.ſed Bal.in dict.l.2.§.ſi quis
tenet contrarium: licet non multum clare di
cit enim quod filius poteſt eſſe fideiuſſor con
tractus: ſed non loquitur ibi Bal.quãdo fide-
iuberet pro parte ſed Fulg. in. §. prætor ait;
quẽ ibi ſequitur Paul.de Caſ.cum quibus trã
ſit Alex.in d.§.ſi quis d. l.2. aperte firmãt con
tra Ang.mouentur: quia ibi eſt ſpeciale, vt fi
lius nõ idoneus facultatibus accipiatur pro
fideiuſſore: ideo quia litigatur inter coniun-
ctos: ergo vbi alias eſſet idoneus indiſtincte
reciperetur in fideiuſſorẽ: licet ipſi non reſpõ
11 deant rationibus Ang. ¶Et in tantũ admitti-
tur pro coniuncto fideiuſſor eius coniunctus
non idoneus: quod etiã hoc obtinebit nõ in
ſubſidiũ, ſi alios fideiuſſores dare non poteſt:
ſed etiã ſi alios dare poſſet alias nullum eſſet
priuilegiũ: quia tunc ſufficeret nuda cautio
iuratoria, vt in auth.generaliter.C.de epiſ.&
12 cleri.ſic dicit Bal.poſt Gui.in d.l.1.ſed cũ ho
die per hanc.l.ceſſet cautio iuratoria: per con
ſequens videtur ceſſare fundamentum Bar. &
non haberet locum hodie hęc determinatio.
13 ¶Quarto limita dictã glo.niſi litigaretur in
ter coniunctos: nam tunc admittitur fideiuſ
ſor, etiam non idoneus. Iſte eſt caſus ſingu. in
dict.l.2.§.prætor ait. ibi (qualiſcunq; fideiuſ-
ſor iudicio ſiſtendi cauſa accipiatur.) ¶Quin
*Adde pluraq; in iure propter legalitatẽ & fidelitatẽ perſonę ſunt introducta & permiſſa cõtra regulas iuris per Hippo.de mar.in.l.1.§ ad quæſtionẽ.ff. de quæſtio in. 2. co. & per eũ d. in.§.ſi quis vltro eiuſdẽ l.n.11.co.4*
to limita, niſi fideiuſſor inops, & non poſsi-
dens immobilia eſſet multum fidelis perſona
& conſueta ſeruare* promiſſa: nã talis habe-
tur pro idoneo: * ita eleganter dicit Pau.de Ca.
in.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ.§.1.per illũ tex.
ff.de verbo.obliga.& ſic dicit debere limita
ri d.l.fideiuſſor probat hoc per tex.in dict. l.
ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ in fin. verbis. ibi
(niſi quod plerunq; idonei nõ tam patrimo-
nio, quam fide quoq; extimarentur (hoc im-
probat Alexan.de l.no.& bene in dict.l. fide
iuſſor.§.1.verſi.item limita dictam glo. nam
tex.ibi recte ponderatus vltra legalitatem &
fidelitatem perſonæ requirit abundantiã pa-
trimonij, quod clare demoſtrat tex. in quan-
tũ dicit: (nõ tam patrimonio) & verus ſenſus
illius literæ eſt, quod qui promiſit ſatiſdare,
ſi nõ ſatiſdat tenetur ad intereſſe, ꝙ intereſ-
ſe cõſideratur, ſiue ex eo quod principalis nõ
eſt ſoluendo: ſiue quia licet ſit ſoluendo non
eſt homo legalis opinionis, ſed forte litigio-
ſus: & talis qui non habet conueniendi faci-
litatẽ: vnde ad hoc, vt tale intereſſe ceſſet re-
quirãtur duo copulatiue ſcilicet eſſe ſoluẽ
do, & habere facilitatem conueniendi: non er
go recte potuit Paulus ſumere argumentum
ad hoc ſcilicet quod vnum ſufficeret ſcilicet
eſſe omine legalis opinionis, dato quod eſ-
ſe inops. Item ſequeretur abſurdum ex con-
ſideratione Pau.de Caſt.quod ſi talis fideiuſ 14
ſor inops decederet non eſſet cautum ei qui
illum ceperat: licet eſſe fidelis perſona ſecun-
dum Alexan.cuius fuit hęc ratio. ¶Adde prę
dictis alium caſum, in quo fideiuſſor non
etiam non æque idoneus admittitur ſcilicet
in fideiuſſori tutoris vel curatoris: nam non
requiritur: quod ſit ita locuples * ſicut pu- *g
pillus. Iſte eſt caſus ſing. in l. mulier. C.de iu-
do.ibi (licet ipſi tempore creationis fideiuſſo
rem in minorem, quam dos eſt quantitatem
dicitur præſtitiſſe) vbi eſt caſus valde nota.ꝙ
vale conſtitutio dotis facta a muliere mino
re cũ autoritate curatoris generalis vel ſpe-
cialis: licet tẽpore quo fuit creatus dictus de
dit fideiuſſorem qui non habebat facultates
æquiualentes doti a dicta minore conſtitutę
& per illum tex. dicit Bar.in l.2.§.idoneos ff.
ad Tertul.quod licet tutor ad hoc, vt dica-
tur idoneus debet eſſe ita locuples ſicut pu-
pillus, tamẽ in fideiuſſore dato a tutore non
requiritur; quod ſit ita loclupl es ſicut & pu-
pillus, & allegat di. l.mulier. illã etiã allegat
Bar.ad hoc in l.Roma.ff.de tuto.& cu.da. ab
his ſcilicet quod paupertas fideiuſſoris nõ vi
tiat tutellam eius tutoris: pro quo fideiuſsit,
idem Bar.in l.legitimos, quaſi ad finem prin
cipij.ff.de legit.tuto.allego aliũ tex.qui hoc
probat in l.fi.C.de magiſt.conue. ibi (in quo
caſu non erit curatoris ratio reprehẽdenda)
ꝙ ibi Bal.in quinto notabi. dicit nota. quod
nõ vitiatur tutela: licet fideiuſſor non ſit ido
neus niſi tutori poſſet opponi dolus. 15
¶Et Bald.in dict.l.mulier in lectura ſecunda
quam fecit ſuper lib.5.dicit dictam.l.eſſe mi-
rabilem ad hoc, quod ſi curator datur ad cõ
ſentiendum ſuper contractu, & dat fideiuſſo
rem, qui non habet tantum in bonis quantũ
vertitur in contractu, quod nihilominus te-
net curatio, & autoritas. ¶Conſidera tamen
ne decipiaris, cum iſte ſit paſſus quotidia-
nus: nam ſupra dicta doctrina quæ traditur
in di.l.mulier debet intelligi dupliciter: pri-
mo non quod iudex debeat accipere talem
fideiuſſorem, ſed ſi acciperet eius paupertas
non vitiat tutelam, nec geſta per tutorẽ, &
curatorem: & ſic nõ eſt de eſſentia tutulę vel
curę eſſe fideiuſſorem diuitem, tamen iudex
BB non

non debet facere: imo erit iuſta cauſa amo-
uendi tutorem: ita in el igit Bart. d. l. mulier.
in l. Romanus de tutel. & cura. da. ab his, &
in l. legitimos ad finem principij. ff. de legiti.
tutel. idem ſentit Bald. licet non allegat Bar.
in dicta l. mulier in dicta. 2. lectura, dicens: qđ
ratio. d. l. eſt quia illud decretum, de quo in
dicta. l. tenuit ipſo iure, ex quo ille fideiuſſor
eſt admiſſus tanquam idoneus. l. qui ſatiſda
re de fideiuſſo. ff. & ff. manda. l. inter cauſas.
§. abeſſe. idem Bald. in dicta. l. mulier in pri-
ma lectura dicens eſſe ibi expreſſum, quod
de ſubſtantia ſatiſdationis tutelæ, vel curæ
non eſt neceſſe, quod patrimonium tutoris,
vel curatoris & fideiuſſoris valeat, tantum
quantum bona adulti, vel pupilli in quibus
per modum alienationis interuenit autori-
tas. ſufficiunt ergo facultates arbitrio iudi-
cis, in cuius arbitrio eſt eũ reputare idoneum
vel non idoneum hæc ille. Et iſte ſit primus
intellectus, & notandus ad dictam. l. mulier.
eſt verum quod licet Bald. in idoneitate vi-
detur idem requirere in tutore, quod in fide
iuſſore Bart. tamen in dicta. l. 2. in §. idoneus.
ff. ad Tertu. ſentit contrarium; & licet Barto.
nec Bald. nihil allegent in fundamentum, ſci
licet, quod iudex non debeat recipere talem
fideiuſſorem; ego allego text. valde notandũ
ad hoc in l. fina. C. de magiſt. conue. & ibi ad
hoc notauit Bald. in tertia nota. dicens, nota
quod fideiuſſor tutoris debet eſſe locuples,
& idoneus ſecundum quantitatem inuenta
rij, & ſic non videtur hoc relinquere arbitrio
16 iudicis, prout voluit Bald. in d. l. mulier. ¶Se
cundus intellectus dictæ. l. mulier eſt, quod
ab initio tempore quo minor fuit prouiſus
de tutore patrimonium adultę erat paruum
ſed poſtea creuit; vnde cenſetur idonee ſatiſ-
datum: ex quo ab initio idoneus fuit fideiuſ
ſor. Hunc intellectum ſentit ibi glo. per quã
ibi Bald. infert ad ſtatutum, quod cauetur, vt
curatores ad conſentiendum alienationi non
poſsint dari, niſi habeant tantum in bonis
quantum valet res alienanda, quod ſi eſt da-
tus curator generalis, vel ſpecialis ad dictũ
cõtractum, & tempore dationis habebat tan
tum, in bonis: ſed poſtea ante alienationem
diminutum eſt patrimonium, quod nihilo-
minus poterit autoritatem præſtare: quia de
cretum a principio fecit eum curatorẽ: ideo
cura fuit fundata, licet non dum executa per
interpoſitionem autoritatis. ¶Tertius intel-
17 lectus datur etiam per glo. in dicta. l. mulier.
quæ ad hoc reputatur valde ſingul. quod li-
cet non eſſet idoneus fideiuſſor: tamen ideo
fuit admiſſus: quia perſona principalis: *ſci-
licet, tutor, vel curator ꝑ quo fideiuſsit erat
idoneus. ¶Ex quo infert Bald. ad quæſtionẽ 18
quod ſi Petrus domini Pauli qui eſt ditior
homo huius ciuitatis ſuſcepit curam cuiuſ-
dam pupilli, & dat in fideiuſſorem quẽdam
famulum ſuum, qui nihil habet in patrimo
nio, quod non poteſt opponi contra dictam
curam, ꝙ fideiuſſor non eſt idoneus: idem e
contra ſi fideiuſſor eſt multum idoneus, &
principalis non per fideiuſſorem ſuppleri vi
detur patrimoniũ debitoris nota. in l. ſi plu-
res in. §. 1. de fideiuſſo. ſuper verbo aggregã-
te: & ibi dicit glo. ꝙ videtur principalis ſoluẽ
do ſi fideiuſſor eius eſt ſoluẽdo: quod eſt no-
tandum, & non inuenies alibi ſecundũ Bald.
in d. l. mulier, de quo vltimo vide Bald. in au
then. ſed hodie in prin. de actio. & obligatio.
Barto. in d. §. 1. ¶Vnum tenementi, quod ſi
pupillus, eſt ita diues, ꝙ eſſet nimis difficile
inuenire talem fideiuſſorẽ, quod poterit tole
rari etiã minus ſufficiẽs. probatur in text. ele-
gan. l. fina. in. §. ſed ſi quidem. C. de cura. fu-
rio. ibi (tunc etiã fideiuſsio in quantum poſsi
bile eſt ab eo exploretur) quem ad hoc repe-
ries allegatum a Bal. in. d. l. fina. C. de magiſt.
conue. & hæc breuiter ſuper idoneitate quæ
requiritur in fideiuſſore reſpectu facultatũ.
¶Item non ſolum fideiuſſor de iudicio ſiſti 19
debet eſſe idoneus facultatibus: ſed etiam ex
conueniendi facilitate. Caſus eſt in d. l. fide-
iuſſor quæ eſt ſecunda in ordine. ff. qui ſatiſ-
da. cogan. exemplificat ibi gloſſ. puta quia
non ſit in loco munitiſsimo, vel caſtello, vel
ratione priuilegij, vt ſcholaris, vel clericus fa
cit. l. 1. ff. ſi quis in ius voca. maxime ſi cuſto-
dia ſpectaret ad eum ſecundũ Barto. ibi per.
l. primã in fi. cũ ſequẽ. ff. de aliena. iu. mu. ca.
fa. vnde ſi eſſet vnus notarius cauilloſus rixo
ſus *vel potẽs non diceretur idoneus fideiuſ
ſor ſecundũ Bar. ibi per l. ſi eum. §. fi. ff. de in
diẽ a die. & ita dicit obſeruari de conſuetudi
ne. idẽ ſequitur Bal. ibi. ex quo infert, quod
ſi principalis eſt idoneus in diuitijs, & habe-
ret aliquod caſtellũ, ſeu caſtrũ poteſt fideiuſ-
ſor conueniri tanquã executione facta contra
principalẽ cum ſint paria excuſsionẽ factam
eſſe vel fieri non poſſe: idẽ Ang. ibi facit glo.
in corpore de fideiuſſo. in prin. in gl. magna,
& dicit Ang. ibi eſſe multũ vtile pro habenti
bus gẽtiles in debitores qui habẽt eorũ vico
cas, & arces, vt poſsint recurrere contra eorũ
fideiuſſores non facta diſcuſsione, l. decem.
de verb.

**Adde qđ dicit Bar. per illu tex. in l. cũque la. 2. C. d iudis patri. li. 11. qđ ſi ex forma ſtatuti tenetur quis ſatiſdare tũ ſi eſt euidẽter idoneus ſufficit nuda cautio cũ hypoteca bonorũ & eſt tex. iũcta gl. in l. de creationibus. C. de ſpeciale audictia: de quo per ſcrib. in l. 1. ff. qui ſatiſdare coga. & latius ꝑ Ale. de im. Frã. de Are. et alios in. l. diuortio. §. iter dum. ff. ſolu. mat. vbi attalaſ in 2. & 3. col. ex ſuperiore fundamẽto defendit opinio. Bar. cõtra plures doct.*

**Adde glo. nota. q̃ ſinguẽter allegatur in l. 2. [illegible] lut. mat. i verbo. ſuſpectus eſt incommodũ cõtrahere cũ homine rixoſo. & [illegible] not. in. l. [illegible] uenerit [illegible] cio per [illegible] tex. dicit ibi qđ ſi pupillꝰ hẽt rẽ cõem cũ rixoſo põt ꝓuocare ad diuiſionẽ, & in qđ ſimili dicit idẽ Bar. in l. cũ ſciẽtes C. de agricolis & cẽſitis lib. 11.*



de verbo obliga. l. fin. ff. ſi cer. peta. ¶Atten-
de tamẽ, quod Guiller. de Cu. vt refert. Bar.
in dict. l. fideiuſſor limitabat, ſeu intelligebat
gloſ. ibi ſi ille locus fortis, ſeu munitiſsimus
non eſſet ſuppoſitus iuriſdictioni illius iudi-
cis, alias ſecus, ſed Bart. dicit eſſe veram gloſ.
prout iacet quando aliquis eſt de loco muni
tiſsimo, & cuſtodia ſpectat ad eum: ita quod
familia non poſſet ire ad faciendam execu-
tionem, non cenſetur eſſe idoneus fideiuſſor
dato quod ſit ſub iuriſdictione iudicis. corã
quo pendet lis per. l. 1. ſi. cum. l. ſequenti. ff.
de aliena. iudi. muta. & in hoc reſidet mens
Bart. cum Bar. traſeunt Pau. & Sali. & Alex.
in dict. l. l. fideiuſſor in princi. ſed hoc intelli-
git Ang. in d. l. fideiuſſor, niſi prædicti eſſent
ſub tali regimine, quod poſſent de facili ex-
pugnari. puta ſub rege vel ſimili; & hoc ſatis
videtur recte dictum, & temporibus noſtris
videmus etiam habentes cuſtodiam. ſiue do-
minium caſtrorum, ſiue fortaliciorum facili
ter poſſe cõueniri, & exequi cõtra eos ſenten
tias latas maxime ſi poſsidet bona extra di-
cta loca: ſed certe non poteſt negari, quod cõ
ſiſtat difficultas ſaltem in exequendo contra
eos pluſquam contra alios, & dict. l. 2. nõ cõ-
ſiderauit, niſi difficultatem, ſiue facilitatem
conueniendi; & ſic ſecurior videtur opinio
Bart. & ita Alex. in dict. l. fideiuſſor in princ.
non tenet dictam Ang. opinio. ſed ſimplici-
ter tranſit cum opinione Bart. ideo illam te-
neas cum habeat pro ſe glo. & claram mentẽ
legiſlatoris in dict. l. 2. ibi (ſed ex conuenien-
21 di facilitate.) ¶Quæro vlterius ad quid tene
tur fideiuſſor de iudicio ſiſti ſi non faciat ſi-
ſtere reũ pro quo ipſe fideiuſsit: dic ꝙ ad to-
tum debitum, & ad totum; & ad totum verũ
*h intereſſe, *ad qđ principalis tenebatur: vnde
non habetur conſideratio quãtũ petitur ſed
quantũ revera debetur: ideo ſi fideiuſſor non
ſiſtit reum ſufficiet actori ad condemnato-
riam dicere tantum petij, ſed debet docere tã
tum ſibi deberi. l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui
ſatiſda. cogã. & ibi glo. & clarius Bart. & An
ge. niſi, fideiuſsiſſet incertam quantitatem;
quia ad illam tenetur, & non ad plus: vt ibi
eſt caſus, ſed quid ſi actio creuit per inficia-
tionem vel per iuramentum in litẽ: vide tex.
& ibi Bart. in l. ſi in duplum. ff. eodem &
hodie videtur hoc expenditũ cum fideiuſsio
accipitur late in hunc modum ſcilicet (de la
f. z) alias ſoluere iudicatum ſi non eum præ-
ſentauerit: nam tunc ad contenta in ſenten-
tia diffinitiua tenetur fideiuſſor. l. iudicatum
ff. iudica. ſolu. per Bar. in dict. l. iudicatum, &
in. l. 1. ad fin. ff. de in litem iurand. & in l. ſi
quis reum. ff. de cuſto. reorum. vbi aliquid
dicit.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata contra principalem an habeat executionem paratam contra fideiuſſorẽ de iudicio ſiſti: & nu. 3. & 4.*

2 *Fideiuſſor qui promiſit de repreſentando aliquem in criminali an poſſit ad hoc cogi officio iudicis ſine libello.*

5 *Quando ſtipulationes habeant executionem paratam.*

6 *Sententia lata contra principalem an habeat executione paratam contra fideiuſſorem iudicatum ſolui: & nu. 9.*

7 *Quid ſi fideiuſſor habeat aliquas exceptiones quæ non computunt principali.*

8 *In ſtipulatione iudicatum ſolui quæ contrahãtur.*

10 *Lata ſententia contra principalem quid eſt quod debet peti mandari executioni contra fideiuſſorem iudicatum ſolui, & num. 11. & 12.*

13 *An ſit neceſſe quod ſtipulatio iudicatum ſolui fiat coram iudice vel apud acta vt poſſit executioni mandari, & num. 14. & 15. & 16.*

17 *Sententia an poſſit executioni mandari contra eum qui facit ſe conſortem litis.*

18 *Sententia lata contra emptorem an poſſit mandari executioni contra venditorem.*

19 *Ante quam ſententia mandetur executioni contra fideiuſſorem an debeat ipſe citari.*

20 *Sententia lata contra principalem an habeat executionem paratam contra fideiuſſorem contractus, & num. 21.*

22 *Fideiuſſor iudicatum ſolui qui exactus ſoluit an habeat executionem paratam contra dominum.*

23 *Contra principalem pro quo fideiuſſor ſoluit quis erit iudex competens, & num. 24.*

25 *Fideiuſſor an poſſit ſoluere de ſubſtantia, bonis illius proquo fideiuſſit, & quid, ſi fideiuſſor ſit ſoluendo.nu.26.*

27 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti an teneatur poſt ſententiam.*

28 *Promittens alium ſiſtere in iudicio quanto tempore teneatur.*

29 *Fideiuſſio an duret etiam in cauſa appellationis.*

30 *Si actor negligit proſequi cauſam an ex eo liberetur fideiuſſor.*

31 *Fideiuſſor qui promiſit repreſentare reum in iudicio toties quoties qualiter teneatur, & numero.32.&.34.&.35.&.37.& quid ſi mille verba apponantur numero.33.*

38 *Fideiuſſor quando in dubio videatur promittere toties quoties fuerit ab eo petitum.*

39 *Promittens aliquem præſentare an liberetur vnica præſentatione vel aliter.*

40 *Promiſſio de præſentando aliquem non reſpectu alicuius obligationis an ſit perpetua.*

1 Sed pone quæſtionem quotidianam, quam multoties habui de facto nunquid ſententia lata contra principalem habeat executionem paratam contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & ſic poſſet via executiua procedi contra talem fideiuſſorem ex ſententia lata contra principalem: Caſus eſt ſingularis*, quod non in l.2.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſdare cogan.ibi (actionem dat prætor,) & ibi Ang. dicit eſſe caſum *quod in fideiuſſore de iudicio ſiſti non fiet executio ex ſententia contra principalem lata: imo debet agi contra eum, quod dicit eſſe verum quando agitur contra eum ad intereſſe, ſed ſi agatur contra eum: vt ſiſtat eum ad hoc bene proceditur contra eum executiue: de hoc eſt caſus ſingula.in l.eum pro quo.ff. de in ius voca.ibi (exhibere cogitur) & in fine ibi (ad exhibendum tamen cogitur) ſic ſe expedit Angel.in.d.§.in fideiuſſorem. Bald. ibi, quaſi idem allegans illum text.põderãs, quia tex.dicit actionẽ dat prætor, nõ aũt executionem dat prætor; ex quo apparet ſecundum eum, quod reſpectu intereſſe petendi a fideiuſſore, vel etiam reſpectu pœnæ promiſſæ fide iuſſor de iudicio ſiſti nõ patitur paratam executionem: cum enim nullo modo ſit pronuntiatum, non poteſt eſſe executio parata, & maxime in intereſſe quod non eſt liquidum: & ſic concludit ibi eſſe caſum, quod fideiuſſor de iudicio ſiſti eſt conueniendus per modum actionis intentandæ; & ibi nihil plus dicit idem Bald.in dicta.l.eum pro quo per illum textum: tenet idem quod Angel. ꝙ ſi agitur contra fideiuſſorem, vt ſiſtat procedit ur contra eum executiue: quia promiſſio facta in iudicio de repræſentando aliquẽ habet vim confeſſionis ideo habet executionem paratam.l.tale pactum in.§.qui prouocauit.ff. de pactis. & ſic Bal.reſidet cũ diſtinctione Ange. vel proprius Ang.cũ diſtinctione Bal. ¶Ad prædictam concluſionem allegauit dictam.l.eum pro quo Bal. in l.qui crimen in.6.quæſt.C. qui accuſ.non poſ.vbi in cauſa criminali tenet idẽ.ſ. ꝙ fideiuſſor, qui promiſit de repræſentando aliquem põt ad hoc cogi officio iudicis ſine libello, & ordine iudicario: ex eo quia contractus facti in iudicio habent vim confeſſionis; vt in dicto.§.qui prouocauit, & quia illud quod fit ad expeditionem proceſſus non debet operari nouam litem.l.terminato in fin. C. de fructi. & li expen. Item, quia ſufficit ordo principalis cauſæ pro omnibus caſibus qui incidiũt in ea argu.l.nullum.C.de teſti. & per alia de quibus latius ibi per eum: & hoc concludit notanter ad fideiuſſionem de la faz. idem Barto.in l.ſi quis reum in fine.ff.de cuſt.re. diſtinctionem Bald. & Angel. ſequuntur Fulgo.Pau.de Caſtr.& Alexan. in dicto.§.in fideiuſſorem in principio.idem Alexand.in d. l.eum pro quo, ¶Tu adde do. Barto.qui melius, & clarius loquitur in hac materia quã iſti moderni, quos nunc proxime recitaui in l. prima.ff.iudi.ſolui vbi quærit nunquid ex ſententia lata contra principalem poſſet fieri executio contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti ſine nouo proceſſu: & primo refert dict. Ioan.Fagioli de Piſis.in quadam ſua diſputatione tenentem quod ſic per. l. ſancimus. C.de fideiuſſori.vqi tex. loquitur per verba ſtatim, & omnino perſoluat. quæ verba videtur denotare executionem quod intelligit Barto. tribus concurrentibus; primo, quod talis fideiuſſor ſi non ſiſteret obligauit ſe ad certam quantitatem, & liquidam: ſecundo, quod ſit appoſita certa dies ſiſtendi in iudicio,

*Adde Bar. Soz.in.§.in fideiuſſorẽ hic alleg.2 nota. dicẽte qđ aut fideiuſſor de iudicio ſiſti cõuenitur, vt ſiſtat & poteſt executiue procediãt cõuenitur ad intereſſe, et eſt agẽ dũ via ordinaria & ſic cõcordat poſt alos Doct.in ra varia & opiniones diuerſas & approbat ide Soc.in l.ſi dicer ſerit in princ. eod.tit.& vide notata in apoſtilis ad Bar.in l.1.ff. iudicatũ ſolui & Hip.de Mar.in rub. ff.de fideiuſ.

2 in qſt.49.n. 348.



cio, vt clare probatur in dict. l. ſancimus fatetur tamen, quod ſi haberet fideiuſſor diem limitatam ad ſiſtẽdum etiam, ſi non eſſet promiſſa certa determinata, & liquida quantitas ſi non repræſentaret reum, ſed cõtineret quid incertum.puta quia ſe obligaret ad intereſſe adhuc dicit, quod meretur executionem cõtra eum, ſicut in fideiuſſore iudicatum ſolui.nã videtur cõfeſſus ſe debere intereſſe, ſi non ſteterit. ¶Et ſi dicas quomodo meretur executionem, cum quantitas non ſit certa: *repõdet quod in ipſa executione certificabitur, & declarabitur iſtud intereſſe, ſicut apparet quãdo fertur ſententia incerta in vniuerſalibus iudicijs: & quia certificabitur in executione, vt nota.in gl.magna.l.prime.ff. de eden.& ſic debet intelligi.l.1.C.de ſenten. quæ ſine cer.quã. & ita dicit practicari in inſtrumentis guarentigiatis quæ merentur executionem; nam etiam ſi non contineant certam quantitatis nihilominus meretur executionem declarata prius, & limitata quãtitate de quo articulo quo ad inſtrumenta ego latius dixi in cõmento.l.poſt rem.ff.de re iudi. quia ſi non contineret diẽ ſiſtendi in iudicio non meretur executionẽ, vt eſt caſus in.l.3.in §.ſi plures.ff.iudi.ſolui & etiam ibi hoc tenet

5 Bart.rationẽ vide ibi per eũ. ¶Tertiũ eſt, per regulam generaliter traditam a Bart. in d.l. prima ad finem: vbi dicit, quod in omnibus caſibus in quibus dixit executionem mereri ſtipulationem, ſiue de iudicio ſiſti, ſiue iudica.ſol.intelligatur, vbi talis ſtipulatio eſt interpoſita in iudicio coram iudice. alias ſecus argumento.l.ſecundæ.C.de executio.rei iudica.&.l.minor.25.annis cui fide commiſſum.ff.de minoribus.ratio eſt, quia tunc non eſt liquidum iudici nec videtur confeſſio facta coram iudice.

¶Quid autem in ſtipulatione rem ratam haberi: & ſic in eo qui fideiuſſit dominum ratum habiturum: vtrum hæc ſtipulatio rem ratam * haberi habeat paratam executionem contra fideiuſſorem: veritas eſt quod ſi dicta ſtipulatio interponitur extra iudicium eſt opus nouo iudicio, nec poteſt fieri executio argumento legis a diuo Pio in §. Sed ſi emptor.ff.de iudicata.ſed ſi eſſet interpoſita in iudicio: tunc bene habebit paratam executionem per eadem fundamenta, de quibus in ſtipulatione iudicio ſiſti: & quæ ſtatim dicentur de iudicato ſoluendo in lege ſi ſine in fine principij.ff. de rem ratam habe.

¶Sed, quia hodie, vt ante dixi, etiam ille qui fideiubet de iudicio ſiſti ſi non ſiſtat promittit iudicatum ſoluere: ideo non immerito erit videndum de fideiuſſore de iudicato ſoluendo *: vtrum ſententia lata contra principalem mandetur executioni contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo ſine nouo proceſſu.communis concluſio eſt*quod ſic. Iſtud tenet Odofre.in l.2.C.de vſuris rei iudi. Guido de Suza. Guiller. de Cu. & alij antiqui quos recitat & ſequitur Bald.in dict.§.in fideiuſſorem. Ratio ſecundum Bald. quia iſte fideiuſſor videtur cõdemnatus vna cum principalem tanquam perſona acceſſoria, & coherens; & ſi dicatur non eſt cognitum de iure fideiuſſoris reſpondet Baldũ quod bene requiritur cauſe cognitio, ſed erit ſummaria non per modũ libelli: hæc eſt finalis eius intentio. hanc opinionẽ tenet glo.in l.fina.C.de executio.rei iudi.& gl.in c.1.de iniuria & dam.da. li.6 Bar.elegantiſsime, vt moris ſui eſt in d.l. 1.ff.iudi.ſol.numerat aliquas opiniones antiquorum inter ſe diuerſitatem habentium. finaliter concludit, quod fideiuſſorem iudicatum ſolui acceptum in iudicio ex clauſula, quod verbũ ſonat fiat executio, ſine nouo proceſſu: probat ipſe per tex.nota.in.l.fina.C.de vſuris rei iudi. vbi dicit text. ſtatim quod ſignificat ſummariam cognitionem abſq; ordine iudiciario.l.momentaneæ. C. vnde vi. ergo apparat quod non debet fieri nouus proceſſus ordinarie: item quia verbum ſtatim, ſiue confeſtim importat, vt non requiratur noua ſententia; vt in authen.de inceſ. nup.§. 1.collatio.2.item quia confeſsio coram iudice meretur executionem abſq; noua ſententia.l.1.C.de confeſ.ibi (nam, & ſoluere cogitur.) l.ſi debitor. ff. de iud.ſed qui promiſit in iudicio iudicatum ſoluere, iam eſt confeſſus ſe debere illud quod iudicabitur, ergo &c. Præterea debitum eſt liquidum iudicio: vt iudici: ergo meretur executionem.l.2 C. de executi.rei iudi. ¶Nec obſtat ſi dicatur, quod fideiuſſor poteſt habere aliquas exceptiones, quas non habeat principalis.concedit Bar.tamen dicit: quod hoc examinabitur in illa ſumaria cognitione quæ fit tempore executionis; vt.l.a diuo Pio. in.§. ſuper rebus de re iud.& ſic non leditur fideiuſſor, nec obſtat.d.l.1.ff.iudi.ſo.vbi dicitur, quod cedit dies ſtipulationis; & non dicit, quod mandetur ſententia executioni: nam fatetur ipſe quod ſententia lata contra principalem non mandatur executioni contra fideiuſſorem

*Addẽ Bar. Soz.in cõſ 91 cõcludẽ dictũ Phi.vo.4.cõſulẽtẽ in q.an fideiuſ.liberẽtur abſoluto principali per ſententiã, licet ex reſeruatione in eadẽ ſententia facta ſic erit poſtea cõdẽnatus et in 3.col. dicit ſe nõ reperire iure cautũ qđ in hoc caſu poſſit ſententia lata cõtra principalẽ mãdari executiõni cõtra fideiuſſorẽ: imo ſecũdũ eũ limi. rationes diuerſe quas ipſe ibidem aſsignat qđ eſt notãdũ ꝑ limitatione communis opinionis doctorum.

7

rem,ſed ſtipulatio qua fideiuſſor obligatus
eſt iudicatum ſoluere declarata per ſententiã
illa meretur executionem ſicut ſententia,di-
cit eſſe caſum in d.l.1. vnde ſecundum eum
aduertere debet aduocatus modum quo exe
cutionem petat.Hæc fuerunt elegantia ver-
ba Barto.in d.l.1.hanc opinionem ſequũtur
Bald.& omnes in d.l.fina.in.§.& cum anti-
quitas.C.de vſuris rei iudi.nam ex quo fide-
iuſsit apud acta,in ipſam ſententiam conſen
ſit:& ſic dicit Bald.duo eſſe neceſſaria,ſcilicet
quod fideiuſſerit iudicatum ſolui, & quod
apud acta:ita quod ſint apendices ipſius iu-
dicij,& ex ipſo iudicio ſit notorium ipſos eſ-
8 ſe obligatos. ¶Concludit igitur, ꝙ ex dicta
ſtipulatione iudicatum ſolui duo contrahun
tur,ſcilicet,obligatio,& executio. hanc opi-
nio.tenet Ange.in d.l.fi.C.de vſurus rei iudi,
& ſic dicit fuiſſe determinatum Bononiæ in
duobus ſcholaribus.idem Bar.ibi,& Cynus
cõmunis omniũ eſt opinio:quæ probatur le
ge,& autoritate glo. & Doct. & ratione le-
gis,ſcilicet,in l.1.ff.iud.ſol.ibi (poſt rem iudi
catã ſtatim dies cedit:)& ſubdit clarius text.
quod exactio differtur in illud tẽpus quod
iudicatis datur ad ſoluendum, & in l.fi.in.§.
& cum antiquitas.C.de vſu.rei iudi. vbi ex-
preſsiſsime hoc diſponitur in pluribus ver-
bis.Eſt caſus notandus qui hoc probat in.l.ſi
re munerãdi gratia in.§. Maurus Paulus.ff.
mãda.ibi(iuſſus erat)& ibi(& quaſi redẽptor
litis extitiſſe)& Bald.ibi dicit eſſe caſum ex-
preſſum,quod in fideiuſſorem iudi.ſol.recta
via fit executio ſine nouo proceſſu. ad hoc
etiam allegauit in d.§.in fideiuſſorem.bene
facit tex.in l.tale pactum in.§.qui prouoca-
uit.ff.de pactis.vbi caſus,quod cõuentio de
iudicato ſoluendo habet vim confeſsionis fa
ctæ in iudicio, ergo merito habet executio-
nem paratam.quem text.Bald. ad hoc dicit
non alibi in d.§.in fideiuſſorem: & idẽ Bald.
in l.qui crimen in.6.quæſtio. C.qui accuſa.
non poſſ. ¶Hæc concluſio probatur etiam
9 per text.in.l.cum quis.§.de peculio. deſolu.
glo.etiam hoc dicunt in d.l.fina.& in d.c.1.
ratione etiam probatur:primo, vt ſit litium
finis:nam alias ſi deberet conueniri fideiuſ-
ſor,& non via executiua ipſe daret alium fi-
deiuſſorem de iudica.ſoluend. & per conſe-
quens fideiuſſore primo condemnato, debe-
ret iſte ſecundus conueniri via ordinaria, &
poſtea alius, & ſic res procederet in infinitũ.
Secundo hoc ſignificat natura verborum
quia promittit iudicatum rei ſolui non iudi-

cautum ipſius fideiuſſoris:tertio,quia iſte fi-
deiuſſor apponitur ad ſoliditatem ipſius iu-
dicij:ergo eſt pars intrinſeca ipſius iudicij,
quæ rationes fuerunt Bal.in d.§.& cum anti-
quitas,& Bal.in d.l.1.¶Et ſic vides vnanimẽ *Concluſio.*
fere omnium intentionem eſſe,quod ſenten
tia mandabitur executioni abſq; nouo pro-
ceſſu contra fideiuſſorẽ iudica. ſolu.& quod
ſi alleget aliquas exceptiones forte principa-
li non competentes examinabũtur ſumma-
rie in executione.¶In modo intentandi, ſeu 10
petendi executionem videtur eſſe in ſingula-
ri opinione,ſcilicet,quod non eſt ſententia il
la quę meretur executionem,ſed ſtipulato iu
di. ſolui interpoſita a fideiuſſore declarata
per ſententiam: & ſic illa iuncta cũ ſententia
eſt,quæ debet peti executioni mandari,vt ip
ſe dixit in d.l.1.& ſic ſecundum intentũ ſuum
non debet petere aduocatus executionẽ ſen-
tentiæ latæ contra reum contra ius fideiuſſo
rem;quia cum eo lata non eſt, ſed debet pe-
tere executionẽ ſtipulationis liquidatæ per
ſententiam.¶Superuenit Ang.Peruſi.in d.l.
1.ff.iudi.ſolu.vbi in omnibus ſequitur opi-
nionem ſupra dictã:& dicit,ꝙ ſic practicatur
ſed in hoc ſolo de modo intentandi tenet cõ
tra Bar.ſ.quia nullus actus cõuentionalis ha
bet executionem paratam quam habet ſen-
tentia.l.minor.25.annis cui fideicommiſſum
ff.de minori.l.4.in.§.ſi ex conuentione de re
iudica. vbi contra promittentem ſoluere,
quod in ſententia lata continetur nõ poteſt
fieri executio.l.2.C.de executio. rei iudica.
multo ergo minus cum promittitur ſolutio
eius quod iudicabitur.¶Concludit ergo ip- 11
ſius ſententiæ executionem peti debere, cum
eius natura ſit habere executionem paratã,
& addatur pro cauſa:quia fideiuſſor promi-
ſit ſoluere iudicatum, non autem petas ip-
ſius ſtipulationis executionem; quia hoc nõ
reperitur iure cautum: imo oppoſitum cum
via executiua ſententiæ ſolum attributa ſit
ſecundum Angel.hanc eandem concluſionẽ
contra Bar.tenet idẽ Ange.in l.3.in.§.ſi plu-
res.ff. iudica. ſolui.ſ.quod non ſit executio
ſtipulationis, nec illa eſt quæ meretur exe-
cutionem, ſed ſententia. mouetur per d.§.ſi
plures, & per.l.cum quærebatur eod.tit.nec
obſtat fundamentum Bart.ſ.ꝙ confeſsio co-
ram iudice habet executionẽ paratam: quia
reſpõdet ipſe, ꝙ aliud eſt cõfiteri debitũ an-
tecedere:vt ſic lis dirimatur.aliud eſt in iudi
cio ꝓmittere;alias ſequeretur ſecundum eũ,
qđ omnes cõtractus qui fierẽt corã iudice ha
berent



berent executionem paratam quod eſt fal-
ſum:vt patet in cõtractu donationis cum in-
ſinuatur;nam coram iudice fit,& tamen non
petitur executio.Item ſtipulatione prætoria
rem pupilli ſaluam fore quæ non habet exe
cutionem paratam;imo conteſtatur lis in ea
& in qualibet alia prætoria.l.in omnibus.de
præto.ſtipulatio.& ita reſidet Ange.¶Diuer
ſitas iſtorum cauſatur ab intellectu.l.tale pa
ctum.§.qui prouocauit.ff.de pactis.ſcilicet
vtrum ſententia ſit ibi illa quæ meretur exe-
cutionem vel conuẽtio:cum tex.ibi dicat iu-
xta cõuentionem exequatur:nam Bart.dixit
**Adde moder.in l.a diuo Pio in pri. & Iaſ.in.§. qui ꝓuocauit hic allegato fi.col.* quod eſt conuentio Ang. cõtra ibi remitto*
quia Bal.& Ang.ſunt in quadam opinione
Bar.in alia:quia non eſt preſens materia re-
mitto ad eos ibidem maxime, quia diuerſi-
tas eorũ eſt in verbis in effectu ſufficit quod
ſint concordes ſcilicet quod ſententia execu-
tabitur ſine nouo ꝓceſſu contra fideiuſſorẽ.
**Conſiliũ autoris.* *¶Ego ad omnes opiniones euitandas pete-
bam,tam ſententiam, quã promiſsionem de
13 iudica.ſoluẽ.vtrunq; & quodlibet eorũ exe-
cutioni mandari. ¶Aliud eſt importantiſsi-
morum,in quo Ang.tenet etiam cõtra Bart.
nã Bar.dixit quod nunquã mandabitur exe-
cutioni dicta ſententia, & ſtipulatio iudica.
ſolui,niſi fieret coram iudice dicta fideiuſsio,
quod Ang.nõ credit verum:nam ſecundum
eum immediate cũ cautio etiã extra iudiciũ
facta erit iudici intimata parte præſente vel
requiſita incipiet iudici eſſe notoria:quia q̃c-
quid cõſtat ex actis dicitur eſſe notoriũ ſecũ-
dum doctrinam Inno.in.c.ex ratione de ap-
14 pellatio.dicit eſſe caſum pro hoc in.l.fi. C.de
*opinio authoris.* edi.diui Adria. vbi per oſtenſionem factum
iudici teſtamentum eidem dicitur eſſe noto-
rium:ideo via executiua quodãmodo ince-
dit:dicit hoc eſſe de mente Ioan.And.in.ca.5.
vnico de iuri.& dam.da.lib.6. ita dicit Ang.
in dict.l.in.§.ſi plures in fi.*¶Ego credo do-
ctrinam Bar.veriorem in pũcto iuris per fun
damenta Bart.ſ.per tex.in.l.minor.25.annis
cui fideicõmiſſum.ff.de mino. vbi eſt caſus,
quod regulariter nullus contractus, nec in-
ſtrumentum habet executionem paratam.l.
2.de execut.rei iudi.& idem Ang.tã in d.l.3.
quam in.l.1.& in aliis multis locis exclama-
uit per illum tex.cõtra Bar.dicens,quod nul
lus actus conuentionalis factus extra iudiciũ
habet executionem paratam:item quia tunc
non poteſt eſſe liquidum iudici:quod dictus
fideiuſſor ſe obligauit, nec videtur confeſsio
facta coram iudice, ſed extra iudicium quæ

non meretur executionem,vt in l.1.ff.de cõ-
feſſ.ad argumentum quod ipſe fundatur de
teſtamento iudici oſtenſo, quod habet para
tam executionem per.l.edicto.C.de edi.diui
Adri.ſtat facilis reſponſio:quia ibi loquitur
in teſtamento non vitioſo coram iudice pro
ducto:& non ſtante legitimo contradictore,
ſed in caſu quo loquitur Ange.iam eſt cõtra
dictor certus qui eſt dictus fideiuſſor,vt ſi ve
rum eſſet Ange.motiuum ſequeretur, quod
omnis contractus productus corã iudice ha
beret executionem paratam.¶Idem Bald.in 15
l.fi.in.§.& cum antiquitas.C.de vſuris rei iu
di.expreſſe dicit quod requitur quod fide-
iubeat apud:acta:ad hoc,vt contra eum ſen-
tentia rei habeat executionem paratam. ¶In
tantum,& hoc eſt famoſum quod etiam ſi fi-
deiubeat apud acta, ſed non per modum cõ
tentioſæ iuriſdictionis, ſed per modum vo-
luntarie non procedetur executiue contra fi-
deiuſſorem:ita dicit Bal.in l.2.C.de fideiuſ.
tutu.licet loquatur in fideiuſſore indemnita
tis qui præciſe fideiuſsit reſpectu contractus,
& non reſpectu iudicij, vt ſtatim infra ſub- 16*e
ijciam.¶Sed ego iam conſului*motus æqui *Conſiliũ autoris.*
tate quæ præ oculis iudicium debet eſſe ad
prolixitates litium vitandas,quod iudex la-
ta ſententia contra reum ſi producatur corã
eo inſtrumentũ publicũ, in quo quis fideiuſ-
ſit iudica.ſol.ꝓ dicto reo,ꝙ dicto fideiuſſore
citato mandet in eũ executari ſententiam:&
ſic dictus fideiuſſor alleget aliquam excedtio
nem,tam contra inſtrumentum fideiuſsionis
dicens illud non celebraſſe vel aliquas alias
exceptiones,quod pendẽte executione ſum-
marie examinentur,& decidantur, vt in l.a
diuo Pio in.§.ſuper rebus,& per ea quę Bar.
dixit in dicta.l.1.ff.iudica.ſol. de fideiuſſore
habente aliquas exceptiones quas non ha-
bebat principalis:& cum hoc, nec fideiuſſor
lædetur,nec actor fatigabitur: & ſic practi-
caui in duobus negotijs,quorum proceſſus
fuit ad me delatus:& requiſitus per iudicem.
Mutinenſem, vt per ſententiam diffinirem:
& ad prædicta iuuabunt dicta per me in cõ-
mento.l.poſt rem.ff.de re iud.¶Vnum tene- 17
menti ad prædictorum extenſionem, quod
quemadmodum contra fideiuſſorem iudi-
catum ſolui poteſt exequi ſententia lata con
tra reũ ſine nouo proceſſu: idem erit in quo-
libet qui facit ſe conſortem litis etiam ſi pro
mitteret tanquam principalis conreus debẽ-
di iudicatum ſolui:ita dicit Bal.in dict.§.ſed
cum antiquitas in prima.col.bene facit gloſ.

ſingul.in.l.vẽditor.ff.de iudi.in gl.ſuper par
te ſolere verſi.& ſic forte de rebus vẽditorũ,
vbi eſt glo.notab.ſecundum Barto.¶Quod
ſententia lata contra emptorem poteſt man
dari executioni in bonis venditoris: *& ad
18 hoc dicit illam ſingula.Ang.ꝙ ſententia lata
contaa reum poteſt mandari executioni in
bonis defenſoris neceſſarij probatur in l. ſi
procuratorem in. §. ignorantes. ff. manda.
dices tu quomodo poteſt hoc eſſe cum exe-
cutio fiat in re petita: dic quod forte emptor
condemnatus erat ad fructus damna, vel ad
intereſſe accedat etiam gloſ.val.de ſingu.in l.
eum pro quo.ff.de in ius vocã.in glo.quæ in
cipit non eſt in fi.quæ vult ſecundum Bald.
ibi, ꝙ illæ promiſsiones quæ fiunt ad vigorẽ
iudicij conſeruandi habent executionẽ para-
tam, citatio tamen præmitti debet: & loqui-
tur ibi glo.in fideiuſſore de iudicio ſiſti quia
debeat vocari in ius, vt exhibeat reũ ſicut p-
19 miſit.¶Concludit ergo quod in tali fideiuſ-
ſore de iudica.ſol.vel iudic.ſiſti: licet habeat
executionem paratam dicta promiſsio, ſeu
ſententia contra reum lata: tamem debet cita
ri fideiuſſor per dictam.glõ. reperio eundem
Bal.ſibi contrarium in d.l.fi.in. §. & cum an-
tiquitas in princi. vbi aperte dicit, quod in fi
deiuſſore iudic. ſolui qui fideiuſsit apud
acta in ipſam ſententiam videtur conſenſiſſe
quæ lata eſt cum reo: pro quo fideiuſsit: vn-
de quando proceditur in conſentientem ſen-
tentia non eſt neceſſaria, ff. de vſuris. l. heren
nius in prin. & ſic concludit poſſe fieri exe-
cutionem in fideiuſſorem iudicatum ſolui ſi
ne citatione niſi dicas ꝙ gloſ.in d.l. eum pro
quo loquatur in fideiuſſore iudiciũ ſiſti qui
debet citari ad hoc vt exhibeat reũ: vt dicit
20 ibi glo.¶Hæc in fideiuſſore iudicio ſiſti, ſed
in fideiuſſore cõtractus ſtat caſus abſque du-
bio, quod non mandabitur executioni con-
tra eum, ſententia lata contra eum, pro quo
in contractu ipſe fideiuſsit ꝓbatur in l.grece
in. §. ſi a debitore. ff. de pig. & in l. præſenti in
§. adijciẽtes. C. de his qui ad eccl. cõfu. & in. l.
a ſñia in prin. de appel. l. autore laudato de
euictio. l. 2. C. de vſuris rei iudi. Bar. eſt ſentẽ-
tia quam omnes ſequuntur in l. 1. ff. iudi. ſol.
ſed reperio Bald. qui recte ponderatus ſentit
duo verba, quæ videntur ſatis ſingularia.
*f 21 ¶Primum* quod hoc erit verum, etiam ſi fi-
deiuſsiſſet in iudicio reſpectu contractus, &
per modum voluntariæ iuriſdictionis: nam
tunc nõ procederur executiue: & ponit exẽ-
plum in fideiuſſore, qui fideiuſsit apud acta

**Adde glo. not. in c. cleri cũ nullus. 11. qſt. 1. nunqd clericus vẽditor teneatur defendere rẽ vẽditã laico in foro ſeculari q gl. eſt ſingularis ſecundum Paul. de Caſ. in l. venditor. ff. de iu dic. ſi: vbi vi. Iãzenũ decũ dicẽtẽ gl. illã ꝓbare cõtrariũ eius ad qd allegatur: et vi. tan. in c. fi. de emptiõe & vẽditione et Floria. in l. fi. ff. de noxa li.*

pro tutore de indemnitate: ſecundũ eſt, quod
etiam in fideiuſſore contractus eſt dare ca-
ſum, quod procedatur executiue: vnde dicit
hæc verba: ſi tu vis, ꝙ in omnes fideiuſſores
fiat executio: facias eos promittere non ſo-
lum reſpectu contractus ſed reſpectu iudicij,
vt promittant debitum, & ſoluere iudicatũ
argu. l. fi. C. de vſu. rei iud. ſed hoc vltimũ ege
ret longiori examinatione: vide eum qui lo-
quitur ſatis obſcure, & cõfuſe, & videtur hoc
incidere in illam opinio. Angel. quam ſupra
non tenui, qui dixit ꝙ etiam de promiſsio de
iudi. ſoluen. fiat extra iudicium habebit exe-
cutionem paratam cogita. ¶Et attẽde, quod 22
eodem modo quo ſententia lata cõtra reũ ha
bet executionẽ paratam cõtra fideiuſſorẽ de
iudi. ſoluen. ita quando talis fideiuſſor iudi-
catum ſolui eſt exactus facta contra eum exe
cutione: ipſe etiam habet viam executiuam
contra dominum: & poteſt contra eũ agere
via executiua & impetrare executionem, ſi-
ne proceſſu ordinario. Iſte eſt caſus valde ſin
gu. in d. l. fina. in fine. C. de vſuris rei iudi. ibi
(quia per medium fideiuſſorem ſtatim pe-
cunias ſoluere compellebatur.) & ibi (& ipſe
reum coercebat ad inuitam ſolutionem.) ita
dicit Bar. in l. 1. in fi. ff. iudi. ſol. & in d. l. fin. §.
fin. in 2. col. idem Barto. hoc idem Bart. ibi &
Ange. in d. l. fina. & dicit videri ſibi æquiſsi-
mũ ſuadente æquitate ne grauetur pro alio,
& vt euitetur circuitus. l. 2. §. ſi. cum. l. ſequẽ.
ff. ſi quis cautio. idem Ang. in. l. 1. ff. iudi. ſol.
ad finem. ¶Et prædicta in tantum ſunt vera
ꝙ iudex qui executabit ſententiam contra 23
fideiuſſorem, & illum compulit ad ſoluendũ
erit iudex competens ad facienda executio-
nem in fauorem fideiuſſoris, contra reũ pro
quo ipſe fideiuſsit: licet alias non eſſet cõpe-
tens iudex ipſius rei. ita dicit Ang. in l. fin. in
§. fin. C. de vſu. rei iudi. idem tenet Angel. in
d. l. 1. in fin. ff. iudi. ſol. ego allego caſum ex-
preſſum ad hoc in l. cum eorum. C. de ſen. &
interlo. omnium iudi. ſecundũ vnã lecturam
quam ibi tenet Bar. & Ang. reputans equiſsi
mum: licet glo. cõtra & male in l. cũ venden-
te. C. vbi cauſæ fiſc. & hoc fuit prius origina
le Iaco. But. in l. cum eorũ. quæ lex ſemper al
legatur, quod ſi fideiuſſor eſt captus pro de-
bito per eundẽ iudicẽ poteſt capi reus prin-
cipalis, licet alias eſſet in cõpetens idẽ Salice.
ibi ad finem. ¶Verum eſt ꝙ Bal. in d. l. cũ eo-
rum eſt in opinione ſingulari limitans præ- 24
dicta eſſe vera ſi eſſet reus & fideiuſſor iudi-
cij ſecus ſi reus & fideiuſſor contractus cum
nulla



nulla lex dicat reum ſortiri forum non ſuum
propter fideiuſſorem, nec obſtat l. cũ eorum:
nam ſecundum eum eſt ſpeciale in eo, qui fi-
deiuſsit apud fiſcum quod refer notandum.
In ſimili dicit Bal. in d. l. fin. §. fi. in. 2. colũ. C.
de vſuris rei iud. quod quemadmodũ ſenten
tia lata contra reum non habet executionem
paratam contra fideiuſſorem contractus: ita
eodem modo fideiuſſore contractus ſoluen-
te, non habebit executionem paratã contra
reum, cum non eſt iudicium commune inter
eos: ideo nec hinc, nec inde proceditur execu
tiue contra alterum. ¶Et non ſolum fideiuſ-
25 ſor de iudicio ſiſti habet executionẽ paratã;
vt ante dictũ eſt: imo propria autoritate fide
iuſſor poteſt ſoluere de ſubſtantia & bonis
ipſius rei pro quo fideiuſsit. Iſte eſt caſus ſin-
gula. in l. ſi procuratorem in. §. ſi ignorantes.
ff. manda. *ibi (ex ſubſtantia debitoris ſolue
re.) & ibi Barto. habet illum tex. ad hoc pro
ſingulari. idẽ Angel. in. l. Plautus. ff. de pro-
cura. licet loquatur in defenſore: de cuius in
tellectu pulchre loquitur Bart. in authẽ. qua
in prouincia. C. vbi de crimi. agi oporteat in
fi. facit tex. in authen. ſi captiui. C. de epiſ. &
cle. vbi eleganter dicit text. ꝙ ille qui aliũ re
dimet ſi habet de ſuo ponat de ſuo: alias po-
teſt vendere bona redimendi cauſa iſtius ca-
ptiui. dictum. §. ſi ignorantes cõmendat pro
ſingulari Bal. in authen. qua in prouincia in
fi. verbis ꝙ fideiuſſor contractus ſi eſt con-
demnatus poteſt ſoluere de bonis illius pro
quo fideiuſsit idem Angel. in d. authen. qua
in prouincia. commendat ad hoc dictum. §.
ſi ignorantes, & fideiuſſor de iudicato ſoluẽ-
do poteſt ſoluere de bonis domini. & Bar. in
d. §. ſi ignorãtes dicit per illum text, quod fi-
deiuſſor poteſt ſe mittere in poſſeſsionẽ rei
principalis quam ſoluere tenebatur quod di
cit menti tenendum. idem Bal. ibi & dicit ibi
eſſe caſum, ꝙ fideiuſſor contractus, vel iudi-
cij poteſt ſatisfacere creditori de bonis debi-
toris: & videtur ſuper hoc habere mandatũ.
26 ¶Eſt verum, quod Bald. in d. authen. ſi capti-
ui per illum tex. in 3. colum. in verſic. vnum
vero nota per illum text. limitat ſupra dicta
eſſe vera, quando fideiuſſor non habet vnde
ſoluat. & timet ne ponatur in carcere poteſt
vendere bona principalis & ſatisfacere, vt d.
§. ſi ignorntes. ſed ſi fideiuſſor eſſet ſolueu-
do, non poteſt vendere bona principalis qđ
nota ad limitandum d. §. ſi ignorantes mo-
uetur Bald. duobus fundamentis. primo ar-
gumento text. in dicta authenti. ſi captiui. 2.

**Adde Hippo. de Marſi. in repeti. rub. ff. de fideiuſ. 1 qſt. dicẽtẽ qđ eſt communis omniũ Doct. cõcluſio ĩ hac qſt. qđ ſi fideiuſſor eſt pauper qđ attẽta eius in potentia ſoluẽdi potetit ſoluere dđ bonis principalis qđ maxime creditđ cedere in fideiuſſore ĩ iudicio ſiſti: et de iudicato ſoluẽdo allega. plura.*

dicit hanc diſtinctionem probari in dict. au-
thenti. qua in prouincia: de quo vide Doct.
in dicta authenti. Bartol. & Modernos in l.
eadem in. §. Cato. ff. de verborum obligatio
¶Conſidera vlterius circa prædicta, quod fi- 27
deiuſſor de iudicio ſiſti non tenetur poſt ſen
tentiam. Iſte eſt caſus qui non reperitur be-
ne alibi ſecundam Bartol. in l. græce. in. §. &
poſt litem: *. ff. de fideiuſſo. idem probat tex.
in l. 1. in princip. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. iun-
cta gl. parua in verſi. iudicium idem Bartol.
in l. 1. in fine verbis, C. de fideiuſſor. dicit non
eſſe alibi dictum. §. & poſt litem. idem glo. &
Docto. in. l. 2. in. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſa-
tiſda. cogan. & ibi Angel. dicit non eſſe alibi
dictum. §. & poſt litem. idem Bald. notat ad
hoc illum text. in l. qui crimen in. 3. quæſt. C.
qui accuſa. non poſ. idem Bald. in additio. ad
Specu. in titu. de reo in princi. ratio ſecundũ
eum quia clauſula iudicio ſiſti non continet
clauſulam iudicatum ſolui: ſed e cõtra clau-
ſula iudicatum ſolni, vel ſoluere iudicatum.
l. 2. de prætoria ſtipu. quia finis cõtinet prin-
cipium & medium, & ipſum de neceſsitate
præſupponit: ſed non e contra: vnde ſenten-
tia includit proceſſum: ſed non e contra. ſic
& ſatiſdatio quæ concernit ſententiam totũ
proceſſum ſignificat: ſed ſatiſdatio quæ con-
cernit proceſſum non continet iudicati exe-
cutionem de ſolutio. l. hoc iure. ff. de pactis.
l. ſed ſi tantum. hæc ille eſt & alia ratio ſecun-
dum eum: quia iudicium nõ porrigitur poſt
ſententiam, quia finitur per ſententiã: ergo
& promiſsio de iudicio ſiſti finitur. idẽ Ang.
in dicto. §. & poſt litem, dicit non eſſe alibi.
¶Hoc limita * niſi promiſsio de ſtando iuri 28 *g
alium, vltra ſe extenderet; quia promiſsio de
ſtando iuri alium, durat tanto tempore in
quantum quis ſe obligauit. Iſte eſt caſus ſin-
gularis in l. ſancimus. C. de fideiuſſoribus.
& ibi Bald. Ange. & Bartol. in dict. a l. penul.
C. de fideiuſſoribus. & ibi Salice. Cynus eſt
etiam notabi. tex. in d. l. pennl. ibi (niſi intra
certum tempus data eſt fideiuſsio: tunc enim
in tantũ durat. &c.) Dictus. §. & poſt litem
loquitur quãdo ſimpliciter. ¶Ideo caute ad-
uertat iudex cum accipit ab aliquo fideiuſ-
ſionem de iudicio ſiſti. ſ. (de la faz) capiat lar
go modo dictã fideiuſsionẽ. puta qđ fideiuſ
ſor promittat iudicio ſiſtere reum quotieſcũ
que ſibi fuerit peritũ per illum iudicem, vel
aliũ quecunq; qui de cauſa debeat cognoſce
re donec omnimodo lis finiatur per oẽm ſen
tentiã tranſactã in rem iudicatã quæ practica

**Adde late Iaſ. in l. 2. §. in fideiuſ. col. 2. ff. qui ſatiſda. cog. ampliãte hãc regulã quatuor ampliationibus & limitãtẽ alijs modis & an liberetur fideiuſſor qdo eſt inſtantia perẽpta. vi. Hippo. de Marſi. in rep. rub ff. de fideiuſ. in quæſt. 11. n. 109.*

29 vtilis,& eſt neceſſaria ex infra dicendis. ¶Be
ne facit glo.notab.in auth.de his qui ingre.
ad appellā.in prin.in glo.ſuper parte in per-
ſonam collat.5.vbi gl.dicit,ꝙ fideiuſsio de
iudicio ſiſti eſt finita,ſi eſt finitum primū iudi
cium lata ſententia prima:vnde nō durat co
ram iudice appellationis;ſed iterū ſatiſdan-
dum eſt.facit tex.licet loquatur in fideiuſſo-
re de iu.ſol.in l.cum apud.ff.de iud.ſol.vbi
caſus, quod fideiuſſor iudicato ſoluendo
acceptus coram iudice primæ inſtantiæ non
tenetur in cauſa appellationis, niſi aliud ſit
dictum.ſ.promittit iudicatū ſoluere a quocū
que iudice iudicatū fuerit:vt ibi eſt caſus ad
finem,de quo late ibi per Bart.& Areti.in.§.
30 ſed hodie.inſt.de ſatiſd.¶Item limita intelli-
gendo dictā.l.græce.§.& poſt litē quādo nō
negligit actor litem: ſed illam proſequitur,
quia tunc fideiuſſor tenetur reum exhibere
vſque ad ſententiam: ſed ſi actor differt cau-
ſam & negligit litē liberatur fideiuſſor in cau
ſa priuata per curſum menſium duorū, vt eſt
caſus in d.l.peñ.ſi fideiuſsit ſine ſcriptis, ſed
ſi in ſcriptis tenetur vſque ad ſententiā,vt ſu
pra ſed ſi fideiuſsit in cauſa publica, ſiue in-
ſcriptis, ſiue ſine durat fideiuſsio ad ſentētiā.
hic eſt caſus ſingul.in d.l.peñ.ſic limitant di-
ctū.§.& poſt litem Salic.& Cynus in d.l.peñ.
& etiā Barto.licet habeatur corruptus. idem
Bal.& Ange.in.l.ſancimus.C.de fideiuſſo. ꝓ
batur aperte in d.l.pe.licet in republica tex.
videtur requirere fideiuſsionem factam eſſe
in ſcriptis, vel ꝙ fideiuſſor confiteatur ſe in
ſcriptis fideiuſsiſſe.& ibi glo.prima.licet do
ctores non ponderant.hæc oīa ſequitur An-
gel.in l.2.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſda.
cogan.intelligens dictum.§.& poſt litē.vbi
actor proſequeratur litem: ſed vbi actor dif
fert proſequi non tenetur vltra duos mēſes,
niſi obligauerit ſe in ſcriptis,aut pro republi
ca,quo caſu tenetur perpetuo ſecundū quoſ
dā,ſed ſecundum alios non tenetur, niſi quā-
to tempore poteſt durare inſtantia,quod ip-
ſe aprobat, & probatur in d.l.peñ. coniun-
cta vltima gloſ.magna.C.de fideiuſſo.ſentit
glo.in.§.ſed hodie.Inſtit.de ſatiſdatio. idem
31 Ange.in d.§.& poſt litem. ¶Item limita di-
ctum.§.& poſt litem niſi fideiuſſor promiſ-
ſiſſet repræſentare reum in iudicio toties quo
*h ties iudici*placuerit*ſeu ad omnē eius requi
ſitionem: quia tunc etiam poſt ſententiā te-
nebitur.verba ſunt Bar. notanda in l.ſi quis
rerum.ff.de cuſto.re.vbi dicit,ꝙ dictus.§.&
poſt litem habet verum quando fideiuſſor

**Add d' hac ƒideiuſsionis forma ſcribē tes. in l. cū ƒ*

eſt ſimpliciter receptus de iudicio ſiſti: lata
enim ſententia nō eſt neceſſe, quod amplius
ſiſtat, ſed requiritur ꝙ talis fideiuſſor ſit in
mora ante ſententiā;ſed quādo fideiuſſor ac
cipitur de repræſentando reum quandocun
que curiæ placuerit: tunc iſto caſu non eſt
ſimpliciter fideiuſſor de iudicio ſiſti. Cum er
go perſona rei etiam poſt ſententiam requi-
ratur, vt in eum poſſet fieri executio dicit ſe
credere qđ teneatur ſiſtere:hæc ſunt verba
eius mouetur etiam ex eo quod dicimus in
eo apud quem res deponitur in ſequeſtrum:
quia tenetur ſequeſter ad illam reddendā ei,
cui iudex iudicauerit.l.ſi oleū de dolo.l.pro
prie depoſi.& l.ei apud.§.in ſequeſtrum eo-
dem titu.& hoc bene notab.¶Sed Bald.Do- 32
ctor Peruſinus inſurgit contra hanc doctri-
nam, faciens mentionem de ea in l.qui cri-
men in.2.col.3.quæſtione in verſi.ſed quid ſi
dixit.C.qui accuſa.non poſſ. dicens, ꝙ ſi fi-
deiuſſor promiſit repræſentare reum quan-
docunque iudici placuerit, quod non tene-
tur poſt ſententiam.mouetur: quia iſta ſtipu-
latio eſt prætoria:ideo debet interpretari ſe
cundum mentem prætoris. l.damni in.§.ſi
quid in ſtipulatione.ff.de damno infecto. &
quia verba generalia debent interpretari,ad
id quod iuſtum eſt nec extendi, ad id quod
eſt iniuſtum.ff,de ſerui.l.ſi cui & hoc ſibi vi-
detur verius quam Barto.conſideratio.hæc
etiam viſa fuit intentio Bald.in addi. ad Spe
cu.in titu.de reo in principio.vbi dicit diſpo
ſitionem dictæ legis græce.§.& poſt litē ha-
bere verum etiam ſi quis generalius fideiuſ-
ſiſſet.l.quia promiſiſſet ſe ſiſtere & parere
mandatis curiæ,quia lata ſententia non tene
tur,mouetur quia iſta promiſsio,ſcilicet, pa
rere mandatis curiæ venit a ceſſorie ad pro-
miſsionem: vnde ſuper ipſa ſatiſdatione de
iudicio ſiſti,debet parere mandatis ſecundū
naturam ſatiſdationis.ff.de in ius vocan.l.eū
pro quo.hanc ſententiam videtur ſequi Bal.
in d.l.eum pro quo dum remittit ſe ad nota-
ta per Dynum in l.continuus.in.§.ſi quis ſub
hac.ff.qui ſatiſda.cogan. ¶Dicens, ꝙ ſi quis
promiſit aliquem repræſentare & omnia fa- 33
cere quæ ſunt in iudicio facienda. Iſta verba
debent ad ius referri.ſ.ꝙ non durat promiſ-
ſio poteſt ſententiam: quia poſt ſententiā nō
eſt iudiciū, licet non ſit facta executio: ideo
fideiuſſor liberatur poſt ſententiā ſecūdū eū
per.d.§.& poſt litē.bene facit id quod ſcribit
Ange.licet loquatur in criminali in l.2.in.§.
quæ exhibendi.ff.de cuſto.reo.qđ ſi aliquis
pro

*quo. ff. de in ius voc. laſi l. duobus. §. ſi. co. ff. de in reiur. Hip. & de Marſi. i re per. rubr. ff. d fideiuſſ. in q. ſti. 9. n. 99.*



promiſiſſet præſentare aliquē quoties iudici
videbitur: liberabitur bis præſentando per
l.fideicommiſſa.in.§.ſi quis decē.ff.de leg.3.
Nec obſtat.l.vbi exigitur.ff.de edē.in.§.hec
dos.vbi intelligitur quoties opus erit: quia
ibi per renouatam præſtationem nunquam
renouatur grauamen, refert ſe ita cōſuluiſſe
illo anno in cauſa cuiuſdam captiui pro quo
Bononiēſis promiſit eum præſentare ad om-
nem voluntatē magiſtri ſui:refert ſe dixiſſe,
ꝙ facta præſentatione bis liberatus eſſet, vt
infinitas euitetur per d.l. fideicōmiſſa. idem
per eadem verba tenet ipſe in l.ſi finita.ff.de
dā.infect.in princi.¶Tene dicta Bar. tanquā
34 veriſsima, prout ipſe loquitur per fundamē-
ta eius quæ concludunt de neceſſario: quia
non ſolum ad hoc vt ſiſtat in iudicio eſt ne-
ceſſaria pſona rei,ſed ad hoc vt ſiſtat vt poſ-
ſet fieri executio.maxime hodie ſecūdum l.
huius regni,qa datur creditori, vt ei ſeruiat
eū officio.Item vltra eū, & alios modernos
ſcribentes in hoc videtur mihi doctrina Bar.
ſatis fundari per tex. ſingul. in l.penul.C.de
fideiuſſo. ibi.(tunc enim in tantum eam ex-
tendi in quantum atteſtatio fuerit expreſſa)
& ſic licet iura dicant, ꝙ fideiuſsio ſimplici-
ter ſumpta non extendatur poſt ſententiam
tamen ſecus eſt ſi aliud maius tempus appo-
natur: ergo cum fideiuſſor promittit toties
quoties iudici placuerit bene hoc poteſt ex-
tendi etiā poſt ſententiā; cum nimis inter ſit
35 eum præſentare etiā poſt ſentētiā. ¶Ad fun-
damenta Bal.ſtat facilis reſponſio: loquūtur
in eo;qui ſimpliciter fideiubet, vel quando
ſunt verba ita generalia,ex quibus nil poteſt
cōprehēdi: ſed quādo verba ſunt apta aliud
cōprehēdere:& hoc pōt intelligi ſub expreſ-
ſis ceſſant argumēta ſua,& hāc opinio. Bart.
poſitā in d.l.ſi quis reum ſequūtur fere om-
nes moderni,inter quos eſt dñs Alex. videri
meo principatū obtinēs inter modernos in
d.l.2.in.§.in fideiuſſorem in.2.col.ff.qui ſatiſ
da.cog.& in l.ſi finita in prin.in.2.colū.ff.de
dā.infe.Ludo.Rom.in d.l.græce in.§.& poſt
litē,& in l.ſi finita de dā.infect. Pau. de Caſt.
in d.l.in fideiuſſorē fundamentū optimū ſu-
mitur ex.d.l.ſi ita ſtipulatus a Seyo.ff.de fi-
deiuſſ.vbi caſus, ꝙ ſi aliquis ſtipulatus eſt a
Seyo.vt ſoluere pecunias,quas ipſe ſtipula-
tor quandocunq; crederet Titio,& ab eo ac-
cepit fideiuſſorem: ꝙ ſi iſte plures ſummas
pecuniarū mutuaſſet Titio ad omnes intel-
ligitur obligatus Seyus,& ſui fideiuſſores.ec
cē ergo expreſſum:ꝙ quādo verbū de ſui na

tura importat infinitatem ad illam obliga-
tur promiſſor,& ſic teneo opinio.Bar. maxi
me attento eo,quod ſupra dixi.ſ.ꝙ fide iuſ-
ſio de iud.ſoluen.ſeu de la faz hodie requiſi-
ta per hanc legem & per alias leges huius re-
gni principaliter exigatur, & fuit requiſita
ad ſecuritatē creditoris,& vt ſibi ſit cautum
pro debito ſuo, & vt abeat in quem poſſet
executare ſententiam:& c ſi nihil ſibi prodeſt
fideiuſſor,niſi eſſet obligatus ad exhibendū
reum poſt ſententiam & quoties a iudice ſi-
bi fuerit petitum:ita vt in ius perſona in defe
ctum bonorum poſſet fieri executio ponēdo
cum in carceratum in perſonam creditoris.
¶Ideo cōſulo iudici vt ſemper accipiat latiſsi
me iſtos fideiuſſores de la faz*:ita promittāt 36 *l
reum exhibere & præſentari iudici poſt ſentē
tiā & ante & in omne tempus quoties a iudi-
ce fuerit petitum:ita vt in eū poſſet executa-
ri ſententia renūtiando beneficio.l.ſancimus.
C.de fideiuſſ. vt inquit Bart. in d.l.ſi quis &
Salic.in d.l.ad commentarieſem.Aretinus in
parte,ꝑ quibus Antonius fideiuſsit: licit lo-
quatur in caſu criminali, de quo latius inſi-
ſtam in.l.(ſi algun home criminal) in libr.2.
tit.3.(de los emplazamientos.)¶Nec obſtat 37
dictū Ang.ſuperius relatū tenētis, ꝙ promit
tens aliquē præſentare quoties iudici placue
rit,nō tenetur vltra bis: quia fundamentum
ſuum parum vrget.ideo reprehenditur per
Imol.latius per Rom.& Alex. in d.l. ſi finita
in.2.col.& in.l.qui bona.in.§.huic ſtipulatio
ni de dā.infect.de quo etiā Roma. in reperi.
rubricæ de arbi.vbi multa conſimilia recitat
de infinitate vitanda,quæ omitto quia extra
propoſitum, quorum multa recitat Alex. in
d.§.huic ſtipulationi. ¶Finaliter poteris limi 38
tare dictum.§.& poſt litem ſecundū Pau. de
Caſt.in d.l.2.§.fina. vbi aliquis fideiuſsit de
iudicio ſiſti pro eo, qui comparuit in iudi-
cio:qa vī tunc promittere toties quoties fue
rit ei petitum ante ſententiam. Si tamen fi-
deiubebat pro eo,qui non comparauit vide-
tur ſe obligare ad faciendū ipſum ſemel tan-
tum comparere,& ob hoc duntaxat videtur
fideiuſsiſſe:dicit ſe ſic intelligere titulum.ff.
in ius vocan.vt eant cum declaratione Bart.
tradita in lege prima.ff.ſi quis in ius voca.
non ierit:ſed quia hæc limitatio egeret ma-
gna diſcuſsione:vide Alex. in dict.l.2.in fin.
& in d.l.ſi finita in.2.&.3.colum. ¶Et ibi etiā 39
an promittens aliquem præſentare libere-
tur vnica præſtatione* per eundem in l.qui
bona, in.§.huic ſtipulationi. ff. de damno
infect.

**l Conſiliū autoris*

**Adde late plura relat.*

*per Hipp. de Mar. in allegata repeti. rub. ff. de fideiuſſoribus q. ſtio. 15.*

in ſe. per glo. notab. in l. duobus. §. a fideiuſſo
re; in glo. ſuper parte exibuerit. ff. de iure iu
ran. & vide quadam additionem pulchram
Ioan. Andr. in titu. de accuſatione in additio
ne incipienti Odofre. in. 3. parte. & ibi ſi venit
ad manus iudicis ſit fideiuſſor liberatus; & ſi
ante tempus poſſet iudicem requirere, vt cũ
pro quo fideiuſſit accipiat quia illum repræ
ſentat. vide Roma. conſil. 137. quia hæc vidẽ
tur potius cõcernere cauſas criminales omit
to tamquam aliquid extra materiam legis no
*k 40 ſtræ. ¶Et ſi *aliquis promittit præſentare ali
quem iudici, vel parti non reſpectu alicu
ius litis, vtrum obligatio ſit perpetua, vel
habeat locum diſpoſitio d. §. & poſt litem: vi
de Bal. in d. l. 2. §. in fideiuſſorem ſentit lectu
ra antiqua, ꝙ ſit perpetua Bartol. ſentit con
tra in l. penul. C. de fideiuſſ. & Alex. illum ſe
quitur in dict. §. in fideiuſſorem. in fino ꝙ ſi non
fuerit requiſitus infra duos menſes, vt illum
exhibeat liberetur per d. l. pen. vbi hoc tenet
Bar. ſecundũ eũ quod nõ eſt præſentis mate
riæ alibi hoc examinandũ relinquo; quia hic
loquitur de fideiuſſore reſpectu litis.

41 Additio: adde di-
ctis hic per patrem meum ſingularẽ. l. condi
tam a rege Alfolſo in Alcala inſerta in ordi.
regali. in li. 5. *. titu. 10. (de los fiadores) quæ
diſponit (q̃ qualquiera q̃ ſaliere por fiador
de otro para lo preſentar en juyzio faſta cier
to tiẽpo, y cayere en la pena por lo no preſen
tar, ſi no le fuere pedida dentro de vn añ cõ
tando dende el dia q̃ en la dicha pena cayo,
no le pueda ſer mas adelante demandado.)

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti an habeat beneficiũ excuſſionis, & nu. 2. & 3.*
4 *Quid ſi fideiubet quis pro eo qui non erat obligatus ſiſtere in iudicio.*
5 *Quid in criminalibus.*
6 *Quid ſi agitur contra fideiuſſorem vt ſiſtat reum.*
7 *Renuntiatio facta a fideiuſſore, ſcilicet, beneficio excuſſionis quando noceat: & nume. 8. & 9.*
10 *Quid in fideiuſſore promittente indemnitatem & renuntiante beneficio de fideiuſſoribus.*
11 *Quid ſi aliquis fideiubet pro aliquo officiali publico authoritatem & vtilitatem, & renuntiat beneficio de fideiuſſoribus.*
12 *Intellectus legis tertiæ (de los fiadores) libro tertio foro legum.*
13 *Fideiuſſor or iudicatum ſolui an habeat beneficium excuſſionis.*

Quæritur vlterius 1
nunquid fideiuſſor de iudicio ſiſti habeat be
neficium excuſſionis, vel poſſet conueniri
ante quam principalis? quæſtio eſt quotidia
na quam habui de facto inter quoſdam mer
catores Burgenſes & Bald. videtur ſentire ꝙ
non in l. 1. in. 3. col. C. de conue. fiſ. debi. li. 10.
vbi mouet quæſti. de fideiuſſore qui pro eo
qui erat obligatus ad factum fideiuſſit: tan
dem per rationes coloratas videtur conclu
dere, ꝙ fideiuſſor de iudicio ſiſti non habeat
beneficium excuſſionis, & hoc etiam ſentit *a
in l. fin. in. §. ſed cum antiquitas de vſu. rei iu
di. ſed opinio cõmunior videtur *a in cõtra
riũ quã tenet Guil. de Cugne. in l. 2. §. ſi quis
ex his. ff. qui ſatiſdare cogãtur. vbi tenuit, ꝙ
iſte fideiuſſor habebit beneficia omnia quæ
fideiuſſoribus concedũtur: & per conſequẽs
gaudebit priuilegio, ſeu beneficio excuſſio
nis, de quo in authen præſente. C. de fideiuſ
ſori. ¶Et hanc opinionẽ ſic ſimpliciter ſequi 2
tur Ludo. Roma. in d. §. ſi quis ex his in cau
ſis ciuilibus & hoc videtur ſequi Io. Fabri. in
§. ſed hodie inſtitu. de ſatiſdati. in. 2. colũ. vbi
dicit, ꝙ quando principalis eſt præſens & ſol
uendo tunc non poteſt agi contra fideiuſſo
rem de iudicio ſiſti: ſecus in caſu quo eſſet ab
ſens, vel non haberet bona. & ita ſe expedit
Spec. in titu. de dolo & cõtu. §. fina. verſi. ſed
pone promiſiſti pro aliquo iudicio ſiſti vide
tur hoc tenere: ſed poſtea vacillat, miſcens ſe
in aliam quæſtio. tandem ex verbis eius pa
rum poteris colligere. hanc opinio. ſequitur
Bal. in d. §. ſi quis ex his. vbi præceſsiſſet obli
gatio rei de iudicio ſiſti & fideiuſſor acceſsiſ
ſet promiſsioni: quia tunc eſt proprie fide
iuſſor. l. ſicut reus. ff. de fideiuſſ. & d. l græce.
§. poſt litẽ & argu. l. tribus. ff. de vſu earum re
rum: vnde haberet beneficiũ excuſſionis ſi
cut fideiuſſor contractus dicit ſe tenere cum
Guiliel. Pau. de Caſt. & Alex. de Imo. in d. §.
ſi quis ex his in effectu ſequuntur opinio.
Bald. & dicit Alex. non eſſe tutũ recedere ab
opinio. Bald. ¶Angel. de Peru. in authen. de
fide-



iuſ. in princ. dicit ſe audiuiſſe dominum
Franciſ. de Pilis tenere indiſtincte hanc opi
nionem per. §. ſed nec eiuſdem authenti. vbi
tex. dicit non fieri differẽtiam cõtractus, vel
interceſsionis, & text. in authen. præſente in
fi. C. de fideiuſ. vnde cum promittere aliũ ſi
ſtere in iudicio ſit interceſsio: patet ꝙ habet
locum beneficiũ excuſſionis. ſed Ange. dicit
ſe credere, quod aut quis promittit ſiſtere in
iudicio illũ, qui eſt obligatus ad ſe ſiſtendum
& tunc habet beneficiũ excuſſionis: quia non
eſt promiſſor, ſed fideiuſſor ex quo interce
dit pro alio obligato: aut promiſit ſiſtere il
lum qui non erat obligatus ad ſiſtendum: &
tunc ſecus, quia non eſt proprie fideiuſſor,
ex quo non intercedit pro obligato: & ſic in
effectu reſidet cũ opinio. & diſtinctione Bald.
4 ¶Regulariter ergo fideiuſſor de iudicio ſiſti
habet beneficiũ excuſſionis*. Fallit primo
niſi fideiuſsiſſet pro eo qui non erat obliga
tus ſiſtere in iudicio. Bal. Ange. & Alexã. vbi
ſupra; & eſt ratio: quia tunc non eſt proprie
fideiuſſor, ex quo intercedit pro eo qui non
erat obligatus; & ad hoc iuuat gl. *notab. in
authen. de fideiuſ. in prin. collat. 1. vbi glo. di
cit ꝙ in expromiſſore non habet locũ bene
ficiũ excuſſionis: & expromiſſor dicitur ille
qui promiſsit aliũ iudicio ſiſti. l. 2. in gloſ. ma
gna ff. qui ſatiſda. cogan. ſic etiã debet intel
ligi gl. ſingu. in d. l. 2. in. §. ſi quis ex his in gl.
magna ad finẽ, vbi glo. dicit, ꝙ fideiuſſor de
iudicio ſiſti non eſt proprie fideiuſſor cum
principaliter obligationem in ſe ſuſcipiat; &
idem ſentit glo. in l. in eo in. §. nemo. ff. de re
gul. iuris. ¶Fallit ſecũdo *in criminalibus in
quibus fideiuſſor non habet beneficium ex
cuſsionis, ſed officio iudicis proceditur con
tra eum executiue probatur in l. ſi quis reũ.
ff. de cuſto. reo. Bald. in dicta. l. ſi quis ex his.
& ibi Roma. & Alexan. facit text. & glo. vul
gata. 23. quæſtione. 5. cum homo, & hoc pa
rum dubitationis habeat licet Alexand. re
putat notandum in dicto. §. ſi quis ex his.
*d 6 ¶Fallit *tertio vbicunque agitur cõtra fide
iuſſorem, vt ſiſtat reum; nam ad hoc poteſt
cogi officio iudicis, nec habebit beneficium
excuſſionis: ſecus quando conuenitur ad in
tereſſe, eo quia non ſiſtit. ita Bald. & Alexã. in
d. §. ſi quis ex his per. l. eum pro quo. ff. de in
ius vocan. & ſatis videtur etiã de mẽte eiuſ
dem Bal. in l. 1. C. de conue. fiſ. debi. lib. 10. in.
3. colũ. vbi elegãter loquitur. ſed propter om
nes opiniones vitandas dicit Bal. in d. §. ſi qs
ex his ꝙ facias fideiuſſorem renuntiare be

** Adde late Iaſ. & ſcribẽtes in l. ſi. ff. ſi certũ pe. ta. et omnino p. Hi. de Mar. cõgerẽte plures alios caſus in q̃bus cõtra fideiuſ. põt agi nõ diſcuſſo principali & vide plura in materia excuſsionis bonorũ per Iaſ.*

**c 5 in. §. itẽ ſi qs. el prime, 10 in inſt. de actio. nu. 68.*

neficio de fideiuſſoribus: nam tunc omnibus
dubijs exploſis poterit conueniri non expe
ctata excuſsione. ¶Conſidera eleganter duo
verba quotidiana, in quibus hæc renũtiatio 7
facta a fideiuſſore, ſ. beneficio excuſsionis fi
deiuſſoribus conceſſo nil ei noceret, nec ope
raretur eum eſſe excluſum a beneficio excuſ
ſionis. Primum vbicunque aliquis fideiubet
pro aliquo non ſimpliciter ſed ſolũ in eo, quod
a principalibus debitoribus exigi non pote
rit: nam ab eis nil poteſt peti, niſi debitoribus
excuſsis. iſte eſt caſus valde not. ſecundũ vnã
lecturam in. l. fi. ff. ſi cer. pet. dicit Ang. ibi cre
dere illud eſſe verũ etiã ſi renuntiauit benefi *e
cio de fideiuſſoribus. Ratio *eſt, quia illud
beneficiũ cõpetit fideiuſſoribus obligatis, &
eis qui apparent obligati: ſed iſte non appa
rent obligati. niſi purificata conditione: ideo
de illo beneficio & ius renuntiatione non eſt
curandum. ¶Ego allego ad hanc opinio. An 8
ge. famoſum caſum iuncta glo. in l. 2. C. de fi
deiuſſo. tuto. ibi (vel cautum eſt in id quod a
tutore vel curatore ſeruari non poteſt) iun
cta glo. ſuper parte plane. quæ aſsignat diffe
rentiã inter fideiuſſorẽ ſimpliciter obligatũ:
quia ille ſtatim eſt obligatus & inter illum,
qui fideiubet pro eo quod a principali exigi
non poterit: quia hoc caſu obligatio eſt con
ditionalis, & non incidit fideiuſſor in obliga
tionẽ, niſi in id quod deeſt, & exigi non po
teſt a principali: & ſic infertur eſſe neceſſariã
excuſsionem ex natura contractus & obli
gationis, nec illam impedit renuntiatio cum
non tollat naturam obligationis. & hoc ſen
tit ibi Salicet. & in l. ſecunda. C. ſi magiſt. in
de. pro. licet in fideiuſſore indemnitatis lo
quatur, ſed ad opinionem Angel. corrobo
randam non reperies põderata prædicta ver
ba, niſi a me. Et hoc tene menti, quia iam vi
di aliquos fideiubẽtes pro alijs in hac forma
& videtur hoc eſſe de mẽte Bart. in l. 1. C. de
conue. fiſ. debi. ¶Dicens, ꝙ ſi fideiuſſor in 9
demnitatis renũtiauit beneficio *de fideiuſ
ſoribus non poteſt conueniri ante principa
lem. *hoc enim inducit clare natura obliga *f
tionis magis, quam fideiuſsionis: quia verba
obligationis clare innuunt, vt prius principa
lis debeat conueniri, vt videatur in quo eſt
damnificatus fiſcus, ſeu alius. l. ſi ſtipulatus.
ff. de verbo. obligatio. allegat etiã. d. l. fi. ff. ſi
cert. peta. idem ſequitur Bal. in l. 1. C. de reuo.
his quæ in fraud. credi. ¶Vbi dicit. quod ſi 10
aliquis promiſit mihi. c. pro quo Seyus fide
iubẽdo promiſit hoc modo promitto indẽ
nitatem

** Adde Lud. Rom. in cõſ. 211. alleg. et cõſ. 241. ſpectabiles dñi Alex. de Imo. cõſ. 31. in cauſa exe-*

cutionis li.4. & conſ.29. clariſ. docto. li.7.col.ante pen.

nitatē & renuntiauit beneficio de fideiuſſo-
ribus: nunquid potero eum cōuenire non ex
cuſſo reo; dicit ꝙ non: quia cōſeruatio indē-
nitatis, vt verbum ſonat ſignificat creditorē
dānum non paſſurum: ſed ſi debitor princi-
palis eſt ſoluendo creditor non poteſt pati
dāmnū. Nec obſtat renuntiatio beneficij de fi
deiuſſoribus: quia hoc non eſt ex beneficio,
ſed per apertam naturā verborū cōtractus ꝙ
dicit menti tenendū. Idem Salice. in l.1. in ſi.
col. C. quod cum eo licet nulla iſtorum facta
mentione, & idē in l.2. C. ſi mater inde. pro-
bat tex. nota. iuncta glo. & ibi Salic. in d.l.2.
C. de fideiuſ. tuto. ¶Ex prædictis infero vnū
11 ſatis notandū, ꝙ ſi aliquis fideiubet *pro ali-
quo officiali publico autoritate & vtilitate,
*g ꝙ iſte fideiuſſor nō poteſt conueniri, niſi ex-
cuſsione præcedente, dato ꝙ renuntiaſſet be
neficio de fideiuſſoribus. Allego ad hoc fa-
moſum tex. in l.3. in §. fina. ibi (poſtquam res
ab eo ſeruari non potuerit). ff. de admi. rerū
ad ciui. perti. vbi caſus ad literā ꝙ qui fideiu
bet pro magiſtratu, videtur fideiubere in eo
quod deerit ex ius facultatibus: & ſic clare
videtur fideiuſſor indēnitatis, quē tex. ad hoc
ponderauit Salice. in l.1. in fin. colū. C. quod
cum eo, ergo ſi cenſetur fideiuſſor indemnita
tis non poterit conueniri ex natura obliga-
tionis, niſi excuſsione facta, dato ꝙ renuntiaſ
ſet beneficio de fideiuſſoribus. ¶Hæc om-
12 nia perpetuo tenebis mēti ad quandā l. hu-
ius regni, quæ eſt foro ll. li. tertio. titulo. (de
*h los fiadores) l.3. *vbi tex. expreſſe remouet
hodie beneficium excuſsionis & dat electio-
nem creditori, vt conueniat reum, vel fide-
iuſſorem non facta excuſsione. nam illa lex
non habebit locum in fideiuſſore qui fide-
iuſsit pro alio in eo quod exigi non potuerit
a debitore, nec in fideiuſſore indemnitatis,
nec in fideiuſſoribus officialium publicorū,
13 quod tene menti perpetuo. ¶Quid in fideiuſ
*i ſore iudica. ſolui, *nūquid habeat beneficiū
excuſsionis. Bald. mouet in l. cum eorum. C.
de ſent. & interlo. omnium iudi. fina. colum.
verſic. oppono, quod fideiuſſor, & titubans
dicit ſe non putare, quod habeat dictum be-
neficium propter ineptitudinem excuſsio-
nis, ſed remittit ſe finaliter ad dicenda per ſe
in l. fina. C. de vſuris rei iudi. & ibi in §. & cū
antiquitas concludit, quod habebit benefi-
cium excuſsionis. & hæc exceptio pōt oppo-
ni in executione ſententiæ: q̄a in hoc caſu nō
opponitur ordini petitionis. ſed ordini exe-
cutionis: nam cum fideiuſſor non eſſet an-
tea obligatus, non potuit ante opponere: er-
go & nunc in executione admittitur argu. l.
2. C. de conſor. eiuſdem litis, ita reſidet dices
hanc eſſe veritatem. idem ibi Salicet. per ea-
dem verba & fundamenta Bald. licet eius au
toritatem taceat & loquatur quaſi a ſeipſo
quod ſæpiſsime facit, niſi cum videt illum
poſſe reprehendere. idem ſequitur Alexā. in
rubrica. ff. iudi. ſolui in apoſtillis.

## SVMMARIVM.


1 *Sequeſtrum rei mobilis ſuper qua quis conuenitur quando, & ex quibus per iudicem debeat fieri: & numero. 2. & .3. & .4.*

5 *Sequeſtrum rei mobilis quando, & per quam ſatiſdationem poſsit reuocari.*

6 *Sequeſtrum factum non pro ſecuritate litis ſed vt reus ſoluat qualiter reuocetur.*

7 *An ſufficiat iuratoria cautio ad reuocandum ſequeſtrum quando aliter non poteſt ſatiſdari.*

8 *Iuratoriæ cautioni quando non ſit ſtandum: & nu.9.*

10 *Alienatio, & venditio bonorum an poſſit interdici alicui propter ſuſpicionem fugæ.*

11 *Præceptum de non dilapidando, & deſcriptio bonorum an ſtatim lite mota poſſint fieri.*

11 *Reus vt relcuetur a ſatiſdatione ex eo quod poſsidet immobilia an debeat inſuper eſſe facilis ad conueniendum.*

13 *Poſſeſſor immobilium licet non ſatiſcet an debeat præſtare iuratoriam cautionem.*

14 *Satiſdatio huius.l. an requiratur hodie de iure regio. & nu.17.18. & .19.*

25 *Satiſdatio an requiratur in caſibus: vbi poteſt procedi ſummarie, & ſine litis conteſtatione, & nu. 16.*

20 *Debitor fugitiuus an poſsit capi propria autoritate, & quando nu.22. quod ampliatur vſque ad nu.26. & limitatur nu. 29. & .30. & .31.*


Fuga




21 *Fuga in promptu an operetur idem quod fuga in actu.*

27 *Exiſtēs in loco ſecurus a debiti ſolutione an poſsit capi, vt ſatiſdet.*

28 *Debitor an poſsit capi propter licentiam iudicis cuius officium tempore capturæ expirauerat.*

32 *Debitor vt poſsit capi tanquam ſuſpectus an ſit neceſſe quod ſuſpicio emergat poſt contractum, vbi ſimilia: & numero. 34. & .39.*

33 *Si modica calamitas, aut paupertas ſuperueniat debitori poſt contractum an poſsit capi debitor.*

35 *Contrahens cum aduena vel forenſi an poſſit ab eo petere, vt ſatiſdet de ſoluendo.*

36 *Aduena an in loco contractus ſortiatur forum quod limitatur num.37.*

38 *An interſit quod creditor ſciat vel ignoret conditionem debitoris, & an præſumatur ſciuiſſe conditionem illius. numero. 41.*

40 *Si debitor induxit dolo creditorem ad ſecum contrahendum.*

43 *Si tempore contractus debitor non erat arraigado an poſsit hodie carcerari ſi non ſatiſdederit, & num.44.*

45 *Si contraxi cum aduena nunquid eum recedentem poſsim capere: & num.46.*

47 *Captus ab incompetenti iudice an propter incompetentiam iudicis ſit relaxādus & nu. 48. & .50. & .51.*

49 *Exemptus in quibus ratione delicti non gaudeat priuilegio & an poſsit carcerari.*

52 *Quæ ſatiſdatio ſit præſtanda a debitore fugitiuo.*

53 *Carceratus ad petitionem vnius creditoris nūquid intelligatur carceratus ad petitionem aliorum ſtante ſtatuto. &c.*

54 *Carceratus quia ſuſpectus de fuga, vel quia non ſatiſdedit an ſit relaxandus ad petitionem ſolius patris ſine mandato iudicis.*


Sed attēde, quod,
ſi aliquis conueniretur ſuper aliqua re mobi
li quam poſsidet & non poſsidet reus immo
bilia itaque perſona eius eſt ſuſpecta conſul-
tum eſt actori de remedio non per capturam
nec iuratoriam cautionem rei, ſed per ſeque-
ſtrum dictæ rei, ſuper qua eſt controuerſia.
Iſte eſt caſus in l. ſi fideiuſſor in §. fina. ff. qui
ſatiſda. cogan. ibi (apud officium deponi de
bebit. &c.) pondera tex. qui requirit duo, ſci-
licet quod perſona rei conueniri ſit ſuſpecta.
quod declarat ibi glo. ſ. ex eo quia non poſ-
ſidet immobilia, vel pauca, & ex eius malis
moribus. Item ꝙ iudici hoc videatur inquan
tum text. dicit ſi hoc iudici ſederit. & dicit
Bar. ibi ꝙ non eſt neceſſe ad cauſandā dictam
ſuſpicionē cōcurrere quatuor *quę gl. ibi no *a
tat. ſ. non poſsidere immobilia, vel pauca. Itē
mali mores, quos nunc habet. Itē, quod prius
male fecerit, ſed quandoq; ſufficit vnū, quan
doq; aliud ſecundum diuerſitatē cauſarū, in
quibus de ſuſpicione tractatur: vnde videtur
hoc arbitrio iudicis relinquere, quod ſatis cō
ſtat de mente literę, ibi (ſi hoc iudici ſederit.)
¶Idem ibi Ange. dicens, quod illa quatuor, 2
vel alterum eorum ſecundum ſubiectā mate
riam *reddunt quē ſuſpectum, vt probant le
ges allegatæ in glo. idē Bal. ibi, nam cū text.
dicat ſi hoc iudici ſederit: videtur in eius arbi
trio relinquere qui habeat extimare vtrū ſit
ſuſpectus, vel ne: nec eſt neceſſe concurrere
ſimul illa quæ gl. requirit ad faciendū quem
ſuſpectum: nā fruſtra litera diceret ſi hoc iu-
dici ſederit, iam enim non eſſet arbitrariū, eſ-
ſet in neceſsitate poſitum: ideo qualitas per-
ſonæ conſiderāda eſt, vtrum ſit talis, de qua
ſit ſuſpicio de fuga. vnde non omnis qui non
pōt ſatiſdare patitur ſequeſtrū, ſed is demum
qui eſt ſuſpectus, vel de fuga, vel de receſſu,
vel debaratatione, vel ꝙ dolo deſinat poſsi-
dere quæ omnia ex qualitate perſonæ perpē
denda ſunt argu. l. ſi. de actior. & oblig. & l.1.
cum ſimi. C. ſi quis impera. male. hæc Bald.
¶Bene facit glo. in parte ſederit quæ dicit in 3
animo quam Ang. dicit eſſe bene notādam
quod licet allegetur quis ſuſpectus, vel petatur
fieri ſequeſtrū: tamen iudex non debet aſ
ſentire, niſi in animo ſuo credat eū fore ſuſpe
ctū: credere autem non debet ſecundum acta,
ex quibus cōſciētiā ſuā informat, & ſecundū
ea iudicat. l. illicitas. §. veritas. de offic. pſi. eſt
verū ꝙ Alex. minus bene in d. §. ſi ſatiſdatū,
dicit ꝙ Angel. ibi & Bart. ſimpliciter appro-
bant

*Adde Albe. de Roſa. ibi dicētē ſufficere vnū ex illis ſecūdū negotiū: de quo agitur nā ſi q̄ratur de idoneitate circa diuitias, tunc pauper ſuſpectus eſt ſi circa mores qui ſemel fuit malus vel deliq̄t ſuſpectus habetur: licet ſecūdū eū poſſit dici quod mali mores indicāt ſuſpicionē etiā circa rē niſi caueatur: & p eo q̄d infra ponit autor ver. & ſi practica

bant glo. quod non eſt recte dictũ: nam ipſi
expreſſe fatentur non eſſe neceſſe illa qua-
tuor concurrere, ſed ꝙ omnia reddant ſuſpe
ctum eſt ſine dubio, ſed quandoq; alterũ ip-
4 ſorum ſecundũ ſubiectã materiã. ¶Et practi-
catur quotidie dictus. §. ſi ſatiſdatũ ſecũdum
Ang. ibi cõtra ſtipẽdiarios, & alios aduenas
& maxime muliones venientes ad ciuitatem
cum equis & mulis: nam cum ſemper ſint in
itinere & pendem teneant in ſtipendio, vt in
l. hæres abſens de iudi. ſi ab eiſdem petuntur
equi, vel muli: quia ſuſpecti ſunt, niſi ſatiſ-
dent fiet ſequeſtrum dictorum animaliũ, quod
nota & vide Andr. Sic. in c. ſi. in. 25. col. cũ ſe-
quen. de foro cõpe. qui omiſſis fundamentis
a radice refert ſe contrariũ conſuluiſſe apud
curiam Romæ, & dicit contra dicta princi-
pia. & contra Bal. in l. fin. C. vbi in rem actio.
& contra Specu. de cõpeten. iudi. additio. §. 1.
verſi. quid ſi quis & in titu. de ſatiſda. in. §. di
co in princ. & contra Abb. in d. cap. ſi. & con
5 tra dictum. §. ſi. ¶Et durabit ſequeſtrum do-
nec reuocetur per ſatiſdationẽ: nam per præ
*b ſtationem fideiuſſoris reuocatur * ſequeſtra-
tio. tex. in d. §. ibi (donec ſatiſdatio detur vel
lis finẽ accipiat.) Sed quæ ſatiſdatio debeat
eſſe? Iſta gl. ibi dicit de iudicio ſiſti, vel de re
non baratanda. cum qua Bart. ibi tranſit pro
ea eſt caſus in l. ſenatus. ff. de offic. præto. ibi
(aut ſiſti exhiberi ne ſatiſdatio promittatur.)
Supplebis dictam gl. quod ſatiſdatio debet
continere quod in caſu quo ſit victus reſti-
tuet actori rem abſque aliqua procraſtina-
tione. Allego ad hoc Bartol. in l. litibus. * C.
de agri. & cen. lib. 11. vbi per illum textũ. di
cit quod ille qui vult impedire ſequeſtrum
offerendo ſatiſdationem, vel qui vult facere
reuocari ſequeſtrum ſatiſdando debet ſatiſ-
dare, ſuo offerre ſe paratum ſatiſdare, quod
in caſu victoriæ actoris reſtituet ei rem abſq;
aliqua procraſtinatione. Vnde non ſufficere-
ret ſimplex ſatiſdatio ſecundũ eum, niſi ver-
ba prædicta apponerentur: & hoc ſatis pro-
vnde debitor captus faciat ſe relaxari die fe-
riato tamen caueat ne capiatur prætextu fu-
turæ fugæ: ſtatuta tamen conſueuerunt diſ-
ponere:quod poſsit recommendari in carce-
re,quod caſu ſi in carcere non teneretur car-
cerum recommendatio fieri non poſſet ſecũ-
dum Bar.in di.l.cum vnus.hæc ille:ſed quia
iſte eſt optimus articulus,& latius diſcutien-
dus vtrum habeat locum,& quomodo maxi
me in his legibus noſtri regni dicam deo vo
lente in l.2.infra.tit.(de los gouiernos)vbi ca
dit proprie materia.¶Et tenebis ſemper men
ti,quod vbicunque aliquis eſt captus,ſeu car 45
ceratus *pro debito:ſiue quia ſuſpectus de
fuga,ſiue alias, quod non eſt in poteſtate ſo-
lius partis quæ eum fecit carcerare, & eũ ex-
trahere de carcere:ſed hoc debet fieri de man
dato iudicis:hoc probat nota.tex,& ibi,hoc
tenet Bar.& clarius Alexan.l.neque.§.qui in
ius.ff.de in ius vocan.ideo dicebat Ange.ibi
quod practicatur,quod cuſtos carcerum nõ
relaxat captum pro debito ad inſtãtiam cre
ditorum, niſi primo habeant buletam iudi-
cis,qui fecit eũ carcerare:& quia eius eſt rela-
xare, cuius eſt carcerare; quia nil tam natu-
rale eſt: vt in regula iuris:& nota hoc ad hãc
l.quod ſi aliquis pro debito poſitus eſt incar-
cere:eo quia non poſsidet immobilia, nec ſa
tiſdedit,quod non eſt relaxandus ad petitio-
nem partis per cuſtodem carceris, niſi ſuper
hoc habeat mandatum iudicis ad illum rela-
xandum. ¶Et ſi aliquis qui non poſsidet im-
mobilia nec dat ſatiſdationem præcipiatur a
iudice carcerari, & ipſe fugiat ad eccleſiã an
poterit extrahi ab eccleſia vide in lectura.l.2.
infra(titu.de los gouiernos). ¶Itẽ hanc legẽ
poteris limitare pluribus modis, in quibus
non põt quis capi,nec carcerari pro, de qui-
bus in lectura.l.2.infra(tit.đ los gouiernos.)

*Adde qđ eo de mõ carcerat⁹ ad mei [illegible] niſi me citato nõ põt relaxari a carceribus ſecũdũ Bal.in c.1.prima lectura pe.co.ꝑ iud.ſecus dicit ſi eſſet carceratus ꝓprio motu iud.alleg.tex.in.l. ſi quis vxori §.ſi fugitiuũ de furtis, & adde petrũ ð ancha. cõſi.340.viſo te mate ꝑdicto dicẽte ẽt inde bite carceratũ nõ ẽẽ relaxãdũ abſque iudicis licẽtia

# ELEGANS DECLARATIO EIVSDEM

Rode.Sua.in.l.2.tit.de los gouiernos.fo.ll.li.3.cuius tenor taliseſt.

SI algũ home fuere metido ẽ priſiõ por deuda q̃ deua aquel q̃ lo haze meter en priſiõ de le cũplimiẽto de pã y de agua haſta nueue dias y el no ſea tẽudo ď dar le mas ſi no quiſiere: mas ſi el mas pudiere auer de otra parte aya lo, y ſi en eſte plazo pagar no pudiere, ni auer fiador ſi ouiere algũ meneſter recaudelo aql a quiẽ deue la deuda, de guiſa q̃ pueda vſar de ſu meneſter, y de lo q̃ el ganare de le q̃ coma, y q̃ viſta guiſadamente, y lo demas reciba lo en cuenta de ſu deuda, y ſi meneſter no vuiere, aql a quien deue la deuda le quiſiere tener mantengale aſsi como ſobre dicho es, y ſiruaſẽ del. ¶Hæc l. hoc intendit in ſumma ſi aliquis eſt in carcere pro deuito ad petitionem & iſtantiã alicuius ille qui eũ fecit in carcerari tenetur ei dare victũ panis & aquæ vſque ad nouem dies & nõ plus: & ſi intra illos 9. dies nõ potuerit ſoluere nec fideiuſſorẽ dare creditor exigat debita omnia ſi qua huic ſuo ďbitori ďbet & ſi iſte debitor laboret in officio qđ ſcit & creditor ex eo qđ lucratus fuerit det ſibi victũ & veſtitũ & reſiduũ accipiat in extimationem debiti: & ſi iſte debitor nõ habeat vnde ſoluere poſſet: & creditor voluerit eũ accipere ďtur ſibi p̃ iudice: vt ſeruiat ei: itaq̃ ď de eo quod lucratus fuerit cũ p̃ſona det ſibi victũ reſiduũ accipiat in cõpenſationem debiti.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 *Ante hãc legẽ quid erat iure cautũ qñ debitor condẽnatus nõ ſoluebat. vſque ad nu.6.*

2 *Hodie d iure regni debitor carceratus q̃ liter ſint dãdus creditoribus vt ſeruiat, & nu.8.*

9 *Obligatus præciſe ad factum an habeat beneficium ceſsionis bonorũ & num.10.*

11 *Operæ ſeruiles an extenuent ſortem in contractu emptionis vel pignoris.*

12 *Si creditores renunciant iuri carcerãdi debitorẽ an ex hoc impediatur ceſsio bonorum & num.13.*

14 *Si creditor nolit tenere debitorem in domo ſed quod extra domum laboret & ex labore ſibi ſatisfatiat an poſsit.*

15 *Ceſsio bonorum qualiter olim fiebat & quid iuris hodie.*

16 *Debitor per quot dies debet ſtare in carcere ante quam detur creditori ad ſeruiendum.*

17 *De validitate huius legis & an valeat ſtatutum*



*ſtatutum quod debitor condemnatus ante ſolutionem non exeat de carceribus diſputatur nu.18. & 19.*

20 *Lex ex iuſta cauſa ſtatuit vt homo liber poſſit vendi & pignorari.*

21 *An valeat ſtatutum quod mercatores dolo fugientes cum pecunia & rebus alienis dentur creditoribus lacerandi.*

1 Ante omnia, vt morẽ promiſſum ſeruemus, eſt inueſtigandũ qđ de iure cõmuni circa hoc ſtatutum ſit, & præmitte, q̃ ſecundum legem duodecim tabularum, vbi debitor erat cõdẽnatus pro debito q̃ debebat: in carcerabatur ſi nõ ſoluebat & ſperabantur.40.dies, vt forte infra illud tẽpus aliqs miſericordia motus ſolueret p̃ eo & ſi intra illud tẽpus nullus ſolueret p̃ eo: dabatur creditoribus dilacerãdus: ita dicit gl.in.l.1.& in.l.fina.C. qui bo.ce.po.ego dico: q̃ hoc fuit prius verbũ Azonis in ſumma ſua ſuper tit.qui bo.ce.po.qui tenuit, q̃ poſt.40.dies dabatur creditoribus lacerandus cum quo tranſit Sali.in.d.l.1.ſed non eſt verum. ¶Vnde * dico, quod de iure antiquo

*a 2 antequam fieret titulus de ceſsione bonorũ. debitor condemnatus, qui non ſoluebat detrudebatur in carcerem. Hoc probatur in.l.1.C.qui bo.ce.po.ibi (in eo enim tãtum modo hoc beneficium eis prodeſt ne iudicati detrudantur in carcerem) & ita tenuit ibi gloſ. fi.dicens, quod ſi non cedit bonis debet poni in carcerem pro debito, idem tenet gloſa. in rubrica. de ceſsio. bono.ff.& in l. final.C. eo.titulo & illam.l.1.C.qui bo.ce.po reperio allegatam a Barto.in.l.cum eo.ff ad.l.Iuliam pecul.ad hoc quod non poteſt iudex imponere quem in carceribus, niſi poſtquam eſt condemnatus pro debito. Ad hoc etiam allegata fuit per Ang.& Pau.in.d.l.1.hoc eſt indubitatum, quod condemnatus pro debito ſi non ſoluebat eſt in carcere detrudendus.

3 ¶Tamen illud quod Azo & glo. dixerunt.ſ. q̃ ibi eſt detinendus per.40.dies poſt quos ſi non ſoluat detur creditoribus carcerãdus. ſeu cruciandus non eſt verum ſecundum Cynum in.d.l.1.dicentem ſe neſcire ex qua lege iſti detraxerunt hoc: nã non reperitur aliqua lex quę dixerit niſi q̃ in carcerem tantum detrudatur, idẽ Angel.in.l.fi.eo.tit.C.iſta credẽ vera tñ poſſet dici, q̃ Azo & Accurſius: licet non allegent potuerunt moueri ex tex.ſingulari in l.fi.C.eo.ti.ibi (ſalua eorum videlicet extimatione) & omni corporali cruciatu remoto: vbi videtur Imperator remouere cruciatum corporis, quod debitoribus non ſoluentibus inferebatur: quod nota quia nõ reperies ponderatum ad hoc illum tex. ¶Sit 4 igitur concluſio: quod vbi debitor erat condemnatus, & non ſoluebat, ponebatur olim in carcere: vt eſt caſus in dicta.l. prima.facit. textus in l.3.§.tutores qui.ff. de ſuſpe. tuto. ibi (vinculis publicis iubentur cõtineri) quiſ text.allegatur ad hoc per aliquos, ſed non multum facit, quia loquitur in diuerſo caſu, ſcilicet imponendo penam tutoribus qui inuentarium non fecerunt, ſeu pertinaciter pecuniam ad emptionem prædiorum non cõtulerint.&c. ¶Prædicta intellige, quod debitor poteſt carcerari, ſi eſt condemnatus; & non ſoluit excluſis prius omnibus bonis ipſius debitoris * ſcilicet, omnibus bonis rebus & iuribus, & debitoribus ipſius debitoris.l. a diuo Pio in.§.in venditione.ff.de re iudica. iſta eſt gloſ.ſingularis in.l.tertia.in.§.tutores qui.ff.de ſuſpectis tut. quam ad hoc extollit Barto.in dict.l.prima.C.qui bo.ce. po.perquam ſic limitat dictã.l. de quo infra latius dicã. ¶Superuenit poſtea * ius Codicis & ſtatutũ eſt, quod ſi aliquis pro debito condemnatus eſt, & non ſoluit non carceretur: prout ante ſtatum erat; ſed cedendo bonis euitet pœnam carcerationis, hoc ſtatuitur in toto titul.C.&.ff. de ceſsio.bono. ¶Poſt omnia hæc iura ſuperuenit hoc ius nouum noſtri regni, quo ſtatuitur, vt debitor condẽnatus qui non habet vnde ſoluat, non liberetur cedendo bonis: imo debet poni in poteſtatem creditoris, vt ei ſeruiat ex officio vel operibus ſuis, prout latius hic diſponitur. ¶Nota primo iſtum textum, quod debitor condemnatus qui non habet, vnde ſoluat: in carcerandus eſt dandus in poteſtatem creditoris, vt ei ſeruiat: ita quod de eo quod fuerit lucratus ex operibus ſuis ſatisfiat creditori. facit text.in l. duodecima incipit (ſi home q̃ es deudor) in hoc foro li.*4.titu.de las deudas) ibi (ſea entregado del cuerpo). & ibi (aquel ſea entregado del cuerpo.) l. fina.eiuſdem titu.ibi (& ſi los bienes non complieren ſea apoderado del cuerpo del deudor, aſsi como manda la ley &c.) ex hoc videtur corrigi l.ob æs, C.de actio.& obligati. vbi tex.dicit (ob æs alienũ ſeruire liberos creditoribus iura cõpelli non patiuntur) maxime ſecundum vnam

**Adde qđ idẽ deciditur qđ ſi debitor hẽt vñ creditoribus plenarie ſoluat non*

5 **b pōt cedere bonis ſecũdũ doctō. in l.1.C. q bonis cedere poſſunt: licet ibi Cyn. in*

6

*5.q.tẽeat oppoſitũ: de quo per Iaſ.in.§.ſi.pe.co.inſti.de actio.ñ.12.*

7 *limita.l.regni.*

*c

vnam caſus poſitionem quam ſequitur Bal. poſt glo. creditor meus, quia non habeo vnde ei ſoluã vul me cõpellere vt iure ſeruitutis præſtẽ ei operas certe non poteſt. idem ſi non iure ſeruitutis: quia operæ non inducũtur liberis perſonis. l. 2. de libe. ho exh. & in hoc vltimo eſt cõtra hãc. l. & Bal. ibi in. 1. oppoſi. dicit nõ obſtare. l. primam. C. de ceſsio. bo in l. nemo. & in l. quoties. C. de exactio. tribu. quæ iura permittunt condemnatum incarcerari pro debito: nã dicta iura loquuntur de carcere tędiali. vt tędio affectus ſoluat vel alius pro eo miseratiõe ductus: ſed tex. in d. l. ob æs loquitur de carceratione, ſeu detentione apud creditorem, & in eius poteſtate ad ſeruiendum, & preſtandũ operas. quod prohibetur in d. l. ob æs cum quodammodo ſit quędẽ ſpecies ſeruitutis: ideo dicit Papa in c. 2. de pigno. lex habet, vt homo liber ꝓ debito non teneatur: & ſi res defuerint, quæ poſſent pro debito adijci. ¶ Hoc corrigitur

8 *d hodie per hãc * l. immo debitor carceratur in poteſtate ipſius creditoris, & ſeruire tenetur in officio donec debitum extenuatũ ſit. Itaque per hãc. l. reducitur hæc materia ad ius antiquũ q̃d diſponebat, vt debitor cõdemnatus non ſoluẽs detrudatur in carcerem, ſed addit hæc lex, ꝙ ſi creditor vult incarceretur apud eum, & ei ſeruiat ex officio vſq; ad totius debiti æquiualenciam, & ꝙ hodie ſublatum ſit beneficium ceſsionis per hãc. l. nec per eam euitabitur carceratio in practica eſt indubitatum, & etiam in theorica; licet hic nõ dica-

9 tur ſpecifice. ¶ Allego ad hoc in terminis ſingulare verbũ Angel. in. l. is qui bonis. ff. de ceſsio. bono. vbi dicit, ꝙ cũ in Tuſcia ſint ſtatuta, ꝙ obligati per inſtrumenta guarentigię ponatur in carceribus, de quibus exire non poſſunt, niſi ſoluat, nõ audiuntur bonis cedẽdo refert ſic fuiſſe pronuntiatũ Peruſij eo aduocante. Fundamentum ſuum eſt quoddã dictũ Cy. in l. 1. C. de ceſsi. bonorũ: vbi dicit ꝙ obligatur præciſe ad factum non gaudet * priuilegio ceſsionis bonorum & Bar. in l. Sabinus. ff. de ceſsio. bono. refert hoc dictũ Cy. & illũ ſequitur. ſ. ꝙ vbi lex dicit quem præciſe teneri ad factum nullo modo poteſt gaudere ceſsione bonorum eſt verũ ꝙ Andre. Siculus in. c. Odoardus de ſolutio. refert hoc dictũ Ange. & dicit male conſuluiſſe; & obtinuiſſe mouetur ex dicto Bal. in l. 1. C. de ceſsio. bo-

10 no. ¶ Tu tene concluſionẽ Angel. nã Bal. non loquitur in caſu ſtatuti in quo loquitur Ange. ſed ſolum dicit ꝙ ſi ſtatum dicat, ꝙ inſtrumenta guarẽtigiæ mandetur executioni per carcerẽ, & quauis alia via quæ magis placuerit creditori: dicit ꝙ iſto caſu euitauit carcerationem debitor per ceſsionem bonorum; & ſic loquitur magis ſtricte, & ſtatutum Ange. dicebat, ꝙ de carcere exire non poſſet niſi ſoluat. & adhuc hoc voluit ſentire Bald. in d. l. 1. qui limitat ſe, niſi ſtatutũ nominatim aliud in contrarium diſponat, ſed ſatis diſponit cum dicit, ꝙ de carceribus exire non poſſit, niſi ſoluat, & in caſu legis noſtræ eſt minus dubiũ, tã quia diſponit magis clare quã exieo, quia ex lex in qua ceſſant fundamenta Bal. & Sicul. tamen ipſe Bal. in d. l. 1. in. 2. co. ad finẽ dixit ſe limitare illud dictum Cyni. ſ. ꝙ obligatus præciſe ad factum nõ liberetur cedendo bonis: eſſe verum ſi haberet facultatem faciendi alias propter impoſsibilitatem venitur ad intereſſe: & ſic haberet locum ceſſio: ſed quo ad noſtram legem verius eſt ꝙ di-

11 xi. ¶ Et notabis iſtum tex. ibi (y lo demas recibalo en cuenta de ſu deuda:) quia ex hoc videtur, ꝙ quodammodo loco pignoris ponitur debitor in poteſtate creditoris: vnde debes ſcire, ꝙ operæ ſeruientes non extenuant ſortem in contractu emptionis * puta ſi pro- *e pter nimiam egeſtatem pater venderet filiũ nam tunc operæ ſeruiles huius filij non extenuant ſortem Caſus eſt in. l. 2. C. de patri. qui fi. diſtara. ſed in contractu pignoris bene operæ ſeruiles extenuant ſortem ſicut in alijs rebus pignoratis ſecundũ Bal. in. d. l. 2. in. 2. co. cum quo cõcordat iſta lex. ¶ Vnũ tamen tene mẽti, quod etiam de iure communi poterat inueniri remedium, quaſi cũ hac lege concordans: dico enim ꝙ ſi creditores renũciaſſent iuri carcerãdi debitorem, ꝙ debitor tũc non poſſet cedere bonis: quia ratio carceris ceſſat: * & ideo tũc in hoc caſu prout dicitur lucrabitur talis debitor creditoribus ſoluere tenetur non attẽto ne egeat cum ceſſante ratione beneficium eſſet. l. fin. ff. de diuor. hæc Bal. in l. fin. 3. col. C. qui bo. cede. poſ. & Salic. extollit hanc concluſionem in. d. l. 1. in. 4. co. ex quo infert ꝙ caute poterunt ſibi debitores prouidere ad euitandã ceſsionem, ſed in fine dubitans tenet cõtrariũ Mouetur quia beneficiũ ceſsionis duo dicit: * vnum ne in carcerem det rudatur aliud ne in foro conueniatur, niſi pro quæſitis poſtea, & habeatur ratio ne egeat: ideo dato, quod creditor renuntiet iuri conueniendi eum inſolidum dando facultatem, vt deducat ne egeat non ſatis facit: vnde dicit, quod ex ſola dicta re-

mu-

*Adde Ioã. fab. in §. fi. in 2. co. inſti. de actio. dicentẽ q' obligatus ad factũ cedẽdo bonis nõ liberatur quia cauſa quareli- / beratur eſt i- potẽtia ſolnẽ

di vbi ... tece ad facti talis impotentia nõ pot al- legari qa ſibi eſt poſsibile ... nat gl. ... ter ... in l. ſtipulatio §. ſiue autẽ de noui ope. nuntiatio. de quo vide la- ... alleg. §. ... ſtit. de a ... in. 2. col. ...

*Adde Ioã. fab. in alle. §. fi. inſti. de actio. fi. col. di- cẽte q' ſi eſt cõſuetudo ꝙ nũquã ... pro debito ... carceratur ... et eſt ... Fraũcie ... incarcera- ... aliquis



nuntiatione carcerandi non poteſt impediri q̃d minus debitor bonis cedat. ¶ Mihi videtur æqua & iudica. opinio Bald. quam corroboro ex dictis per Cynum poſt Iacob. de Are. in dict. l. 1. C. qui bonis cede. poſ. §. quæſtio. vbi tenet quod debitor non poteſt cedere bonis creditoribus non petentibus: ex eo quia beneficium ceſsionis eſt inductum ad euitandam carceris iniuriam. l. 1. C. eod. titu. & l. fi. itaq; debitor bene poteſt ſoluere creditoribus non inſtantibus, ſed nõ cedere bonis: cum ergo ſi creditores renuntiant iuri carcerandi, ceſſat carceratio ad cuius iniuriã vitandam fuit ceſsio introducta ceſſare debet ceſsio. Item fraudibus obuiandũ eſt contra ribaldos, & inuerecundos debitores: nã ſic poſſent fraudari in quærendis creditoribus ſub ſpe ceſsionis fiendæ, ꝙ eſſe non debet, vt dicebat Cynus in dic. l. prima. iuſtum ergo quod ex laboribus ſoluant quod debẽt & ſic exonerabunt concientiam ſuam, vt ſecuriores recedant ab hac vita. ad fundamentum Salice. reſpondeo verum eſſe, quod ceſſio operatur illos effectus, quos ipſe dicit. tamen illud poſtquam ceſsiõ facta fuit & habuit effectum, ſed cum nõ dum facta eſt: imo fuit impedita propter carceris renunciationem a creditoribus factam quæ non eſt non poteſt iudicere effectum tanquam ſi facta eſſet, ita teneo opinio. Bald. per quam datur ſingularis concordia de iure cõmuni ad hãc. l. licet non quãtum ad hoc, vt ponatur in po-

14 teſtate creditoris. ¶ Ex quo infero vnum ſingulare remediũ ſi eſſet caſus in q̃ forte creditor non vult habere debitorem in domo ſua quod renuntiet iuri carcerandi: & ex operibus dietim creditori ſatisfaciat, & etiam ſine hac renuntiatione poſſet hoc fieri ſecundum hanc l. quæ ad ſecuritatem creditoris mandat, vt ponatur debitor carceratus in poteſtate ſua: & ſi ipſe vellet non tenere eum in domo: & confidens de illo dimitteret illum operari, & laborare ad libitũ bene poſſet hoc

15 *g facere. ¶ Quæro primo ad declarationem huius. l. quæ forma * debet teneri: vbi debitor datur creditori ad illum ſeruiẽdum, & de iure communi ceſsio fiebat ſola voluntate vertendo cedo bonis abſq; alia ſolennitate. dicendo cedo bonis abſq; alia ſolennitate verborum vel facti text. eſt in. l. in omni. C. qui bo. cede. po. vbi ait Imperator ſcrupuloſitate priorum legũ exploſa profeſsio ſola quærenda eſt: ſufficit enim volũtatis ſola profeſſio. l. penultima, & fina. ff. eodem titu. poteſt etiam fieri per nuntium vel per epiſtolam. ff. eod. l. fin. conſuetudo tamen in opprobrium debitorum reperit alias formas: nam in quibuſdã partibus de conſuetudine vel iure municipali percutitur in poſteriori parte * alibi cum poſteribus percutit vnum lapidem adhoc ordinatum, & Romæ aſcendit leonem marmoreum qui eſt in pede ſcalarij capitolij & dicit cedo bonis. cap. Odordus de ſolutio. refert Cyn. in d. l. 1. in. 5. quæſt. licet dicat talia ſtatuta, & conſuetudines eſſe contra bonos mores, & contra. l. fi. C. & ff. de ce. bo. Ange. in. l. fi. ff. de. ce. bo. dicit, q̃d in partibus Italiæ inoleuit conſuetudo, ꝙ nudus vadat cedens bonis in loco publico, & notorio, & poſteriora percutiat ter ad lapidem vel columnã clamando cedo bonis. & Ange. in dict. l. fin. dicit, quod ſemel vidit fieri ceſsionem ad columnam exiſtentem iuxta palatium priorum dominorum Peruſij. Hæc lex noſtra nil harum ſolemnitatum videtur requirere, niſi q̃d poſtquam quis eſt condemnatus: ita de ꝙ cõſtat de debito, & eſt in carceratus debet neri executio in omnibus bonis, & ſi non ſufficiunt ponendus eſt in poteſtate creditoris, vt ei ſeruiat, & laboret in officio: ita quod ex operibus ſuis debitum extenuetur, & vltra hoc facta eſt hodie quædam pragmatica ſan-

16 ctio, qua cauetur vt cedens bonis portet ad collum manicam ferream. ¶ Notabis tamen quod poſtquam per debitorem fuerit facta ceſsio bonorum, debet ſtare in carcerem per nouem dies, quibus durantibus publice præconium detur qualiter debitor datur incarceratus tale creditori, & iuret creditor in forma iuris, quod eum recipit ſine ſimulatione & fraude, & per iudicem limitetur tempus debitori, quo ſeruire tenetur creditori, & quod poſt tempus finitum talis debitor alij creditori pro debito ſibi debito detur etiam

*h incarceratus, ſi contra eum conſtat de debi-

17 to: ita dicit quædam lex in ordi. * regis Hẽrici. 4. in Madrid. año. 58. petition. 8. ¶ Quæro ſecundo de validitate huius. l. diſponentis, quod debitor ſi non habet vnde ſoluat, ponatur in poteſtate creditoris, vt ei ſeruiat: certe iſta lex in totum videtur euertere materiam ceſsionis bonorum, cum non permittat debitorem exire de carcere, niſi ſoluat: & ſi non poteſt ſoluere ſi creditor vult debet ei dari, vt ſeruiat ille ſecundum formam hic traditam. dic quod bene valet lex, quod ponatur in carcere donec ſoluat. de hoc eſt caſus in l. prima. C. qui bonis cedere poſſunt vbi ante ceſsionis beneficium hoc ſtatutum

erat.

adid ſit ex ... 13 ſe obligatus: obid que non erit ceſsioni locus quãdo ... de cauſa cedẽdi ceſſat.

*Adde q' conſuetudo vel ſtatutum q̃ dat ... honeſta ... ceſsio ... nõ valet ... in pacto vel ſtatuto. de quo vide Alb. de ro. in. 1. parte ſtatutorũ in q̃ ſtio. 37. et eũ de in rub. C. q bonis cedere poſſũt doc. in c. Odoar. de ſolutio. ... col. ... ff. de actio.

l. regni.

erat. ¶Attende tamen, quod Salicet. mouet quæſtio. in dict. l. 1. in ſecunda colum. in. 5. op poſi. ſi valeret ſtatutum: vt debitor condẽnatus non ſoluens ponatur in carcere publico: hoc eſt ſine dubio, quod valet per d. l. 1. vbi condẽnati incarcerabantur: ſed ſi vltra hoc ſtatutum procederet. ¶Addendo vt nõ poſſent carceres exire, niſi ſoluãt etiam ſi vellẽt cedere bonis ad quam ceſsionem nõ admittantur: vtrum valeat tale ſtatutũ prohibens ceſsionem ibi non ſe determinat: ſed remittit ſe ad id quod ponit in quæſtione de renunciatione: & ibi in. 9. quæſtio. ſe determinat in hoc, quod non poteſt debitor renuntiare beneficio ceſsionis bonorum ſecutus opinionem Dini. Mouetur: quia carcer eſt inuentus ad cuſtodiam non ad pœnam inducendam: & quia tale pactum eſt contra bonos mores, & naturalem æquitatem: quia contra humanitatem: & ſic non debet valere. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matri. Item quia inuẽtus deducitur, vt in carcere perpetuo retineatur quæ cenſetur eſſe quædam ſpecies, quaſi ſeruitutis. l. ſecunda. ff. de libe. ho. exhibẽ. ergo non debet valere. l. ob æs. C. de actioni. & obligatio. & quia liberi hominis caro, & corium per indirectum videtur deduci in commercium incluſionis carcerum ad petitionẽ & voluntatem creditoris. contra. l. ſtipulantem in. §. ſacram. ff. de verborum obligationibus, & hæc omnia ſecundum eum inducunt vnum votum captãdæ mortis illius cõtra. l. fina. C. de pactis. per quæ reſidet renunciationem non valere ex qua deciſione iuncto eo quod dixit in ſecunda colum. ſatis videtur eſſe de mente ſua non valere dictum ſtatutum. melius facit quod Bal. in dict. l. prima in ſecunda columna. vbi firmat quod bene valet ſtatutum quod debitor teneatur in carcere publico, ſi non ſoluat condemnatus, ſed non vt detineatur in carcere priuato. Illud enim fit pro crimine capitali, vt per totũ de priua. carce. ¶His non obſtantibus teneo

19 valere huius. * l. diſpoſitionẽ, & quod valeat

*i legis diſpoſitio * quod debitor condemnatus non ſoluens detrudatur in carcerem a quo non extrahatur donec ſoluat, nec ſibi aliquid proſit ceſsio bonorum non eſt dubium, quia caſus legis eſt apertus in dict. l. 1. vbi illud idem erat ſtatutum ante quam beneficium ceſsionis conceſſum eſſet, quod ad illud tollendum inuentum eſt, nec reperitur a iure quod eſſet tempus præfinitum, ſeu taxatum intra quod, & non vltra deberet condemnatus ſtare in carcere: licet gl. in d. l. 1. & fi. diceret, quod quadraginta dies poſt quos dabatur creditoribus dilacerandus quæ reprobatur, vt dictus eſt. ¶Præterea licet de iure liber homo nõ * poſſet vendi nec pignorari pro debito. l. 1. C. de pact. qui fi. diſtra. l. ob æs cum auctẽ. ibi poſita. C. de actio. & obligatio. ff. quæ res pigno. obliga. non po. l. fi. cum vulgaribus tamen ex cauſa hoc lex permittit: & ſtatuit poſſe fieri: nã pater neceſſitate famis vendere & pignorare poteſt filiũ l. 2. C. de patri. qui fi. diſ. ſic etiam fuit legi viſa iuſta cauſa, vt debitor non ſoluens ſeruiat creditori: ita vt ex laboribus, & operibus debitum extinueretur. Item quia hic non inducitur ſeruitus debitori, ſed ſolũ modo vt ſeruiat, vt dicebat gloſ. fi. in l. prima. C. qui bo. ce. po. & nõ reperitur prohibitum: immo permiſſum, quod quis poſſet locare operas ſuas l. qui operas, & l. in operis cum alijs. ff. loca. quanto magis a lege poterit permitti & ſtatui vt debitor operetur creditori donec debitum ſit ſatisfactum, non dubio igitur de validitate legis in fortiori caſu diſponebatur in lege duodecim tabularum ſi Azoni Augerio & Acurſio credamus qui in dict. l. 1. & fi. tenẽt quod poſt. 40. dies ſi non ſoluebat debatur creditoribus dilacerandus. plus dicebat Bal. in dict. l. fin. in. 3. colum. ¶Quod in falſis mercatoribus qui fugiunt nõ ex infortunio; ſed dolo cum pecunia & rebus alienis, ꝓ contra iſtos tales bene valeret ſtatutum quod detur creditoribus lacerãdi Bonus text. in ratione ſui in. l. bona fides. ff. depoſi. vbi cõſultus ait ſiciu le ius & legum ordinẽ magis in publicam differenda ſunt, nam male meritus publice, vt exemplo alijs ad terrẽda maleficia: ſic etiam ageſtate laborare debet. ¶Per quæ concludo diſpoſicionem huius. l. validam eſſe: & quia de hoc non eſt latius inſiſtendum cum ſacrilegium reputetur de principis poteſtate diſputare, & abſq; dubio obſerbetur curioſum magis quam vtile eſſet cartas amplius in hoc occupare. In ſimili de obſide ſtatutũ eſt, & vtrum homo liber poſſet obſes cõſtitui pro ſecuritate debiti vel alterius rei larga eſt materia, de qua per glo. in c. ex reſcripto de iure iu. & ibi canoniſtæ latiſsime gl. in l. ſecunda de patri. qui fil. diſ. & ibi docto. & in l. ob æs. C. de actio. & oblig. & in l. ob ides de teſtamen. ff. cum vulgaribus. & vide Bal. qui ſingulariter loquitur in dict. l. 2. C. de patri. qui fil. diſtraxerunt.

*Adde in ſimilia an ſtatutũ poſsit inducere vt qs ꝑ maleficio ſtaret in perpẽtuo carcere licet de iuri ciuilis talis pœna nõ debeat

impõi de quo vide Bald. in tractatu ſta. 20 tutorũ verbo carcer vbi cõcludit affirmatiue.

Summa



SVMMARIVM.

1 Si debitor nõ vult cedere bonis: ſed dicit ſe velle eſſe in carceribus, & nu. 2.

Quæro tertio pone quod debitor exiſtens in carcere pro debito iã liquidato ſiue per ſentẽtiam vel alias, non vul cedere bonis ne detur incarceratus in poteſtatẽ ſui creditoris: ſed dicit ſe velle eſſe in carcere * quid fiendum: habui de facto iudicare ſuper hoc, dum ſemel fuiſſem ad viſitandas carceres, qñ in hac Cancellaria erã auditor in quodam factore illuſtris marchionis de Aſtorga, qui * erat cõdemnatus in magna quantitate, & erat poſitus in carcerem, qui nolebat cedere bonis, ne daretur in poteſtatem Marchionis, vt ei ſeruiret timens ne in eum ſeuiret, certe in materia ceſsionis. bonorum glo. mouet. q. in. l. fi. C. de ceſsio. bono. in parte generandi, & dicit ꝙ ſi debitor, nec vellet cedere bonis, nec ſtare iuri debet in carcerari: & ſic vſq; ad. 40. dies ſtare vt ſaltem miſericordie cauſa aliqs ſoluat ꝓ eo poſtmodum creditoribus dilacerandus detur, & ſic reſidet Accurſi. cum quo tranſis ibi Salice. excepto eo de dando creditoribus declarando: & eſt caſus de quæſtione in l. 1. C. de ceſſio. bono. vbi ante quam ceſsio bonorum inuenta eſſet manebat carceratus, ergo ſi non cedit bonis, debeat eſſe in carcere: ſed hoc nõ eſſet ſine dubio. ¶De iure communi attenta opinione tenentium ꝙ hodie debitor non poſſet renuntiare bebeficio ceſsionis bonorum, ſed ſatis renuntiat ex quo non vult cedere bonis ſed hodie dico hoc eſſe determinatum per hãc legem vt poſt nouem dies ex quo ſtetit in carcere iam condemnatus pro debito debet dari creditori vt ei ſeruiat ſecũdum formam hic traditam ſi non habet vnde ſoluat, nec in hoc exquiritur voluntas debitoris, ſed voluntas creditoris ibi. (Y aquel a quien deuiere la deuda le quiſiere tener.) & ſic iudicaui contra illum ribaldum qui volebat eſſe in carcere & non cedere in bonis.

*Adde in ſimili ſi debitor eſt cõdẽnatus in pecunia ex delicto et ma

*a vult eligere pœnã corporalẽ quãdo ſoluere pecunia cũ ſit ſoluẽdo an debeat audiri: & q vi. Bal in l. fi. ver. qd ſi reus dixes. ff de in ius vocãdo, et facit etiã Bar. in l. ſtichus. ff. de peculio legato Ale. de Im in l. quamuis eo. ti. ff. ſoluto matrimo

SVMMARIVM.

1 Debitor an poſsit impedire ne detur ad ſeruiendum creditoribus excipiendo de nullitate ſententiæ & nu. 2. & nu. 5.

3 Aduerſus minorem viginti & quinque annis an poſsit procedi ad capturam in cõtumatia & quando reſtitutio in integrum impediat executionem ſententiæ.

4 Exceptio nullitatis an impediat executionem irretractabilem trium ſententiarum,

Quarto quæritur de quæſtione notab. iſta lex permittit, & mãdat vt debitor ponatur in carcere, & poſt nouem dies ponatur in poteſtate creditoris: vt ei ſeruiat ſi debitor contra ſententiam latam contra eum & contra eius executionem poterit opponere exceptionem nullitatis: & ſi talis exceptio nullitatis impediet hanc executionem perſonalẽ permiſſam per hãc legẽ, ne detur ſeu ponatur in poteſtatem creditoris: dico ꝙ ſic, & eſt hoc valde notãdum. Vnde dico ꝙ licet regulariter * exceptio nullitatis ſeu alia altiorem indaginem requirens nõ impediat executionem ſententiæ: ſed reſeruatur in iudicio ordinario: vt. l. a diuo pio in §. ſuper rebus. ff. de re iudi. & in l. 4. in. §. cõdemnatum eo. tit. vbi plene diſtinguit * & in alijs locis vulgaribus: tamen prędicta doctrina eſt vera in executione retractabili: vt quã do executio fit in bonis ſi autẽ petatur. ¶Fieri in perſonam per capturam: tunc quia ex illa infertur quædam iniuria quæ non poteſt aboleri tunc indiſtincte impeditur executio pendente cauſa nullitatis, etiam per viã exceptionis: etiam ſi non offeratur probatio in continenti elegans fuit verbum Pau. de caſtr. in l. 4. in. §. condemnatum de re iud. Ale. in dict. §. condemnatum in. 5. additione commemorat hoc dictum pro valde notabi. adducens ad illius corroborationem id quod traditur in l. ſi creditores in fi. de priui. credi. & in l. ſi vero in. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cog. & quod voluit Ang. in l. nemo carcerẽ C. de exacti. tribu. lib. 10. vbi concludit. ¶Qđ

3 aduerſus minorem. 25. annis non poteſt procedi ad capturam & in contumatia: quia nõ eſt ita retractabile præiudicium capture ſicut primi & ſecundi decreti quod poteſt fieri contra minorem: iſti aſſumunt quoddam fundamentum ex quodã famoſo dicto Bald. in l. 1. C. in integrum. reſtitu. minor. pen. ne quid noui fiat. ibi enim dixi glo. quod ſi petitur reſtitutio contra ſententiam nõ poteſt ſententia mandari executioni, eſt verum, ꝙ in hoc fit magna diſtinctio: * ſed dicit ibi, quod ibi executio ſetentiæ eſſet irretractabi

e *

*Adde ibidẽ per ſcribẽtes nouiores et vt

2

de Dar. So. in cõſ. 78. licet pẽdeat vol. 3

*Adde per tex. gl. et de

ꝺto.in c.ſuſcitata de in integr. reſtitutione Ale.de Im.coſi. 17. vol. 1.

ctabilis non poteſt fieri pendente reſtitutione in integrũ,ex quo infer ꝙ donec cõdemnatus, petit reſtitutionem in integrum non poteſt poni in carcere propter ſententiã vel inſtrumentum debiti, cum iſtud grauamen non poſſet retractari,vt notatur in ſimili in l.2.de appella.reſ.ꝙ eſt menti tenendum.Bene facit illud ſingulare dictum Pauli de Lea-
*b 4 za.¶In clemẽ.*vt calumnijs de re iudica.vbi tenet ꝙ licet exceptio nullitatis nõ impediat executionem triũ ſententiarum: tamen hoc eſt verum niſi executio eſſet irrectabilis: quia tunc in diſtincte exceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ. Idem Bal.poſt Cinum in l. ab executione. C. quorum appellat.non recipi.& in l.eum qui duas.C. de adul.& in l.prima.C.de tempore in inte.re.
5 ¶Ex prædictis pono hanc ſingularem concluſionem quo ad hanc.l.ꝙ vbi debitor eſſet condemnatus:& ex eo ꝙ nõ habet vnde ſoluat iudex vult cum ponere in poteſtate creditoris vt ei ſeruiat ſecundum formã hic traditam,quod ad impediendam hanc capturã & incarcerationem, ſi ipſe debitor opponat exceptionem nullitatis contra ſententiam, vel aliam quæ latiorem indaginem requirat quod impedietur executio dato quod non probet incontinenti. Quod perpetuo notabis.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor fugiens ad eccleſiam an poßit inde extrahi vt ſeruiat creditoribus & nu. 2. & quid ſi fugit ab hoſpitalem nu.4.*
3 *Si familia poteſtatis currit poſt debitorem et ipſe velocitate fugæ ingreditur eccleſiam an gaudeat immunitate.*
5 *Qui non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt an poßit carcerari pro debito.*
6 *Mulier an & quando poßit pro debito carcerari vſque nu. 12.excluſiue.*
9 *Priuilegium introductum propter honeſtatem perſonæ vel ſexus, an poßit renuntiari.*
12 *Aduocatus an poßit pro debito carcerari & an priuilegia militum competant aduocatis.*
14 *Doctor,clericus, & monachus an poßint pro debito ciuili capi: & nu. 15.*
16 *Pupillus vel adultus an poßit cedere bonis vel pro debito carcerari, & numero.17.*

Quinto quæritur vtrum debito fugiẽs ad eccleſiam poſſet per hãc.l.extrahi ab eccleſia cum debeat poni in poteſtate creditoris vt ei ſeruiat ex officio: prout hic diſponitur.Abb. mouet hãc quæſti.in c.inter alia.7.col.de immu.eccle.vbi dicit,ꝙ licet fugiens ad eccleſiam pro debito gaudeat immunitate:vt inde inuitus nõ poſſet extrahi:vt probatur in d.ca.inter alia qđ generaliter loqtur.& in c. miror. & in c.ſi qs contumax.16.quæſt.4.& probatur in l. præſenti.C.de his qui ad eccle. confu.tenet Oldra.conſil.54.tamen dicit illud eſſe verũ in ſpecto iure communi; ſed ſi ſtatutũ haberet vt debitor poſſet compelli ad ſeruiẽdum pro debito,tunc bene poſſet* extrahi ab eccleſia. *a
Ratio eſt:quia nõ videtur conceſſa immunitas cum præiudicio iſtius,qui eſt quaſi dominus argu.eius quod de ſeruo. dicitur in c.inter alia:& quia iuſtum eſt ne alter priuetur iure ſuo,quod competit cõtra illius perſonã & ſic reſidet referẽs,ꝙ hæc opinio placet Anto.licet in meo.lib.Auto.nil dicat Hoc dictũ Abbatis hucuſq; non vidi obtentum in practica:immo vidi debitores ad eccleſiam fugientes ibi eſſe ſecuros & ab ea non extrahi.
¶Adde tamen ad corroborandam cõcluſionem Abba. quandam. l. ſingularem quæ eſt in hoc foro.lib.3.titul.(de las deudas).l.15.incipit(ſi el deudor.)vbi expreſſe diſponit tex. quod fugiens ad eccleſiam pro debito ſit ſecurus,nec inde extrahatur ſubdit text. hæc verba. (el clerigo ruegue al que le demanda q̃ le de mayor plazo a aquel ſu deudor: y ſi no le quiſiere dar plazo rueguele que no le li ſie,y entregue le el deudor, o ſe lo dexe tomar:y ſi el clerigo no le quiſiere dar, o no le mandare tomar ſu deudor, y ſacar le de la ygleſia.)qui tex.eſt terribilis in materia: ſed vt dixi,nec iſta lex nec dictum Abba. ſeruatur in practica immo contrarium ſemper vidi obtentum & obſeruatum:pro qua practica vide quandam. l. ſingularem quæ eſt in prima parti.titu.11.l.2.in fine vbi lex diſponit,ꝙ fugiens ad eccleſiam pro debito non debet inde extrahi ad ſeruiendum creditori nec alio modo carcerandus,quod tene menti.¶Adde,quod ſi familia poteſtatis currebat poſt



poſt Titium cauſa capiendis eum pro debito ipſe velocitate fugæ peruenit & ingreſſus eſt eccleſiam, quod non poſſit extrahi ab ea. Ita firmat Bal.*in l.pleriq; ff.de in ius vocã. per tex.notabi.in l.quis ſit fugitiuus.§.idem Celſus.ff.de ędili.edi. licet contrariũ ſecũdũ eum videbatur cõſiderato principio per l. ꝙ ait in.§.fi.ff.de adulte.ſequũtur Bal. Alexã. & Roma in d.l.pleriq; eſt verum,ꝙ ipſe Bal. tenuit contrariũ in repetitione.l.cunctos populos,§.carta.C.de ſumma tri.& fide catho. per d.§.fin.vbi ſatis eſt,quod initium fuiſſet licitum ſi nullũ interuallum interceſſit;& reſpondit ad dictũ.§. idem Celſus cum ibi not. in glo.in parte abduci,ꝙ loquitur ibi quãdo per abſtrationem fieret iniuria, aut præiudiciũ tertio:ſed primũ verius:& ſic practicatur & ſatis ꝓbatur in d.l.pleriq; in parte.refugiũ.Nec obſtat.l.ꝙ ait lex in d.§.fin.& regula ibi poſita habebit verũ niſi alia ſit ratio in fine quã fuit in principio:vt dicebat Ale. in d.l.pleriq;,& Bal.expræſſe in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcopis, & Cle.5.colũ. per dictũ.§.idem Celſus,ſed in propoſito bñ eſt alia ratio in fine;hoc eſt in eccleſia ad quã confugit quæ debet eſſe refugiũ tutiſſimum ad eam confugientibus, vt in d.c.inter alia; & in d.l. præſenti quã in initio a quo incipit
4 fuga quierat locus prophanus. ¶Ex quibus tenebis menti, ꝙ hodie pro debito nõ poteſt qui extrahi ab eccleſia etiam ſi per hanc legẽ conſtituatur quoddã ius ipſi creditori cõtra debitorem.ſ.ꝙ debeat poni in eius poteſtate ad ſeruiendum ei, & non ſolũ confugiens ad eccleſiã gaudebit hac immunitate; verũ etiã idẽ erit in fugiẽte*ad hoſpitale verbũ ſingu-
*b lare fuit Archidia.in c.difiniũt.17.quæſt.4. ꝙ extollit Bal.in l.ſi quis ad declinãdam.16. col.C.de epiſcopis, & cleri.¶His aliqualiter & ſuccincte queſitis deueniendum cenſui ad huius.l.limitationes in quibus tota huius.l. virtus cõſiſtit:ſit ergo regula ꝙ debitor pro debito condẽnatus in carcere ponendus eſt, & ſi non habet vnde ſoluat tradendus eſt creditori,vt ei ſeruiat.¶Quã.l.limita.primo in
*c eo qui nõ poteſt conueniri, *niſi in quantum facere poteſt:nam iſte nõ poteſt capi perſonaliter aliquo modo pro debito.iſta eſt glo. notab.quam ibi approbat Bald.in l.liber captus in fine.C. de captiu. & poſtlimi. reuer. reperies Aretinum in l.maritum in.§.eleganter.ff.ſolu.matri.col.3.dicẽtem ſe vidiſſe ſic practicari Ferrarię quod perpetuo tene menti ad hanc legem:cõcluſio iſta iuridica eſt licet nõ probetur ex gloſ. Vnde infert Bald.ꝙ ſi filius adiuit hæreditatem paternam:& non eſt ſoluendo ꝙ mater non poteſt petere filiũ carcerari pro dote,cũ non teneatur filius matri ad dotis reſtitutionẽ niſi in quantum facere poteſt.¶Secũdo limita iſtam.l.in muliere: 6
nã vbicunque aliquis eſt detinendus, ſeu carcerandus ex eo:quia non poteſt ſatiſdare iuxta.l.pri.C.de exhiben.reis,& in l. pręcedẽ.tamẽ hoc fallit in muliere*quæ propter iſtam *d
cauſam non debet detineri,nec carcerari.Caſus eſt in authen.nouo iure.C. de cuſto.reo. quam ad hoc propoſitum valde extollit Bal. in l.nemo deinceps.C.de epiſcop.audi quod limita & intellige in muliere honeſta.¶Secus in meretrice,vel luxurioſe viuente:nam iſta poſſet perſonaliter capi,& carcerari.*Verbũ *e
eſt ſingulare Bald.in l.conſentaneum.columna.7.C.quomodo & quan.iudic.in parte in gloſ.non cogendum.Mouetur Barto.argũ. tex.in authen.de teſti. & ea quæ pa.in.§.fina. Romanus in l.ſi vero in.§.de viro.ff. ſoluto matrimonio.quem ſequutus fuit Alexan. in l.plerique in fina.columna in verſi. adde qđ licet mulier.limitauerunt dictam concluſionem eſſe veram:vbi talis mulier luxurioſe viuens fuiſſet ſoluta ſecus ſi eſſet nupta. quia tunc dato,quod luxurioſe viueret nõ poſſet carcerari per text.ſingularem in argumentũ in l.ſi vxor in.§.pri.de adulte. ff. ꝓ quo facit etiam ſingularis concluſio Ioan. Andr.in additio.ad Specu.in titulo.de iniurijs:vbi dicit per illum textum,quod ſi per formam ſtatuti meretrix poteſt impune offendi illud habebit verum in meretrice ſoluta,ſecus ſi eſſet nupta:& hoc dictum corrupte allegauit Andre.Sicul.in capi.2.de pign. vbi idem tenuit licet non fideliter alleget Ioannẽ Andream. eodem errore allegat dictam additionẽ Ioãne.Andre.in capitul.per tuas in columna.2. de probatio.¶Secundus*caſus eſt,vbicunq; 8 *f
mulier eſſet obligata pro ratione tutelę,quã adminiſtrauit, & in aſſumptione tutelæ, renuntiauit Velleyano, & omni alio auxilio: nam pro debito contracto ratione malæ adminiſtrationis dictę tutelæ bene poterit capi & carcerari:hoc fuit quoddam elegans verbum Barto.in authenti.matri.& auiæ.C.quãdo mulier offici.tuto.fun.fundamẽtum Barto.eſt hoc dicit enim ipſe,quod per talem renuntiationem beneficia mulieribus conceſſa tolluntur:& mulier in hoc caſu redigitur tãquam ſi eſſet tutor maſculus,& per talem renuntiationem videtur tali mulieri ſublatum

*Adde Henricũ in c.fi.de immunitate eccleſiarũ et hoſtie.in ſumma tit.de his q ad eccleſias cõfugiũt doct.de Pal.Ru.repe.ru.de donationibus inter virũ & vxorẽ.§.38.in c.imo fortius colũ.2.et adde q̃ in cõſiderate ſcribit Hip.de mar.i materi in l.vnica.C.de rapto.vir.in repe.n.109.cũ ſeque.et pl.ad hac materia:

& qſt.et etiã an codẽnatus q facto ſeu rupto carcere fugit ad eccliã debeat gaudere immunitate per Nicol. Boerijn deciſi.aurear.136

*Cõtra hanc Bar.opinionẽ tenet Barb.in c.2.nu.4.de pig.lud.gom.in c.2.de iudicijs.n.22.andre a pomat.in addit.ad Bar.in authẽ.matri et auiæ Præpoſi.in c.et par.M.co.vlt de appe.Hip.in pract.crim.§.attingã n.64.& nouißime.Couar.cũ aucto re.hoc cõcludit in li.Vari.reſol.2.c.1.nu.3.

 bene

beneficium ſibi cōpetens per dictam authēt.
ſed hodie de offic.diuerſo.iudi.quod eſt ſum
me notandum. Hoc dictum ſequutus eſt Ale
xan.in d.l.plerique.idem ſequutus fuit Bart.
in.l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta.tut.9.
col.idem Sali.in d.authen.matri & auię licet
Andre.Sicu.in c.2..de pigno.tenuerit contra
rium per tex.in c.2.§.ſi.in verſi.fœminæ.ibi
(etiam ſi ad hoc voluntas accederet eorūdē)
de iudi.lib.6.iuncta.l.2.in.§.ſin autem digni
tas.C.de iura.calumni.& per text.in l.2,C.de
offi.diuer.iudi cum authen.vbi ponderatur
honeſtas ſexus: & per regulam ſingularem
poſitam a Bald.in l.1.C.qui bon.ced.poſſ.ꝙ
vbicunque aliquod priuilegium.¶Eſt intro-
9 ductum propter honeſtatem perſonæ, ſeu ſe
xus non poteſt tolli per renūtiationem: ergo
cum mulier non poſſet expreſſe renunciare
priuilegio dictæ l.1.multo minus videtur re
nunciaſſe generaliter ſecundum eum: & ſi ve
rum dixerit non habeo tempus inueſtigandi
ſed non multum confidas in dictis iſtius do-
ctoris.dicit etiam Andre.Sicu.in.d.c.2.quod
ſi eſſet magna ſumma pecuniarum, quod ſi-
vi videtur quod pro debito ita arduo poſſet
carcerari argumē.eius quod voluit Iacobus
de Are.in l.qui teſtamento in.§.mulier.ff.de
teſta.iuncta authen. nouo iure de cuſto.reo.
licet aliqualiter obſtet.l.in ſeruorum.§.ſi.ff.
de pe.¶Adde etiam Bal.in l.etiam in.colu.3.
10 in verſi.ſed nunquid abbatiſſa.C.de exe.rei
iud.vbi dicit; ꝙ licet mulier de iure.C.poſ-
ſet carcerari ꝑ debitu.l.pe.C.q bo.ced.poſ.
tamen ſecus eſt in abbatiſſa, quæ non poteſt
perſonaliter capi per epiſcopum pro debito
*g moāſterij per.*c.Odoardus de ſolutio.& ꝗa
ꝓfeſſus nō habet bona quibus cedere poſsit
& propter bona venitur ad carcerē in ſubſi-
diū non recta via, vt.l.3.in.§.tutores de ſuſpe.
11 tuto.ff.¶Additio.iſta tene mēti ad intellectū
*h & limitationem.l.Tauri nu.*92.cuius verba
ſunt (ninguna muger por ninguna deuda q̄
no deſciēda de delicto pueda ſer preſa, ni de-
tenida, ſino fuere conoſcidamēte mala de ſu
perſona) & attendas quod per iſta verba (por
ninguna deuda) videtur quod hodie nō pro
cedat terminatio Barto.ſupra dicta quæ ha-
bet quod pro debito deſcendente ex admi-
niſtratione tutelæ poſſet mulier carcerari, cū
iſta ſint verba generalia: & mens legiſlatoris
eſt, quod pro nullo deuito cuiuſcunque na-
turæ & conditionis ſit: dū tū nō deſcēdat de
delicto poſſet mulier carcerari: & hac ratiōe
dicas nō procedere dictū And.ſic ſvp̄ dictū q̄

tenet, ꝙ pro debito arduo poſſet mulier car-
cerari: maxime quia ſi bene attēdamus iſtud
eſt quoddam priuilegium mulieri per prin-
cipē conceſſum humanitatis cauſa: ratione
fragilitatis ſexus: vt alia etiā priuilegia mu-
lieri concedātur, quæ viris denegātur: vnde
eadem ratio eſt in debito magno, quæ eſt in
paruo.¶Tertio limita iſtam.l.non habere lo 12
cum in aduocato cum non cōueniatur, *niſi *i
in quantū facere poteſt: ita dicit glo.ſin.*in l.
miles.ff.de re iud.mouetur glo.quia etiā ipſe
miles eſt arg.C.de aduo.diuer.iudi.l.aduoca
ti de bono.poſſe.ex teſta.mil.l.1.in princip.&
quia in quaſi caſtrenſi peculio: idem priuile-
giū habet aduocatus, quod miles in Caſtren.
ſi.C.de aduo.diuerſ.iudi.l.fori: & ſic reſidet
ibi gloſ.quam perpetuo tenebis mēti: & illā
gloſ.ſequitur: & ibi approbat Ange.dicens:
nota pro nobis: & illam ſequitur, & appro-
bat ibi Bar.per quam infert, quod ſi aduoca
tus relinqueret vel donaret concubinæ non
valeret relictum, & eadem ratione donatio ſi
cut in quolibet alio limite eſſet prohibita: in
ſimili facit glo.ſingula.in l.1.in.§.eſt alius in
parte reperit.ff.ſi quis a paren.fue.ma.ibi
enim dicit tex.quod non competit patri bo-
norum poſſeſsio contra tabulas: cōtra teſta-
mentum filij, qui militare ceperit, dicit Bart.
ibi poſt gloſ.quod idem erit ſi cepit militare
alia militia, vt quia eſſet doctor vel aduoca-
tus cum fauores ſunt ampliandi.¶Paul.de
Caſtr.etiam in dict.l.miles approbat dictam
gloſ.licet dicat ſe credere, quod de facto non
ſeruaretur, & in ſimili Cynus in l.milites.C.
de quæſti.¶Dicit, quod ſicut milites torque-
ri non poſſunt.l.deſertorem in.§.prim.ff.de
re militari ita nec aduocati: pro quo bonus
tex.in l.pri.C.de aduoca.diuerſo.iudici.vbi
eſt text.quod ille quo officium aduocationis
iam depoſuit eſt in dignitate, & dicitur clariſ
ſiumus, ex quo apparet ſecundum Bartol.ꝙ
non debet torqueri tanquam habens digni-
tatem.& debet iuramentum mitti ad eum tā
quam ad egregiam perſonam: & quod non
debeat torqueri ſequitur Alexander in l.cen
turio in columna.3.ff.de vulga.& pupil.&
reperio Alexand.in ſpecie in l.centurio de
vulga.& puppil.columna.7.expreſſe affirmā
tem, quod aduocatus non poteſt carcerari
pro debito, nec eget ceſsione bonorum: pro-
ut de milite dixit Bald.in l.primo.C.qui bo
nis.cedere.poſſ.& ibi Alexander per duas co
lumnas firmat priuilegia militibus cōceſſa
aduocatis competere per quod infert diſpo-
ſitionem

**Adde qd illa gl.eſt cōiter ap̄ꝓbata ſecūdū Vicē-tiū & Iaſ.ibi allegātes plura licet Alb.de roſa.etiā.de Caſt.dixerint qd nō ſeruaretur d.facto: & vide Vdalricū zaſiū de ſubſtitutionibus ſub rub.de cōpendioſa in.3.membro ver.qd aūt ꝗ ad aduocatis, vbi poſt Ipolitum dicit qd priuilegia militū coperat aduo-*
13
*catis nihil ꝓpter Cicer.al legat & qualiter ſint honoradi aduocati vide Lucā de pœna in l.1.C.de lucris aduocatorū lib.12.*



ſitionem dict.l.centurio.quæ habet vt ſubſti-
tutio compendioſa filio impuberi a milite fa-
cta valeat iure directo pupillari iure commu
ni.&c.Habeat locum in aduocato ſubſtituen
te filio ſuo & loquitur per quatuor colūnas:
& plus in dicta quæſtione vltra morem ſuū,
& forte loquebatur d̄ ſe ipſo: ideo placuit ex
tendere calamum.& idem Alex.in dict.l.mi-
les ſequutus fuit hāc opinionē, ſcilicet, vt ad
uocatus non poſſet pro debito carcerari, &
vide eum ibi latius fundātem hęc aduocato
rum priuilegia in dict.l.Centurio ad prædi-
cta facit tex.ſing.l.medicos.C.de profeſſo, &
14 me lib.12.*¶Vbi probatur qđ doctor pro
debito ciuili non poſſet capi nec carcerari Fa
cit gl.& quod Bar.dicit per eam in.l.ſi liber
tus de in ius vocan.idem dicendum in milite
celeſtis militiæ, vt eſt clericus, vt non poſſet
pro debito capi nec carcerari.ita dicit gloſ.
dict.l.miles quam communiter ſequuntur
doct.& eſt pro ea caſus in capi.Odoardus de
ſolutio.de quo Alexan.pleniſsime in dict.l.
Centurio, & in dict.l.miles: & in alijs locis
15 idē Andre.Sicul.late in dict.cap.Odoardus:
& iſta ſit quarta limitatio.¶Idem dicendum
in monacho qui propter debitum ciuile per
ſonaliter non poteſt pati carcerationem, nec
dettineri in carcere: ita dicit ſingulariter Bal.

**Adde late Barba.in ꝓœmi.Clem.vbi cōgerit.83 priuilegia doctorum et ꝗdoct.an debeāt ꝓcedere milites: vide Iaſ.in pen.C.de pa.ſelm.& ibi Dec.in c.cle.de iudicijs.*

in authen.cauſa quæ cum monacho.C.de
epiſcopis & cleri.¶E iſta ſit limitatio.5.¶Li- 16 *l
mita.6.non habere locum in minore, *quia
ſi eſt pupillus non poteſt cedere bonis, nec ꝑ
debito carcerari adultus etiam non poteſt ce
dere bonis niſi ad petitionem creditoris, &
cum iudicis decreto, cum ſit alienatio vni-
uerſorum.l.magis puto in §.ne paſsim.ff.de
rebus eorum nec tenetur cedere cum iuramē
to.l.quæ ſub conditione.ff.de condi.inſti.nec
carcerabitur, quia non ſtat per ſe quo minus
ſoluat, ſed per beneficium iuris quod benefi-
cium non debet reſolui in carcerem.l.quod
fauore.ff.de legi.hæc fuerunt verba Bal.in.l.
1.C.qui bon.cede poſſ.final.col.Idem litera
liter Salice.ibi pen.col.ij.quæſtio.¶Itaq; ſtat 17
concluſio iſtorum notabi.ꝙ minor pupillus
nullo modo poteſt cedere bonis, nec carcera
ri, quia ſatis eſt, quod ex debito paterno pati
tur ſecundum creditum, & ex proprio pri-
mum tantum, ſed in adulto iudicis autorita-
te, & decreto valeret ceſsio, & per con ſe-
quens carceratio: & ſic haberet locum hæc
lex: ſed iudice non autorante, nec valeret ceſ
ſio, nec carcerabitur quod tene menti ad hu-
ius.l.intellectum, & limitationem.(¶Addi-
tio.) Alia quæ genitor mēs ſcripſit ſuper hac
l.fuerunt igne conſumpta.

FINIS.

DD 2 Subtl

# Sublimiſsima eiuſdem conſultiſsimi Roderici Suares declaratio in l.iiij.libro.ij. foro.ll.quae ſequitur.

Todo ome, que demanda ficiere a otro ſobre alguna coſa, que dize que le deue, o que le fizo, o que le deue fazer, ſi ſe lo prouar no pudiere, ſalue ſe el demandado por ſu jura: y ſi no lo quiſiere jurar, ſea vencido de la demanda.

re diuino duo ſufficerent. *Nam ideo non
ſufficiunt duo,quia tunc lex præſumit dolo-
ſe & fraudulenter fieri,l.iubemus in fi. C. de
teſta.l.hac conſultiſsima,C.qui teſtamen.fa.
poſſ.propter quam violentam præſumptio
nem. lex addidit iuri diuino maiorem pro-
bationem vnde concludit Bar.quod vbi cau
ſa legis,yel ſtatuti excludit peccatum: & va-
let lex vel ſtatutum derogans iuri diuino.
¶Sic dicendum in propoſito , ſi cauſa eſſet 34
iuſta ob falſitates & teſtium corruptionem
euitandas:vt vltra debitum & perfectum nu
merum teſtium lex,ſeu ſtatutum vel conſue-
tudo requireret iuramētū actoris, vltra ple-
nam probationem ſeruanda eſſet ſi qualitas
hominum , vel teſtium hoc requirat : & ad-
hanc opinionem corroborandam poſſunt
adduci illam quæ per glo.& Docto. tradunt
in l.ſi.C.ſi contra ius vel vti.pu.& in d. l.oēs
populli,ſcilicet ꝙ eſt cauſa ius diuinum inter
pretatur per ius poſitiuum.¶Faciat text.ſin- 35
gu.in c.quia veriſimili.de præſumpt.vbi ſin
gulariter ſecūdum Anto.ibi ꝙ ſi contra eum
qui opponit aliquam exceptionem eſſet præ
ſumptio reſpectu exceptionis per eum oppo
ſitæ.vt quia talis exceptio non eſt veriſimi
lis,quod imponitur ei maius onus probandi
quam ſi plena probatio exceptionis. Idem
Anto.in c.ſuper hoc,de renū.13.col. & ſic eſt
ibi

*Adde ſanctū Tho. 2.2. q.70.ar.2. a ſtatutū vel cōſuetudo poſſit induci, vt valeat teſta. cū minori n. teſtium vid. Ang.233. in cauſa predict. col.1. doct. in l.1.C. de ſum. tri. Alex. de Im. in l. ſi nō ſpecial. C. de teſta. late per Fel. col.4. n. 9. & Phi. De. col.9.n.12. in c.ſicut. de pbationib.

ibi caſus ſecundum Abb.etiam quod efficacior probatio requiritur ab eo qui vult pbare exceptionẽ, ſeu quid aliud ꝙ̃d nõ eſt veriſimile ſic eſſe, allegatur per dictũ. c. quia veriſimile datur ſingularis limitatio ad d.c. 2.de pbat, vbi eſt caſus ꝙ nõ debet qs grauari onere probãdi vltra plenam probationem: quia illud eſt verũ, niſi cõtra excipientẽ eſſet præſumptio, quod exceptio eſſet nõ veriſimilis: quia tunc grauatur maiori onore probandi. ita dicit Anto.in.d,c.ſuper hoc & ſequuntur
36 etiam moderniores in dict.cap.quia veriſimile.qđ nota. ¶Et per prædicta conſului, quod ſi eſſet homo quia cauiloſus ſolitus corrumpere teſtes, ſeu teſtes eſſen talis conditionis qui facillime corrũpũtur & deierant: vt infinitis vicibus vidi in cauſis & teſtibus Galiciæ, quod etiam ſi actor plene probaret intentionem ſuam ſi per reũ peteretur vel hoc iudici viſum fuerit ad veritatẽ plene diſcutiendã poſſet cõpelere actorẽ ad iurãdũ ſuper veritate cauſæ: & ita dedi conſiliũ pleriſq; iudicibus de cauſam iudicantibus, quia finis iudiciũ debet eſſe veritatem modis omnibus inueſtigare, ſolum deũ habẽdo præ oculis timore amore & odio poſtpoſitis: & ita obſeruãdum fuerit iudex recordatus, quod eadem menſura qua metieritis remetietur & vobis, extra hũc caſum ſcilicet ꝙ nõ obſtante iuſta & rationabili cauſa inducendæ dictæ conſuetudinis propter corruptã hominum fidem tenẽ actorem plene probãtẽ intentionem ſuã non eſſe vltra hoc cõpellendũ iurare ſuper eo ſuper quo plenã adduxerit probationẽ per dict.c.2
37 cuius diſpoſitionem ſeruabis. ¶Per quẽ text. Bal.ibi infert, quod licet iuramentum calumniæ non præſtitum in conteſtatione litis debeat præſtari poſtea in quacuuq; parte exigatur; alias nolens iurare habeatur pro confeſſo. hoc limitetur eſſe verum niſi nolles iurare iam perfecte probauerit. Mouetur per dictum cap. quod dicit alibi nõ reperiri ad hoc cum eo tranſeunt ibi moderniores: tamen prout pungit Andre.Sicul.text.in cap. 2. de iuramen.calumniæ lib.6. videtur dari iudici poteſtatem exigendi iuramentum malitiæ quando hoc viderit expedire. Refert etiam
38 Bal.ibi. ¶Quod ſi ſtatutum diſponat, quod reus requiſitus ad ſubeunda tormenta, ſi nõ compareat habeatur pro confeſſo. nã debet intelligi, niſi per prius de innocentia ſua probauit cum quo vt meri relatores tranſeunt moderniores: & ego cum eis; & per illud ca. refert Roma in l.admonendi in vltima colũ. ff.de iure iur an.ſe conſuluiſſe in ciuitate Vincentiæ. ¶Vbi adeſt ſtatutum, quod probatio per acta cauſa non ſufficiat, niſi etiam produ 39
cens faciat fidem proprio iuramento, quod tale ſtatutum nõ valet ex eo: quia plenæ probationi addit probationem per iuramentũ 40
quod nota. ¶Ex prędictis ſingulariter habes intellectum nouum ad hanc. l. ſcilicet quod etiam ſi ipſa diſponat contra reũ, tamen obtinebit contra actorem ſi reus probaſſet per aliquod leue in iudicium exceptionem cõpatibilem cum petitione actoris: & hoc de iure comunni per dictam opinionem Bar. Et idẽ ſecundum opinionem quam ſupra tenui; licet nil probaſſet per tali exceptione compatibili attenta huius.l.diſpoſitione. Si autem id ſuper quo reus petit actorem compellendum iurare eſſe directe contra id quod actor petiit, & ſuper quo plene probauit non compellitur iurare per dict.cap.2.niſi ex conſuetudine inducta ex rationabili & iuſta cauſa aliud induceret vel etiam ſi non eſſet talis cõſuetudo, & animus iudicis ad hoc ſe inclinaret conſiderata qualitate cauſæ perſonarum & teſtium tene menti perpetuo ſupra dicta. ¶Nota vlterius verba legis.ibi (y ſi ſe lo prouar no pudiere ſalue ſe el demandado por ſu jura.) nam hic eſt caſus, quod actore non probante reus compellitur iurare ſoluando ſe proprio iuramento: quid e contra an actore dixi ſupra. ¶Sed vnum tene menti, quod 41
ad hoc vt reus compellatur ſubire hoc iuramentum eſt neceſſe, quod prius ei offeratur libellus, allego ad hoc Albericũ de Roſ. in l. ius iurandum. & ad pecunias. §. ai prætor ff.de iure iurando, in finali. vbi dicit ſe notare actum practicũ ſcilicet quod ſi actor petat centum a reo propter quæ fecit eum coram iudice citari dixit actor ſe velle ſtare iuramento rei, reus reſpondit offeras primo libellum, poſtea tibi reſpondebo actor replicat nolo offerre, ſed volo quod de præſenti cauſa decidatur: quia nolo litigare: ſet aut iura, aut deferas mihi: concludit non recte allegare reum: imo eſſe neceſſe antequam compellatur iurare, quod primo ei offeratur libellus. Motiuum ſuum eſt: quia in cauſis debent offerri libelli.l.1.de edendo. & authẽtica. offeratur. Idem tenet antiquus doctor Oldra.Lauden. quidam moderni poſtillantes Abba. in cap. ſi. de iure iurando. referunt hoc dictum pro valde notabili. tranſeunt ſimpliciter ſolum contenti relatione. Quidam alius modernus Mediolanenſis.
*repe-



*repetens dictam legẽ admouendi in quinquageſima colu. etiam refert hoc dictum ſubdens, quod ſemper hæc deciſio dura ſibi viſa eſt. quanuis contradicentem non inuenerit. Nam ſecundum eum calũnioſe videtur petere reus libellum, cũ ſi dubiter poſſet petere tẽpus ad deliberandũ quomodo iuret. d.l.ius iurandũ: & ad pecunias. ¶Mihi videtur hoc
43 reſidere arbitrio * boni iudicis. Nã ſi de hac
*1 calumnia manifeſte non coſtaret iudici non debet reus repelli, nec videtur reus hoc calũnioſe petere in dubio. Nam ad liberandum quomodo & qualiter debeat iurare: & ſi ei expediens ſit iurare vel referre melius veniet oblato ſibi prius libello, tũc enim melius cerciorabitur de facto, ſuper quo cõuenitur quã ſi nullo libello porrecto iurare ſeu reſpondere compelleretur. Et ita teneo per d.auth. offeratur, vbi ideo percipit lex libellũ offerri reo, vt poſsit certitudinaliter eſſe certus vtrũ ei liceat cedere vel contendere: & ſic ex libello certificatur quis melius quando nudo verbo, & alios caſus, vbi etiam actore non probante reus non eſt abſoluendus: imo debet ſe purgare; vide per glo.notab. in c.1.vt Eccleſiaſt.benefic. & glo.ſingu. & ibi Bald. & Salice. in l.1.C.de requi.reis. Bal.in l. qui accuſare.C.de eden.

*Adde qđ eſt Iaſ. in rep. n.74. vbi dicit alibi nõ legiſſe & eſſe diligẽter not. an dũm practica.*

## Perquam vtilis & quotidiana quæſtio per eundem dominum Rodericum Suares diſputata: vtrum in bonis maioricatus pater habeat vſum fructum.

*SVMMARIVM.*


1 *Pater in bonis maioricatus filij an habeat vſum fructum, & nu.9.*

2 *Si filius ſi relictus vſusfructus an pater illũ debeat habere, & numero.11.&.12. cum ſequen.*

3 *In feudis datis per regem filio familias ſi ſunt quaternata & nobilia vtrum acquiratur vſusfructus patri, & nu. 5.*

4 *Donata ab Imperatore an ſortiantur priuilegium bonorum caſtrenſium.*

6 *Vtrum in feudo maximo aduentitio quæratur patri vſusfructus.*

8 *Maioratus in noſtro regno quid ſit.*

10 *Licentia a principe conceſſa ad faciẽdum maioratum an faciat bona caſtrenſia.*

13 *Iura inſeparabilia a perſona an poſſint patri acquiri.*

15 *Pater an debeat habere commoditatem in omnibus rebus filij quibus patri non quæritur vſus fructus, & nu.16.*

17 *In bonis maioriæ procedẽtibus a donatione regia an pater habeat vſumfruſtum vſque ad nu.21. incluſiue.*

22 *In bonis quæ vulgo appellantur Enriqueña an pater habeat vſumfructum.*

23 *Si princeps donauit locum vel villam libere pro aliquo, & ſuis deſcendentibus an pater debeat in illis bonis habere vſumfructum.*

24 *Si res eccleſiæ, vel reipublice ſolenniter diſtrahantur an poſsint præſcribi tanquam res priuatorum.*

25 *Lex cum multa. C.de bonis quæ liberis. an procedat tantum in Imperatore.*

26 *An iura quæ loquuntur in Imperatore habeant locum in regibus & principibas vſque ad nu.30. incluſiue.*

31 *An ex eo quod filius eſt clericus etiam primæ tonſuræ pater priuetur vſufructu & an in bonis etiam quæſitis non intuitu clericatus prædicta procedant, & numero.32.&.33.*

34 *Clericus primæ tonſuræ an ſit clericus, & gaudeat priuilegio clericorum cum alijs. et nu.35.*

36 *Bona ante clericatum quæſita an efficiantur propter clericatum caſtrenſia, ita quod pater priuetur vſufructu vſque ad nu.38. incluſiue.*

37 *Si pater adminiſtrat bona filij emancipati vel quando ei non quæritur vſus fructus an teneatur rredere rationem filio.*


Vtrũ in bonis maioriæ filio obuenientibus ex linea materna vel alias pater hebeat vſumfructum: noua profecto & ſolennis eſt q̃ſtio, quã habui de facto in cauſa ardua inter illuſtrẽ virum dominũ Franciſcũ Enriquez nunc adelantatum prouinciæ Beticæ cum patre ſuo dum viueret: & in alio negotio arduiſsimo fui conſultus & 1
mult oties

**Adde illud intelligẽdũ dumodo ſint iuſte et licite qſita nã in rebus aduẽtitus ſilu ex illicita cauſa q̃ſitis pater no habet vſum nec vſum fructũ ſecũdu Io. And. in ad di. ad Spec. ti tu. de actor. § 1. in gl. pecu liu n. 2 5. ai la. tex. in l. q au ff. p ſocio & tex. i l. q ſer uus. ff. de ac qui. poſ. vbi vi. Alex. de im. & doct.*

multoties accidit in hoc regno, q aliqua illuſtris fœmina habens bona maioriæ, ſiue comitatum vel ducatum ſibi ab anteceſſoribus delatum contrahit matrimoniũ cum aliquo milite vel generoſo viro, ea mortua relinqt ex tali matrimonio filium maiorẽ ad quẽ, veniunt dicta bona iure primogeniturae: vt accidit in dicto Franciſco Enriquez, quia matri ſuæ pertinebat dictum adelantamentum: & ſic in alijs pluribus hoc accidit vtrũ in talibus bonis debebat pater habere vſum fructũ, & adminiſtrationem ſicut in alijs bonis ſimpliciter aduentitijs, neminem vidi in ſpecie ſcribẽtem ſuper hoc quotidiano atq̃ perutili paſſu. ¶Et ad pleniorem effectum conſequendũ ſcribam q̃ ſcripta reperi quaſi ad propoſitũ facientia, & poſt hæc non tacebo quæ multis diebus cogitauerã ſuper hoc. ¶Et qđ pater debeat habere vſum fructũ eſt regula a qua pater de iure cõmuni fundat intentionẽ ſuam, ſ. q regulariter in omnibus aduẽtitijs* pater debeat habere vſum fructũ, vt in l. cũ oportet. & per totum titu. C. de bonis quæ libe. & in toto titu. C. de bo. mater. Sed videamus nũc quæ huic regulæ obſtare poſſunt.*

2 ¶Primo obſtat glo. in auth. idẽ eſt. C. de bonis quæ libe. quæ tenet, q ſi filio legatur vſus fructus, q patri non acquiritur vſus fructus talis. Idem tenet*gl. in authẽ. vt liceat matri & auiæ. in princip. quam gloſ. approbat Albericus Pergamẽus doctor antiquus: & Bar. contemporaneus in dicta authen. Idem eſt. & in l. 1. C. de bon. mater. verſic. quid ſi filio. ego allego aliam glo. quę non ſolet allegari in l. ſi. C. de vſufructu. in glo. magna ad finẽ. quæ tenet quod dicta. l. corrigitur: ergo ſi in aduertentijs corrigitur, videtur quod pater nõ debet habere vſum fructum vſus fructus. Sed ſi hæc concluſio eſt vera, cũ in bonis primogenituræ filius non habeat quodammodo, niſi vſum fructum: nam proprietas eſt inalienabilis, videtur quod pater in talibus bonis nullo modo debeat habere vſum fructũ. Præterea facit quod Bald. ſcribit in. l. prima. in fine. C. de bon. mater. vbi quęrit nunquid vſus fructus acquiratur patri in*emphiteoſi vxoris, quæ peruenit ad commu nem filium dicit ipſi videtur quod non: quia haberet vſum fructũ vſus fructus. Item, quia alienare non poteſt non bene ſe determinat pollicetur ſe dicturum in auth. idem eſt. C. de bonis quæ libe. ſed ibi nihl dicit in ſpecie in dicta quæſt. emphiteoſis. Præterea faciunt elegãtia verba Andreæ de Iſer. in c. 1. in. §. regis

**Arguit autor ad per tẽ negatiuã: & aade qđ glo. in auth. idem eſt: hic alleg. enũerat. 10. caſus quibus patri no qritur vſusfructus q glo. eſt magiſtra & ordinaria ſecũdũ la. in. § peales n. 88. inſti. de actio. & vide quæ ſcribit Ludo. Gom. in §. actiones aũ n. 17. verſ. 4. ſpecies peculi. inſti. de actioe*

ic ſecunda & tertia colũ, de his qui feud. dare poſſunt in verſi. valuaſores. ad finẽ. ¶Vbi quærens quid in feudis datis per regem filio familias ſi ſunt quaternata & nobilia: vtrum acquiratur vſus fructus patri: dicit quod nõ etiam ſi filius ſit in poteſtate tanquã caſtrenſia. l. cum multa. C. de bonis quæ libe. & hoc non videtur dubium per d. l. cum multa: ſed ſi filius familias habet tale feudũ n quaternatum ex regia diſpoſitione: non tamen acquiſiuit ipſe a re; ſed habui ex ſucceſsione materna: an tunc pater habebit vſum fructũ in tali feudo *dicit hãc quæſtionem fuiſſe de facto. Nam ſecundum eum dicta. l. cum multa: loquitur quando princeps dediſſet ipſi filio: ſed quando eſt ſucceſsione ad eum peruenit, talia bona deſinunt eſſe caſtrenſia mutatione perſonę. l. Paulus. de acquir. hæred. l. ſi de in offic. teſta. l. 3. & l. ſi forte. & in l. hæreditatem. de caſtrẽ. pecu. cum ratione perſonæ militantis bona ſortiuntur hanc conditionẽ, vt dictis legibus, & C. de caſtren. pecu. l. cum allegas, lib. 12. forte poſſet dici, q nõ quęritur vſus fructus patri illa ratione, q licet caſtrẽſe non eſt apud illum, qui non limitat: tamẽ feudum eſt apud hæredem ſicut apud primum conceſſarium: quia tenetur ad ſeruitium limitare filius, vel nepos ſicut aſcendentes quibus ſucceſsit. Vnde nõ deſinũt eſſe feudalia, ſicut illa caſtrẽſia: quia rei videtur hoc in eſſe per illã diſtinctionẽ, aut dignitas adhibetur perſonæ aut rei, vt in glo. l. 1. de metropo. lib. 6. hæc ſunt verba ſatis notanda, quæ quaſi literaliter traduxi: & ſolum propter hanc determinationem placuit mihi emiſſe Andre. de Iſer. ſunt verba ſingularia, ex quibus videtur deciſum patrem non gaudere vſu fructu. De hoc dicto Andreę de Iſer. reperio factum mentionẽ per Andre. Sicu. a quo confiteor didiciſſe in ſua ſolenni repetitione quam fecit ſuper rubrica de teſtament. 92. colum. dicens, & affirmans, quod ſi mulier habuit comitatum a rege ea mortua ſucceſſit filius in comitatu, quod parte non acquirit vſum fructum comitatus. Refert Andre. de Iſern. dixiſſe ſic iudicatum aliqualiter decurrat verba dicti Doctoris, & ſolum dicit fuiſſe quæſtionem de facto, non tamen quod ſic fuiſſet iudicatum. 4 ¶Præterea acedat famoſus tex. in l. cum multa: *vbi caſus, quod donata ab Imperatore ſortiũtur* priuilegiũ bonorum caſtrenſium per quem dicit Ludouic. Roma. in. l. ſenium. C. qui teſta. face. poſ. quod poteſt filius familias in talibus bonis, ſic ei

*c

**Adde qđ illũ tex. dicit ſing. Alex. & Im. in l. 1. §. aũ ſi. co. ff. ad treb. de cuius tex. intellectu. ve. Iaſ. et Phi. dec. in au ctẽ ex teſt. C. de collat. et late per Ludo gome. referentẽ plura in. § actiões aũt inſtit. de actio. nu. 15. maxime ã ille tex. habeat locũ i filio proprio Imperatoris vel tantũ in extraneo.*



ſic ei donatis per Imperatorem teſtari: licet eſſet in patris poteſtate conſtitutus, dicit ibi eſſe caſum ſingula. ad hoc ſequitur Andre. Sicu. in dict. repeti. 91. col. dicit reperiſſe quandam apoſtillam Ioan. de Ana. manu propria ſcriptã ſuper. l. penul. C. qui teſta. fa. po. quæ idem continet: & cõtinebat ſecundum eum dicta poſtilla fateri Ioan. de Ana. a nemine ſe hoc audiuiſſe & eſt vnicus ille text. ad hoc q fœmina etiam poteſt habere quaſi caſtrẽſe peculiũ ex donatione principes, quod alibi non reperitur ſecũdum Bal. ibi addo Bal. in. l. cũ oportet. §. 1. quaſi ad fi. C. de bonis q̃ libe. mouet aperte quaſi dictam quæſtionem Andre. de Iſer. habẽdo reſpectum ad feudũ. 5 ¶Quęrit enim vtrũ in feudo acquiratur patri vſusfructus ratione patriæ poteſtatis. Primo videtur concludere, q ſi feudum eſt conceſſum a principe eſt clarum, quod non per d. l. cum multa. cũ omnis liberalitas Imperialis acquiritur in totum acquirentibus: idẽ in feudis dignitatũ quę cohęrẽt oſsibus feudatarij. l. 3. in. §. ſed ſi quid. ff. de mino. idẽ in alijs feudis virtute armorũ acquiſitis, vt, quia vaſſalus iuit cum domino ad hoſtes: & ſi feuda ſunt pagana acquiritur patri vſusfructus alij dicũt quod nullo modo acquiritur patri. Primo, quia nullũ in eo acquirit titulum. Item quia magis accedit fructui quã ꝓprietati. Itẽ quia nõ poteſt trãfferri, nec alienari: & ſi ſui natura cohæreat perſonæ iure poteſtatis nõ acquiritur: ſed Iaco. de Bel. dicit, quod patri quęritur commoditas iure patriæ poteſtatis quia quę nõ poſſunt acquiri plene acquiruntur quo ad cõmoditatem. l. fina. de vſufructu l. neceſſarię in. §. fina. C. de pericu. & como. rei vẽ, cõcludit in hæc verba. Solutio hæc pẽdet ex intẽtione feudũ concedentis. cũ enim feudum detur propter opera & ſeruitiũ inueſtitura facta de filio non porrigitur ad patrẽ vt in c. 1. de gradi. ſucceſsio. aſsignat rationẽ & poſtea illam reprobat hęc ſunt verba Bal. ex quibus accipe ſententiã quam potueris, & forte nullam: puta in effectu in nihilo reſidet. Adde eundẽ Bal. in c. 1. in. §. ſi duo fratres de duo. fra. pe no. bene. ſinũe. verſi. ſed quæro vtrum feudũ. ¶Vbi tenet, quod in nullo 6 feudo; etiam ſi ſit aduentitiũ acquiratur patri vſusfructus. Adde Alexandri. prępoſitũ nũc Cardinalem in d. c. 1. in. §. ſi duo qui tenet eſſe cõmunem opinio. q in feudo aduentitio nullo modo vſusfructus acquiratur patri, ita etiam Iaco. de bel. Nico. de Neapo. ea ratione, quia ideo datur feudum vaſſallo: vt fructus percipiat: & inde ſeruiat. §. firmiter in in qui. ca. feu. amitta. & in aut. vt licet matri. & in. §. 1. l. ſi cui. ff. de ſeruitu. ſubdit facere in contrarium. l. cum oportet. §. 2. & fina. C. de vſufru. & l. his verbis in fi. ff. de legat. 3. & tex. in di. §. ſi duo, qua propter diſtinguit: nam ſi pater iure patriæ poteſtatis, vt in alijs rebus aduentitijs vult habere vſum fructum: & nõ poteſt per d. l. cum multa. & per l. 1. de metropo. li. 11. in auctẽ. de reſtit. & ea quę pa. §. ſi vero & in cap. ſi. de iud. li. 6. aut ſi pater ſimul habitat in eadem domo, & menſa cum filio qui habet dictum feudum tunc fructus ſunt cõmunes etiam patri quo ad victum & neceſſaria, vt in d. §. dicitur de fratribus, hæc ille. Adde Bal. in l. ſi vxorem ad fin. C. de con di. inſer. vbi l. quærit in hæc verba. 7 ¶Qui in feudis conceſsis filijsfamilias: reſpondeo ſi regalia ſunt conceſſa in feudum: iſta ſunt bona caſtrenſia. l. cum multa. C. de bonis quæ libe. idem ſi non ſunt regalia; ſed alia ratione non acquiritur patri quidquam: quia feudum eſt ſeruitus quędam, vt no. ff. de vſufru. l. ſi cuius in princi. & ſi acquireretur vſusfructus patri eſſet ſeruitus ſeruitutis quod eſt impoſsibile vt l. 1. ff. de vſufru. lega. Itẽ quia pater non ſuccedit filio in feudo, ergo nec ei acquiritur per filium. Probatur conſequentia per l. quæ legata. ff. de regu. iu. hæc ille, faciat tex. ſingu in l. 3. in. §. ſi quid in verſic. ſed ſi ei legatum ibi cum pratri hanc non acquireret vbi caſus notabilis ſecundum Bald. q illud quod cohęret perſonæ filij non acquirtur patri, vt in militia quod facit ſecundum Bald. quod illud quod filius conſequitur ex fructibus ſuæ præbendæ non quæratur patri vllo modo. Hæc ſunt a me reperta quæ doctores ad propoſitum ſuper hoc paſſu ſcriſerẽ ex quibus parum, aut nihil poteris colligere ad huius quæſtionis determinationẽ. ¶Supereſt in medium afferre labores vigiliarum mearum, vnde præſuppono, quod in 8 noſtro regno hoc nomen mayoradgo ſumitur multipliciter & largo modo appellamus (mayoradgo) illa bona *ſic vinculata & conditionata tali vinculo, vt deuenire debeant ad filium maiorem. & ſic ad deſcendentem maiorem perpetuo *itaquod ſint inalienabilia vllo modo. Hoc peæſuppoſito dico, q quædam ſunt bona maiorię ſiue primogenituræ vel maioricatus, quæ idem præſunt & ſynonoma quæ bona procedũt a patre & auo ſeu ab alijs perſonis vinculo maioricatus vinculata ſiue conditionata. quæ bona

**Mayoradgo.*

*e

**Adde ex hoc poſſe inferri ad intellectũ clauſule regis Henrici qđ nõ tãtũ in ſolis filijs maioribus ſolum expreſſe vocatis verũ etiã*

 non

*in nepotibus & pnepotes & cæteris ſ ſcēdētibus habeāt locū cū dixerim: q lo a a por mayorazgo. opinio authoris.*

non proceſſerunt a rege & principe niſi ſo-
lum quatenus rex dedit licentiam alicui ſeu
facultatem vinculandi bona ſua: & faciendi
maioricatū ex eis vni filiorum, cui voluerit
vt communiter hodie impetrant parentes
ſiue ab antiquo reperiuntur bona ſic vincit-
lata omnibus ſucceſſoribus ſemper conſen-
tientibus: & ſic poſſeſſa per tempus antiquiſ-
ſimum immemoriale, vel forte: quia primus
qui fecit maioricatum, & talia bona vincula
uit vt venirent ad maiorem natu ſui generis
& eſſent inalienabilia cum filijs & deſcendē-
tibus careret, talia bona contulit cum dicto
vinculo alicui cō ſanguineo ſuo quod poteſt
vt ego iam vidi quam plures maioricatus fa
ctos his omnibus mo is ante dictis. ¶In his
9 bonis ſic vinculatis, & in tali maioricatu,
quod alicui ſimilio fami obuenit tanquam
bona aduētitia crederem, quod pater debet
habere vſumfructum. * nā iſta bona ex quo
omnimodo ſunt aduētitia, nec procedunt a
rege in talibus bonis obtinet locum omnia
iura quę concedunt regulariter patri vſum
fructum dictorum bonorum, nec huic pro-
poſito poteſt adaptari. l. cum multa. C. de bo
nis q̄ libe, quia illa loquitur ſpecifice in his
bonis quæ filiusfami. acquirit ex donatio-
ne Imperiali in eum collata, quod clare de-
monſtrant verba dictæ. l. cum multa. ibi (im-
perialibus donationibus) & ibi (ſi qui. igi-
tur a ſereniſſimo Principe donationes ſit cō
ſequutus) & Bar. & Salic. ſic ſummant illam.
l. quod in rebus donatis a principio filiofa.
patri nō quæritur vſusfructus, ſed cum nul-
la bona procedant a rege in caſibus ante di-
ctis, ergo per conſequens non poteſt dici ca-
ſtrenſe: & ſic pater habet vſumfructum &
ceſſauit diſpoſitio d. l. cum multa. Item non
poteſt dici. ¶Quod per dictam licentiam
10 quam rex alicui concedit ad faciendum ma-
ioricatum fiant caſtrenſia vel quaſi dicta bo-
na ex quibus pater facit maioricatum virtu-
te dictæ licentiæ cū bona ſint propria ipſius
patris & nulla ex dictis bonis procedunt a
rege, ſed a patre vel auo vel ab alijs: ſed l. cū
multa præciſe loquitur in bonis donatis a
culmine imperiali, & ſic præciſe intelligenda
maxime, quia prout in plurimum in eum fi-
lium in quem pater conſtituit maioricatum
virtute regalis ſibi conceſſæ non trāfert om
nia bona: quia legitimam tertiam & quin-
tam ex diſpoſitione legis poteſt pater relin-
quere vni ex filijs quem elegerit, ſed impone
re vincula in dictis bonis, ſi qd nō poſſet alie-

*Adde quæ ſcribūt in ppria ſpecie huius qſt. videlicet an in bonis maioratꝰ filij, q̄ pater habeat vſumfructū hiſpanus in l. 48. in deciſio tauri.*

nare, quod veniat ad filium ſuum maiorem.
Iſta magis reſpiciunt præiudicium filij cui
re inquũtur dicta bona. cum ſaltem in legiti
ma non poſſet ei opponere aliquod graua-
men per. l. quoniam in prioribus, ſi ad hoc
non haberet regiam facultatem. & hoc caſu
dicta facultas ſeu regia licentia ad maiorica-
tum conficiendum magis tenderet in præiu-
dicium quam fauorem filij. ¶Nec etiam huic
decisioni obſtabit aliud fundamentum a me 11
me poſitum. ſ. cum filius cui peruenit maio-
ria non habeat, niſi vſumfructum, ex quo
proprietas eſt inalienabilis, ergo vſumfru-
ctum vſusfructus non debet habere pater
quia reſpondeo aliam eſſe veram concluſio
nem. ſ. quod etiam in caſu quo filius in ali-
qua re habet ſolum vſumfructum pater de-
bet habere illum vſumfructum & proprius
commoditatem illius vſusfructus. Iſte eſt ca
ſus ſingu. in. l. fi. C. de. vſufru. vbi eſt caſus ſe-
cundum communem intellectum, quod fi-
lius habebat in aliqua re ſolum vſumfructū
& diſponit ibi Imperator qd nihilominus
acquiratur patri filio exiſtente in poteſtate
in tantum quod dictum vſumfructum non
perdit pater morte vel emancipatione filij,
vel quacunq; eius filij magna ſeu media capi
tis diminutione: eſt verum quod glo. magna
ibi in fine dicit, quod illa lex non poteſt intel
ligi in caſtrenſi vel quaſi, nec in profectitijs:
quia in illis vel in totum acquiritur patri vt
in profectitijs vel in nihilum: vt in caſtrenſi-
bus, nec etiam in aduentitijs: cum dominiū
eorum acquiratur filio: ſed vbi filius in ali-
qua re habet ſolum vſumfructum dominiū
eſt in vſufructu: quia in vſufructu bene eſt
dare dominium. ff. ſi vſus peta. l. qui vſum
fructum per quam. l. dicit glo. & Bal. in rubri.
ca. C. de vſufru. quod vſufructuarius habet
dominium illius iuris & vſusfructus quod
patet quia ei datur actio in rem pro tali vſu-
fructu. vt in. l. vti frui. ff. ſi vſusfru. pet. ergo
dictus fructus in totum acquiretur filio &
nil patri. ideo dicit glo. ibi quod d. l. corrigi 12
tur. & ſic ſentit quod pater non debet habe-
re vſumfructū. hæc eſt fortis oppoſitio, cum
ſeruitus ſeruitutis eſſe nō debet. ff. de vſufru.
lega. l. 1. & hęc fuit ibi opinio. gl. quæ repba
tur ibi a Bal. vbi Bal. eleganter loqtur in 3. &
4. co. ver. omnimodo veniūt dicit ipſe alijs
omiſſis: quod quando filio legatur plena
proprietas tunc ei debetur proprietas &
patri vſusfructus formalis ex diſpoſitione
legali. l. cum oportet. & l. fi. de bonis q̄ libe.
quandoq;

*Adde Bal. in l. cū oporteret in prin. co. fi. C. de bonis quæ liberis, vbi ante autorē allegatū textū hac l. fi. & quo ſupra meminit autor nu. 5.*



quandoque filio relinquitur merus vſusfru
ctu. formalis, tunc in in eodem vſufructu nu
mero concurrunt pater & filius; ſcilicet fi-
lius quo ad titulum, pater quo ad effectum
qui durat in patre eo viuente in integro ſta-
tu, poſtea reuertitur ad ſuam originem ideſt
ad filium, nec conſolidatur cum proprieta-
te; quia filius, qui eſt in medio & habet titu-
lum vſufructuarij impedit conſolidari. Hæc
Bald. & ſic patri non acquiritur vſusfructus
formalis: ſed mera cōmoditas alioquin ac-
quireretur ſeruitus ſeruitutis quod eſſe non
debet: & ſic non obſtat. l. 1. ff. de vſufruct.
lega. hæc Bald. in dict. l. fi. Idem per omnia Sa
lice in. 2. oppoſi. reprobans in effectu opinio
13 glo. ¶Nec etiam obſtat ſi dicatur iura inſe
parabilia a perſona non acquiruntur patri.
vt in dict. l. 3. §. ſi quid. ff. de min. &. ff. de in iu
l. ſed ſi vnus. §. ſi filis & vſus fructus eſt inſe-
parabilis a perſona l. ſi vſusfructus. ff. de no-
uatio. de iur. do. l. ſi vſusfructus ſolut. matri.
l. vſufruct. reſpondeo ex autoritate Baldus
in dict. l. fin. in. 2. col. verſi. redeo ad primum
dicentis; quod quædam ſunt quæ cohærent
perſonæ ex qualitate perſone cohærente, vt
militia. & iſta non acquiruntur patri; & ſic
loquuntur dict. l. 3. alia ſunt quæ cohærent
perſonæ ex natura rei; & ſic conſiſtunt in fa-
ciendo. Idem. C. de cadu. tollen. §. ne autem.
nam voluntas facti eſt & perſonæ cohæret.
ff. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus fuero illud. aut
conſiſtit in iure vt vſusfructus: & acquiritur
patri vt in dict. l. fin. &. l. ſi vſusfructus. ff. de
ſtipu. ſeruo. vel reſpondet aliter q iura inſe-
parabilia a perſona ex diſpoſitione legali nō
ſeparantur quo ad titulum, ſed extenduntur
quo ad commodum, & effectum: vnde iſta
eſt potius extenſio, quæ fit ex natura quali-
tatis perſonæ inhærentis quam ſit ſeparatio
& diſgreſſio, puta de vna perſona in alteram
14 Hæc ille. ¶Idem ibi Salic. in princi. ver. venio
ad apparatum nil in hoc diſcrepans a Bald.
niſi quia dicit, q iſta eſt magis quam com-
moditas habens aliquid iuris ſecum admix-
tum arg. l. inter antiquam. C. de vſufru. Cynus
ibi dicit quod vſufructus non cohæret filio
ſed patri: & ſic reſpondet ad dict. l. 3. dicit ſic
tenere glo. & quanquam Cynus vadat per
alios ambages: tamen in effectu tenet quod
ſemper quæratur patri vſusfructus licet fi-
lius non habeat in re niſi ſolum vſumfru-
ctum reprobans glo. in dict. authen. idem eſt
Hāc opinio. ſequitur Azo. in ſumma de bo-
nis quæ libe. dicens in effectu filium eſſe vſu

fructuarium; ſed pater rebus ex vſufructu p
uenientibus vtetur & fructur. ¶Plus dicit An 15
ge. Aretin. in. §. igitur in. 3. col inſti. per quas
per ſo. nobis acquiri. quod in omnibus caſi-
bus in quibus patri nō quæritur vſusfructus
in aduentitijs filiorum qui caſus numerātur
in dict. authen. excipitur per glo. & in dicto.
§. igitur. & in dict. authen. Idem eſt tamē pa-
ter ſemper debet haberet commoditatem il-
lius iuris * quo non multum deliberate affir
mat dicens, quod ſi hoc verum eſt, eſt ſingu-
laris limitatio ad glo. in di. §. igitur. & ad no
tata in dict. authē. excipitur, vnde infer cau-
telam eſſe quando aliquis vult, quod patri fi
liorum nil adquiritur in eo quod relinquit
alicui filiofami. vt expreſſe prohibeat, quod
nec vſusfructus, nec aliqua commoditas quę
ratur patri, alias niſi de commoditate expreſ
ſe excipiatur: haberet pater commoditatem
ſecundum eum. Mouetur per text. in l. ple-
num. in. §. quanquam. & in l. filius in fina. ff.
de vſu & habita: vbi ſi filio relictus eſt vſus:
vt cohæreat perſonæ filij & pro indigentia
perſonę filij tantummodo pater habebit cō-
moditatem, licet illud ius non poſſet patri ac
quiri. quod eſt notandum. Hæc ſunt eius ver
ba famoſa certe & adhuc noua. Ex his infer-
tur limitatio ad dict. authen. excipitur. & ad
alia iura quam plurima: & licet hoc ſit ſingu
lare tamen habet maximum dubiū. ¶Quia 16
iura per eum allegata ſolum probant, quod
etiam ſi filio legetur vſus pater habebit com
moditatem. vt in vſufructu dicit tex. in dict.
l. fi. ſed nec ex hoc infertur concluſio Angel.
& quia non eſt pręſens articulus remitto ad
ea quæ eleganter dixi ſuper intellectu dict.
authen. excipitur in quadam quæſtione pu-
blice per me diſputata incipienti quædam
mulier prouinciæ de Vizcaya, & ſufficit qua
tenus tangit propoſitum ſi patri acquiritur
commoditas etiam in caſu, in quo ſolum
vſus eſt relictus filio: a fortiori acqritur vſuſ
fructus in bonis maioricatus in quibus pin-
guius ius habet filius maior. Nec obſtat ar-
argumentū de feudo: quia etiam in illo tenet
Iaco. de Bel. & ſentit Bal. in dict. l. cum opor-
tet in fi. q cōmoditas acquiritur patri ratio-
ne patrię poteſtatis. Itē quia feudū principa-
liter conceditur, vt percipiat fructus & inde
ſeruiat, vt ſuperius dictū eſt, per prædicta in
bonis maioricatus vinculatis his modis de
quibus antea teneo indubitāter patrem ha-
bere vſumfructum. ¶Alia ſunt bona maio-
riæ quæ principaliter procedunt ex dona- 17

*Adde q̄ hāc ſententiā Ang. ſeqtur & cōfirmat dicēs eā ſingularē Iaſ. in l. cū filio. ff. de legat. 1. in pe. car. nu. 57.*

tione ſeu mercede vel confeſsione regis vel
principis, vt multoties vidi, quod rex facit
alicui donationem alicuius loci ceu villę ſub
hac conditione quod habeat illam filius ſu-
us maior: & ſic de cæteris deſcendentibus iu-
re primogenituræ: & quod ſit inalienabilis
perpetuo maneat in genere donatarij iure
maioratus, nam quantum ad illum facta fuit
donatio primo a rege. Caſus ꝓcedit ſine du-
bio, ſcilicet quod patri illius donatarij non
*g quæritur vſusfructus * cū dicta donatio fa-
cta a rege reputetur peculium quaſi Caſtren-
ſe. Iſte eſt caſus ſingularis in dict. l. cum mul-
ta. vnde in bonis ſic filio donatis pater non
habebit vſumfructum, & in iſto cui facta eſt
18 donatio. Caſus procedit ſine dubio. ¶Sed
quid dicendum in ſuis ſucceſſoribus? dico
quod ſi donatio a rege facta eſt hoc modo:
quia ipſe donauit alicui comitatum ſeu lo-
cum faciendo eum inalienabilē: & quod poſt
mortem donatarij veniat ad filium ſuū ma-
iorem iure maioricatus: & ſic ad omnes ſuos
deſcendentes, ſemper ad minorem natu iure
maioricatus: & ſic donatio facta fuit a rege
iure maioricatus, teneo ꝙ tunc non ſolū in
primo donatario, ſed in quocunque ſuo deſ-
cendente ſeruabitur diſpoſitio ſupradicta,
quod pater in talibus bonis nō habeat vſum
fructū & ſeruetur diſpoſitio dict. l. cum mul
ta. Moueor ad ſic tenendum primo ex dicta
doctrina Andreæ de Iſern. & Andreæ Siculi
ſupra relata, vbi aperte tenet, quod pater
non habeat vſumfructum non ſolum pater
primi donatarij: ſed pater altererius cuiuſcū-
que ſucceſſoris ad quem peruenit comitatus
licet Andreas de Iſernia loquatur in feudo:
ſed rationes & fundamenta ſua ſatis conclu
dunt in caſu noſtro in donatione regia facta
alicui alicuius loci ſeu comitatus, ita quod
ſemper perueniat ad filium ſuum maiorem,
& ſit inalienabilis maxime attēto, ꝙ ſemper
in talibus donationibus videtur onus oppo
ſitum ipſi rei donatæ & illam poſsidenti ſiue
ad illam vocato: quia tenetur talis poſſeſſor
ſiue vocatus ſeruire regi & ſui ſucceſſoribus
nam fere in talibus donationibus reges ap-
ponunt clauſulam, quod donatarius & ſui
ſucceſſores teneantur de tali loco ſic donato
ſeruire regiæ coronæ facere guerrā & pacē
ad regis mandatum: & ſic mutatione perſo-
19 nę non deſinunt eſſe feubalia, quæ fuit ratio
potiſsima mouens dictum doctorem. Præte-
rea vltra hoc mouet me nimis. Nam ex quo
princeps donauit locum vel comitatū iure
maioriæ alicui, ita quod eius deſcendētes poſ
ſideant iure maioratus, certū eſt ꝙ dicti deſ-
cendentes. ſ. maior natu vocati ſunt ex regia
donatione & diſpoſitione. Pro quo facit tex.
in. l. quoties. C. de donatio, quæ ſub modo
vbi caſus ſingularis, ꝙ ſi donaui alicui aliquā
rem ita, vt ipſe habeat in vita ſua: & poſt eius
mortem deueniat ad Titium, ꝙ ex tali dona
tione & conceſsione acquiritur vtilis actio
dicto Titio & ei cui poſt mortem donatarij
debet venire res donata. Eſt caſus valde fa-
moſus in. 5. part. titu. 4. l. 7. incipit. (haſta dia
cierto.) vbi ſingulariter dicit tex. quod trāſ-
fertur dominium & poſſeſsio in eum in quē
poſt certum tempus res donata debet perue
nire. pura ſi donaui alicui rem ita quod poſt
certum tempus debeat ad Sempronium de-
uenire. nam tranſacto tempore in dictū Sem-
pronium tranſit dominium & poſſeſsio vir-
tute talis donationis. ¶Præterea Baldus qua
ſi idem videtur tenere in l. cum antiquiori- 20
bus in ſexta columna. C. de iure deliber. ver-
ſicu. decimo ſic dicens, quod in feudis poſt
mortem patris tranſit poſſeſsio in filium ſi-
ne noua apprehenſione, & ponit hoc in the-
mate illius quæſtionis quando per Papā fra
ter Caroli fuit inueſtitus de regno Siciliæ ꝓ
ſe & deſcendētibus. ita vt ſemper perueniret
ad maiorem primogenituræ. facit quod Bar.
tradit in l. iuris iurandi. §. ſi liberi de ope. li-
ber. & Bald. in l. ſi adulta. C. de hære. actio. &
in authē. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. &
in alijs locis, vbi dicunt, ꝙ ſi pater acquiſiuit
ab aliquo iure contractus emphyteoſim pro
ſe & filijs ſuis, quod dictis filijs dicitur ius ac-
quiſitum ex tali contractu nō tanquā hære-
dibus, ſed tāquam filijs. Ideo dato quod pa-
tris hæreditatem repudiaſſent habebūt em-
phyteoſim ex eo quod vocantur iure contra
ctus. ¶Ad propoſitum ergo cum rex donat
alicui locum ſeu comitatū iure primogeni- 21
turæ ſeu maioricatus, ita quod ad deſcenden
tes donatarij perpetuo iure primogenituræ
ad maiorem natu debeat peruenire, dico ꝙ
dictus deſcendens maior videtur a ꝑte vo
catus a rege, & ex tali donatione regia ei eſt
quæſitum ius ex quo infertur in conſequen-
tiam, quod non ſolum reſpectu primi do-
natarij, ſed etiam quo ad omnes eius deſcen-
dentes ad quos iure primoginituræ debet
peruenire dicetur quaſi caſtrenſe quaſi eis
ſit acquiſitum ius ex donatione imperiali &
obtinebit diſpoſitio dict. legis. cum multa
cum deſcendens maior vocetur ex donatio-
ne



ne regia, & ex illa acquiſiuit ius, & ita pater
non habebit vſumfructum tanquā ex pecu-
lio caſtrenſi: & per hæc euaduntur argumen
ta adducta in oppoſitum. ſ. quod mutatione
perſonæ deſinit eſſe peculium caſtrenſe: vt in
d. l. fi. nam hic non mutatur perſona reſpectu
donatarij, cum deſcendens maior natu voce
tur ex dicta donatione, ſic reputandum eſt
tanquam ſi eidem a principio facta eſſet do-
natio: & ſic cum quilibet deſcendens maior
reputetur donatarius ex regia conceſsione
non poteſt dici mutata perſona donatarij, &
hæc nota. & in hoc membro verificatur opi-
22 nio Andre. de Iſer. ¶Et hanc concluſionem
*h perpetuo tenebis mētu ex qua infero ad om-
nia bona, quæ vulgariter nuncupātur enrri
quena *. * nā cum Rex Henricus qui cog-
nominabatur baſtardus frater inclitę memo
riæ Petri Regis Caſtellę feciſſet quam plures
mercedes adque donationes tam comitatuū
quam villarum & locorum militibus qui ei
plurimum ſeruierant maxime dum erat ex-
tra hæc regna in ſocietatibus Francorum ti-
more dicti regis illuſtriſsimi Petri fratris ſui
quæ donationes poſtea effectum ſortitę ſunt
cum fortuna fauente regno potius ſit victo
atque occioſo dicto fratre & rege apud villā
ſeu caſtellum de Montiel. poſtea idem rex
Henricus in teſtamento ſuo appoſuit quan-
dam clauſulā, quod omnia loca comitatus
& villę a ſe donatæ eſſent bona maioricatus
in alienabilia: & quod ad deſcendentes dona
tariorum ſemper venirent iure primogenitu
ræ ad maiorē natu & in defectum deſcendē-
tium deuoluerentur ad regiam coronam. &
quanquam multæ altercationes atque con-
trouerſiæ in hoc regno me vidente & in mul
tis conſulēte ortæ fuiſſent, vtrum dicta clau-
ſula eſſet in vſu ne tamē per inuictiſsimos re
ges noſtros fuit expreſſe diſpoſitū atꝗ ordi-
10 natum ꝙ dict. clauſula eſſet omnimodo ob-
ſeruāda & dedit cauſam primū hoc pręcipiē
di quoddam arduū negotiū per me publice
diſputatum in ſtudio Salmanticēſi ſuper vil
la de Ceheinos inter Ferdinādum de Bazan
virum nobilē, & doña Maria çapata genero
ſam fœminam vice comitiſſam de Palacios.
& ex tunc abſꝗ vlla cōtrouerſia ſic obſerua-
tur & pronunciatur, ergo cum in talibus ma
iorijs acquiratur ius deſcēdentibus ex dona-
tione regia, videtur quod pater in illis non
debet habere vſumfructum quod eſt mira-
bile & in tempus tanquam quid nouiſsimū
23 dauit honorem deducenti in practica. ¶Hæc

*h *Adde de hac clauſula regis Henr. & eius intellectu: vbi eius verba ſunt formaliter inſerta aliquā ſingularia p doct. de Paul. Ruiz in rep. ru. de dona. inter virū & vxorē. §. 69. incipit. extra caſus prædictos n. 14. cū pluribus ſequē. p 6. co. de quo alibi meminimus.*

obtinent quando princeps donauit locum
ita vt haberet ipſe & deſcendētes ſui iure pri
mogenituræ vel maioricatus: ſed ſi donaſſet
libere & ſimpliciter locum vel aliquā villā
ſeu hereditatem pro donatario & ſuis deſcē
dentibus nulla maioriæ facta mentione: ſed
quod illam habeat donatarius libere pro ſe
& ſucceſſoribus ad vendendum donandum.
&c. & ad faciendum de re donata ad libitum
prout ſibi placuerit, in hoc credo licet quo
ad hunc donatarium primum reputetur ca-
ſtrenſe: tamen quo ad ſuceſſores non. Vnde
pater aliorum ſucceſſorum huius donatarij
habebit vſumfructum. pondero ad hoc dictā
l. cum multa. ibi (ſi quis igitur a ſereniſsimo
Principe donationes ſit conſequutus habeat
&c.) Vnde dicta lex ſolum concedit hoc
priuilegium ei cui a Principe facta eſt dona-
tio, ergo in alijs ſucceſſoribus remanet regu-
la iuris communis. Præterea pōdero dictam
l. quę dicit ad ſimilituninem caſtrenſis pecu-
lij iuncta l. final. C. de inofficio. teſtamento.
vbi caſus ſingularis, quod caſtrēſe peculium
ſolum dicitur in eo, qui illud lucratus eſt in
caſtris ſed illo mortuo ſtatim deſinit eſſe pe-
culiū caſtrenſe. Hæc eſt litera ſingularis dict.
l. fina. ibi (cum nec nomen peculij permanet,
ſed alijs rebus confunditur, ſimilem fortunā
recipit quemadmodum & cæterę res &c.) &
Bal. ibi dicit nota quod mutato ſtatu perſo-
næ & rei ſtatus cōuenit mutari. facit l. caſtrē
ſe. ff. de caſtren. pecul. vbi textus. dicit (caſtrē
ſe peculium eſt quod a parētibus vel cogna
tis in militia degenti donatum eſt) & ibi. (nā
quod erat &c.) facit nota. text. in l. per pro-
curatorem. ff. de acqui. hæredita. ibi (quia ca
ſtrenſia eſſe mutatione perſonæ diſierunt.) &
Salicet. in d. l. finali. dicit: nota qđ priuile-
gium datum nomini ſeu rei propter nomen
ceſſat extincto nomine & dicit Imola. poſt
Di. in dict. l. per procuratorem quam ipſe le-
ge ſeu lege Paulus. ¶Quod ſi res eccleſiæ vel 24
reipublicæ vendatur, priuatæ perſonæ legiti
ma iuris ſolemnitate interueniente, quod po-
ſtea illa res poteſt pręſcribi quemadmodum
cæteræ res priuatorum, faciat elegans verbū
Bar. in l. ſi Publicanus in. §. in vectigalibus. ff
de publica dicens. quod licit in præſcriptio
ne contra principem requiratur tempus im
memoriale. tamen ſi volo præſcribere cōtra
eum cui princeps conceſsit vectigal. per pri-
uilegium ſufficiet præſcriptio. ordinaria.
Idem Bald. in capitulo. primo, quę ſint rega.
& ſic videtur mutatione perſonę mutari pri
EE 3 uile.

uilegium rei. Item ſi bene ponderentur ver-
ba Andreæ de Iſernia. in dict. c. primo ſupra
relato hoc decidit expreſſe. nam loquẽdo in
terminis propriæ quæſtionis dicit reſpon-
dendo argumento d. l. ſi. vbi mutatione per
ſonæ deſi nunt eſſe bona caſtrẽſia, dicit quod
illud obtinet in caſtrenſibus nõ ſic in feudo
quod datur ad ſeruitium. Itaq; videtur a per
te ſentire quod in talibus caſtrenſibus pater
habebit vſumfructum, quando in illis fi-
lius ſuus ſucceſsit alteri primo donatario;
& hæc videtur mihi vera concluſio: nec im-
mutare explicata & ſupradicta tenebis men
ti tanquam noua & a nemine ſane quem vi-
25 derim conſiderata. ¶Vnum eſt quod in pre-
dictis videtur apponere aliquam confuſio-
nem: & eſt quoddam verbũ poſitũ in extra-
nea materia per Andream Sicu. in repetitio-
ne quã fecit ſuper rubrica de teſtamen. in no
nageſima. 3. colu. vbi inquit expreſſe quod
diſpoſitio d. l. cum multa. non habeat locum
in donatione facta a Rege, nec a populo li-
bero non reconoſcente ſuperiorem, ſed ſolũ
in donatione facta ab Imperatore. Moue
tur per d. l. cum multa. ibi. (Imperialibus do
nationibus) profecto verbum eſt grande,
& ſi eſt verum quaſi de nihilo in regno no-
ſtro ſeruiet diſpoſitio d. l. cum multa. ſed in
conſiderate ab eo reputo prolatum & non
iniuria contra eum adduci poteſt illud præ-
clare ſcriptum ab Ariſtotile in primo de cæ-
lo reſpicientes ad pauca de facili enunciant.
Vnde contra eum induco ſequentia. Primo
Bal. in l. exemplo ad finẽ. C. de probatio. vbi
dicit, quod rex in regno ſuo eſt Imperator,
quod * infert ibi ad quæſtionem vtrum ſen
tentia regis lata pro ipſo rege poſſet proba-
ri per ſcripturam eius ſigillo roboratam.
¶Et quod Imperatur vocetur rex allego no-
ta. tex. in l. fina. C. de legi. ibi (quid enim ma-
26 ius quid ſanctius Imperiali maieſtate vel
quis tanto ſuperbie faſtidio tumidus eſt vt
regalem ſenſum contẽnat) & ibi (an oporteat
huiuſmodi regiam interpretationem) & Bal.
eleganter in prohe. ff. in. 3. col. verſic. & nota
quod Imperator dicitur optime in alia ma-
teria inquit Bald. in l. precibus. C. de impu.
& ali. ſub. 8. col. in. 13. oppo. quod domini in
terris ſuis dicuntur lex animata ideo teſta-
mentum eorum eſt ibi lex cõcludens diſpo-
ſitum in milite quantum ad ſubſtituendi po-
teſtatem habere locum in dominis terrarum.
Allego etiam ſingularem cõcluſionem Bal.
in auctẽn. hoc amplius. C. de fideicommiſ. in

**Adde que ſcribit Fel. in c. que in eccleſiarũ co. 2 de cõſti. & te pio ſe per eũ dẽ in c. cũ nõ liceat col. 4. de pſcriptio. & phil. dec. cõſ. 269. in. 3. co. & per eũdẽ in conſ. 271. per Nicol. Boe. in deciſ. 8. aurea & Ioã. ignẽ in diſputatio ne vtrũ rex Francie recognoſcat Imperatorem.*

3. col. verſic. quæro an filij regis, vbi mo
queſtionem an filij regis poſſent inter ſe di
dere baronias pro futuris diſſenſionibu
euitandis, dicit quod ſic de conſenſu regis i.
quo perſeueret vſq; ad mortem. vt. l. ſi. C. d
pactis non tamen rex poteſt promittere, ſed
permittere: quia permiſsio in qua poteſt
habere locum penitentia, non aufert teſtan-
di libertatem. i. in hæredem inſtituendi vel co
dicillandi. Etiam ille ſubdit eleganter quod
forte illa lex. finalis poteſt tolli per ſtatutum
regium: vt in capit. 1. in. §. præterea. qui. mo.
feu. amit. quia rex eſt lex animata in regno
ſuo. & poteſt pluſquam lex communis vel
conſuetudo ex quo infert vnum mirabile, ꝙ
ſi primogenitus ſit inſufficiens ad regni gu-
bernationem, poſſet ſecundogenito regnum
dare: nam conſuetudo regni de præferendo
primogenitum non debet interpretari con-
tra totius regni vtilitatẽ. ff. de lege. l. ꝙ fauo-
re. & vtitur etiam Bald. argu. eius q̃d fecit Da
uid inter filios ſuos. ¶Preterea dicebat Bald.
in l. in quibus. C. de ſecun. nup. ꝙ ſi conſue-
tudo dictat ꝙ filius primogenitus ſuccedat
in regno, ꝙ ſi nati ſunt ſimul duo ex eodem
vtero neſcitur quis ſit prior vel poſterior. ꝙ
rex genitor poteſt eligere quis eorum ſit rex
& regnum gubernet. predictis etiam accede-
re poteſt cõcluſio Bal. in c. 1. in. §. Item ſacra-
mẽta. de pace iura. fir. in. 5. col. vbi dicit ꝙ va
let donatio inter regem & filium ſuũ exiſten
tẽ in ſua poteſtate propter autoritatẽ regum
ſi exprimat facere regia autoritate arg. l. pe.
C. de dona. inter virum & vxo. quem ſequi-
tur Alex. in l. quanquam. ff. de teſt. mili. & in
l. centurio in. 8. col. ff. de vulga. facit ſingula
re conſilium Oldra. in conſilio. 231. incipit vt
eius de quo queritur aliqualis notitia habea
tur: vbi tenet quod ſicut in donatione facta
ab imperatore nõ requiritur inſinuatio: vt in
auctẽ. idem eſt. C. de dona. & gl. in l. 1. C. eo.
ita erit in dona. regis ſeu alterius domini lo-
cũ tenentis imperatoris in terris ſuis & ibi te
net ꝙ. l. penul. C. de do. inter vi. & vxo. diſpo
nens valere donatio. inter imperatorem &
Auguſtã obtinere etiã in donatione inter re-
gẽ & reginã licet. d. l. loquatur in imperatore
& hoc expſſe firmat Bal. ibi idẽ expreſſe. Lu-
do. Ro. in auc. ex teſta. C. de colla. & ꝙ in do-
natione regia nõ requiratur inſinuatio ſequi
tur Bal. in. l. Sãcimus in princi. in. 2. col. C. de
donatio. Ioan. Andre. in addi. ad Spe. in titu.
de inſtru. editio. §. porro in vltima additio.
magna Ioã. de Imo. in c. cũ contingat penul.
car.



car. de iure iu. ¶Mihi videtur caſus ſingu. in
